This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08157251 7

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

(Kiny)
B.N.B
987 F
Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

VOL. XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN DECIMUM TERTIUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1828.

Digitized by Google

ASTOR LIBRARY
MAR
21
1865
NEW YORK
14086.

Digitized by Google

LIBER VII.

Cap. 1. § 1 *Annus hic erit insignis novi hominis consulatu*] 'Novus homo' apud Livium dicitur, et is, qui magistratum cepit, quem non antea gessit, et qui primus ex familia sua curulem magistratum cēpit. Priore modo locutus est XXII. 35. 'Nec cuiquam eorum, præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem jam non antea gessisset: præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullus novis magistratus videbatur mandandus.' Posteriore hoc loco: 'hominem' enim 'novum' L. Sextium plebeium vocat, qui primus e gente sua curulem magistratum consulatum ceperit. 'Novis' autem 'hominibus,' 'nobiles' opponuntur, et 'novitati' 'nobilitas.' 'Nobiles' autem il dicti, qui majorum suorum habent imagines. Imagines autem sibi sumere ac posteris tradere non possunt, nisi qui curulem magistratum gesserunt, quorum primus erat ædilitas. Qui magistratus quoniam solis patriciis primum patuerunt, idcirco soli patricii nobiles primum appellati. Ubi vero plebi honores etiam curules sunt communicati, tum plebeii etiam 'nobiles' nominati ii, qui majorum suorum imagines haberent. Est autem imago, auctore Polybio VI. 51. 'simulacrum, oris similitudinem affabre miroque artificio effictam coloribus, pigmentisque adumbratam referens, quam in insigniori ac celebriori domus parte collocabant.' De jure autem ponendarum imaginum sic Cicero in Verrem V. 14. 'Ego me ob ædilitatem mihi delatam adeptum esse intelligo antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam.' Et contra Rullum II. 1. 'Est hoc in more positum, Quirites, ut ii, qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude conjungant.' Est autem 'consequi imagines familiæ,' magistratus curules a majoribus suis item gestos capere. Et post, 'Me hominem novum consulem fecistis.' Item, 'Mihi apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis, sed quod laude populari atque honoris vestri luce carnerunt.' Item cap. XXXVI. 'Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: sic, si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me a vobis deprecentur.' Et in Pisonem c. 1. 'Commendatio fumosarum imaginum.' Et Livius I. 34. 'Ancus Marcius nobilis una imagine Numæ.' Et Pædianus in Oratione in Toga: 'Cicero competitores quatuor plebeios habuit, ex quibus duo nobiles, duo, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant.' Et Livius XXII. 34. 'Nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, hominem novum, fecissent. Nam plebeios nobiles jam iisdem initiatos esse sacris, et contemnere plebem, ex quo contemni desierint a Patribus.' *Sigon.* Delerem illud *erit*, si quæ mihi in Livium esset auctoritas. Editio certe vetustior præfert *erat*; ut ex bilinguitate ipsam se

Digitized by Google

falsi arguat lectio. *Grut.* Non persuadet mihi Sigonius, a Romanis illos quoque 'novos homines' dictos fuisse, qui magistratum capiebant, quem nondum ante gesserant. Unicum fundamentum hujus sententiæ ponit in loco Livii XXII. 35. ubi et idem, quod hic annotat. Sed hoc evertit scriptura cod. Put. *nulli novus magistratus*: quam verissimam esse, ostendunt verba Livii eodem loco, 'honos, quem jam non antea gessisset.' Prætereo alia, quibus hoc subrui posset, quæ quilibet, antiquitatis Romanæ etiam multo imperitior Sigonio, facile per se videt. Ac ne ipse quidem de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 20. ubi ex professo de 'nobilibus' et 'novis hominibus' agit, duplicem illam significationem τοῦ 'novus homo' attingit. *Duk. Erat* præferunt etiam Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. eamque lectionem Gruterus, Heinsius in Elzevir. et Gronovius in prioribus edd. exhibuerunt. *Fuit insignis* Harl. 2. Inmerito autem illud *erit* Grutero displicuit. Infra XXI. 46. 'Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujusce belli laus est.' Ad quem locum vide Gronov. Voces *insignis novi hominis consulatu* desunt in Leid. 2. et Lov. 1. Cui errori causam dedit vocis *insignis* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

Insignis novis duobus magistratibus, prætura et curuli ædilitate] *Duobus novis magist.* Gaertn. *novis magist. duobus* Lov. 4. At vox *novis* deest in Lov. 3. Harl. 2. et Port. Sed vide ad Epit. hujus libri. Ceterum quæ de numero prætorum variis reipublicæ et imperii Romani temporibus Modius ex Lipsio in excursu D. ad Tacit. Annal. lib. I. huc contulit, iterum expungi jussi, quod ad inlustrationem hujus loci non magis, quam ad cujusvis alterius, ubi prætorum mentio obcurrat, pertineant.

Hos sibi patricii quæsivere honores] Corrupte Pal. 1. *etium sinere.* Gelh. *Quæsiere honores* Lov. 1. Voss. 1. a m. sec. et Leid. 2. Ita Livius alibi verbum hoc contrahere amavit. Vide quæ notantur ad XXVII. 11. § 15. Verum hoc loco reliqui codd. in receptam lectionem conspirant.

§ 2 *Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit*] *Plebs* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Alterum servant fide digniores codd. Vide ad I. 20. § 6. Deinde *L. Sergio Sextio, cujus* Voss. 1. Lov. 5. Harl. 2. et Hav. *L. Sergio, cujus* Voss. 2. Hearnii Oxon. L. 2. et Exc. Pithœi. Utrumque scribarum errore; ut et *L. Sexto, cujus*, quod præfert Flor. nec non *L. Sergio, cujus lege Sextio partus erat*, quod est in Lov. 1.

Patres prætorum Sp. Furio M. filio Camillo] Hic M. Camilli quinquies dictatoris filius fuit, auctore Suida; qui ita scribit in voce Πραίτωρ· Πρῶτος στρατηγὸς ἀνεδείχθη Φούριος Κάμιλλος, παῖς Καμίλλου, τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν πραίτορα τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ οἱ Ῥωμαῖοι ἀνόμασαν. *Sigon. Sp. Furio M. Furio Camillo* Voss. 2. et Lov. 3. *M. Furio M. Camilli filio* fragm. Hav. a m. pr. *Sp. Furio M. Camilli filio* a m. sec. ut et Port. atque Hav. *Sp. Furio M. Furii Camilli filio* Lov. 2. et Gaertn. *Sp. Furio Marcio Furio Camillo* Lov. 4. *Sp. Furio Marti F. Camilli* Lov. 5. Male. IV. 26. 'T. Quinctius L. filius Cincinnatus et C. Julius Mento consules facti:' hoc lib. c. 5. 'Nunciaret T. Manlium L. filium esse:' c. 10. 'T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat.' XXII. 34. 'Interreges prodiit a Patribus C. Claudius Ap. filius Cento, inde P. Cornelius Arvina:' et sæpissime alibi. Variant etiam apud Hearnium Oxonienses. Nam *M. Furio Camillo* invenit in L. 1. *Martio Furio Camillo* in L. 2. *M. Camillo filio* in B. et *Sp. Furio Camillo* in C.

Suarum gentium viris gratia campes-

Digitized by Google

tui dederunt] Quidam *ceperunt* legunt, quasi Patres illis, hoc est prætori ac ædilibus, ceperint præturam ædilitatemque per gratiam, quam in campo Martio apud populum Romanum invenerint, technis videlicet, quibus in comitiis uti consueverunt. Id autem lectoris judicio relinquimus. *Glar.* Vet. libb. omnes *dederunt*. Sic post c. 23. 'Ab Patribus L. Cornelius Scipio consul datus.' *Sigon.* Ita [*dederunt*] quidem Sigonius. Et sic II. 42. 'Ea igitur pars reipublicæ vicit: nec in præsens modo, sed in venientem etiam annum M. Fabium et L. Valerium consules dedit:' libroque VI. c. 30. 'Plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antistium dedit.' Sed quod ait veteres libros omnes sic habere, nollem dictum; aut certe de illis tantum, quibus ipse usus est, intelligemus. Nam Thuaneus, duo Voss. Helm. Busl. Chifl. clare *ceperunt*, ut priores edd. eumque sequatur statim, 'L. Sextio collega ex Patribus datus,' non video cur Livio hanc varietatem invideamus. Nam ut *dederunt* est 'effecerunt, ut ei daretur:' ita *ceperunt* est 'effecerunt, ut ille caperet.' Lib. V. c. 13. 'Licinius ut ceperat haud tumultuose magistratum.' Hoc libro cap. 25. 'Qui legis Liciniæ [illegible]etæ mercedem consulatum cepisset.' *J. F. Gron.* Vet. lib. Sigonii favent ex meis Lov. 2. 5. Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. ex Hearnii Oxon. autem L. 2. B. et C. nec longè recedit Port. qui *dederint* præfert; vel Lov. 4. qui exhibet *dederunt*. Reliqui omnes, et inter eos optimi commatis scripti, *ceperunt* servant. Ex editis autem *dederunt* primum invenio apud Venetos 1495. inde apud Ascensium, qui tamen alteram lectionem 1513. et 1516. in margine conspici voluit. Gronovio *ceperunt* probanti consentio. Nam, ne codicum auctoritatem memorem, non modo, quemadmodum Gronovius monuit, *datus* mox sequitur; verum etiam, ut Ant. Perizonius in margine observavit, mox præcessit, 'Plebes consulatum L. Sextio dedit.' Non exciderunt equidem, quæ de vocibus sæpissime a Livio in eadem periodo repetitis notavi ad I. 3. § 9. nolenti tamen Livio hæc obtrudenda non sunt. Quemadmodum 'capere magistratum,' ita 'sumere' mox hoc c. 'Quod pro consule uno plebeio tres patricios magistratus nobilitas sibi sumsisset.'

L. Æmilius Mamercinus] *T. Æmilius* Flor. Μάρκος Αἰμίλιος vocatur apud Plut. in Camill. p. 152. Pro quo Pighius in Annal. ad a. CCCLXXXVII. p. 262. Μαμερκῖνος Αἰμίλιος legendum conjicit, quod hujus anni consul apud Diodor. Sic. Bibl. lib. XV. p. 500. et alios Λεύκιος sive *Lucius* vocetur. Quum tamen Plutarchus collegæ ejus prænomen omiserit, id in Æmilio neglexisse vix videtur, nisi id alibi Plutarchum facere solitum fuisse constet. Potius igitur receptam lectionem in eo servem, ipsumque errasse existimem. Ceterum *Mamercius* Lov. 5. *Mamercus* tantum non omnes reliqui codd. et edd. usque ad Jac. Gronovium, qui *Mamercinus* dedit, præeunte Pighio eodem loco, ac monente, ita in emendatissimis tabulis Capitolinis legi. Et recte. *Mamercus* enim prænomen, *Mamercinus* autem gentis Æmiliæ cognomen est. Vide quæ notantur ad v. 1. § 2.

§ 3 *Et de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat*] Ex glossa iterum Pal. 1. *populatos*. Pal. 2. *quos primum palatum per Ap. congr.* At negat sciolus quidam, homo mimicus, reperiri in probis auctoribus 'palatus.' Vides, ut isti propudio os canis ferreum obsideat, affirmare auso tale quid, qui tamen nullum umquam scriptorem, sive Græcum, sive Latinum, integrum legit. Vide Livium II. 50. III. 5. IV. 46. VII. 11. c. 36. et c. 37. VIII. 24. IX. 45. X. 2. XXXI. 2. 'Ad septem mil-

Digitized by Google

lia hominum palata per segetes sunt cæsa.' *Gebh.* Vocula *et* omittitur in Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Sed vide ad II. 44. § 3. Sequens *de* non adparet in Flor. Deinde *palatos* adversus anonymum recte defendit Gebhardus. Supra I. 11. 'Ad hos Romana legio ducta palatos in agris obpressit:' ubi plura vide. Tum *congr. per Ap. jam fama erat* Port. a m. sec. in quo τὸ *congregari* a m. pr. omittebatur: *per Ap. jam congr. fama erat* Harl. 2. et Hav. quem ordinem ingratus sonus in vocibus *Apuliam jam* proxime junctis refellit. Τὸ *erat* deficit in Lov. 5.

Et de Hernicorum defectione] Præpositio *de*, quæ jam præcesserat, non conspicitur in vetustioribus excusis. Eam primus adoptavit Aldus, cujus lectionem firmant omnes scripti. Et recte. Solet enim Livius præpositiones iterare. Vide ad VI. 28. § 6.

§ 4 *Omnia, ne quid per plebeium consulem ageretur, proferrentur*] Τὸ *ageretur* omisit librarius Gaertn. Deinde *perferrentur* idem cod. et Voss. 2. solito errore. Vide ad V. 4. § 12. Corruptius *perferretur* fragm. Hav. a m. pr. *præferrentur* Lov. 3. *proferretur* Flor. *proferentur* Leid. 1. una voce auctius *etiam proferrentur* Lov. 1. Mox *justitio simile fuit otium* transpositis vocibus Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Nisi quod, non patientibus tacitum tribunis, quod pro uno consule*] *Non pat. tribunis tacite* Harl. 2. Vox autem *tacitum* deest in Port. quam omnes reliqui, et scripti et editi, recte tuentur. Non modo 'tacitus' dicitur qui silet, sed et illud 'tacitum' dicitur passiva significatione, de quo nemo loquitur. Eo sensu I. 50. 'Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt:' ubi vide Gronov. Et ita multi codd. præferunt VI. 12. 'Quod quum ab antiquis tacitum prætermissum sit:' ubi vide quæ notavi. De similibus adjectivis utroque modo usurpatis vide notas meas ad Silii II. 98. Posterius autem *quod*, in omnibus scriptis constanter existens, et sensui etiam necessarium, omiserant priores edd. quare recte primum a Parm. tum ab Aldo revocatum est. Mox alio ordine *magistratus patricios* Lov. 2. et *curulibus et sellis*, addita media vocula, Lov. 5.

Nobilitas sibi sumsisset] *Sibi præsumsisset* Lov. 4. *sibi assumsisset* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed, quum paullo ante *ceperunt*, non *acceperunt*, dixerit, hic etiam simplex *sumsisset*, quod reliqui scripti tuentur, subficit: ita 'imperatorem judicem sumere.' Vide viros doctos ad Nepot. Miltiad. c. 1. 'aliquem consciam sumere' Hygin. Fab. IV. 'Rei consciam, quam captivam esse credebat, ipsam Inonem sumsit:' 'sumere liberos,' pro adoptare, Sallust. Jug. c. 10. 'Ne ego meliores liberos sumsisse videar, quam genuisse:' ubi Cortius observat eodem sensu 'adsumere' dixisse Plin. in Paneg. c. 8. 'sumere dictaturam' Tacit. Ann. 1. I. c. 1. 'Dictaturæ ad tempus sumebantur.'

§ 6 *Collegam consulibus*] Prætor 'collega consulum' dicebatur, quod iisdem auspiciis crearetur, auctore Messala apud Gellium XIII. 15. *Sigon.* Vide Pighium in Annal. ad a. CCCLXXXVII. p. 236. Mox τὸ *creatum* non comparet in Leid. 2. et Lov. 1.

Ex Patribus jubendi ædiles curules creari] Ultima vox abest a Leid. 2. quæ tamen abesse nequit: 'jubere' enim 'magistratus' non senatus, sed populus dicitur, quum eos comitiis creat. Vide ad III. 30. § 6. At contra hoc tempore adhuc in potestate Patrum fuit, habendis comitiis conditiones dicere, negando se auctores futuros, nisi quod jusserunt observaretur. Vide Gronov. Observ. I. 25. Ita non in solius populi potestate olim fuerat decernere, utrum tribunorum consularium, an consulum comitia haberentur, verum ad id etiam senatusconsultum requirebatur. Dio-

Digitized by Google

nys. lib. xi. p. 735. Τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον αὖθις συναλθέντας διαγνῶναι, πότερον ἀνδράσι ἢ χιλιάρχοις βούλονται παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν· ὅ, τι δ' ἂν ἅπασι δόξῃ ψῆφον ἀνενέγκασι, τοῦτ' εἶναι κύριον· ἀπειλεῖσθαι δὲ τὸ προβούλευμα καθ' ἑκατὸν ἀνανδρίαν. Et ita apud Liv. lib. iv. c. 12. 'Quum magno certamine obtinuisset, ut consulerentur Patres, consulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creari jussi sunt.' Ut autem hic verecundia senatui imposita dicitur ex Patribus jubendi ædiles curules creari, ita etiam secundum legem Liciniam alterum consulem plebeium creari jubent Patres hoc lib. c. 21. 'Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiæ causa observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere.'

Ut alterum annis ex plebe fierent, convenerat: postea promiscuum fuit] Videtur aliquid scabri in oratione esse. Omnia a verbis, 'nisi quod non patientibus tacitum tribunis' usque ad 'creari,' satis procedunt; sed, quæ hinc sequuntur, *primo, ut alterum annis e plebe fierent, convenerat*, non optime cum præcedentibus cohærent. Hoc etiam Pighium animadvertisse arbitror, qui ad A. U. C. CCCLXXXVIII. hæc verba Livii describens post *primo* addit *igitur*. Nec male fieret oratio, si, sublato *est* ante *senatui*, legi liceret, *verec. inde imp. ten. ex Patr. jub. ædiles curules creari, primo ut, &c. convenit*. Quidquid est, locum non omnino sanum esse puto. *Duk. Ut alt'ri*, id est *ut alterius*, Gaertn. sæpius obvio scribarum errore. Alia exempla vide ad iv. 58. § 11. Tum *convenerant* Flor. et fragm. Hav. quomodo dedisse librarii indocti videntur, quod præcesserat *fierent*, cum quo id convenire debere perperam crediderunt: quam eamdem ob caussam contra *fieret* datum videtur in Lov. 1. Deinde *fuit promiscuum* Gaertn. *promiscum fuit* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad x. 41. § 3.

§ 7 *Inde L. Genucio et Q. Servilio consulibus*] Prior vox abest ab Hearnii Oxon. L. 1. Sed male. Passim enim Livius ea utitur in proponendis novi anni consulibus. Et quidem vel inter duorum consulum nomina mediam conlocat; ut ii. 49. 'L. Æmilius inde et C. Servilius consules facti:' ubi plura exempla vide: vel mox ab initio; ut ii. 8. 'Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius consules facti.' iii. 32. 'Ab hoste otium fuit. Inde consules C. Menenius P. Sestius Capitolinus.' c. 65. 'Inde M. Geganius Macerinus et C. Julius consules facti:' et alibi.

Et ab seditione et a bello quietis rebus] Pall. duo *et bello quietis*. Pal. 2. *et ab bello quietis*. Gebh. *Et a seditione et bello* Gaertn. *et ab seditione et bello* Vos. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hav. Male. Vide ad xlv. 8. § 4. *Et ab seditione et ab bello* Lov. 5. *et ab seditione ac a bello* Harl. 2. contra morem sollemnem Livii. Vide ad x. 36. § 17.

A metu ac periculis vacarent] *A metu periculis* Lov. 1. *a metu et periculis* Vos. 1. Lov. 5. Harl. 2. et Port. *a metu et a periculis* Hav. De more Livii in repetenda præpositione vide ad vi. 28. § 6. Unum tamen, et quidem hunc, codicem sequi temerarium est.

§ 8 *Censorem, &c. mortuos ferunt*] Nomina censorum per hos annos edit nulla Livius. In Capitolinis tabulis est 'Postumius Albinus Regillensis et C. Sulpicius Peticus.' Albinus procul dubio mortuus. Nam de Petico post magna mentio fit. *Sigon.* Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CCCLXXXVII. p. 262. ubi Albini prænomen, quum Fasti Capitol. hic laceri sint, in ambiguo esse dicit, quia plures ejus tempestatis Postumii Albini consulari potestate tribuni militum obcurrunt. Sigonius etiam comm. in Fast. in incerto esse fatetur *Aulus* an *Lucius* dictus fuerit, qui ambo tri-

Digitized by Google

bant militum ante fuerunt. Ceterum *tribunos plebi*, non *plebis*, Leid. 1. et Guelf. Vide ad 15 42. § 6. *fuerunt* etiam, pro *ferunt*, idem Guelf. Vide ad v. 44. § 4. *Ferî*, id est *fertur*, Lov. 2. quod dictum foret exemplo eorum, de quibus egi ad 1. 31. § 8. Verum neque hic unus illum codicem audiendum existimo.

Pro portione et ex multitudine alia multa funera fuisse] Id etiam obscurum, quamquam relatione intelligitur: quod tamen non dico ad eum modum, quo nunc ex præpositione ablativoque facimus nomen 'proportio,' quod haud scio fueritne in aliquo apud veteres usu. *Glar.* Omnino, disjuncte *pro portione* legendum esse, Glareano consentio. Livius XXXIV. 50. 'Adjice nunc pro portione quot verisimile sit totam Græciam habuisse.' Colum. I. 4. 'Pro portione etiam facultatum quam optime pater familiæ debet habitare.' Est enim 'portio' id quod vulgo 'proportio' dicitur. Curtius VII. 11. 'Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta decem: uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio:' ubi consulendus Snakenb. Id tamen ferri nequit, quod debitaverit idem Glareanus, fueritne nomen 'proportio' in aliquo apud veteres usu. Ut enim taceam, eo usum fuisse Gellium I. 1. 11. 26. ubi ἀναλογίαν Latine *proportionem* vocari docet, et, ubi idem tradit, XV. 9. certe ante eum idem monuit Quinctil. Instit. I. 6. 'Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, analogia præcipue, quam proxime ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt.' Similiter eo antiquior Vitruvius III. 1. 'Ea autem paritur a proportione, quæ Græce ἀναλογία dicitur. Proportio est ratæ partis membrorum in omni opere, totiusque commodulatio.' Quin et Cicero ac Varro usurpare non refugerunt. Ille in fragm. de Univ. cap. 4. 'Id optime adsequitur, quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest:' et sæpius in sequentibus. Hic de Ling. Lat. l. IX. p. 126. 'Dicam de quatuor rebus, quæ continentur declinationibus verborum: quid sit simile ac dissimile, quid ratio, quam adpellant λόγον, quid proportio, quod dicunt ἀνάλογον, quid consuetudo.' Verum quemadmodum decandi causa in expositione astis cujusque Cicero eumque secuti optimi scriptores adhibuerunt, qui simili ratione multa alia nova vocabula finxerunt, ita oratores, historici, similesque eo vocabulo abstinuisse videntur. Hæc ratio est, cur non improbanda videatur conjectura Turnebi ac Lambini apud Cic. in Verr. IV. 21. 'Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos pereque pro portione cetera:' ubi vulgo editur *pereque proportione*. Non videtur enim Cic. tam audaster ac simpliciter usus esse, quod sine præfatione in Philosophicis, ubi majorem novandi licentiam sibi datam esse existimavit, non adhibuit. Hinc divisis vocabulis scribam de Orat. II. 79. 'Oportet caussis principia pro portione rerum præponere:' et Orat. pro Flacc. c. 14. 'Quum omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsissent:' ubi in nupera Gronovii edit. una voce *proportione* vulgatur. Certe eadem certe exhibuit in Verr. V. 21. 'Numquam in Sicilia frumentum publice est emtum, quin Mamertinis pro portione imperaretur.' Ceterum *alia funera multa fuisse* transpositis vocabulis præfert Hav. *multa alia funera fuisse* Lov. 1. et 5.

Maximeque eam pestilentiam insignem mors quam matura, tam acerba, M. Furii fecit] Acute: neque aliter in Pal. I. Ma. atque ed. principe. Pal. vero 2. *maximeque eam pestem insignem mors, quam nemo sic maturum, sic*

Digitized by Google

acerbam flevit, Marci Furii fecit. Quæ profecto sunt mera interpretamenta ac nugamenta commentatorum: quæ tamen quoque editioni suæ insulsit J. Campanus: *maximeque eam pestil. ins. mors, quam nemo sic matura non ut acerbam flevit, M. Furii fecit.* Pal. 2. *quam matura causa acerba M. Furii fecit.* Gebh. Primo conjunctio *que* deficit in Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *eam pestem* proxime memoratam Hav. *Pestem* pro 'quovis nexio,' pro 'omni re quæ nocet,' 'perniciem adfert,' usurpari notissimum est: an autem pro morbo, qui proprio nomine 'pestilentia' vocatur, adhiberi possit, non consentiunt viri docti. Quidam existimant, illos barbarissare, qui hac voce eo sensu utuntur: alii adstricta oratione scribentibus permittunt, soluta 'pestilentiam' dicere malunt. Vide Salvagn. ad Ovidii Ibin vs. 577. Verum neque prosaici scriptores eodem sensu adhibere detractarunt. Ex Livio olim exemplum dedi ad Silii IV. 592. ubi observavi eum l. XXV. c. 26. bis 'pestem' vocasse, quam antea 'pestilentiam' dixerat. Aliud exemplum est v. 14. 'Non prodigia, sed jam eventus, pestilentiam agris urbique inlatam, haud dubia ira Deum, quos pestis ejus arcendæ caussa placandos esse, in libris fatalibus inventum sit.' Similiter Justin. II. 13. de Xerxe ex Græcia redeunte: 'Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem:' ubi *pestem* vocat, quam λοιμὸν Herodot. VIII. 115. 'Pestis' etiam vocatur morbus, qui revertentis Xerxis exercitum invasit, apud Orosium II. 10. qui, quam morbum hujus, cujus Livius meminit, temporis bis 'pestilentiam' dixisset, tandem etiam 'pestem' vocat III. 4. 'Pro depellenda temporali peste corporum, arcessitus est perpetuus morbus animarum.' Plura exempla vide in Freinsh. Ind. Justin. Videri ergo posset illa lectio etiam hoc loco probanda esse, præsertim quum hoc loco 'pestilentia' præcesserit: quo casu 'pestis' etiam commode generaliori significatione accipi potest. At quum præter Hav. et Gebhardi Pal. 2. reliqui codd. in vulgatam lectionem conspirent, eorum consensum non spernendum existimo. Insuper *mors, quam nemo sic matura, tam acerba, M. Furii fuit* Harl. 1. Voss. 1. in margine, ac Leid. 1. *mors quam sic matura, tam acerba, M. Furii fuit* Leid. 2. qui etiam vocem *insignem* omisit. *Mors, quam nemo sic matura, tam acerba, M. Furii fecit* Lov. 1. et 2. *mors, quam nemo sic maturam, tam acerbam flevit, M. Furii fecit* Lov. 4. 5. et Harl. 2. *mors, quam nemo sic maturam, quam acerbam flevit, M. Furii fecit* Port. et Hav. quam lectionem recte damnat, et interpolatam censet Gebhardus. In Florentino ab initio scriptum fuit *quam matura, tam tamen acerba,* juncta, ut videtur, duplici lectione *tam acerba,* et *tamen acerba,* quam forte librarius codici suo adscriptam invenerat. Verum illud *tamen* ortum est ex errore scribarum, qui frequenter *jam* et *tamen* confuderunt. Vide ad XXII. 59. § 18. Errorem autem errore cumulavit, qui postea interpolavit *quamvis matura, tamen acerba.* Vulgatum verum est. Indicat enim Livius Camilli mortem neque acerbam, ac maturam fuisse. Vide Cortium ad Sall. Jug. cap. 31. § 14. et Burmann. ad Ovid. Met. XII. 220.

§ 9 *Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna*] *Fuit enim vir vere mitis* Gaertn. Sed *unicus* loco non est movendum. Vide ad XLIV. 1. § 5. Mox *sæpe,* id est *præcepe,* Gaertn. Sed hoc modo etiam alibi lapsi sunt scribæ. Vide ad XXI. 18. § 2. Hinc *bello paceque,* alio ordine, Lov. 2.

Clarior in exilio] Etsi hic nulla varietas scripturæ adnotatur, tamen is suspectum est. *In exilio* satis respondet priori ex his quæ statim addit, 'vel desiderio civitatis:' non tam bene posteriori, 'felicitate, qua restitutus in patriam,' &c. nam hæc

Digitized by Google

eum domum post exilium secuta est. Ac ne prius quidem membrum 'desiderio civitatis,' &c. plane desiderat præpositionem *in*. Vellei. II. 15. 'Nec triumphis honoribusque, quam aut caussa exsilii, aut exsilio, aut redita clarior fuit Numidicus.' *Duk.*

Capta absentis inploravit opem] *Rapta* Harl. 2. et Hav. sæpius in codd. obvia aberratione. Vide ad VI. 23. § 5. In verbis seqq. *felicitatem*, pro *felicitate*, Leid. 1. et Harl. 1. perperam præferunt.

Restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit] *Rest. patriam patriam ipsam rest.* Harl. 1. *restit. in patr. secum ipsam patr. restit.* Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. Neque aliter habent Lov. 2. et Gaertn. nisi quod insuper legant *in patria*. *Secum ipsam patriam* etiam Lov. 3. At *secum patriam ipse restituit* Lov. 4. et principes edd. usque ad Aldum, qui recte *ipsam* reposuit, concinentibus reliquis scriptis.

§ 10 *Per deinde per quinque et triginta annos*] Impudens hoc omnium codicum erratum, ac mirum ab nemine animadversum, cum nihil facilius correctu fuerit. Anni enim captæ urbis sunt CCCLXV. ut ipsemet Camillus in oratione, ne Veios migretur, ad finem lib. V. c. 54. Hi autem anni, quando mortuus est Camillus, CCCXC. a quibus si priores subduxerimus, relinquentur XXV. non XXXV. anni. *Glareau.* Libri veteres *viginti quinque*; egregie: tot enim a Roma capta ad hunc usque annum numerantur, id est ab anno CCCLXV. ad annum CCCXC. ['Hoc Glareanus ante Sigonium notavit. Sed hoc obtinet.'] *Sigon.* *Quinque et viginti* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii L. 1. et 2. Ita quidem legendum esse, judicat etiam Jac. Perizonius in Animadv. Hist. c. 10. sed tamen simul censet, ab Urbe liberata ad mortem Camilli non nisi viginti quatuor annos, ex historia Liviana exculpi posse; atque illa, quæ Glareanus, Sigonius, Pighius, et alii, variis locis annum unum interjicientes, commenti sunt, ex ipso Livio erroris argui. Existimat igitur, Livium sui oblitum a se ipso diversum abire, quod ex variis antiquiorum annalibus suas ab Urbe condita historias colligere debuerit. Vide quæ pluribus ibi disputat pag. 453. et seqq. Alio modo nuper Livio auxilium ferre conatus est H. Dodwell. de Cyclis dissert. X. § 82. qui post A. U. C. CCCLXXVIII. proxime ante anarchiam unum annum addidit. Vide quæ notata sunt ad Liv. VI. 34. § 1. Præterea *Par inde per quinque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Per inde quinque* Gaertn. Mox *tot enim post vixit*, pro *postea vixit*, Harl. 2. Port. et Hav.

Quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent] *Quem secum* fragm. Hav. a m. pr. Tum *ab Romulo* Port. *a Romolo* Leid. 1. Deinde *conditore urbis Romanæ ferrent* Lov. 4. *conditorem urbis ferrent* Hav. *conditorem urbis Romæ ferrent* Lov. 2: et Frobenius 1535. eumque secuti recentiores fere omnes usque ad Gronov. qui *urbis Romanæ ferrent* a. 1665. edidit, quemadmodum habuerant excusi vetustissimi et reliqui scripti mei. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. *Conditorem urbis Romani ferrent* se in Oxon. C. invenisse, testis est Hearnius. Et ita Sigonius in priori ed. Scholiorum emendavit, quam *urbis Romanæ* in vet. lib. invenisset, eamque lectionem in contextum recepit, quam etiam in sequentibus servavit, licet ibi ipsum scholion expunxerit. Ita autem Sigonius emendasse videtur, quod non esset nominativus *τῷ ferrent* additus. Verum, sæpius eum omitti, videbimus ad XXXIV. 56. § 11.

CAP. II. § 1 *Et hoc et insequenti anno T. Sulpitio Potito*] *C. Sulpitio Petico* legendum, non *T. Sulpitio Potito*. Glar. Lege *C. Sulpicio Petico*

Digitized by Google

ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro lib. xv. p. 507. Cassiodoro, omnibus. ['Et hoc quoque Glareanus annotavit.'] *Sigon.* Prænomen Sulpicii abest a fragm. Hav. a m. pr. *T. Sulpicius* vocatur in eodem a m. sec. ut et in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. Flor. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *L. Sulpicius* in Lov. 2. Tum *Petito* habent Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. iidemque Hearnii codices. *Petito* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Pætico* Klockian. Sed recte, *C. Sulpicio Petico* legendum esse, præter viros doctos ad hunc locum, monuit etiam Pighius in Annal. ad a. CCCLXXXIX. p. 273. Ceterum in lapidibus Capitolinis ejus cognomen *Peticus* hoc anno tantum exstat: at in secundo consulatu, quem triennio postea gessit, omnia ejus nomina integra supersunt. Gruterus in postrema ed. male dederat *Pætico*, quod servarunt Heinsii Elzeviriana, Gronoviana, et nupera Amstelædamensis. Idem error hoc lib. capp. 17. 18. 19. et 22. commissus est. Insuper *Et hoc insequenti* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Hav. Port. a m. pr. Lov. 1. 2. 4. 5. *Et hæc et insequenti* Lov. 3.

§ 2 *Pacis Deum exposcendæ causa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit*] *Pacis Deum exposc. cū* Gaertn. Vide ad IV. 44. § 10. *Tertium tum* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *post urbem conditam* trajectis vocibus Voss. 2.

§ 3 *Nam circi modo spectaculum fuerat*] Hoc quid sit, declarat Valerius II. 4. ex. 4. 'Itaque placandi cœlestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit, ad id tempus circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Consualium nomine celebravit.' *Sigon. Circinese spectaculum fuerat* Lov. 5. in quo tamen primæ vocis quatuor ultimis literis subjecta stigmata indicant, librarium credidisse, eas delendas esse. *Circli* pro varia lectione adscriptum erat margini Voss. 1. Insuper *spectaculum fuit* Harl. 2. et Port. *spectaculum fuit*, id est *fuerit*, Gaertn. qui insuper in verbis seqq. exhibet *placamina instituuntur*, pro *placam. instituti dicuntur*.

§ 4 *Parva quoque (ut ferme principia omnia) et ea ipsa peregrina res fuit*] Prima vox non adparet in Leid. 2. Deinde *ut firma principia omnia* Voss. 1. et Lov. 1. *ut infirma principia omnia* Leid. 2. Insuper *peregrina fuit res* transpositis dictionibus Lov. 1. et 5.

Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu] De hoc loco egerunt viri doctissimi Casaub. de Rom. Sat. c. 1. Dan. Heinsius de Sat. Horat. lib. I. p. 20. seqq. Salmas. ad Vopisci Carin. c. 19. et postremus omnium, quod quidem sciam, Dacerius in Dissert. de Satira quæ est in tom. III. Memoriar. Literar. Acad. Regiæ inscriptionum et elegantiorum literar. edit. Amstel. In ea verba hæc Livii *sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu*, interpretatur *sans aucun vers, sans aucun acte de piece réglée, qui consiste dans l'imitation*. Non scio quam bene. Mihi Livius simpliciter hoc dicere videtur, sine cantore qui pronunciaret; et sine histrione qui saltando et gesticulando ea, quæ pronunciabantur, exprimeret: nam hæc deinde addita sunt, quum antea ludiones nihil aliud, quam ad tibicinis modos saltarent. Sic paullo post 'fabellarum actum' dicit Livius: 'histrionibus fabellarum actu relicto.' *Duk. Sine crimine ullo* Hav. sollemni errore. Vide ad I. 26. § 6. *Sine certamine ullo* Lov. 4. et ed. Mediol. 1480. aliæque plures. Sed, et has voces per compendia scribarum confundi, docuit Burmann. ad Gratii Cyneg. vs. 22. Tum posterius *sine* non adparet in Leid. 2. Male. Supra v. 41. 'Sine ira, sine

Digitized by Google

ardore animorum ingressi postero die urbem.' c. 44. 'Sine munimento, sine stationibus ac custodiis passim ferarum ritu sternuntur.' VI. 30. 'Volsci provincia sine sorte, sine comparatione extra ordinem data.' VIII. 19. 'Sine consilio, sine audacia depugnat.' IX. 5. 'Se soles sine vulnere, sine ferro, sine acie victos.' c. 20. 'Se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur.' c. 45. 'Æquorum exercitus, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare.' XXIII. 27. 'Sine imperio, sine signo, incompositi, inordinati in prœlium ruunt.' XXVIII. 25. 'Suam seditionem sine vulnere, sine sanguine fuisse.' XL. 15. 'Sine advocatis, sine patronis pro me dicere cogor.' XLV. 42. 'Is triumphus sine captivis fuit, sine spoliis.' Sallust. in Cat. c. 6. 'Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.' Vide ad VIII. 38. § 11. et ad XXXVIII. 18. § 12. *Sine inimitandorum* habet Lov. 1.

Ludiones ex Etruria adciti, &c. haud indecoros motus more Tusco dabant] *Ludii oēs*, id est *omnes*, fragm. Hav. a m. pr. *Ludi oīis et ex Etruria* Lov. 5. Male. Sic hoc cap. 'Quia hister Tusco verbo ludio vocatur.' XXXIX. 6. 'Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.' *Ludi omnes essent curia acciti* Lov. 4. Tum *aut inde choros sinotus* corruptissime Leid. 1. *haud indecores motus* Lov. 1. 4. et Leid. 2.

§ 5 *Simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus*] Hæc idem Dacerius ita vertit: *en continuant toujours ses railleries, ses plaisanteries en vers grossiers et informes.* Non est interpretatio, sed παράφρασις, magis ex ipsius, ni fallor, quam ex Livii sententia, qui nihil de illa, quam interpres narrat, continuatione dicit. *Duk. Simul conditis inter se jocularia* Lov. 4. *simul inconditis in se jocularia* Lov. 2. Paullo ante *iminitari deinde* Lov. 1. *more deinde* Lov. 3.

Nec absoni a voce motus erant] *Nec absona voce* Lov. 1. 4. 5. Voss. 1. et Leid. 2. Male. 'Absoni a voce,' ut 'dissoni ab re' VIII. 8. 'Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, præter animos, erat:' alia constructione 'absonus fidei' dixit I. 15. 'Quorum nihil absonum fidei divinæ originis divinitatisque post mortem creditæ fuit.'

§ 6 *Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata vernaculis artificibus*] Post *excitatu* distinguendum: nisi quis *accepta re* in auferendi casu legere malit. *Glar.* Jam Aldus aliique ante Glareanum post *excitata* distinxerunt. Eamdem autem interpunctionem recentiores editores fere retinuerunt usque ad Gruterum, cujus ultima ἔκδοσις distinguit: *Accepta itaque res, sæpiusque usurpando excitata, vern. art., quia hister, &c.* quod posteriores plerique servarunt, vel pejus etiam dederunt *excitata, vernaculis artificibus; quia hister.* Ceterum *exercitata* Lov. 2. Vide ad X. 33. § 1. Deinde *vernaculis artificiis* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Port. a m. pr. quo errore *principiis*, pro *principibus*, similiaque plura in Mss. obvia sunt. Vide ad XXI. 60. § 7. Vocem 'artifex' hoc sensu illustrat Gronov. ad Suet. Vespas. c. 18.

Quia hister Tusco verbo ludio vocabatur] Quidam libri *histrio* habent. At Plutarchus etiam in Problematis p. 289. a Tuscis "Ιστρον vocatum scribit; ut recte *hister* legatur. *Sigon. Quia iter* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quia ister* Leid. 1. et Klockian. *quia histrio* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Gaertn. quod ex veræ lectionis interpretatione receptum est. De voce *hister* vide Grævium ad Sueton. Aug. c. 70. Deinde *ludius vocabatur* Lov. 4. 5. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. *ludios vocabatur* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Sed vide ad § 4. *ludius* est apud Valer. Max. II. 4. ex. 4.

Digitized by Google

'. Et quia Iulius apud eos Histrio appellabatur, scenico nomen Histrionis inditum est.'

Nomen histrionibus inditum] Pighius ad Valer. Max. locum modo laudatum legendum censet *nomen histrionis*, quia ita etiam ibidem Valer. Max. loquitur. At vetant omnes codd. scripti et editi, qui constanter *histrionibus* servant. Et recte. Ita enim Livius ubique loqui amavit. I. 1. 'Troja vocatur, pagoque inde Trojano nomen est:' et mox eodem cap. 'Trojæ et huic loco nomen est:' ad quæ loca plura notantur. III. 57. 'Leges decemvirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas in publico proposuerunt.' c. 65. 'Insectandisque Patribus, unde Aspero etiam inditum est cognomen, tribunatum gessit.' IV. 26. 'T. Quinctius, L. filius, Cincinnatus (eidem et Penno cognomen additur) et C. Julius Mento consules facti.' Silius Ital. qui Livium imitari solet, XI. 58. 'Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen:' quo quædam ex Livio aliisque scriptoribus exempla olim contuli. Justin. XIII. 7. 'Cui nomen Batto fuit.' Florus I. 7. 'Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum.' Præterea *indictum* Lov. 1. Harl. 2. Port. et Hav. atque ita inter versus emendatur in Voss. 1. Sæpius hoc modo errarunt scribæ. Vide ad III. 65. § 4. Et ita in loco Valer. Max. laudato codex Traject. prior pari lapsu præfert *scenico nomen Histrionis indictum est.*

§ 7 *Qui non, sicut ante, Fescennino versu similem incompositum temere ac rudem alternis faciebant*] *Fescennino versu* quidam in dandi casu antiqne dictum putant: quod, nescio, quam probem. Neque enim necesse est, ut ab accusativo *similem* regantur, quod absolute positum videtur, ut illud *incompositum*. Glar. Hic locus partim librariorum vitio, partim antiquitatis ignoratione obscurissimus est. Habent tamen libri veteres impressa aliqua vestigia veræ lectionis. Nam in quibusdam est *Fescennino similem versu incompositum temere*. Quibus adductus sum, ut credam legendum esse, *Fescennino similem versum, compositum temere*: ita ut prima syllaba vocis *incompositum* sit ultima litera vocis *versum*. Quid, enim significat 'versus incompositus temere?' Est autem sensus: primum ludiones ex Etruria acciti sine carmine ad tibicinis modos saltarunt: post versus, sed incondiți, et motus a voce non absoni accesserunt: tum diligentia quoque major adhibita est. Non enim Fescennino similis versus, temere compositus ac rudis, ut ante, allatus est; verum descripto ad tibicinem cantu saltuque congruenti satyras peregerunt: quo fit, ut mos ille explicetur, qui ab Aristotele in poëticis recitatur c. 1. veteres nimirum histriones imitatos esse *ῥυθμῷ, ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ*: id est, *saltu, concentu, et versu*: atque earum primum duo genera exstitisse: unum eorum, qui tibiarum modis, alterum eorum, qui pedum motibus verbisque imitarentur: deinde vero tria evasisse, tum cum alius saltaret, alius canere cœpit: cujus initium moris tribuit Livio poëtæ hic auctor: Sophocli autem in tragœdia Aristoteles, cum ait ab eo inventum esse *τὸν τριταγωνιστήν*. ['Hunc locum reprehendit Robortellus Emendationum II. 33. concedens, ea quidem se ita habere, quæ ab Aristotele exponuntur, at simul ostendens aliud esse, quod ab Andronico factum Livius scribit. Cum enim unus esset, qui imitaretur cantu et sermone, separare is cœpit, quia impedire illum, qui duo simul faceret, videbat: Aristoteles vero histriones tres fuisse introductos primum a Sophocle, qui sermone imitarentur, ut hic esset primarum partium, alter secundarum, tertius tertiarum.'] *Sigon.* Voss. quoque 2. et Helm. *versum*. Hoc

Digitized by Google

igitur accipio ab Sigonio. At non transpono voces: non fero *compositum*; abnuunt enim scripti. Quærit quid sit 'incompositus temere?' sed jungit dissociabilia. Livius vult, versus incompositos ac rudes, Fescenninis versibus similes, alternis temere ac sine arte jactasse. *J. F. Gron.* Vulgatam lectionem *versu similem incompositum* Oxonienses suos retinere, auctor est Hearne. Et ita tantum non omnes mei. Nam, præter Voss. 2. a Gronovio memoratum, tantum Lov. 3. *versum* præfert; at Klockian. *Fescennino versui similem, compositum temere.* Et sane ne id quidem, quod Gronovius ab Sigonio accepit, probandum videtur. Sed vel cum Klockian. *Fescennino versui similem* legendum est; vel *versu*, quod servant reliqui pro *versui* more antiquo, ut quidam apud Glareanum putant, accipiendum. Vide ad XXIV. 19. § 6. Utrumque autem, *Fescennino versu*, vel *versui, similem* et *Fescennino versui similem*, dici potuisse, Liviumque utroque modo locutum esse, patet ex illis quæ notavi ad III. 9. § 4. Si plures etiam codd. probarent, *compositum temere* non displiceret. Facile enim syllaba initialis *τοῦ incompositum* repeti potuit ex proximæ vocis litera finali m. Vide ad V. 23. § 5. Nunc tamen Gronovio cedo. Ceterum illis, quæ Robortellus de sensu Aristotelis contra Sigonium disputavit, ipse postea Sigonius respondit Emendat. I. 36. ac sententiam defendere conatus est. In repetitis tamen edd. quæ post verba Aristotelis subjiciuntur, expunxit: ut ea ipsi postea displicuisse verisimile sit. Ea tamen, contra quam semper observavi, hic restitui; quod, iis resectis, commode intelligi nequeant quæ Glareanus ad Sigonii Scholion in fine monuit. Insuper *alterni* Leid. 2. *alterius* Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad IV. 53. § 11. Tum *faciebant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quemadmodum sæpe variant codd. scripti. Vide inferius notata ad XLI. 4. § 2.

Inpletas modis saturas] *Inpletis modis* Lov. 2. et Gaertn. Deinde variæ libri manu exarati præferunt, vel *satiras*, vel *satyras*, vel, ut optimi Flor. Leid. 1. Voss. 1. et Harl. 1. habent *saturas*. Vide Vossium in Etymol. Ling. Lat. voce 'Satyra' et voce 'Sătura,' quosque ibi laudavit.

Descripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant] Dacerius redarguit Casaubonum, ut qui crediderit, omnia quæ hic tradit Livius, in unum illum annum concludenda esse, quo Sulpicius Peticus et Licinius Stolo consules fuerunt. Non scio, unde hoc colligere potuerit, nec quidquam apud Casaubonum invenio, ex quo intelligatur, eum hoc credidisse. Postquam retulerat verba superiora Livii, addit: 'Hæc Livius in A. U. C. CCCXC. consulibus C. Sulpicio Pætico, C. Licinio Stolone, quando gravi pestilentia Urbs laboravit.' Ex his nemo præter hunc censorem excalpet, opinor, quod is Casaub. tribuit: non enim dicit Casaubonus, Liviumtradere omnia illa hoc uno anno gesta esse, sed ab eo in historia hujus anni referri. *Duk. Motu congruenti pangebant* Hav. Scriptum fuerat *pagebant*; hinc, omissa linea per eandem literam *p* trajecta, factum est *pagebant* et *pãgebant*. Ita 'peractus,' seu 'pactus,' et 'pactus' commutabantur V. 50. § 7.

§ 8 *Livius post aliquot annos*] *Lucius*, pro *Livius*, Lov. 2. Tum *post aliquos annos* Harl. 2. Vide ad VI. 37. § 8. *Post aliquod annos* Hav. Vide ad VI. 24. § 2. *Post aliquot annis* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. et Klockian. quod eodem modo dictum accipi potest, quo 'post aliquanto,' 'post paucis diebus,' de quibus egi ad II. 31. § 4.

Qui ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere] Hanc sententiam his verbis tradidit Valerius II.

Digitized by Google

4. ex. 4. 'Paulatim deinde ludiera ars ad satyrarum modos perrexit, a quibus omnium primus poëta Livius ad fabularum argumenta apectantium oculos et animos transtulit. Isque sui operis actor, cum saepius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, geesticulationem tacitus peregit.' *Sigon.* Alii *anuus est primus argumentum fabulam serere:* ut III. 44. 'Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit:' vel alii *argumento fabulam facere*, vel *argumentosam fabulam facere*. Lege *argumentum suum fabulam serere*, vel *facere:* vel *argumento suo fabulam inserere*. Gallicus interpres: *qui, après l'usage des satires, osa le premier entremêler des choses vraies parmi ses farces:* vel lego *argumento suo fabulam cerere*, pro *quærere*. Ita c. 8. § 7. *carta para*, quæ *quarta*, in Mato. *Klock.* 'Argumentum fabulæ' sæpe dicunt veteres. Terentius Prol. Andr. et Heautont. Auctor ad Herenn. I. 12. Suet. Calig. c. 52. Ner. c. 12. et alii. Sed quid est 'argumento fabulam serere?' Ferrar. Elect. II. 5. interpretatur 'fabulam argumento componere,' seu 'fabulam condere,' et profert verba Quintil. Instit. Orat. v. 10. 'Fabulæ ad actus scenarum compositæ argumenta dicuntur:' et Livii III. 44. 'Notam judici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit.' Ex his et aliis, quæ laudavi, locis quidem intelligitur, quid sit 'argumentum;' sed nondum liquet, quid sit 'fabulam serere.' Credo tamen hoc a Ferrario recte exponi 'componere;' quod etiam 'contexere' dicas et 'conserere.' Livius hoc cap. 'Consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt.' XXV. 6. 'Fati lege immobilis rerum humanarum ordo seritur.' Quintil. v. 10. 'Ordo rerum tribus momentis consertus est.' Vide Drakenb. ad Silii Ital. VIII. 266. Ita sensus erit: qui primus annus est, spreta satyra, argumentis fictis fabulas componere et contexere. Fortassis etiam 'serere,' quasi de re nova et Romanis ante id tempus incognita, dicit: quemadmodum in hoc Horatii Art. Poët. vs. 46. 'In verbis etiam tenuis cautusque serendis.' Acron et plerique alii 'serere' exponunt 'novare,' 'nova verba facere.' *Duk.* Sex priores voces exulant a Lov. 5. a m. pr. Earum loco has quinque *quia a saturis annus est* reposuit manus altera. *Quibus a saturis*, pro *qui*, præfert Lov. 4. *qui a satiris* Port. et Gaertn. *qui a saturis* fragm. Hav. et Lov. 1. *qui a satyris* Hav. *qui ab sacris* Leid. 2. Tum *annus est primo* Port. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *argumento fabulam serere* omnes scripti præter Port. et Hav. qui *inserere* præferunt, ut Klockius ex conjectura emendavit. *Argumento fabulam facere* edd. principes: *argumentosam fabulam facere* Mediol. 1505. quod Ascensius 1513. et 1516. recepit. Sed vox 'argumentosus' an seculi Liviani sit, admodum dubito. Vide Voss. de Vitiis Sermon. III. 1. et lib. VII. ea voce. Aldus deinde *argumento fabulam serere* substituit: quod ob codd. consensum verum puto. Id autem Ferrarius Elect. II. 5. exponit fabulam argumento componere, seu fabulam condere, quia teste Quinctiliano Inst. v. 10. 'fabulæ, ad actus scenarum compositæ, argumenta dicebantur.' Ceterum memoratu dignissima sunt verba Donatii, quibus hunc locum enarravit, ut peritia ejus in arte chronologica et historia literaria nulli deinceps incognita sit. Ita igitur inquit: 'Vult,' &c. [Vid. Not. Delph.] Ergo, auctore Donatio, Livius Andronicus, (quem ipse, Claudio Centone, Appii Cæci filio, et M. Sempronio Tuditano consulibus, id est, A. U. C. DXIII. primum omnium fabulas Romæ docuisse ex Gellii XVII. 21. tradiderat,) vixit post Luci-

Digitized by Google

lium satyrarum scriptorem, et morem a Lucilio institutum mutavit, quum tamen Lucilium Livio, Nævio, Ennio, Plauto, Cæcilio, Terentio, Pacuvio, et Accio juniorem, et in obtrectandis eorum poëmatis clarum fuisse, Gellius eodem loco narravit. Eodem affirmante, Livius, qui ante natum Scipionem Africanum major jam fabulas Romæ docuit, attamen natu minor fuit Lucilio, qui 'sub P. Africano' (prioris nepote adoptivo) 'Numantino bello equus militavit,' teste Vell. Pat. II. 9. Quid non orbi literato ab hoc antecessorum Parisiensium primicerio exspectandum fuisset, si desultor juris totus se nostris literis dedidisset, ex hoc specimine satis patebit.

Idem scilicet, id quod omnes tum erant, carminum suorum actor] *I*, pro *idem*, habet Port. *id* Lov. 5. *scilicet* autem deficit in Hav. Deinde *id quod omnes tantum erant* Leid. 2. Ita etiam variant libri v. 36. § 6. Simili modo *tum* et *tantum* commutantur IV. 51. § 4. *tum* et *tantum* apud Corte ad Plinii Epist. I. 2. § 2. *Id quod omnes timuerunt* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. atque non nullæ ex edd. principibus: simili errore ac 'reliquerat' pro 'reliqua erat,' 'etiam' pro 'et jam,' aliaque passim in Mss. obvia sunt. Vide ad I. 47. § 9. XXIII. 29. § 16. et plurimos locis. Præterea *carm. suor. auctor* Lov. 2. et Gaertn. Vide ad I. 26. § 5.

§ 9 *Quum sæpius revocatus, vocem obtudisset*] Ducerius, *on le fit jouer si souvent, qu'il s'enroua*. Parum adcurate. Nam hæc verba, *on le fit jouer si souvent* etiam de diversis temporibus accipi possunt, et accepta esse videntur, contra mentem Livii, qui de uno et unius diei actu loquitur. 'Revocare aliquem' est, jubere repetere ea, quæ dicta sunt. Vide Passeratium ad Cic. pro Arch. c. 8. Abrammum ad Cic. pro Sextio c. 58. Livius XXVIII. 32. 'Revocatus prætor, &c. iterum renunciaret eadem.' Hoc Florus II. 7. de eadem re dicit, 'iterum iterumque præconem illam vocem repetere jubebant.' Ad hanc significationem verbi 'revocare' non satis adtendisse Ducerium ex eo apparet, quod dicit *on ne pouvoit se tasser de voir les pièces de Livius, et on le fit jouer si souvent*. Duk. *Vocem obtudisset* lapsu scribarum Port. et Hav. Nam Valer. Max. II. 4. ex. 4. eamdem rem referens, eamdem etiam locutionem usurpavit: 'Quum, saepius a populo revocatus, vocem obtudisset.' 'Obtundere vocem' occurrit etiam apud Cic. de Orat. II. 70. 'Patrono malo, quum vocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet.' Similiter, inter varias qualitates vocis, etiam 'obtusam vocem' refert Quinctil. Instit. Orat. XI. 3. qui ibidem insuper 'obtusas fauces' vocem obscurare dicit.

Puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset] Ingratum et supervacuum mihi hic videtur *quum*, et locum, quem corruptum putabam, levi emendatione ita restituere conabar: *vocem obt., et venia petita p. a. c. a. tibicinem statuisset*, vel *vocem obt., venia petita p. a. c. a. tibicinem statuisse, et canticum egisse*. Sed cohibuit me, ne quid tentarem, admotatio Gronovii ad XXVIII. 40. etsi hoc interest, quod ibi longe plura, quam hic, interponuntur. *Duk. Ad cantandum* Leid. 2. et Voss. 1. in margine. Tum *tibicinam* Flor. *tibicin* Lov. 4. Ceterum hic etiam locus docet, quanta cura Doujatius ad verba Livii adtenderit. Dicit enim, Livium, voce jam nimio usu obtusa, tibicinis concentum adhibuisse: ut adeo 'puer ad canendum' ipsi sit tibicen. Sed quid erit 'tibicinem ante tibicinem statuisset?' Livius hic aperte 'tibicinem' a 'puero ad canendum' distinguit. Ante Livium 'cantus jam erat descriptus ad

Digitized by Google

tibicinem,' ut Livius modo dixit: sed insuper Andronicus adhibuit 'puerum ad canendum,' tragœdum nempe, qui fabulam modulata voce pronunciaret, eumque 'statuit ante tibicinem.'

Canticum egisse aliquanto magis vigenti motu] *Ingenti motu* Harl. 2. Pert. et Hav. Vide ad XL. 36. § 14. *Ingentem motu* Lov. 2. et 5. *vigentem motu* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. ubi ultima litera adhæsit ex initiali vocis seq. vide ad XL. 7. § 8. legendum enim *vigente motu*, ut præferunt Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. omnesque edd. usque ad Paris. 1573. quam prima *vigenti* dedit, quod in nullo cod. superest, nisi in modo memorato Harl. 2. a m. sec. *vigente motu* itaque revocavi. Vide ad VI. 14. § 12. Adde viros doctos ad Sueton. Ner. c. 20. Mox *votis*, pro *vocis*, perperam Port.

§ 10 *Inde ad manum cantari histrionibus cœptum*] 'Cantari ad manum' dixit, pro cantare in promtu, et in præsentia, coramque. Hesychius 'ad manum quæ sunt,' prompta et parata interpretatur, et 'servum ad manum' ad multa utilem, hoc modo: Κατὰ χεῖρα, ἕτοιμα, εὐχερῆ, ἢ ὁ νῦν πρὸς χεῖρα καὶ εἰς πολλὰ χρήσιμος οἰκέτης. Turneb. Advers. III. 23. quem etiam vide v. 11. Ego intelligo *ad manum*; id est, ad tacitam histrionum gesticulationem, quæ manu vel præcipue peragitur. *Klock.* Hæc verba Livii ita in editis leguntur. Sed quis ea mihi sana esse et incorrupta præstabit? quid enim est 'ad manum cantare?' hoc contra mentem auctoris est, qui post illud Livii factum histriones canere desiisse vult, et, qui antea voce motuque cantica agerent, sole motu et tacita gesticulatione exinde agere cœpisse, et diverbia tantum ipsorum voci relicta. Nam diverbia pronunciabant histriones, cantica saltabant, puero accinente et responsante tibicine. Ante Livium poëtam et cantu simul et motu corporis ea perigebant. Valerius Maximus II. 4. de poëta Livio: 'isque sui operis actor cum, sæpius a populo revocatus, vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit:' inde igitur mos deductus, ut pantomimi in comœdiis taciti cantica desaltarent: quare legendum apud Livium, *inde ad manum saltari histr. cœptum, et diverbia tantum ipsorum voci relicta.* Dubitatione prorsus caret hæc emendatio. *Saltari* in *cantari* mutaverunt, qui non intelligebant, quid esset 'ad manum saltare,' et mentem Livii non percipiebant. 'Ad manum saltare,' est manibus saltare et gesticulari. Verbum Græcum non poterat melius exprimi. Nam χειροκροτεῖν omnino est *ad manum saltare*. Genus autem hoc ipsum loquendi vulgare et protritum Latinis, 'ad manum,' aut 'ad manus saltare,' pro manibus saltare. Sic 'ad tibias canere,' pro tibiis canere. Lampridius in Heliogabalo c. 32. 'Ipse cantavit, saltavit, ad tibias dixit.' Sic 'ad tabulam ludere,' 'ad manum lapides jactare' apud Vegetium. Ita etiam 'ad digitum pugnare' dicebant, pro digitis pugnare, quod uno verbo 'micare.' Quintilianus VIII. 5. 'Contra eamdem sororem gladiatoria, cujus modo feci mentionem, ad digitum pugnavi:' ita in vetustissimo et optimo codice legebatur, quem olim a Bongarsio habui, τῷ πάνυ. Vulgo editur, *ad digito pugnavi*. 'Ad digitum concurrere' dixit incertus auctor veteris epigrammatis: 'Lex erat ad digitum posita concurrere palma:' quem ego versum semper ut ita ingendum, et de micatione intelligendum judicavi, quod alibi plurimis probabo. 'Decernere digitis' apud Calpurnium Ecl. II. 'Et nunc altesnos magis ut distinguere cantus Possitis, ter quisque manum jactate micantes:' igitur 'ad digitum pugnare' et 'digitis pugnare' idem, ut 'ad manum

Digitized by Google

saltare,' et 'manibus saltare:' quod est χειρονομεῖν. Hesychius χειρονόμος, ὀρχηστής. *Salmas.* ad Vopisci Carinum c. 19. p. m. 330. Salmasius ad Flavii Vopisci Carinum *saltari*: et hanc emendationem dubitatione prorsus carere scribit. Sed illud habent omnes codd. accipiendumque, non ut ipsi histriones 'cantare ad manum' dicantur cœpisse, sed alii, illis gestum sine voce agentibus. Est enim 'cantare' alicui 'ad manum' non, ut Turnebus voluit, cantare in promtu et in præsentia, coramque, sed gesticulationi ejus, quam saltando fiebat et loquaci manu, cantando respondere, et pronunciare modulate, quæ histrio agat. Suetonius Caligula c. 54. 'Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret; quo minus et tragœdo pronunciauti concineret, et gestum histrionis, quasi laudans vel corrigens, pulam effingeret.' Et hinc intelligendum apud eumdem in Nerone c. 24. 'Atque in quodam tragico actu cum elapsum baculum cito resumsisset, pavidus et metuens, ne ob delictum certamine summoveretur, non aliter confirmatus est, quam adjurante hypocrita, non animadversum id inter exsultationes succlamationesque populi:' ubi fatetur Torrentius, se non intelligere, quis hic sit *hypocrita*: et suspicatur aliquem, qui adstiterit canenti, ut phonascus verba facienti, monendi caussa vel subjiciendi si quid fugeret memoriam. Alii 'hypocritam' conjiciunt fuisse ex illis qui cum principe tragœdiæ partem cantaverint, aut denique simplicius, ut aiunt, 'hypocritam' pro adulatore Cæsaris accipiunt. Nimium illi quidem simpliciter. Nec cantabat ille cum principe, sed principe cantante saltabat. Nimirum Nero hic, quod in Caligulæ verbis 'tragœdus,' agit; 'hypocrita,' quod 'histrio.' Tragœdus canebat, id est, modulate pronuntiabat: histrio, vel hypocrita, vel pantomimus saltabat et gesticulabatur, et præter hos aderat tibicen. Ut hic 'puer ad canendum' pro tragœdo; tibicen, ante quem statutus puer; Livius Andronicus 'actor suorum carminum.' Sic 'cantare ad tibias,' sicubi, non utique semper, ut vult ὁ πάνυ, est solummodo tibias inflare, sed, alio tibias animante, carmen voce accinere: 'cantare ad fides,' Ovidio 'ad citharam ora vocalia movere,' et 'subjungere' vel 'sociare carmina nervis' Met. v. 332. 340. xi. 5. simul pulsare citharam, simul canere. Varro apud Nonium voce 'Nænia:' 'Ibi a muliere, quæ optima voce esset, præfica laudari, dein næniam cantari solitam ad tibias et fides:' sic conjicimus, pro *per quam*. Cicero Tuscul. iv. 2. 'Gravissimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes: ex quo perspicuum est, et cantus tum fuisse descriptos vocum sonis et carmina:' sic autem legendum, non *rescriptos*, vel docent verba hic apud Livium 'descripto ad tibicinem cantu.' Idem lib. i. ejusdem operis c. 44. 'Non intelligo, quid metuat, cum tam bonos versus fundat ad tibiam.' Et secunda Agraria c. 34. 'Hostiæ majores ad præconem et ad tibicinem immolabantur.' De Legibus ii. 24. 'Honoratorum virorum laudes in concione memorantor, easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequuntor.' Varro de Re Rust. lib. ii. c. ult. 'Sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem Græcum.' Donatus de Tragœd. et Com. 'Hujusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi scenici essent.' 'Cantabat' igitur puer 'ad manum' Livio Andronico, ipse ad tibicinis modos saltabat agens canticum. Lucianus de Saltatione p. 798. Πάλαι μὲν γὰρ αὐτοὶ

Digitized by Google

καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ἐπειδὰν πονουμένων τὸ αἶσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν. Festus in 'Salva res est:' 'Inventum esse ibi C. Pomponium libertinum, minimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret.' Idem, 'Nenia, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.' *J. F. Gron.* Salmasii ad Vopisci Carin. cap. 19. emendationem hujus loci multis post Gronovium refellit Ferrarius Elect. II. 5. sed 'ad manum cantare' exponit cum Turnebo Advers. l. III. c. ult. et confirmat e Quintiliano Instit. XII. 5. 'arma habere ad manum:' et ex Livio IX. 19. 'Supplementum Romanis ad manum domi esse.' Adde Plinium Hist. Nat. XXXV. 10. 'ad manum intuenti demum adparere:' et African. l. 19. § 5. D. ad SCtum Vellei. 'Quia ad manum nummos non habebam.' Itaque ex horum sententia *ad manum cantari histrionibus coeptum* est, histriones coeperunt ad manum habere, qui cantaret, et quo pronunciante ipsi saltarent. Gronovii interpretationem horum verborum eo præcipue improbat Ferrarius, quod cantor cantando non respondebat gesticulationi histrionis, quæ saltando et loquaci manu fiebat; sed quod contra histrio saltando et gesticulando ea exprimebat quæ cantabantur. Hoc recte animadversum videtur. *Duk.* Salmasii conjectura recte a viris doctis explosa est. Ei autem erroris fons exstitit, quod *ad manum cantari histrionibus* acceperit pro ab histrionibus; quum accipiendum sit ad manum cantari histrionibus sive histrionum caussa a pueris ad canendum ante tibicines statutis. Quin et 'saltare ad manum,' pro saltare manibus, an sit locutio temporis Liviani, admodum dubito. Certe ipse Salmas. ad Vopisci Procul. c. 13. veteres dixisse tradit 'ludere alea,' 'tesseris,' 'latrunculis,' at recentiores scriptores: 'ad aleam,' 'ad tabulam,' 'ad latrunculos.' Similiter 'jacere ad fundas,' pro fundis, 'destinare ad balistas,' pro balistis, locutiones Vegetianas esse, Stewich. ad eum docuit ad l. IV. c. 8. et c. 18. Pluribus aliis argumentis, post Gronovium ad hunc locum, Salmasium verba Livii tentantem refellit Ferrarius Elect. II. 5. cui neque Gronovii expositio satisfecit per omnia. Postquam enim, Salmasii conjectura refutata, docuisset 'cantare ad manum' esse, prope et in vicino cantare, quomodo fere Turnebus interpretatus est, plures adfert difficultates, quæ contra expositionem Gronovii moveri possent, et apud ipsum videndæ sunt, quod omnia recenseri adnotationum ratio non permittat. Tandem tamen hujus rei judicium eruditis committit.

Diverbiaque tantum ipsorum voci relicta] Hinc est, quod ait Donat. in Andr. immo de Tragœd. et Comœd. circa finem, 'Diverbia' a solis histrionibus fuisse pronunciata: 'histriones' enim videtur vocasse eos tantum, qui canerent, non qui item saltarent, aut tibias inflarent. Quasi vero intelligendum sit, canticis rem actam esse tibiis, saltu, et versu: in diverbiis autem versu tantummodo, id quod veteres Latini 'assa voce' dixerunt. 'Diverbia partes comœdiarum sunt,' auctore Diomede Gramm. l. III. p. 489. 'in quibus plures personæ versantur: cantica, in quibus una tantum.' *Sigon.* Immo contra per 'histriones' intelligendi videntur, qui saltabant ac gesticulabantur, quorum ipsorum voci diverbia relicta, cantica vero relata ad tragœdos, qui histrionibus gestum sine voce agentibus ad manum cantabant. Certe apud Sueton. in Calig. c. 54. quem modo Gronov. laudavit, Caligula 'tragœdo pronuncianti concinebat,' et 'gestum histrionis effingebat.' Et ita Livius Andronicus, 'puerum ad canendum, ante tibicinem cum statuisset,' non totam fabulam, sed 'canticum egisse

aliquanto magis vigente motu' dicitur in verbis præced. Ceterum *de verbi atque tantum* mendose Voss. 2. *deverbiaque tantum* Leid. 1. Flor. Port. Gaertn. Lov. quinque, Hav. et fragm. Hav. cum edd. antiqq. Sed altera lectio verior est.

§ 11 *Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur*] *Legè ac fabularum* omissa adspiratione Flor. Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXV. 26. § 7. *Lege ab fabarum ac soluto joco* fragm. Hav. a m. sec. Hav. et Port. *lege ab risu fab. ac soluto joco* Harl. 2. *lege hac fab. ac risu ac solito joco* Leid. 2. a m. pr. sed *soluto* inter versus adscriptum est. Solent hæ voces sæpius commutari. Vide ad XXXV. 34. § 10. Vulgatum præstat. Virgil. Georg. II. 385. 'Nec non Ausonii, Troja gens missa, coloni Versibus incomtis ludunt risuque soluto.' Deinde *re avocabatur* Hav. *res avocabatur* Leid. 1. et Lov. 1. *res advocabatur* Harl. 1. fragm. Hav. et quædam ex antiquioribus editis. De hoc scribarum errore vide ad I. 6. § 1. *Res abnotabatur* Lov. 2. errore librarii. Solent autem alibi verba 'vocare' et 'notare' in Mss. confundi. Vide Broekh. ad Prop. El. III. 9. 48. et Burm. ad Ovid. Met. XI. 5. 173.

Ludus in artem paullatim verterat] *In partem* nullo sensu Harl. 1. Sed sæpius ita variarunt librarii. Vide ad I. 15. § 4. et X. 3. § 8. Deinde, duplici lectione recepta, *parum al' paullatim verterat* Gaertn. *verteretur* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad II. 62. § 2. *Paullatim verterat in artem*, transpositis vocibus, Lov. 5.

Juventus, histrionibus fabellarum actu relicto] *Juvenem* male Flor. Deinde *fabularum actu* Port. Gaertn. et Hav. Et vulgo distinguunt viri docti, ut 'fabulæ' sint argumenta ex historia fabulari petita, 'fabellæ' apologi. Vide quæ notarunt ad Phædri Fab. IV. 6. 22. In vulgatum tamen *fabellarum* conspirant et plures et melioris notæ codd. Et ita fere Cic. ad Quint. Fratr. II. 16. 'Ἀνδρόμαχον Σοφοκλέους, quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.' Mox *jactare*, pro *jactitare*, Leid. 2. Vide ad V. 40. § 3. Contrario errore *jactitare*, pro *jactare*, præferunt codd. IX. 41. § 2.

Quæ exordia postea adpellata] Vetusti codd. *quæ inde exodia*. Gelenius. Absque *r* hoc legendum, non est dubium. Sed, num etiam absque adspiratione, non ita clarum. Quamquam si *exodia* sunt dicta, quod extra cantum essent, videlicet ridicula versibus intexta, quæ sine cantu jactitare juvenes solebant, non est omnino dubium. At in his quid 'deverbia,' quid 'exodia,' quid 'ad manum canere,' nemo non exponit, sed non etiam ita nemo non intelligit. *Glar.* 'Exodia' idem sunt, atque apud Aristotelem in Poëticis 'Episodia;' hæc quod extra rem sint, illa quod rei inserantur, appellata. Etenim Suidas ait, Ἔκκυδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον κατὰ προσθήκην τινὰ, καὶ ἀλλότριον τοῦ δράματος. Item, Ἐκκυδίων τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὅτι καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγόμενον ἅπαν πρᾶγμα. Sic Livius vocat, 'ridicula intexta versibus: Conserta fabellis potissimum Atellanis.' Nonius Marcellus exempla sæpe profert ex fabula Nonii poëtæ comici, 'Exodio.' *Sigon.* Temere inferait Rhenanus voculam *inde*, quæ neque in ullo Msto nostrorum, neque in priscis edd. remanet. *Gebh.* *Quæ exodia postea appellata*, omissa voce *inde*, etiam Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *quæ exordia postea appellata* Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. et Hav. cum ed. Rom. 1472. *quæ exordia postea appellata est* Lov. 5. *quæ xordia postea appellata* Harl. 1. *unde exodia, quæ exordia postea appellata* Flor. Neapol. Latinii, et, teste

Digitized by Google

Hearnio, ed. Rom. princeps. *Unde exordia, quæ exordia postea appellata* Mediol. 1480. *unde exodia, quæ exordia postea appellata* Parm. *unde exodia, quæ exodia postea appellata* Tarvis. utraque, Veneta 1495. et quædam aliæ. Hinc primas duas voces abjecit Mediolan. 1495. quod plerœque usque ad Gelenium servarunt. At Gelenii lectionem probarunt Voss. 1. et Klockian. ac τοῦ *inde* vestigia manent in illis scriptis atque exemplis, quæ *unde* præferunt. Quare Gebhardo vocem *inde* iterum delenti consentire non possum. Ceterum, *exodus* et *exodium* scribendum esse, non male docuit Dausquei. de Orthogr. part. sec. in voce 'Exodus.' Certe adspiratio ne in ullo quidem meorum codicum exstat, si excerptis fides habenda sit. Neque ejus etiam meminit Gronov. in exc. ex cod. Salmasiano Suet. in Tib. c. 45. et Dom. c. 10. De voce 'Exodium' vide Voss. Etym. Ling. Lat. ea voce.

Conseritaque fabellis potissimum Atellanis sunt] *Conspectaque* Gaertn. *conservataque* Klockian. Deinde *Atellani*, vel *Atellani, sunt* Leid. 1. Lov. 2. Port. et Hav. Sed literam ultimam τοῦ *Atellanis* intercepit prima proximæ vocis *sunt*. Vide ad XXXVII. 29. § 5.

§ 12 *Ut actores Atellanarum*] Nemo nescit, apud Romanos, omnes qui scitis ludicris pronunciandive causa in scenam prodibant, infamia notatos, tribuque motos, et a stipendiis atque honoribus repulsos fuisse. Hoc dudum multi docuerunt ex edicto prætoris sub tit. D. de his, qui not. infam. ex Cicerone apud Augustinum de Civ. Dei IV. 13. ex hoc loco Livii, et ex Val. Max. II. 4. ex. 4. Nec quidquam aliud reconditæ antiquitatis sub his verbis Livii latet. Tamen apertam ac simplicem eorum sententiam miris modis implicant, et nodos, nescio quos, nectunt quidam, interque eos vir plurimæ lectionis, et eruditionis minime vulgaris H. Dodwellus. Hic in App. Prælect. Camden. p. 713. adversus doctos quosdam, sed mihi incognitos, disputans, scribit eos hoc ita intelligere: 'quasi tribu moti gratis, nec ullo publico stipendio militarent.' Deinde, quibusdam interjectis, 'non tamen,' inquit, 'negat ille' (Livius) 'tribu motos stipendia accepisse, sed fecisse tantummodo. Idque voluit, ni fallor, ut stipendia acceperint, non tamen stipendia fecisse, ut scilicet prodesset illis stipendiorum numerus legitimus ad honores rite capiendos.' Nihil horum intelligo, nec credo, quemquam veterum hoc sensu dixisse 'stipendia facere.' Certe Dodwellus nulla auctoritate novam hujus phraseos interpretationem confirmat. Et quod putat auctores Atellanarum non potuisse honores consequi, de eo neque ex Livio, neque ex aliis, quidquam adhuc didici. *Duk.* · *Auctores* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Port. Hav. et fragm. Hav. sollemni errore. Vide ad I. 26. § 5. Non tantum enim Atellanarum, sed et aliarum fabularum auctores infamia non notabantur. Deinde *Atellanorum* Port. quasi ex proximo intelligenda esset vox 'ludorum.' Sed recte vulgatum servant reliqui. Subauditur enim 'fabula' vel 'fabella.' Vide Sanctii Minerv. IV. 4. sive de ellipsi nominum in voce 'Fabula.' Paullo ante *passa res est*, addita media voce, Lov. 4.

§ 13 *Ludorum quoque prima origo ponenda visa est*] *Primo origo* Gaertn. Vox *prima* vero deficit in Leid. 2. Male. Vide ad VI. 12. § 10. Deinde *ponenda est visa* fragm. Hav. Ceterum *ludorum primum nuncium, quorum prima origo ponenda visa est* corrupte præfert Port. per errorem enim *nuncium*, pro *initium*, et *quorum*, pro *quoque*, datum est. Quibus emendatis patet, voces *primum initium* huc inrepsisse ex principio cap. seq. quæ

Digitized by Google

scribere librarius inceperat, quod ibi quoque *ludorum*, ut hoc loco, obcurreret. Sed, iis jam exaratis, animadvertens se multa omisisse, non deletis, quæ perperam scripta erant, prætermissa addidit. Vide ad III. 56. § 11. et ad V. 29. § 2.

Ut adpareret, quam ab sano initio] *Ut appareat* Leid. 2. Tum *quam absono initio* aberrantes dederunt librarii Lov. 4. et 5. Mox vocabulum *insaniam* non agnoscit Harl. 1. Deinde *venit*, pro *venerit*, Hav. et Lov. 2. De quo errore vide ad XL. 14. § 10.

CAP. III. § 1 *Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum*] *Nec tũ*, pro *Nec tñ*, Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nec tamen primum religionis initium* Leid. 2. *Nec tamen primum ludorum initium* Lov. 1.

Aut religione animos, aut corpora morbis levavit] *Haud*, pro *aut*, priori loco præfert Harl. 2. posteriori Port. a m. sec. Vide ad XXVIII. 2. § 11. At vocula *aut* posteriori loco deest in Leid. 2. Deinde *corpora levavit morbis* Voss. 1. Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. ac Lov. 1. et 5. In quorum ultimo tria priora verba deerant a m. pr. Sed a m. sec. margini adscripta sunt, verum non suo loco post voces *corpora levavit morbis*.

§ 2 *Quum medios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus impedisset*] *Tum medios* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc vocem *forte* non agnoscunt Harl. 2. Port. et Hav. quæ in reliquis superest. Tum *Tibri superfuso* Hav. At eos errare qui *Tibris* scribunt; *Tybris* autem poëtas tantum apud Latinos usurpare, auctor est Cluverius Ital. Antiq. II. 10. p. 799. *Tiberis superfuso* Flor. Leid. 1. et Lov. 1. Sed ultima litera sibilans repetita est perperam ex initio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum *irrogatus* Voss. 2. ac Lov. 3. et *impendisset* Leid. 2.

Aversis jam Diis, adspernantibusque placaminа] *Adversus jam Diis* Lov. 2. et Hav. *adversis jam Diis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. et Port. Ita IX. 1. 'Rerum humanarum maximum momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis.' Deos tam 'adversos,' quam 'aversos,' recte dici, monuit Burmann. ad Ovid. Epist. Heroid. VII. 4. Hic igitur, ubi optimi codd. receptam lectionem tuentur, eam etiam præferendam esse, nullus dubito. Passim hæ voces in codd. scribarum errore commutantur. Vide ad II. 31. § 6. Tum copula *que* non conspicitur in Gaertn.

§ 3 *Itaque C. Genutio, L. Æmilio Mamercino secundum consulibus*] *Cn. Genucio* ex tabulis Capitolinis et Diodoro lib. XVI. p. 510. qui Γναῖον Γενούκιον edit. *Sigon. Caii* prænomen priori consuli tribuunt Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Flor. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Klockian. Apud Diodor. etiam codd. scriptos Γάϊον, pro Γναῖον, præferre, margo editionis Rhodomanni adfirmat. Cedendum tamen puto auctoritati marmorum Capitolinorum. Nam alibi etiam sæpe pronomen *Cn.* sive *Cnæus*, in *C.* sive *Caius*, abiit. Vide ad V. 11. § 1. hoc lib. c. 12. § 1. c. 28. § 2. VIII. 18. § 13. et alibi. *Genucio* autem, non *Genutio*, scribendum esse, Sigonius jam observavit ad II. 52. § 3. Deinde alterius consulis nomen gentilicium exsulat ab Hearnii Oxon. C. Tum *Mamereo* tantum non omnes codd. mei, nisi quod *Marco* sit in Lov. 3. Sed, *Mamercini* cognomen eum habuisse, vidimus ad c. 1. hujus libri § 2. Denique *duobus consulibus*, pro *secundum cons.* Voss. 2. *secundis consulibus* Gaertn. Sed error natus est ex eo quod per notas scriptum fuerit *II. consulibus*, ut in multis codd. superest. Alia exempla vide ad IV. 16. § 6. Epit. lib. VII. et alibi. *N. consulibus* Lov. 3. Vox *secundum* deficit in Lov. 2. et 4.

Digitized by Google

Repetitum ex seniorum memoria dicitur] Hæc de re nihil ante tradidit. *Sigon.* Omnia hæc verba perperam deficiebant in Voss. 2.

Pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam] *Pestil. quandam clavo a dict. fixo* Gaertn. *pestil. quodam clavo ad dict. fixo* Leid. 2. et Lov. 1. Voces *quodam* et *quōdam*, sive *quondam*, alibi commutarunt librarii. Vide ad XXXVII. 11. § 6.

§ 4 *Ea religione adductus senatus*] *In ea religione* Port. *In eaque religione* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. et Hav. *Eaque religione* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *Ea qua religione* Leid. 1.

Dictatorem clavi figendi caussa dici jussit : dictus L. Manlius] *Clavi fictendi* Leid. 2. *clavi fiepdi* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *dici* male deficit in quibusdam edd. antiqq. Tum *dictus Lelius Manlius* Port. Vide ad XXIX. 7. § 2. *Dictus L. Mallius* Gaertn. et Lov. 3.

§ 5 *Lex vetusta est, priscis literis verbisque scripta*] Respiciendos hic monet Hearnius Franc. Balduinum Comm. de Legg. XII. Tabb. p. 251. ed. Basil. 1557. et Tennulii notas in Jamblichum p. 157. Ceterum *Lex vetusta ex priscis literis* nonnullæ edd. antiqq. pro quo Ascens. 1513. dedit *est*. Et ita præferunt omnes scripti, nisi quod Gronov. paullo post moneat, τὸ *est* in altero Vossianorum inter versus demum manu sequiori adscriptum esse.

Ut, qui prætor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat] Vide Festum in ' Maximum prætorem.' *Klock. Imbribus Septembribus* Klockian. *Idibus Septembris* Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Ambigue *Idibus Septemb.* Leid. 1. Vide ad IV. 37. § 3. Deinde *clavum apangat* Voss. 1. addita nota, literam initialem *a* delendam esse. Sed *clavum impungat* idem margini adscriptum habet. *Impungat clavum* Lov. 1. *impingat clavum* Leid. 2. *clavum figat* Harl. 2. Gaertn. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. Et ita a m. pr. præfert Port. pro quo deinde altera interpolavit *pagat*. Sed *pangat* verum est, ex cujus interpretatione natum est alterum *figat*. Festus: ' Pangere, figere. Unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur. Inde etiam versus pangi vel figi in cera dicuntur.'

Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi, ea ex parte, qua Minervæ templum est] Membranæ Thuani, et Voss. Andreas, Beccarius, *maximi ea qua parte*. Voss. alter *eaque parte*. Moguntini mutarunt. Sed fuit scribendum, *Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervæ templum est*. Ut c. 12. ' Fines Romanos, qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere.' De vicissitudine elementorum *A* et *X* diximus Observ. l. IV. c. 4. p. 52. Sed et alia hujus loci obscura et ambigua. Libri Mss. fere omnes *Fixa fuit :* tamquam de lege loquatur, non de clavo. Video etiam in Voss. post *vetusta τὸ est* inter versus demum manu sequiore adscriptum. Quasi fuerit : ' Lex vetusta, priscis literis verbisque scripta, ut, qui prætor maximus sit, Idibus Septembribus clavum pangat, fixa fuit dextro lateri.' De clavo ipso si quæras, verisimile in eodem pariete sub ea lege depactum. Et istud videtur confirmare, quod subnectit ' eoque Minervæ templo dicatam legem.' Nam si de clavo loqui voluisset, dixisset potius *dicatum lege*. Ne vero censeas, hoc verbi magis convenire clavo, quam legi, dicamus licet, *dicatam* nihil aliud esse, quam fixam, suspensam. Sic Tiberius Parrhasii tabulam, satis indecoram, ' in cubiculo dedicasse,' dicitur Suetonio c. 44. *J. F. Gron. Fixa fuit* Flor. Voss. Leid. 1. Lov. 1. et Harl. 1. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Eam itaque lectionem, in quam conspirant certissimi codd. recepi. Proprium de le-

Digitized by Google

gibus verbum 'figere.' Cic. ad Attic. XIV. 12. 'Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem, a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani.' Orat. Philipp. I. 1. 'Adsentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo viro, voluit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Cæsaris aut beneficii figeretur.' Philipp. II. 36. 'Ne qua post Idus Martias immunitatis tabula, neve cujusquam beneficii figeretur.' Eodem cap. 'Inspectantibus vobis, toto Capitolio tabulæ figebantur: neque solum singulis veniebant immunitates, sed etiam populis universis.' Ad Famil. XII. 1. 'Tabulæ figuntur, immunitates dantur.' Virgil. Æn. VI. 622. 'fixit leges pretio, atque refixit:' ubi Servius notat, 'Fixit autem ideo, quia incisæ in æreis tabulis adfigebantur.' Deinde *ea ex parte, qua Minervæ templum est* primum inveni in ed. Curionis. Neque ulli codicum meorum eam lectionem firmant. *Ea parte, qua Minervæ templum est* est in Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Atque ita Ascensius 1513. omnesque recentiores usque ad Curionem ediderunt. *Ea qua parte templum Minervæ est* Lov. 4. *ea qua parte Minervæ templum est* Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. editique usque ad Ascens. Pro quo recte Gronovius, mutata unica litera, *ex qua parte Minervæ* dedit. De literis autem *A* et *X* sæpius male inter se confusis vide ad XL. 59. § 8.

§ 6 *Quia raræ per ea tempora literæ erant*] *Raro* Port. et Hav. Male. Supra VI. 1. 'Quod parvæ et raræ per ea tempora literæ fuere.' Tum *erant literæ* Lov. 2.

Notam numeri annorum fuisse ferunt] Quomodo unicus clavus numeri nota esse potuerit, lectori expendendum: nam ego plane non intelligo. *Glar.* Scilicet, ut quot anni, tot clavi numerarentur: quod Glareano obscurum videtur; cum tamen scribat Festus, 'Clavus annalis appellatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut per eos colligeretur numerus annorum.' *Sigon.* Prima vox deerat in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. secunda in Hearnii Oxon. L. 1. tertia in Lov. 2. Deinde *fecerunt*, pro *ferunt*, obfert Harl. 1. Ita *fecimus*, pro *ferimus*, in multis codd. male exaratam exstabat IV. 3. § 5. 'Ferre' et 'facere' commutantur IX. 15. § 5. Ceterum apud rusticos literarum, vel memoriæ per literas servandæ, temporisque per annos ab Urbe condita aut alia ratione notandi ignaros plerumque et rudes, atque antiquæ simplicitatis ut plerimum retinentissimos, numerantem istum clavum diutissime in usu mansisse, Jac. Perizonius in Animadv. Histor. c. 5. p. 181. probat ex Petronio in Satyr. c. 135. 'At paries circa palea satiatus inani, Portuitoque luto, clavis numerabat agrestis:' ad quem locum vide etiam viros doctos, et Thom. Dempster. de Etrur. Regali I. 15. p. 63.

Eoque Minervæ templo dicatam legem, quia numerus Minervæ inventum sit] Vet. lib. *a Minerva inventus sit.* Sigon. *A Minerva inventus sit* placet legi Sigonio. Sed ego plus tribuo consensui optimorum multorum codicum, quam libro ipsius unico, nescio quam probo; legoque, volentibus jubentibus illis, *quia numerus Minervæ inventum sit.* Et sic poëta, nescio qui, in persona Phœbi, 'Inventum medicina meum est; opiferque per orbem Dicor, et herbarum subjecta potentia nobis.' *Modius. Quia numerus a Minerva inventus sit* lectio nihili est, e novissimo cod. incalcata a Sigonio. Pall. duo, et prisca ed. *quia numerus Minervæ inventum sit.* Campani vero ed. *quia numerus et Minervæ inventum sit.* Gebh. *Numerus a Minerva inventus sit* ab Sigonio est. Priores et duo Pall. Chifl. Thuan. Voss. *quia numc-*

Digitized by Google

rus Minervæ inventum sit. Vel Ovidio dandum fuit, ne mutaretur, qui Metam. I. 521. 'Inventum medicina meum est:' quæ adduxit Modius. Gratius vs. 309. 'priscas artes inventaque simplicis ævi.' Cicero Tusc. v. 31. 'Maximisque doloribus adfectus eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat.' Voss. alter, et Buslid. *numerus Minervæ inventus sit.* Helm. *numerus Minervæ inventum fuit.* J. F. Gron. *Numerus a Minerva inventus sit* Port. Hav. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. B. et C. *numerus Minervæ inventus sit* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *numerus a Minerva inventum sit* Harl. 2. Reliqui *Minervæ inventum*, quod recte viri docti alteri lectioni, cui Sigonius adhæsit, præferendum esse docuerunt. Serem. Sammonic. de Medic. vs. 1. 'Phœbe, salutiferum, quod pangimus, adsere carmen, Inventumque tuum promto comitare favore.' Plinius Hist. Nat. VIII. 45. 'Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare.' XXV. 5. 'Linozostis sive parthenion Mercurii inventum est.' XXXV. 12. 'Dibutadis inventum est rubricam addere, aut ex rubrica cretam fingere:' qui ita sæpius locutus est. *Quia numerus Minervæ inventum est* Gaertn. quasi τῷ *quia* subjunctivum addere nefas foret; qua de caussa etiam factum videtur, ut *fuit*, pro *sit*, in Helmst. apud Gronov. scriptum fuerit. At vide superius notata ad II. 8. § 5.

§ 7 *Volsiniis quoque clavos*] *Vulsiniis* ex veteribus lib. et Capitolinis lapidibus. *Sigon. Volscinii* Lov. 2. *Volscius* Lov. 4. *Volscinis* Gaertn. et Hav. *Volsinis* Port. *Volsciniis* Lov. 5. et quædam ex antiqq. edd. Utroque modo hæc urbs vocatur *Volsinii* et *Vulsinii*. Vide ad v. 31. § 5. et adde Broekhus. ad Propert. IV. 2. 4. Tum *quom clavos*, pro *quoque*, Gaertn.

Fixos in templo Nortiæ, Etruscæ Deæ, comparere] Jo. Annius in commentario in Berosum, Propertiique Vertumnum ait, hanc Deam 'Horchiam' vocatam; quod, ut solet, non admodum firmis probat rationibus. *Glar.* Juvenalis Satyr. X. 74. 'idem populus, si Nortia Tusco Favisset, si oppressa foret secura senectus Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora Augustum.' *Nortia*, vel potius, ut libri meliores, *Nurscia*, Volsiniensium peculiaris Dea. Tertullianus in Apolog. c. 24. 'Asculanorum Ancaria Dea, Volsiniensium Nurscia, Ocricolanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.' *Lipsius* ad Taciti Ann. IV. 1. Lege *Nurscia*. Hæc 'Nurscia,' ut puto, Prisciano l. v. p. 643. *Nursea* dicitur forma Græca: sic enim ibi Augiæ vetustissimum Matum habet, non *Ruscino*. Klock. Pal. 2. *Noritiæ*. Campanus *Nuritiæ*. Lipsius legit *Nurscia*. Gebh. Lipsius ad Tacit. Ann. IV. 1. in libris melioribus *Nurscia* scribi ait. Scriptura variat in Juven. Sat. X. 74. et Tertull. Apolog. c. 24. Sed *Nortia* habent inscriptiones veteres. Vide quæ nuper adnotavit Gorius ad Inscript. Donii Class. 1. num. 149. e quibus patet, non Vulsiniensium tantum, sed etiam aliorum Etruscorum Deam fuisse. *Nortia* etiam est in Martiano Cap. lib. I. p. 21. ubi Grotius eam distinguit a *Nursia*, Volsiniensium Dea, cujus meminit Livius. Sed credo idem numen fuisse, nec quidquam discriminis inter *Nortiam*, *Nurscam*, et *Nursiam*, præter varietatem scripturæ esse. *Duk. Vortiæ* Lov. 4. *Noritiæ* Lov. 5. a m. sec. Harl. 2. Port. et Hav. *Norciæ* Gaertn. *Nursciæ* Lov. 1. Leid. 2. et pro varia lectione Voss. 1. in margine. Sed verum hujus Deæ nomen *Nortia* esse, quemadmodum eam etiam reliqui codd. adpellant, ex veteri inscriptione apud Reines. class. 1. num. 131. docuit Haverk. ad laud. loc. Tertull. Hearne autem auctor est, *Nursiam* et *Mursiam* a

Digitized by Google

nonnullis vocari, ac respiciendos monet Gyrald. in Syntag. Deor. p. 459. et Guil. Burtoni Græcæ linguæ historiam p. 36. Adde Dempster. de Etruria Reg. I. 15. p. 62. Fabrett. Inscript. p. 742. et quos laudat Burm. ad Sueton. Vespas. c. 1. Ceterum *comparare* perperam, pro *comparere*, Leid. 2. Lov. 4. et Hav. De hoc lapsu scribarum vide ad VI. 1. § 10.

Diligens talium monimentorum auctor Cincius adfirmat] Lipsius ad Tacit. Ann. IV. 1. legit *diligens talium monumentorum Cincius affirmat*, deleto *τῷ auctor*. Pal. 3. *affirmat*. Gebh. Vellem, libri Msti confirmarent conjecturam Lipsii, d. l. vocem *auctor* pro glossemate habentis. *Diligens* cum casu secundo a Cicerone, Plinio, et Suetonio dici, ostendunt Lexica, et Gudius ad Phædri Prolog. lib. IV. *Duk. Talium munimentorum* Gaertn. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 10. § 6. *monumentorum* Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Hav. et fragm. Hav. Vocem vero *auctor*, quam Lipsius expungit, constanter servant omnes scripti: quibus invitis eam relegandam non censeo. Deinde perperam *Cintius* Voss. 2. *Cinnus* Leid. 1. *Circius* Lov. 4. *Cicius* Lov. 5. Conspirant etiam, quos consului, codd. in vulgatum *affirmat*.

§ 8 *M. Horatius consul ex lege templum Jovis*] Dedicatio templi Jovis Optimi Maximi lib. II. quid attinebat ad solenne clavi figendi? Neque enim Livius eo in loco quicquam de clavo pangendo scripsit. *Glar.* Quid hujus loci interest, Pulvilius ex lege, an ex senatusconsulto, an absque et hoc et illa, jure magistratus dedicaverit? Quid igitur hic *ex lege templum Jovis Optimi Maximi dedicavit?* Nullius hic legis tempestiva mentio, nisi de clavo pangendo. Utrum igitur scribendum *eam legem templo Jovis Optimi Maximi dedicavit?* an sufficit *ea lege*, ut significet, dicationis quoddam caput fuisse, ut in eo clavus annalis pangeretur. De Minerva Jovis et Junonis *συννάῳ* Rycquius in Capitolio suo c. 13. *J. F. Gron.* Horatii consulis prænomen omisit scriba Flor. *Inde Oratius consul* præfert Voss. 2. et Lov. 3. Sed, alibi *M.* prænomen in *iñ*, sive *inde*, ob ductuum similitudinem ablisse, vidimus ad IV. 52. § 4. At Gaertn. corruptius legit *al' Marcus, Meucius Horatius consul*: ubi scriba iterum duplicem lectionem *Marcus* et *Meucius* junxit. In reliquis verbis hujus loci codd. scripti nihil mutant, sed uno ore in vulgatam lectionem conspirant: quam tamen servari non posse, patet ex illis quæ Glareanus et Gronovius ad hunc locum notarunt. Et quidem Gronovius duplicem conjecturam proposuit: vel enim legendum esse existimat, *eam legem templo Jovis optimi maximi dedicavit;* vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit.* Duplicem postea etiam Doujatius proposuit, vel *ex lege*, vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit.* Ex his constat, posteriorem Doujatii in nullo a posteriore Gronovii dissentire. Quo nomine itaque adpellabimus, cujusve fidei esse dicemus, quod Doujatius principi juventutis Francicæ aliisque lectoribus persuadere conatus sit, non modo Glareanum, sed ne Gronovium quidem aliquid adtulisse, quo locus emendatior fiat? quum tamen alteram conjecturarum, quam ipse vulgavit, Gronovio clam sublegerit. Verba autem ita a se emendata id indicare addidit, primam clavi annalis fixionem seu dedicationem una cum consulibus cœpisse anno post reges exactos, eodem quo ipsum Jovis Capitolini templum dedicatum fuerat; idque lege aliqua tunc ea de re constituta, quam antea regum annis numerata tempora fuissent. Verum hunc sensum inde eruere non possum. Sed potius τὰ *ex lege*, vel *ea lege templo Jovis optimi maximi dedicavit*, nempe clavum an-

Digitized by Google

nalem, mihi notare videntur, M. Horatium ex auctoritate legis, vel ea lege quam Livius antea vetustam priscis literis verbisque scriptam vocarat, et dextro lateri ædis Jovis optimi maximi fixam fuisse dixerat jubente, clavum fixisse in templo Jovis. Ceterum quum verbis hujus legis constitutum fuisse dicatur, ut 'prætor maximus clavum pangat,' et M. Horatius 'eam legem dedicasse,' vel 'ea lege dedicasse' clavum annalem referatur, inde omnino refellitur sententia Jac. Perizonii existimantis, consules primis temporibus 'judices,' et postea demum 'prætores' dictos esse: quam aliis argumentis falsi convici ad III. 55. § 12.

Dedicavit; anno post reges exactos, a consulibus] Ita prave locum interpungi, monuit Jensius in Ferculo Literario p. 100. Illa vero distinctio non aliibi, quam in Jac. Gronovii edd. obcurrit, sed verisimiliter neglegentia typographorum. Veram interpunctionem ante Jensium jam Clericus in Amstelædamensi ed. revocavit. Hearne auctor est, Reinesium aliter, et quidem hoc modo, distinxisse: *dedicavit anno post reges exactos a consulibus: postea ad dictatores.* Verum ita etiam sensus Livii perit. Distinguendum est, ut edidi. Et ita ipse Hearne distinxit. *Anno post exactos reges* alio ordine legit Lov. 4.

A consulibus postea ad dictatores, quia majus imperium erat] *Ab consulibus* Port. et Hav. Tum vox *majus* non comparet in Leid. 1. culpa descriptoris. Postea *imperium sit* præferunt Harl. 2. Port. et Hav.

Digna etiam per se visa est res] *Tò est* deficit in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Harl. utroque, Flor. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritate etiam expunxi. Præterea *per se res visa* transpositis vocibus habent Harl. 2. et Port. Mox *per quam*, pro *propter quam*, Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV.

§ 9 *L. Manlius, perinde ac rei gerendæ, ac non solvendæ religionis, gratia creatus esset*] Melius antiqua lectio, *perinde ac reipublicæ gerendæ, ac non solvendæ religione gratia creatus esset.* Gelen. Non possum non vehementer dissentire a Sigismundo Gelenio, qui, cum antea legeretur *rei gerendæ, ac non solvendæ religionis gratia*, et recte legeretur, emendavit, *reipublicæ gerendæ ac non solvendæ religione gratia.* Dissentio autem ab eo non solum, quod a veterum auctoritate librorum, sed etiam quod ab ipsa ratione alienam attulit lectionem. Neque enim dictatorem umquam traditum est creatum esse 'reipublicæ gerendæ causa,' sed 'rei.' 'Rem' autem 'gerere' est bellum reipublicæ causa gerere. Itaque, cum aliis multis de causis dictator creari solitus fuerit, hæ tamen duæ præcipuæ semper habitæ sunt, pacis et foris et domi præstandæ. Quorum illud 'rei gerendæ' dixerunt, hoc 'seditionis sedandæ,' quemadmodum ex Capitolinis dictaturis intelligi potest. Neque vero solum 'rei,' sed etiam 'belli gerendi causa' inquit Livius, ut lib. VIII. cap. 40. 'Id ambigitur, belline gerendi causa creatus sit;' et lib. XXXVI. c. 41. 'Novum imperatorem rei gerendæ causa ex Italia venisse.' 'Solvere' autem 'religione' et 'religionem' non sunt idem. Nam illud est, liberare eo officio, quo per religionem tenemur; hoc, præstare illud, quod ipsi ut faciamus nostra nos religio admonet. *Sigon.* Pall. omnes *rei gerendæ:* neque aliter vetusti cusi. *Gebh.* Præclare scriptus apud Sigiam. Gelenium, *reipublicæ gerendæ, ac non solvendæ religione gratia:* nisi quod posterius *ac* superfluum videtur. Firmat ipse Livius v. 25. 'Furere civitatem, quæ damnata voti omnium rerum priorem curam, quam religione se exsolvendi, habeat.' IX. 8. 'Exsolvamus religione populum, si qua obligavimus.' XXIX. 18. 'Et vos au-

Digitized by Google

dire et exsolvere rempublicam vestram religione, si ita vobis videbitur, velimus.' XL. 44. 'Q. Fulvius consul, priusquam ullam rempublicam ageret, liberare et se et rempublicam religione votis solvendis dixit velle.' Quam vehementer igitur Sigonius a Gelenio hic dissentit, tam vehementer errat. Causatur, numquam dictatorem dictum esse 'reipublicæ gerendæ causa,' sed 'rei:' 'rem' autem 'gerere' esse bellam reipublicæ causa gerere. At, qui bellum gerit, is etiam 'rempublicam gerere' dicitur: et non modo dictator, sed ipsi etiam milites: ut monuimus ad VIII. 31. ubi offendit ad eundem lapidem Sigonius. Causatur deinde 'solvere religione' et 'religionem' non esse idem: cum sit illud, liberare eo officio quo per religionem tenemur: hoc, præstare, quod ipsi ut faciamus nostra nos religio admonet. Atqui optima ratio liberandi se illo officio, quo per religionem tenemur, est exsequi religionis officia, seu præstare illud, quod ut faciamus religione admonemur. Et ita accipere perpetuo Livium tot locis demonstratum est. Sic et 'solutos religione animos' dicit XXXVI. 1. postquam litatum et secunda responderunt aruspices. Nec me fugit tamen, quod est II. 32. 'Nullam scelere religionem exsolvi.' Quantum autem Gelenianus liber Sigonianis præstet, nihil attinet dicere. *J. F. Gron. Reipublicæ gerendæ, ac non solvendæ religionis gratia* Voss. 1. et Harl. ambo: *rei gerendæ, ac non solvendæ religioni gratia* Hav. *rei gerendæ ac non solvendæ religionis gratia* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. nisi quod *causa*, pro *gratia*, habeat codex B. Vide ad VIII. 29. § 9. *Rei gerendæ, ac non solvendæ religione gratia* Flor. Sed præfero etiam cum Gronovio lectionem quam in suo Gelenius invenit. De locutione 'rempublicam gerere,' quæ de ducibus ac militibus bellum gerentibus usurpatur, vide ad II. 64. § 5. Modius etiam, relata illa parte scholii Sigonii, qua *rei gerendæ* ei substituendum existimat, addit, Sigonium meminisse debuisse, utramque formulam 'rempublicam,' et 'rem gerere,' veteribus crebro usitatam fuisse. Deinde utriusque illius multa exempla adfert, sed quæ verbotenus descripsit ex Brisson. de Formul. l. II. p. m. 296. Quum itaque tota ejus adnotatio nihil novi contineat, eam universam expunxi. 'Solvere religione' autem ut III. 20. 'Cavillari tum tribuni, et populum exsolvere religione velle.' V. 23. 'Cui se decimam vovisse prædæ partem quum diceret Camillus, pontifices solvendum religione populum censerent:' et mox eodem cap. 'Qui se domumque religione exsolvere vellet.' VIII. 9. 'Romani exsolutis religione animis, velut tum primum signo dato coorti, pugnam integram ediderant.' Auctor epit. Liv. lib. LVI. 'Ad exsolvendum fœderis Numantini religione populum Mancinus, deditus Numantinis, non est receptus.' Ut autem 'solvere religionem' et 'solvere religione,' ita etiam non tantum 'solvere obsidionem,' sed et 'solvere obsidione' Livius dixit l. XLIV. c. 30. 'Parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solveret obsidione.' Posteriore *ac* servant omnes codd. at prius non adparet in Port.

Delectu acerbo juventutem egisse] *Dilectu* Flor. Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *delectu acerrimo* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Supra II. 28. 'Decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant:' ubi vide. Verum hoc loco vulgatum præfero. Mox c. 4. 'Acerbitas in delectu invisa erat.' Auctor Epitom. Liv. hoc lib. 'Quum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter delectum acerbe actum.'

Digitized by Google

Omnibus in eum tribunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus, dictatura abiit] *In eum omnibus tribunis* Leid. 1. Tum *verec. ductus* Lov. 4. Sed vide ad v. 26. § 8. Deinde *habiit fragm.* Hav. Vide ad XXXVII. 59. § 7.

CAP. IV. § 1 *Q. Servilio Hala, L. Genutio secundum consulibus*] Legendum *Q. Servilio Hala II. L. Genutio II. consulibus.* Glar. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CCCXCI. p. 275. Tantum autem abest, codd. nostros Glareano et Pighio consentire, ut potius Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Gaertn. Klockian. Port. Hav. fragm. Hav. et codd. quos Hearne Oxonii consuluit, etiam altero loco *τὸ secundum* omittant. Deest etiam in vetustioribus edd. et denum iterati consulatus nota *II.* adparuit in Colonicnsi 1525. et inde in omnibus recentioribus, nisi quod Sigonius *iterum consulibus* ediderit. Vocem itaque, quam a Liviana manu profectam esse tot testes constanter negant, iterum expunxi. Vide ad II. 16. § 7. Ceterum *Ahala*, quod paucis exceptis plerique codd. et inter illos omnes optimi, servant, jam Sigonius in contextum recepit. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. *Q. Fabio Ahala* perperam apud Hearnium præfert Oxon. C. Deinde recte etiam Sigonius *Genucius*, pro *Genutius*, edidit, in quo plerosque codd. Mss. consentientes habet. Vide ad II. 52. § 3. In initio cap. *Neque minus se* præfert Lov. 3. In verbis seqq. autem *ab M. Pompinio* Lov. 1. *ab M. Pomponio* Port. et Hav. *a M. Pompinio* Voss. 1. et Leid. 1. a m. pr. Vide ad III. 54. § 13.

§ 2 *Partim in vincula ductis, invisa erat*] *Partim invidia ductis* Gaertn. *partim in vincla ducti* Lov. 3. *partim in vincla ductis* Voss. 2. et Leid. 1. quemadmodum se etiam invenisse in Pall. duobus Gebhardus testatus est ad III. 56. § 4. Sed vide quæ ibidem notavi. Tum *invisserat* Leid. 1. eodem errore, quo *reliquerat* datum est, pro *reliqua erat*, XXIII. 29. § 16. ubi plura similia exempla videnda sunt. Paullo ante *acerbitas in dilectu* Flor. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 3 *Invisum ipsum ingenium atrox, cognomenque Imperiosi*] *Invisum ipsum genium* Leid. 1. Sed prima syllaba vocis *ingenium* intercepta est ab ultima litera vocis præced. Vide ad v. 27. § 5. Tum *cognomen Imperiosi* Lov. 4. *cognomineque Imperiosi* Lov. 5. Ipsum cognomen duplice sibilo IMPERIOSSVS scribitur in Fast. Capitol. ad a. CCCXC. Ceterum Livius hic a se ipso dissentit. Nunc enim agnoscit, L. Manlium *Imperiosi* cognomen habuisse. At l. IV. c. 29. id filio ejus T. Manlio inditam dixit. Vide quæ ad eum locum notantur. Livium ita conciliare conatur Rupertus ad Flori I. 14. § 2. cognomen illud jam cepisse in patre, confirmatum fuisse in filio. Simile quid de 'Stolone' Liciniorum cognomine vidimus ad VI. 39. § 3.

Ab ostentatione sævitiæ adscitum] *Scevitiæ* Hav. Vide ad II. 44. § 10. Deinde *adsitum* Flor. *accitum* Leid. 2. sollemni varietate in libris scriptis sæpe obvia. Vide ad Livii XLV. 25. § 12.

Non magis in alienis, quam in proximis] Ita primus Aldus vulgavit, cui consentiunt omnes scripti. Priores ediderant *quam proximis*, omissa præpositione, contra morem Livii. Vide ad IV. 58. § 4.

Ac sanguine ipso suo exerceret] Veteres libri *sanguine ipse suo*. Sigon. *Ac sanguine ipso suo* servant Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. et Harl. 1. *sanguine suo*, omissa media voce, Lov. 4. Port. et Hearnii Oxon. B. *sanguine suo ipso* Lov. 5. et Gaertn. *sanguine suo ipse* Voss. 2. et Lov. 3. Reliqui mei et apud Hearnium Oxon. L. 1. et 2. Sigonio consentiunt. Et amavit hanc orationis compositionem Livius. Ita II. 56. 'Res suo ipsa molimine

Digitized by Google

gravis.' VII. 25. 'Ut se ipse consulem dictator crearet:' et alibi. Ceterum *ac in sanguine ipso suo* editi antiquiores; pro quo Froben. 1535. primus *ac sanguine* dedit. Et recte; non modo quia eam lectionem firmant cod. scripti, sed etiam ob illa quæ notantur ad X. 36. § 17.

§ 4 *Criminique ei tribunus inter cetera dabat*] Voss. 1. *criminique rei*. Sed Rottend. *criminique tribunus*, absque τῷ *ei*. Nec puto id a Livio insertum fuisse. I. 5. 'Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetus fieri.' *Jac. Gron. Criminique rei* præter Voss. 1. etiam exhibent Lov. 1. et Leid. 2. pro quo legendum censerem *reo*, vel cum Jac. Gronovio τὸ *ei* delerem, modo plures codd. alterutram scripturam firmarent. Certe pronomen in hac locutione omitti, non ægrius fero, quam in simili 'vitio dare,' in qua itidem omisit Terent. in prologo Andr. vs. 8. 'Nunc, quam rem vitio dent, quæso, animum advortite:' et in Adelph. III. 4. 64. 'Hoc vitio datur.' Nunc tamen, quum reliqui omnes, et cum illis optimi codd. stent pro vulgata scriptura, ei mutandæ rationem idoneam non video. Additur enim etiam hoc lib. c. 20. 'Populationis ejus, quæ sibi crimini detur, comites.'

Filium juvenem, nullius probri compertum] Sic Tacitus dixit Annal. lib. primo c. 3. 'Nullius tamen flagitii compertum.' *Modius.* Apuleius de Asin. Aur. lib. X. p. 242. ed. Elmenh. 'Evidenter noxæ compertum insui culleo pronunciaret.' *Klock.* Livius XXII. 57. 'Dum Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ.' XXXII. 1. 'Quos sacrilegii compertos in vinculis Romam misisset.' Justin. XI. 11. 'Qua ex caussa Olympiadem, velut stupri compertam, repudio dimiserat.' Perperam igitur *coopertum* quædam edd. vett.

Extorrem urbe domo] Hearnius adnotat, Sigonium et alios distinctionem post *extorrem* tollere. Non male tollunt, mea sententia. 'Extorris' quidem etiam sine casu ponitur. Liv. II. 6. 'Qui nos extorres expulit patria.' Gellius II. 12. 'Exsul, extorrisque esto.' Justin. XIV. 4. 'Ut inopes extorresque omne ævum in hoc castrensi exsilio degatis.' Sed plerumque additum habet ablativum. Virgil. Æneid. IV. 616. Sallust. Jug. cap. 14. Tacit. Ann. VI. 36. Livii loca vide ad II. 6. § 2. Ita hic quoque conjungi possunt *extorrem urbe, domo, penatibus.* Duk.

In opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum] *Ut opus servile proin carc.* Leid. 2. Ceterum quod ad vocem *ergastulum*, vide quæ notantur ad II. 23. § 6. *Tò in* ultimo loco negligit Lov. 2. Sed Livius præpositiones repetere solet. Vide ad VI. 28. § 6.

§ 5 *Summo loco natus dictatorius juvenis*] *Summo loco conatus* Leid. 1. ultima præcedentis vocis *loco* syllaba in initio seq. perperam repetita. Eodem modo male *Marco cognomen*, pro *Marco nomen*, datum esse censet Sigonius ad Epit. Liv. lib. VI. Liv. I. 34. 'Ducta in matrimonium Tanaquil summo loco nata.'

Quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse] Pall. duo 1. ac 3. *et vere imp. patre se natum esse.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Sed illud *et* natum est ex ultima syllaba vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Disceret verum, imperioso patre* Gaertn. Vulgatum præfero: disceret nempe, patrem non nomine tantum, sed re etiam imperiosum esse, ex re et animi indole id nomen ei inpositum esse. *Vere imperiose patre natum esse* Hav. et Lov. 4.

At quam ob noxam? quia infacundior sit, et lingua inpromtus] *Ac quam ob noxam* Harl. 2. et Port. solito scribarum errore. Vide ad III. 61. § 4. *Ac quam ob noxiam* Lov. 3. et Hav.

Digitized by Google

Vide ad II. 54. § 10. *Ad quam ob noxam* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 5. a m. sec. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VI. 24. § 8. Similem fere varietatem in vocula *at* mox habemus iterum hoc cap. § 7. *Et eam ob noxam* Lov. 2. Tum *quod infacundior sit* edd. principes. Quomodo forte datum a viris doctis, quod τὸ *quia* indicativum requirere existimarent. Vide ad II. 8. § 5. Primus deinde Aldus *quia infacundior sit* vulgari curavit. Neque aliter est in omnibus scriptis meis. *Quod* et *quia* alibi sæpe in Mss. commutari solent. Vide ad XXXVIII. 36. § 4.

§ 6 *Quod naturæ damnum utrum nutriendum patri, si quidquam in eo humani esset, &c.*] Ego hunc locum ita legendum puto: *nutr. patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si quicquam in eo humani esset, fuisse?* Quasi dicat, nutriebatur id vitii in agro, patris deinde vexatione insigne fiebat; castigari poterat in urbe, si voluisset pater. *Glar.* Glareanus sine veterum librorum auctoritate ita legendum putat: *utrum nutriendum patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si in eo quicquam humani fuisset.* Quæ lectio alienam edit sententiam ab ea, quæ vulgata continetur, quæque germana videtur. Induxit autem eum in hunc errorem, quod ignoravit, quemadmodum filiorum vitia a patribus nutrirentur. Qua de re Horatius Satyr. I. 3. 43. ‘At pater ut gnati, sic nos debemus, amici Si quod sit vitium, non fastidire: strabonem Appellat pætum pater, et pullum, male parvus Si cui filius est: ut abortivus fuit olim Sisyphus: hunc varum distortis cruribus, illum Balbutit scaurum, pravis fultum male talis.’ Est igitur sensus: Nutriendum potius fuisse patri vitium filii pro humanitate ejus, quam relegatione castigandam, atque insigne faciendum. ‘Nutrire’ autem dixit Livius, quod Horatius ‘non fastidire.’ *Sigon.* Loritus putat hunc locum ita legendum: *utrum nutriendum patri ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius, si quicquam in eo humani esset, fuisse?* Stolidissime directo contra mentem Livii, quod animadvertit quoque C. Sigonius, sententiæ vix tenuem stricturam eliciens. Quare interpretor: damnum istud naturæ in filio a L. Manlio potius inter privatos parietes nutriendum ac tegendum, quod facere solent humani patres, fuisse, quam puniendo, relegando, et quasi abiciendo nobilitandum. Nimium istius imperiosi sævitiam provectam, ut etiam domesticam calamitatem evulgaret, damnando filium lingua impromptum ad opus servile, prope ad carcerem atque ergastulum. Pall. duo *ac vexatione insigne faciendum* plane fastidiunt. Medius vero Mss. Pall. *an ad castigandum ac vexatione insignem faciendum.* Inepte. *Gebh.* Sic lego; *utrumne nutriendum patri, &c. an castigandum, ac vexatione.* T. Faber. Non ineleganter hic Sigonius contra Glareanum: vim tamen τοῦ ‘nutrire’ non satis percepit quod non modo est non fastidire, sed aliquo modo remediis et fomentis adhibitis curare. Ut IV. 52. ‘Pestilentia coorta, minacior tamen, quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque nutriendorum corporum avertit.’ Rutilius Lupus lib. I. circa finem: ‘Fer fortiter laborem: jam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor: ea sedule ac blande præministrando detrahet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabis vires.’ Seneca ad Helviam c. 17. ‘Illius pio maternoque nutricio per longum tempus æger convalui.’ Sic Græcis medici ἀνατρέφειν dicuntur. Unde scite Cicero ad Atticum VI. 1. ‘Appius cum ἐξ ἀφαυρίσεως provinciam curarit, san-

Digitized by Google

guinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam: *προσανατρεφομένην* eam a me non libenter videt.' Nec abeunt longe ista Nostri I. 39. 'Proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus.' II. 1. 'Dissipatæ res nondum adultæ discordia forent: quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutriendo perduxit,' &c. Quinctilianus Declam. CCCVI. 'Nobis tollendus infans et adversus frigora nutriendus.' Columella IV. 3. 'Liberos suos nonnulli nuptiis votisque quæsitos avare nutriunt, nec disciplinis aut cæteris corporis excolunt instrumentis.' Intellige igitur utrum fovendum et indulgentia leniendum medicandumque, an plectendum et acerba coërcitione irritandum. Quod posterius etiam Postumo Agrippæ novercæ artibus nocuit, et Claudio, pædagogum 'barbarum et olim superjumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de caussis quam sævissime coërceret,' jure conquesto, ut refert Suetonius vit. Claudii c. 2. *J. F. Gron.* Adde quæ Victorius notavit ad locum Cic. a Gronovio laudatum ad Att. VI. 1. ubi produxit locum Aristoph. ex Ranis vs. 975. Huc facit, quod 'canalibus hortos nutrire' dixerit Calpurn. Ecl. II. 35. ubi vide Burmann. *Utrumne*, quod Faber reponendum censuit, in nullo est codice: nec caussam etiam video, cur vulgato præferendum sit. Deinde *ac castigandum* Leid. 1. et Gaertn. *an id castigandum* Port. *an ad castigandum* Hav. *τὸ an* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quemadmodum etiam voces *ac vexatione insigne faciendum* in Voss. 2. et Lov. 3. Sed *an vexatione* habet fragm. Hav. *ad vexatione* Flor. *hac vexatione* Lov. 4. Vide ad XXXV. 26. § 7. *vexatione insignem* Harl. 2. Port. et Hav. *vexatione insigni* Leid. 1. Denique *fuisse* non comparet in Hearnii Oxon. B. *fuisset* præfert Lov. 4.

Ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie] Vocula initialis exulat a Gaertn. vox *bestias* ab Harl. 2. sequens *minus* a Leid. 2. Deinde *alere, quam fovere* Lov. 4. Tum *sed quid*, pro *si quid*, est in Hav.

§ 7 *At, Hercule, L. Manlium*] Pal. 2. *Ac, Hercule.* Gebh. *Ab Hercule* Voss. 1. et Lov. 1. *Ac, Hercule* Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *Ad, Hercule* Gaertn. Vide modo ad § 5. Præterea *Hercle* edidit Jac. Gronovius, eumque secuta est ed. Amstelædamensis. At *Hercule* servant omnes scripti et editi, quod propterea in contextum revocavi. Vide hoc lib. ad c. 11. § 1. Mox *malum male agere*, pro *augere*, Harl. 1. quomodo alibi sæpe peccarunt librarii. Vide ad XXVII. 9. § 11.

Si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit] *Naturalis ingenii sit* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Verum librarii hic perperam vocem illam ex præcedentibus verbis repetierunt. Intelligitur autem 'naturalis vigor in eo,' id est, in ingenio. 'Vigor ingenii' autem, ut apud Ovidium Metam. VIII. 254. 'Sed vigor ingenii quondam velocis in alas Inque pedes abiit:' quomodo et 'ingenium vigere' dicitur VI. 22. 'Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris sensibus.' Animo 'vigorem' tribuit Livius IX. 3. 'In corpore tamen adfecto vigebat vis animi consiliique.' c. 16. 'Non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens.' X. 13. 'Nec corporis nec animi vigorem remanere eumdem.' Ovidius Epist. Heroid. XVI. 51. 'Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar, Indicium tectæ nobilitatis erant:' ubi quemadmodum 'forma' et 'vigor animi' junguntur, sic etiam apud Vell. Patere. II. 41. 'Forma omnium civium excellentissimus, vigore animi

Digitized by Google

acerrimus.' Apud Cic. quidem ipsa vox 'vigor' aut raro, aut numquam obcurrit; at infinitis locis animus dicitur 'vigere.' Et ita etiam apud Liv. VI. 23. 'Cum corporibus vigere et deflorescere animos.' 'Ingenii' et 'animi vigorem' jungit Vell. Paterc. II. 18. 'P. Sulpicius tribunus plebis disertus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii atque animi celeberrimus.' Mox *vita agresti, cultu et rustico* trajectis dictionibus Leid. 1.

CAP. V. § 1 *Quam ipsius juvenis irritatus est animus*] *Quamquam ipsius juvenis* Leid. 2. quomodo alibi peccant scribæ. Exemplum habuimus II. 54. § 9. Contrarium, ubi *quam* pro *quamquam* scriptum erat, VIII. 4. § 1. Similiter *quidquid*, pro *quid*, dabatur V. 52. § 13. Vide quæ his locis notantur. Præterea, *irritatus animus est*, alio ordine verborum, Hav. *irritatus animus*, voce expuncta, Harl. 2. et Port. In præcedentibus etiam τὸ *his* deerat in Lov. 4. et ed. Parm.

Quam contra, se quoque parenti causam invidiæ atque criminum esse, agre passus] *Quin citra* Leid. 2. *quin cō* Lov. 1. *quin cē* Lov. 3. *qui contra* Harl. 2. Deinde *se parentis causam* Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. *se quoque parentis causam* Leid. 2. Postea *criminum agre esse passus* transpositis dictionibus Voss. 2. Sed τὸ *agre* deest in Harl. 2. *esse* in Lov. 4. cujus loco *esset* exhibet Lov. 1.

§ 2 *Se parenti opem latum, quam inimicis ejus, malle*] *Parenti opem laturum* Harl. 2. Port. et Hav. *parenti opus laturum* Lov. 2. Tum *quam inimici ejus* Lov. 3.

Rudis quidem atque agrestis animi, et quamquam non civilis exempli] Vide Gronov. Observ. ad Script. Eccles. c. XIX. p. 207. *Duk. Nimis rudis* addita voce in Voss. 2. a m. pr. scriptum fuit; sed postea τῷ *nimis* adjectæ sunt notæ, quibus id delendum indicatur. Et sane in nullo alio cod. emperest. Præterea vox *quidem* in Hav. sequens *atque* in Port. non conspiciuntur, quas reliqui recte tuentur; nisi quod posterior ex rasura desit in Lov. 5. Paullo post *pietate laudabilis*, pro *laudabile*, Lov. 1.

§ 3 *Inscientibus cunctis cultro subcinctus*] Campani ed. *cultro accinctus*. Gebh. Ita 'gladio adcinctus' est XL. 13. 'Volui, quum comissatum gladiis adcincti me secuti sunt, ferro interficere:' et alii scriptores passim. Verum nulli codicum Mss. huic lectioni consentiunt, sed uno ore in vulgatum *succinctus* conspirant, nisi quod *succintus* sit in Leid. 1. *sucinctus* in fragm. Hav. Et ita 'subcinctus ferro' XL. 7. 'Præcucurrit index ad Persea, ferro subcinctos nunciaus cum Demetrio quatuor adolescentes venire.' Suet. in Cæs. cap. 84. 'Duo quidam gladiis subcincti, ac bina jacula gestantes.' In August. c. 32. 'Grassatorum plurimi palam se ferebant, subcincti ferro.' In Vitell. cap. 11. 'Urbem deinde ad classicum introiit paludatus, ferroque subcinctus.' Vox *cultro* male in uno deficit Harl. 2. 'Cultrum' memorat mox hoc cap; Sed pro 'cultro' vocarunt 'gladium' Cic. de Offic. III. 31. et Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 28. Primo 'ferrum,' mox 'gladium' Seneca de Benef. III. 37.

Mane in orbem atque a porta domum confestim, &c.] Pall. tres *in urbem*. Deinde Pall. 1. et 3. *atque porta domum*. Gebh. *In orbem* operarum errore datum erat in prioribus Gruteri, qui in postuma ipse *in Urbem* emendavit. *In urbe* perperam Gaertn. Tum *atque p ortus* Lov. 2. *atque p ortos* Lov. 4. *atque p orta domum* Leid. 1. quæ lectiones, quamvis manifesto scribarum errore vitiatæ sint, tamen indicant, præpositionem *a* in exemplaribus eorum non exstitisse, quemadmodum neque exstat in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Malo tamen *a porta*, quod reliqui codd. de-

Digitized by Google

fendunt, servari. Infra XLV. 39. 'L. Paullus privatus, tamquam rure rediens, a porta domum ibit?'

Ad M. Pomponium tribunum pergit] Vet. lib. *tribunum plebis pergit.* Sigon. *Tribunum p. pergit* Port. *tribunum pl. pergit* Hav. *tribunum plebis pergit* Harl. 2. et Hearnii Oxon. B. Quum tamen optimæ notæ codd. pertinaciter additam vocem non agnoscant, eam etiam non admittendam existimo. Sæpe enim Livio 'tribuni' simpliciter sunt tribuni plebis. Vide ad II. 56. § 1. Præsertim autem Livius ita loqui solitus est, si jam in præcedentibus 'tribunum plebis' nominasset. Ita in hac ipsa historia quum cap. anteriore dixisset, diem Manlio dictam esse 'a M. Pomponio tribuno plebis,' quibusdam interjectis subjungit, 'Criminique ei tribunus inter cetera dabat.' Quin et mox hoc cap. habemus, 'Pavidus tribunus adjurat.' Præterea, mutato ordine vocabulorum, *ad M. Pomponium pergit tribunum* præferunt edd. principes; Aldus primus in eum ordinem digessit, qui nunc vulgo exstat. Aldo autem consentiunt scripti. Insuper *ad M. cum Pomponium tribunum* Leid. 1. unde Livius dedisse videri potest *ad M. cum Pomponium.* Nihil enim in scriptis frequentius est, quam voces *cum* et *eum* ob ductuum similitudinem confundi. Vide ad IV. 19. § 2. Verum quum reliqui codd. τὸ *cum* non agnoscant, verius videtur, voculam illam inde in contextum inrepsisse, quod olim scriptum fuerit *M'cum*, pro *Marcum.*

Juniteri, opus esse sibi domino ejus convento extemplo, ait] *Esse opus sibi domino* fragm. Hav. *opus esse si domino* Hav. Tum vox *convento* deficit in Klockian. quam reliqui recte servant. Eadem tamen transposita, *extemplo convento* exhibet Lov. 3. a m. pr. *convocato extemplo* Lov. 2. Hinc *exemplo* Leid. 1. solito errore. Vide ad XXXIV. 33. § 8. Deinde τὸ *ait* deest in fragm. Hav. sed pro eo *agit* præferunt Leid. 2. et Lov. 1. De hoc lapsu scribarum vide ad VIII. 33. § 23.

Nunciaret, T. Manlium L. filium esse] *Nunciare* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera ejus vocis ab illa, quæ sequens prænomen *Titum* indicatur, absorpta est. Vide ad XXIII. 8. § 9. Deinde *T. Mallium Lutium Furium filium esse* Gaertn. *T. Mallium Lutium Furium esse* Lov. 3. *T. Manlium L. Furium esse* Voss. 2. Vide ad VII. 1. § 2. Similiter erratur hoc lib. cap. 10. § 2. Hinc *adesse* Leid. 2. et Lov. 1. reliquis scriptis adversantibus. Coripp. de Laud. Justini I. 77. 'Ante fores domini Calinicum nunciat esse.'

§ 4 *Mox introductus (etenim percitum ira in patrem spes erat*] Respuunt Pall. duo τὸ *etenim.* Gebh. Scripti duo Pall. et Voss. 2. carent particula *etenim.* Et potest abesse. Revise ad V. 32. *J. F. Gron.* Eadem particula abest insuper a Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Eam autem abesse posse, Gronovio consentio. Similes enim abruptas parentheses Livius sæpissime sectatus est; quas librarii, ut oratio rectius connecteretur, passim variis particulis interpositis fulcire conati sunt. Vide ad XXXIV. 56. § 1. Utrum tamen eorum codicum auctoritate hinc expellenda sit, vehementer dubito. Causa est, quod eam servent optimus Flor. eique bonitate proximi Leid. 1. Harl. 1. Voss. 1. Klockian. et multi alii. Accedit, Livium eadem particula in similibus parenthesibus alibi usum fuisse. Ita III. 24. 'At illi (etenim extremum anni jam erat) quartum adfectantes tribunatum.' Deinde *partitum ira* Voss. 2. et Lov. 3. *parcitum ira* Gaertn. et ed. Parm. Vide ad VI. 38. § 8.

Aut consilii ad rem agendam deferre] *Referre* Gaertn. Sed vulgatum verius est: *deferre* enim est 'indicare,'

Digitized by Google

'nunciare.' Vide ad XXI. 6. § 5. Mox τὸ *esse* male ejusdem Gaertn. codicis librarius omisit.

§ 5 *Nisi, quæ ipse concepisset verba, juraret*] Pall. tres et vetustiores edd. *nisi, in quæ ipse conc. verba, jur.* Sic mox 'adjurat, in quæ adactus est verba.' *Gebh.* A Curione hoc acceperunt: nam anno ante Gryphius etiam dederat *nisi in quæ ipse conc.*, ut in prioribus editis et scriptis constanter habetur. Idque Latinum magis esse scias vel ex illo 'jurare in verba magistri.' Moxque ipse Livius 'adjurat in quæ adactus est verba.' *J. F. Gron.* Similiter est in omnibus nostris, et Hearnii Oxoniensibus libris scriptis. Ita III. 20. 'Nihil delecta opus est, quum omnes in verba juraverint, conventuros se jussu consulis, nec injussu abituros: Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, crastina die adsitis.' VII. 16. 'Nihil enim non per milites, juratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse.' Justin. XIV. 4. 'Quater intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis.' Petron. in Satyr. cap. 117. 'In verba Eumolpi sacramentum juravimus.' Ordo autem est, 'nisi juraret in verba, quæ ipse concepisset.' In uno Lov. 3. deest τὸ *ipse*; qui etiam in præcedentibus male præfert *ferro contento*, pro *intento*. Vide ad X. 5. § 11.

Concilium plebis numquam habiturum] *Consilium plebis* nonnulli ex vetustioribus excusis. Sed recte alii ediderunt *concilium*, ut est in omnibus scriptis. Intelliguntur enim comitia tributa. Supra III. 18. 'Si edoceri se sissent, quæ fraus a tribunis occulta in lege ferretur, se concilium plebis non inpediturum.' VI. 38. 'Nihil patricium magistratum inseram concilio plebis.' Et eo sensu 'plebi concilium edicere' est XXXIX. 15. Similiter 'concilium populi' pro comitiis centuriatis dixit VI. 20. 'In campo Martio quum centuriatim populus citaretur, et reus, &c. Ita prodicta die in Petelinum lucum concilium populi indictum est.' Quamvis tamen, alios inter 'comitia' et 'concilium' distinxisse, ex Gellio constet XV. 27. Jam autem comitia sive conventum populi cujusque non *consilium*, sed *concilium* vocari Gronov. docet ad XLIV. 2. § 5. Mox *minaretur*, pro *minatur*, perperam Hav.

§ 6 *Se solum inermem, illum prævalidum juvenem*] Pronomen *se* deficit in Leid. 1. tres voces ultimæ in Harl. 1. *et illum prævalidum* legunt edd. principes. Vocalem autem *et* omisit primus Aldus, neque in ulle scripto obvia fuit. Paullo ante etiam *quippe ferrum*, omissa media voce *qui*, edd. Rom. 1472. et Parm. in verbis seqq. *stolidum ferocem*, pro *stolide fer.*, legit Lov. 4.

Præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse] *Pro se deinde tulit* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Male. v. 41. 'Majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimos Diis.' Librarios autem ita sæpe errasse, monitum est ad VI. 40. § 1. *Præ se inde tulit* Lov. 4. Præterea posterius *se* non adparet in Gaertn. At contrario errore id perperam iteratur in Flor. *subactum se incepto destitisse se.* Verum ultimo loco repetitum est ex syllaba finali vocis præced. *destitisse.* Vide ad II. 15. § 3.

§ 7 *Maluisset plebes, sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri*] Pal. 3. *de causa crudeli et superbo reo.* Gebh. Error in eo codice inde promanavit, quod *cā*, sive *causa*, et *tā*, sive *tam*, librarius confuderit, ut alibi quoque factum est. Alia exempla vide ad VIII. 14. § 1. Ceterum *maluisset plebes* Lov. 2. *maluisset plebs* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Port. Hav. et editi, quos vidi, Aldo priores. Is enim *plebes* dedit. Vide ad I. 20. § 6. Præterea *sui suffragii ferendi* Leid. 1. At *reo* deficit

Digitized by Google

in Lov. 4. et 5. *fieri* in Lov. 2.

Ita ægre habuit, filium id pro parente ausum] Non aliter vetustæ edd. Sed Pall. duo, *ita ægre tulit;* quod superadditum Pal. 2. *Gebh.* Quidam libri *tulit*, vel *abstulit:* sed Voss. 1. ut editur. Plautus in Bacchid. v. 1. 16. 'Si alibi plus perdiderim, minus ægre habeam, minusque id damni ducam.' Sallustius in Cat. c. 51. in orat. Cæsaris: 'Neque cuiquam mortalium injuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo habuere.' Plebes non ægre habuit, filium pro parente hoc ausum. *J. F. Gron. Ægre abstulit* Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. *ægre tulit* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium N. At sine dubio lectio illa nata est ex grammatici glossa, et, tamquam notior et magis obvia, ab inperitis librariis in contextum recepta est. Insuper *pro patre ausum* Leid. 2. Sed et hæc scriptura ex interpretis expositione profluxit. Similis varietas etiam erat v. 49. § 7.

Laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset] Tò *erat* deficit in Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. Dein *acerbitas patris* Lov. 1. quod pro varia lectione erat in margine Voss. 1. at insuper Leid. 2. *acerbitas patris a patria pietate non avertisset.* Sed *acerbitas patria* hic est 'acerbitas patria,' ut 'animus patrius' II. 5. 'Eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium.' Præterea *non* iterum est ex scholiastæ expositione. Sæpius *nihil* eo sensu poni, videbimus ad XXXVII. 54. § 22. *Acerbitas patria nulla pietate avertisset* Gaertn. *nil a pietate avertisset* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Ita alibi variare librarii consuevernnt. Vide ad VI. 40. § 3. *Nil a pietate advertisset* fragm. Hav. Sed, sæpissime 'avertere' et 'advertere' perperam in Mss. confundi, dictum est ad VI. 23. § 8. Tò *nihil* perperam omittitur in Lov. 1.

§ 8 *Remissa causæ dictio est*] *Venisse causæ dictio est* Gaertn. *remissæ causæ dictio est* Leid. 1. et Harl. 1. cum plerisque antiquissimarum edd. *Remissa causa dictio est* Hav. *remissa causæ edictio est* Flor. Qui idem codex etiam mox scribit *adulescenti*, pro *adolescenti*. Vide ad VI. 34. § 11. Tò *fuit* vero exsulat ab ed. Parm.

§ 9 *Tribunos militum ad legiones suffragio fieri*] Eo modo dixit *tribunos militum ad legiones*, quo Cicero de Repub. lib. VI. 'Cum in Africam venissem tribunus militum ad quartam legionem:' (sive in Somn. Scip. in princ.) *Sigon. Tribunos pl. ad legiones* perperam Leid. 2. 'Tribuni militum ad legiones' sunt tribuni militum legionarii, ut distinguantur a tribunis militum consulari potestate nuper abrogatis. Ita 'milites ad naves,' sunt navales, classiarii, XXII. 19. 'Delecto milite ad naves imposito, quinque et triginta navium classe ire obviam hosti pergit:' ubi vide Gronov. 'machinæ ad subducendas naves' XXV. 11. 'Machinæ ad subducendas naves admotæ, munitumque iter.' Ceterum paullo ante *quum anno*, omisso medio pronomine *eo*, Lov. 5.

Nam et antea sicut nunc, quos Ruffulos vocant] Festus item: 'Rufuli appellabantur tribuni militum a consule facti, non a populo, de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli, ac post Rutuli sunt appellati.' *Sigon.* Festus: 'Rufuli tribuni militum appellabantur, quos consul faciebat, non populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerat, qua eis cavebatur multis modis (sic enim elevaverant eorum jus, ac tunc elevabant, qui populi suffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac post Rutili appellati sunt.' Pal. codex 2. *quos refalos vocant;* in

Digitized by Google

ora *Rufelos*. Gebhard. Distinctio ponenda est ante *sicut*, ut apud Sigonium de Ant. Jur. Provinc. II. 2. Grach. de Comit. II. 2. pag. 175. et Lipsium de Milit. Rom. II. 9. Nec malè deesset *et*, si permitterent libri scripti. Satis apertus est sine eo sensus: 'nam imperatores ipsi antea faciebant omnes tribunos, sicut nunc eos, quos Ruffulos vocant.' *Duk.* Omnes, quas vidi, edd. præterquam quæ a Sigonio curatæ sunt, *Rufulos:* at *Rufulos*, ut is dedit, præferunt Flor. Lov. quinque, Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Harl. 1. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. L. 2. et C. itaque adpellandos esse auctor est Festus, qui a Rutilii cognomine 'Rufus' *Rufulos* vocatos esse testatur. De his etiam Asconius ad Cic. in Verr. I. 10. 'Tribunorum militarium duo sunt genera: primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiati, qui Romæ comitiis designantur.' Ceterum *refulos* vitiose etiam Hav. Tum *vocent* Leid. 2.

Secundum in sex locis tenuit] Sigonius de Jure Provinc. c. 2. existimat, ex quot millibus militum legio constiterit, tot etiam tribunos ei præfuisse: quum autem legio olim et etiamnum hoc tempore trium esset millium militum, cuique legioni tres, quatuor autem legionibus duodecim tribunos additos fuisse, qui olim constituebantur ab imperatoribus; id autem hoc anno mutatum esse, ita ut populus ex illis duodecim tribunis sex loca sibi vindicaverit, totidem imperatoribus reliquerit. At Lipsius rectius docuit de Milit. Rom. II. 9. jam hoc tempore sex tribunos in unam, vigiati quatuor autem in quatuor legiones creatos fuisse. Sensum itaque verborum esse, ex vigiati quatuor locis sex tantum populo data esse. Id probat ex eo, quod, quum populus plures tribunos creare inciperet, 'antea perquam pauca suffragio populi relicta loca' fuisse ipse Livius dicat IX. 30. quod de parte dimidia intelligi nequit. Ceterum *secundum i*, id est, secundum scilicet, *in sex locis tenuit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Nullis domi militiæque ad conciliandum gratiam meritis] Vet. lib. *ad concil. gratiam.* Sigon. *Conciliandam* etiam Hearnii codd. Probabile tamen est, primos editores Livii in suis invenisse *conciliandum;* idque deinde ab aliis, qui hoc insolens, aut fortasse vitiosum, putabant, mutatum fuisse. Ab eadem causa ortam credo in hoc genere loquendi varietatem scripturæ, cum in Livio, tum in aliis, ut in Cic. ad Fam. V. 17. Orat. Cat. III. 8. Or. IV. 11. de Off. III. 5. Justin. XIII. 8. § 2. XXII. 8. § 15. Flor. I. 9. et I. 50. § 8. D. de Pecul. Vide Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 8. Adde Serv. ad Virg. Æn. X. 628. Gifan. Ind. Lucret. voce 'Gerundium,' et Fabrit. ad Cic. de Off. III. 5. *Duk. Ad conciliandum gratiam* editos scriptosque veteres præferre, Gronovius in priori ed. notarum monuit ad Livii XXX. 37. Interim tamen in scriptis meis lectionem illam non inveni, nisi in Lov. 4. fragm. Hav. et forte Flor. editionum vero nulla ante Aldinam ita exhibuit. Omnes enim priores excusi et scripti reliqui *ad conciliandam gratiam* servant; quod idem de Oxoniensibus suis Hearne testatus est. Vide ad XL. 49. § 1. Insuper *domi militiæ q*; id est *quoque*, Leid. 2. Vide ad V. 27. § 1.

Qui rure et procul cœtu hominum juventam egisset] Pall. duo *procul cœtu hom. juvenem vitam egisset*, ex glossa, ut palam est. *Gebh. Juventam egisset* scribæ culpa præfert Flor. sed postea id in *vitam egisset* mutatum est. Contra Gebhardi duobus Pall. consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *tute*, pro *rure*, Gaertn. ex adfinitate ac similitudine literarum *t* et *r*. Vide ad V. 55. § 3.

CAP. VI. § 1 *Conlapsum in immen-*

Digitized by Google

eam altitudinem dicitur] *Collocum in ium. alt. dicunt* fragm. Hav. a m. pr.

§ 2 *Conjectu terræ, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse*] Puta 'terram.' Nisi malis *quam*. Plautus Pseudolo I. 1. 100. 'Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras.' Cato de Re Rust. c. 152. 'Si non habebis, unde irriges, gerito inditoque leniter.' Livius XXVIII. 19. 'Saxa in muros munientibus gerunt.' XXXVII. 5. 'Fœminæ tela omnis generis saxaque in muros gererent.' *J. F. Gron.* *Quum* et *quam* alibi commutarunt librarii. Vide ad XXVII. 28. § 5. Quia tamen omnes scripti in vulgatum conspirant, iis invitis nihil innovandum existimo. Subficit enim, id quod Gronovius ipse jam vidit, ex proxima voce *terræ* hoc loco 'terram' intelligendam esse. Vide ad II. 30. § 4. et c. 40. § 10. Præterea Gronov. hoc lib. c. 19. § 2. *gererent* scribendum arbitratur. *Quisque* cum verbo plurali sæpissime construi, jam vidimus ad II. 22. § 6. Verum hic etiam numerum singularem unanimi consensu scripti codd. defendunt: quare ei mutando legitimam rationem non video. *Pre se quisque* habet Leid. 2. Vide ad VI. 40. § 1. *pro se usque* Gaertn. Deinde *regeret*, syllaba transposita, Flor. Vide ad XXVII. 40. § 2. Tum *explere potuisse* Flor. Lov. 1. 2. 4. 5. a m. pr. Voss. 1. Leid. uterque, Harl. 1. et Port. Verum ita in præcedentibus legendum foret *conjectum terræ*, ubi in omnibus libris *conjectu* superest. Potius itaque librarii hic aberrasse videntur. *Expleri placuisse* Gaertn. Denique in verbis præcedd. *nam eam voraginem*, pro *neque*, Hav. *nec eam voraginem* Lov. 4. in seqq. autem *Deum metu*, pro *monitu*, perperam Hav. Propria enim in hac re vocabula 'monere' et 'monitus.' Vide quæ notavi ad Silium v. 117. Hinc *quæri receptum*, pro *quæri captum*, Lov. 4. *quæri* deficit in Lov. 5. a m. pr.

§ 3 *Id enim illi loco dicendum, vates canebant*] *Id esse illi loco* Lov. 2. 4. *Id enim ille loco* Lov. 5. Harl. 2. Hav. et ed. Parm. *Idem illi loco* Flor. a m. pr. Scriptum fuerat *Id enĩ*, quod in *Idem* corrumpi facile potuit. Deinde *dican*, omissa ultima syllaba *dum*, Harl. 1. *dd*^m^ Gaertn. *dictandum* Kloekian. Mox *Romanam perpetuum esse vellent*, pro *perpetuam*, Harl. 2. et Port. *Romani* Lov. 4.

Castigasse ferunt dubitantes] *Fertur* Hearnii Oxon. C. Pari modo unus cod. præferebat IV. 56. 'Quam rem ægre passos Julium Corneliumque fertur:' pluresque X. 7. 'Certatam tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime fertur, et inter P. Decium Murem.' Id autem eodem modo dictum videri potest, quo illa quæ conlata sunt ad I. 31. § 8. Unius tamen codicis fidem sequi nimis calidum puto.

An ullum magis Romanum bonum, quam arma virtusque, esset] *Ullum majus Rom. bonum* Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. Alibi *majus* et *magis* confundi solent. Vide ad XXVI. 41. § 16. *Ullo magis Rom. bellum* Klockian. *ullum magis Rom. bellum* Hav. Tum *arma virtus esset* sine conjunctione Port.

§ 4 *Nunc in patentes terræ hiatus ad Deos manes porrigentem*] *In parentes terræ hiatus* perperam Leid. 2. Vide ad IX. 18. § 7. Tum præpositionem *ad* omittunt Flor. Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. et Harl. 1.

§ 5 *Equo deinde, quam poterat, maxime exornato insidentem*] *Eoque deinde* Flor. unde τῷ μαχαίρῳ Salvinio, qui codicem hunc cum vulgatis commisit, nata est conjectura, scribendum forte esse *equoque deinde*. Tum *maxime ornato* Harl. 2. Verum, quum forte vox præcedens per compendium *max*^e^, vel *maxĭ*, scripta fuisset, ejus ultimæ literæ seq. vocis syllabam initialem intercepernnt; quam reliqui omnes codd. uno ore defendunt; nisi

Digitized by Google

quod *maxime inornato* sit in Lov. 4. Tum *incedentem*, pro *insidentem*, quædam ex antiqq. edd. Mox *in conspectum*, pro *in specum*, Harl. 1. Hinc *dona et fruges* Lov. 4. Tum *ab multitudine virorum* Port. et Hav. Tandem *confectas*, pro *congestas*, Lov. 1. quasi vellet *conjectas*. Solent autem 'conjicere' et 'congerere' commutari. Vide ad III. 38. § 7.

Lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio] Vox *illo* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *Tatati milite* Klockian. Tum *Metsio* Leid. 1. *Mectio* Leid. 2. Voss. ambo, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *Mecio* Port. et Gaertn. *Mettio* Harl. 1. Lov. 1. et Flor. *Metio* Harl. 2. Lov. 4. 5. Hav. et edd. vetustæ; pro quo nupera Amstelædamensis *Metto* dedit ex mente Jac. Gronovii. Vide ad I. 28. § 4. Ceterum de Curtii lacus adpellatione triplicem opinionem memorat Varro de Ling. Lat. IV. p. 36. Eum a Titi Tatii milite vocatum refert Plutarch. in Rom. p. 28. et Dionys. Antiq. Rom. lib. II. p. 108. a M. Curtio, qui hoc tempore se in terræ hiatum præcipitavit, Valer. Max. V. 6. ex. 2. Plinius Hist. Nat. XV. 18. Festus in voce 'Curtius lacus.' Augustin. de Civit. Dei V. 18. Orosius III. 5. Suidas voce Λίβερος, et Zonar. Annal. VII. 25. Refert autem Pighius in Annal. ad a. CCCXCI. p. 275. quum anno CD. D. LII. Roma degeret, eodem loco medii fori Romani ad basilicam Juliam, ubi lacus Curtius fuerat, e ruinis subterraneis extractam fuisse tabulam grandem Parii marmoris, in qua facti istius Curtiani historia pulchre sculpta videbatur, quam depictam apud se servavit. Suidas autem loc. laud. refert, Romanos huic Curtio heroicos honores in medio foro quotannis habendos decrevisse, ibique aram exstruxisse. Cujus narrationem non contemnendis rationibus falsi arguere conatur J. Scaliger ad Varr. loc. laud. Curtium tamen 'loci custodem' vocat Statius Silv. I. 1. 66. 'Ipse loci custos, cujus sacrata vorago Famosusque lacus nomen memorabile servat.' Barthius etiam ad eum locum monet, Curtium inter Divos relatum dici, pridem doctissimos viros adnotasse. Aram etiam ibidem, ubi olim lacus Curtius fuerat, sacratam fuisse, Ovidius refert Fastor. VI. 403. 'Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras, Nunc solidus est tellus; sed lacus ante fuit:' quam tamen aram Saturni ex P. Victor. in Descript. Urb. Reg. VIII. interpretatur Neapol. ad d. l. Ovid.

§ 6 *Si qua ad verum via inquirentem ferret*] *Si qua adversum via inq. ferret* Voss. 2. *si qua adversum viam inq. ferret* optimus Flor. errore scribarum. Vulgatum enim probum est. 'Via ferret ad verum,' ut 'via fert ad Viserim,' 'ad mare,' 'ad hostes,' et similia apud Livium sæpius obvia. Vide ad XXXIX. 27. § 10. *Verum* autem pro 'veritate' apud Livium et alios sæpissime obcurrit. Sæpe etiam numero plurali *vera*. Vide hoc lib. ad c. 15. § 7. Paullo ante *Cura non decent*, pro *decesset*, Lov. 3. *Cura vero deesset* Lov. 5.

Nunc famæ rerum standum est] Corrige *fama*. Etenim cum dicimus 'stare pactis,' 'stare promissis,' et ejusmodi, casum auferendi usurpamus, non dandi. Sic Livius in extremo octavi: 'Nec quisquam æqualis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.' *Sigon.* Retundit conjecturam Sigonii consensus Pall. codicum Mss. et vetustiorum edd. *Gebh.* Hearnius etiam, relata Sigonii conjectura, nullam varietatem ex codd. Oxoniensibus memorat, ut eos *famæ* exhibere verisimile sit. Certe ea lectio etiam in quibusdam meorum superest. At Flor. Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Klockian. et Port. *fama rerum standum* confirmant. Quorum

Digitized by Google

consensum illi, quem Gebhardus prætendit, non modo obpono, sed et præfero; lectionem Sigonii insuper firmante stilo Livii, qui ita sæpius locutus est. Infra hoc lib. c. 25. 'Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret.' c. 35. 'Quæ pars major erit, eo stabitur consilio.' XXI. 19. 'Etsi priore fœdere staretur, satis cautum erat Saguntinis:' ad quem locum istam locutionem adversus Doujatium aliis exemplis vindicabo. XXVII. 6. 'Ut eo, quod censuisset senatus, staretur.' Ceterum verbum *est* non comparet in Harl. 2. et Port.

Lacus nomen ab hac recentiore insignius fabula est] Lege, ut habent Pall. duo et Campani ed. *insignitius*. Nec dissentit multum Pal. 2. *insignitum*. Restitui quoque IV. 4. Cicero pro Quintio c. 28. 'Neque tamen quisquam inventus est tam insignite improbus.' Livius hoc lib. c. 15. 'Qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit.' VIII. 13. lego ex omnibus Mss. et cusis codd. 'Quo insignitius omissa res Æmilio superioris anni consuli exprobraretur.' Quod Livii injuria nimis licentiose Sigonius exturbavit. *Gebh.* Thuan. Chifl. duo Pall. Voss. 2. et Campanus *insignitius*, quod reponendum IV. 4. 'An esse ulla major aut insignitior contumelia potest?' VIII. 13. 'Quo insignitius omissa res Æmilio superioris anni consuli exprobraretur:' ubi perperam mutat Sigonius. Hoc lib. c. 15. 'Qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit.' Voss. 1. *insignitus*. J. F. Gron. *Insignitum* Lov. 4. Harl. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *insignitus* ejusdem Hearnii codex N. et ex meis Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *insignius* Lov. 2. at recte *insignitius* Flor. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Klockian. Vide ad Livii IV. 4. § 5. Ita Tacit. Ann. IV. 51. 'His partæ victoriæ spes et, si cedant, insignitius flagitium; ... addunt animos.' Cic. de Orat. II. 87. 'Locis est utendum multis; imaginibus autem agentibus, acribus, insignitis:' quæ verba eodem modo laudavit Quinctil. Instit. Orat. XI. 2. Ovid. Epist. IX. 101. 'Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu Dicere? non cultu lingua retenta silet?' Cic. de Orat. II. 85. 'Nec inprobum notari ac vituperari sine vitiorum cognitione satis insignite atque aspere posse.' Gellius Noct. Att. VI. 15. 'Neque se tam insignite locuturum, absona inauditaque ut diceret.' Deinde trajectis vocabulis *est fabula* Port. et Hav.

§ 7 *Consultus senatus, quum feciales ad res repetendas nequidquam misisset*] *Senatus consultus* Harl. 2. Port. Hav. et ed. Parm. Deinde *confeciales* Leid. 1. eodem errore, quo *congratulatione* pro *cum gratulatione*, et similia alia multa dici, vidimus ad IV. 24. § 7. Tum *equiquam* Florent. *quicquid* Haverk.

Primo quoque die ferendum ad populum] *Sed primo quoque die* Flor. Verum τὸ *sed* perperam repetitum est ex vocis præced. syllaba finali. Vide hoc lib. c. 41. § 5. *prima quoque die* Leid. 1. Τὸ *die* exsulat a Lov. 2.

Populusque id bellum frequens jussit] *Postque id bellum* Leid. 2. Deinde *frequens censuit* Hav. Sed τὸ *censuit* male huc inlatum est ex verbis præcedd. 'Censet' senator in curia; 'jubet' populus in comitiis. Infra VIII. 29. 'Bellum ex auctoritate Patrum populus adversus Vestinos jussit.' Vide ad III. 30. § 6.

§ 8 *L. Genucio consuli ea provincia sorte evenit*] Vox *consuli* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Deinde *provincia certe evenit* Voss. 1. *provincia certe venit* Lov. 1. *provincia sorte venit* Leid. 2. et ed. Parm. *Genucio venit* ferri posset, si plures atque majoris auctoritatis codd. probarent. Sæpe enim 'venire' cum tertio casu con-

Digitized by Google

strui solet. Vide ad XLIV. 17. § 7. Aliis tamen omnibus vulgatam lectionem tuentibus, eam etiam præfero. *Provincia evenit* propria in hac re locutio est. Vide ad V. 12. § 6. Et quidem *sorte evenit* ut IV. 37. 'C. Sempronius, cui ea provincia sorte evenit.' VIII. 1. 'Utrumque bellum Plautio sorte evenit:' ubi tamen optimi codd. præferunt *sorte venit*. Vide Gebhard. ad VII. 16. § 8. Hoc loco autem prima litera *τοῦ evenit* absorpta est ab ultima vocis præced. Vide ad IX. 12. § 1. et ad XXIX. 20. § 4.

In exspectatione civitas erat, quod primus ille de plebe consul] *Quod* pro *quia* positum videtur. At illud *perinde* quidam mutarunt in *deinde*: nam *ut* comparativum ad *ita* sequitur: quamquam videri potest esse sermo non omnino curiosus. Neque erat ille primus ex plebe consul, sed ex consulibus plebeiis primum occisus. *Glar.* Videri quidem potest sermo non omnino curiosus esse, ut Glareanus existimat; non tamen alii, quam qui neglegenter ad Livii verba animum adtendit. Ceteroquin enim quisque facile videre poterit, non jungendas esse voces 'primus de plebe consul,' sed 'primus bellum suis auspiciis gesturus esset.' Insuper *In expeditione civitas erat* Lov. 2. scribæ aberratione. In verbis seqq. *bellum de suis auspiciis*, addita præpositione, Lov. 3. *bellum sine auspiciis* Lov. 4.

Deinde ut eveniret res, ita communicatos honores prospere aut secus consulto habitura] Vet. lib. *perinde ut eveniret*: item *probe aut secus*. Sigon. Pal. 2. *ita comm. hon. probent haud secus consulto habiturum*. Ceterorum scripturam advocare piget. *Gebh.* Sic a Sigonio: nam paullo ante illum *deinde*, pridem *prospere* cœptum erat legi. Mogunt. *consultos*; nuperæ *consulta* facere. Quæ omnia magis aggravant, quam levant morbum. Nos olim viso in excerptis unius Pall. *probent*, (nec aliter Voss.) conjeceramus, *ita comm. hon. pro bene aut secus consulto habitura*. Quod nunc attestamur, et in Chifl. Vossianoque altero legi, et olim omæ Andream dedisse; ut mirer, quis in exemplaribus illum secutis *prospere* subjecerit. Lib. VIII. c. 36. 'Debellari eo die cum Samnitibus potuisse, pro haud dubio habitum sit.' IX. 12. 'Et geri posse bellum Romani pro certa victoria habuerint.' X. 19. 'Ut omnis rei bene aut secus gestæ decus dedecusque ad *L.* Volumnium sit delegatum.' Neque illud novum, *τὸ secus* in malam partem accipi, etiam extra viciniam *τοῦ bene*. Cic. ad Famil. III. 6. 'Iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.' VI. 21. 'Etiamsi secus acciderit, te tamen recte vereque sensisse.' Tacit. Annal. II. 50. 'Quæ de matre ejus locuta secus arguerentur.' Plinius Paneg. c. 33. 'Meminerintque sic maxime laudari incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprehendantur:' vir doctus ibi, forte *sequius*. Sed etsi alicubi sic scripti libri, ubi vulgo *secus*, non ideo tamen hoc passim exterminari velim. *J. F. Gron.* *Deinde* primum invenio in Froben. ed. 1531. quum non modo priores, sed omnes etiam codd. scripti, *perinde* servent. Particulæ 'perinde,' 'ut,' 'ita' pariter junctæ obcurrunt apud Cicer. pro Cluent. c. 25. 'Perinde ut opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum et non factum sit, existimari potest:' 'perinde,' 'utcumque,' 'ita' apud eumdem l. II. de Divin. c. 42. 'Verum esse censent, perinde, utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari.' Tum *ut evenisset res* Flor. et Klockian. Deinde *prospere* in nullo mihi cod. meo notatum est, nisi in fragm. Hav. a m. sec. cujus loco *prob'ue* præfert Flor. *probent* Lov. 1. et 5. At *honores probent haud secus consulto habitum* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. *honores pro-*

Digitized by Google

bent aut secus consulto habitum Harl. 2. *honores pro bene aut secus consulto habitura* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et N. *communicatus honos pro bono haud secus consulto habitus* Lov. 4. *communicatus honos* etiam Lov. 2. et *haud secus* Lov. 3. et 5. a m. sec. Sed duplice lectione juncta quasi monstrum aliquod *honores probe ac prospere ne aut secus consulto habitura* præfert Gaertn. Ad veram lectionem proxime accedunt reliqui Hearnii codd. L. 2. et C. *honores pro bono aut secus consulto habituros* exhibentes. Livius I. 40. 'Anci filii duo etsi antea semper pro indignissimo habuerant, se patrio regno tutoris fraude pulsos.' IV. 55. 'Illa pro certis habenda in quibus non dissentiunt.' VI. 6. 'Pro certo habeo, ita rem gesturum, ut patre, avo, teque ipso, ac sex tribunatibus dignum est.' XXXVII. 48. 'Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romæ fuisse, et pene pro certo habitum.' XL. 9. 'Si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem, rem pro manifesto haberes.' XLIII. 13. 'Ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam.' Eadem forma dictum est 'pro certo adfirmare,' de quo vide ad I. 3. § 2. Plura similia vide apud Vorstium de Latin. Falso Susp. c. 22. Ceterum, *secus* subjunctum vel τῷ *bene* vel τῷ *recte* pro 'male' in usu fuisse, non est dubium. Quæsivit autem Vavass. de Vi et Us. Quorund. Verb. in voce 'Secus,' utrum *secus*, simplex in oratione ac solitarium positum, nulla re antecedente ex adverso cui repugnet, vel expressa, vel subintellecta saltem, idem sonet ac valeat, quod 'prave,' 'perperam,' 'minus bene,' 'omnino male,' et tandem pronunciat, se arbitrari, ista vitiose dici, neque auctore vetere ullo probo et digno, cui credatur. Contrarium huic Gronovio visum est, et, ut puto, recte, licet priorem Cic. locum aliter accipiendum esse Vavass. ibidem docuerit. Liv. VIII. 33. 'In præsentia moderatum iræ esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet.' Sall. in Jug. cap. 20. 'Prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus ceserat:' ubi vide Cortium. Tacit. Ann. II. 80. 'Nec Piso, quamquam cœpta secus cadebant, omisit tutissima e præsentibus.' Apuleius in Apolog. p. 97. ed. Pricæi: 'Dicat hic pius filius, quid in eo tempore secus agentem vel loquentem matrem suam propter insaniam viderit.'

§ 9 *In insidias præcipitaretur*] Flor. *in insidias præcipitaret*. J. F. Gron. Ingratum hic est ἀσύνδετον. Puto veram esse scripturam libri Flor. apud Gronov. *præcipitaret*. Nam ita sæpissime loquitur Livius, et omnes alii. Vide Rivium ad Sallust. Cat. c. 52. Deinde suspicor pro duabus postremis literis vocis *præcipitaretur* legendum esse *et*; et paullo post *consul* ab alio, quam Livio, esse. Sic bene fluit oratio, *præcipitaret, et, legionibus n. o. p. fusis, circumv. ab inscitis, q. i. occid.* Duk. *Præcitaretur* Gaertn. *præcipitatur* Port. *præcipitaret*, quod ex Flor. laudat Gronov. etiam Klockius margini exemplaris sui adscripserat, sive quod ita emendandum existimaret, sive quod eam lectionem in cod. suo reperisset. Sæpe autem Livium 'præcipitare' absolute sine casu usurpasse, videbimus ad XXV. 11. § 6. Hinc cod. optimo dicto audiens fui.

Legionibus necopinato pavore fusis] *Inopinato pav.* Voss. 1. et Lov. 1. Male. Vide ad IV. 27. § 8. Præterea *legionibusque* edd. princ. ut ita *præcipitaret* et *occideretur* jungerentur. Primus Aldus copulantem particulam expunxit, quam etiam omnes scripti ignorant. Et sane, Livium similes conjunctiones passim omittere solitum fuisse, multis locis vidi-

Digitized by Google

mus. Tandem *favore fusis* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Vide ad III. 33. § 7.

Consul circumventus ab insciis, quem interfecissent, occideretur] Vet. lib. *quem interficerent*. Sigon. Pall. duo, et Andreæ ed. *occideret*. Sed Pal. 2. *consul circumv. ab insidiis, quem interficerent, occiditur*. Gebh. Ita libri. Sigonius, *interficerent*. Ego malim *in quem incidissent*. J. F. Gron. *Circumventus ab insidiis* solus meorum Hav. Tum qm̄, id est, *quoniam, interfecissent, occideretur* Leid. 2. *quem interficerent, occiditur* Harl. 2. Port. et Hav. Et ita post *præcipitaret* major ponenda foret distinctio. Verum potius *occideretur* pendet a præcedenti *ut*, et ita cohæret cum *præcipitaret*, quamvis Livius copulam omiserit. Sed nec movendum *interfecissent*. Livio enim non insolens est, ut plusquamperfecto pro imperfecto utatur. Infra XXXIV. 11. 'Nec spem ullam esse resistendi, nisi præsidium Romani misissent:' pro mitterent. Vide quæ ad eum locum notantur. Præterea *ceciderit* fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVI. 36. § 6. *occiderens* Flor. *occideret* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Klockian. 'Occidere' a 'cadere' sæpe pro interfici ponitur. At displicet 'occidere ab aliquo,' pro ab aliquo interfici. Illa itaque scriptura non a Livio est, sed a librariis. Vide ad X. 10. § 1. Sed neque probo singularem, quæ in Lov. 4. obvia fuit, lectionem *consul circumventus ab insciisq; interfectus occideret*.

§ 10 *Quod ubi est Romam nunciatum*] *Romam nunc. est* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Romam est nunciatum* Gaertn. Mox *tanta publica*, pro *tantum*, Lov. 5.

Feroces infelici consulis plebeii ductu fremunt] *Infelicis consulis plebeii ductu* Lov. 1. 4. 6. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Aliquoties supra notatum est, id operam dedisse librarios, ut vocabula proxima genere numero ac casu inter se convenirent, licet non raro sensus dispendio. Vide ad VI. 3. § 8. Ex eodem fonte etiam aberrans illa lectio hoc loco profluxit. Præterea *premunt* Klockian. quomodo interdum lapsi sunt scribæ. Vide Pierium ad Maron. Georg. III. 85.

Irent, crearent consules ex plebe] Vet. lib. *consulem*. Siquidem lata lex erat, ut alter utique ex plebe consul crearetur. *Sigon. Item creatum consulem* Leid. 2. *Irent creatum consulem* Lov. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *Irent creatum consules* Voss. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. et ejusdem Hearnii cod. N. *Irent, crearent consulem* Lov. 2. *Irent creatum omnes consules* idem Hearne ex ante memorato cod. C. profert, ut is duplicem lectionem habuisse debeat. Reliqui codd. sive cum editis in vulgatum conspirant, sive per compendium *cos* exhibent. Non necesse autem est, ut τῷ *consules* substituamus *consulem*. Quum enim lex juberet, ut alter utique ex plebe consul crearetur, poterant etiam ambo plebeii creari. Hoc enim queritur Ap. Claudius Crassus lib. præc. c. 40. 'Hocine est in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit, utrumque ex Patribus præterire liceat?' Insultantes itaque patricii suadent plebi, ut, quum viderint, qua fortuna primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis gesserit, nunc, quod utique licebat, duos pro uno ex plebe consules creent. Vel etiam *consules*, quoniam quolibet anno novus consul creandus esset. Compendium illud scribendi *Cos* variorum errorum causam fuisse, videbimus ad X. 10. § 2. Mox *transferent*, pro *transferrent*, Flor. et Lov. 1. ac 2. *transfer* Leid. 2.

§ 11 *Num etiam in Deos immortales legem inauspicatam valuisse*] *Unde etiam* Leid. 2. *nunc etiam* Lov. 5.

Digitized by Google

Harl. 2. et Hav. Ita alibi variant librarii. Vide ad v. 5. § 8. et IX. 3. § 3. Similitudo literarum *m* et *nc* hujus varietatis caussa fuit. *Non etiam* quædam edd. princ. Et has voces soliti sunt scribæ confundere. Vide ad XXXVI. 3. § 10. *Tum etiam* Lov. 2. et 4. *num* rectum est. Interrogatio enim exprobrationi vim addit. Ceterum *Potuisse se potius Patres* Gaertn. Verum illud *se potius* ex transpositis literis vocis proximæ *Potuisse* natum est. Certe *Potius se Patres* extitit in Lov. 5. a m. pr. At *Potuisse* exulat a Lov. 4.

Quæ ut primum contacta sint ab eo] *Contracta sint* Flor. et Lov. 4. De commutatione harum vocum vide ad VI. 28. § 6. *Contacta sunt* Voss. 2. et editi usque ad Aldum, qui, consentientibus reliquis Mss. *sint* dedit. Mox *quo*, pro *a quo*, Hav. Præterea *nec fas nec jus fuerit* principe edd. Primus deinde Aldus eo ordine vulgavit, quo nunc visuntur. Ei vero consentiunt codd. omnes scripti. Et hoc ordine sæpe Livius junxit *jus et fas*. Vide ad XL. 15. § 5.

Deletum cum duce exercitum documento fuisse] *In documento fuisse* edd. Rom. 1472. et Parm. Sed præpositio perperam repetita est ex litera finali vocis præced. Vide ad XXXVII. 11. § 4. *Documenta fuisse* Voss. 2. et Lov. 3. De locutione 'esse documentum' vide ad XXIV. 8. § 20. Ea autem lectio si placet, 'exercitum cum duce documenta' eadem ratione dictum erit qua 'dux cum principibus capiuntur,' de quo vide ad XXI. 60. § 7. Non tamen hanc scripturam pro vera venditare audeo, quod alii codd. stent pro vulgata, Liviusque sæpius etiam hoc modo loqui soleat. Supra III. 56. 'Se documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas, firmata sit.' IV. 31. 'Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.' XXVI. 5. 'Documento futuræ, qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuisset.' Eadem forma dicta sunt 'argumento,' 'monumento,' 'miraculo esse,' et similia, de quibus vide ad v. 54. § 5. Ceterum *delectum cum duce* Lov. 2. Vide ad IX. 37. § 8.

Ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur] *Nec deinde* Port. Hav. *ne in die* Voss. 2. et Lov. 2. *nec inde* fragm. Hav. a m. pr. *ne inde* Leid. 1. Lov. 2. et Gaertn. Deinde *comitia haberent* Hav. solito errore; de quo vide ad X. 10. § 1. *comitia habentur* Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 2.

§ 12 *Quia dissuaserat legem*] Vet. lib. *legem in concione*. Sigon. Sigonius infarserat *legem in concione, majore*. Verum cum id tantum restaret in Pal. 2. abesset a 1. et 3. ejeci ceu librarii glossulam. *Grut.* Pal. 2. et Campani ed. *quia dissuaserat legem in concione*. Gebh. Voces *in concione* apud me tantum supersunt in Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quas recte Gruterum expunxisse puto, quod in optimis constanter desint. *Qui dissuaserat* insuper Harl. 2. et Hav. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Quia dissuaderet* Hearnii Oxon. B. Male. Intelligitur enim illa oratio, qua legem de altero utique consule ex plebe creando ante quinque annos dissuasit, superius memorata VI. 40. et seqq. Deinde *lege* perperam Leid. 1. Ultima enim litera *m* intercepta est a vocis seq. initiali. Vide ad XXIII. 8. § 9. Paullo ante *curia forum personat* sine copula Lov. 2.

Majore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se] Omnes libri Mss. ut et prima ed. *majore cum auctor.* præter Campan. qui repræsentat illud vulgatum. *Gebh. Majore cum auctoritate* etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. uterque, Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. C. et L. 2. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Id autem

Digitized by Google

eodem modo dictum foret, quo 'magno cum gaudio accipere' I. 25. § 13. habuimus, ubi plura videnda sunt. Vide etiam ad XLIII. 23. § 1. Quum tamen elegans sit emphasis in τῷ 'nunc incusantem,' quod verbo 'dissuaserat' opponitur, eamque vocalem servent omnium optimi Flor. et Leid. 1. nihil mutandum censeo. Deinde *incessantem*, pro *incusantem*, Lov. 5. scribarum errore. Pro eo quidem *incessentem* reponendum videri posset; sed reliqui suadent nihil mutandum esse. Sane 'incusare' Livio frequens fuit. Vide ad IX. 11. § 5.

Dictatorem consensu patriciorum] Dictatorem absque magistro equitum hoc loco exhibet Livius, sicut II. 30. M. Valerium; quod ibidem admonuimus; cum satis constet Romæ nunquam hoc factum. *Glar.* Immo semel factum esse tempore belli Punici secundi, Livius ipse memoravit XXIII. 22. Quamvis autem Livius hic magistri equitum non meminerit; eum tamen Appio additum fuisse, evincunt fragmenta Capitolina, in quibus etiamnum SCAPVLA. MAG. EQ. visitur: unde P. Cornelium Scapulam fuisse conjecit Pighius in Ann. ad a. CCCXCI. p. 275. Livius infra etiam omittit magistri militum nomen, quod tamen ex Fastis viri docti supplere conantur. Vide ad IX. 29. § 3. Mox *dilectusque* Flor. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Præterea *delectisque et justitio indicto, priusquam* Oxon. L. 1. quod pro *delectuque* ab errante librario datum esse, Hearne conjicit. Sed recte reliqui codd. non consentiunt. *Ac justitium* habet Lov. 2. ultima vox *indictum* exsulat a Lov. 3.

CAP. VII. § 1 *Res per occasionem gesta egregie est*] *Per occas. res gesta* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *egregie gesta* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Tò est* denique non adparet in Harl. 2. Verba etiam *Primq. dict. legionesque* in initio cap. omittuntur in Lov. 3.

§ 2 *Morte consulis contemtim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes*] *Morte contemta*, omissa media voce, Lov. 4. *morte consulis contentim* Leid. 1. et fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXV. 38. § 20. *Contemti* Gaertn. *contemtü* Leid. 2. ut forte *cum contemtu* legendum esse videri possit. Sed nihil mutandum puto. Vide ad VI. 38. § 8. Tum *ad castra Romanorum* Leid. 2. Harl. 2. Port. Lov. 1. 4. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Male. Vide ad XXXII. 6. § 6. Deinde *oppugnandi spe* Flor. et Leid. 2. Sæpius ita peccarunt librarii. Vide ad XXI. 57. § 6. Denique *succederent* Lov. 2. quasi nempe distinguendum esset: *In Hern., morte cons. cont. ad cast. Rom. quum, &c. succederent.* At reliqui vulgato adhærent.

Plenis iræ atque indignitatis militum animis] Pall. 1. ac 3. *plenis iræ atque indignatis.* Pal. 2. *plenis ira atque dignitatis.* Sola Andreæ ed. veritatis instituit vestigiis: quippe Camp. *plenis iræ atque indignationis:* quod est ad lubidinem optimum refingere scriptorem. *Gebh.* Scripti nostri nihil mutant, nisi quod *dignitatis* sit in Hav. *indignationis* in Lov. 3. et 4. 'Indignitas' autem et 'indignatio' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. LVIII. *Iræ ac indignitatis* priscæ edd. usque ad Aldum, qui *atque* substituit, non modo concinentibus omnibus scriptis, sed etiam secundum morem Livii; de quo vide ad X. 36. § 17. Paullo ante *ortati a legato* Lov. 2. *hortanteque legato* Lov. 3. *hortantes legato* Leid. 1. *hortantes legatos* Harl. 1. In sequentibus autem *eruptio facta est* Leid. 2. *eruptione facta* Gaertn. Ita oratio hoc modo continuanda foret: *In Hernicos, &c. eruptione facta, multum ab spe.* Verum et hic receptam lectionem malo.

Multum ab spe adeundi valli res Hernicis abfuit] *A spe* Gaertn. Hav. et

Digitized by Google

fragm. Hav. Hinc *res Hernicis exfuit* Leid. 2. et fragm. Hav. *res Hernicis affuit* Lov. 1. et 5. *res Hernicis afuit* Flor. et Leid. 1. Et ita etiam Klockius ad oram Livii adscripserat; non addens tamen utrum ex cod. an ex conjectura. Vide ad IV. 12. § 6.

Adeo turbatis inde ordinibus abcessere] Pall. duo *turbatis ord. inde abcessere*. Gebh. Eodem ordine vocabula etiam obcurrunt in Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. Præterea *abcessere* Leid. 2. et Gaertn.

§ 3 *Laudibus legati militumque, &c. simul audientibus laudes meritas tollit animos*] Iterum Pall. duo 1. et 3. *subtulit animos*. Gebh. Gronovius in priori ed. notarum, agnoscens ita omnes libros præferre, ingratam tamen orationem esse existimat, 'laudibus legati militumque audientibus,' (iisdem puta legato et militibus,) 'laudes meritas tollit animos,' et Livium numquam ita scripsisse. Pro glossemate itaque tollit τὸ *laudibus*, et pro *audientibus* refingit *audientium*: ita tamen, ut, si, omnino contendatur retinendum esse τὸ *laudibus*, id forte concedat, non item de altero. Verum ipse, hanc conjecturam in iterata ed. omittendo, eam non obscure damnasse videtur. Et recte: *audientibus* enim non tantum ad legatum militesque laudatos, sed ad omnes in castris degentes milites referendum, non modo, inquam, ad illos, qui eruptione facta effecerant, ut hostes turbatis inde ordinibus abcederent, sed etiam ad novum exercitum, quem ipse adduxerat. Neque ideo *laudibus* suspectum esse debet, quod mox τὸ *laudes* sequatur. Vide ad I. 3. § 9. Tantum autem abest, ut, licet locum relinquamus τῷ *laudibus*, attamen *audientibus* in *audientium* mutandum sit, ut contra *audientibus* in primis Livianum esse putem, de quo mox ad § seq. videbimus. Insuper voce anctius fragm. Hav. præfert *audientibus ibi laudes meritas*. Sed vocem illam nullus alius agnoscit. Et forte repetita est ex præcedentis fine *ib*; sive *ibus*. Tum *sustollit* Leid. 1. qua forma hoc verbum tuetur Vossius Gramm. v. 37. *sustulit* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *subtulit* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Paullo ante *exercitus adjungitur*, pro *jungitur*, Lov. 4. Mox *æmulandum virtutes*, pro *æmulandas*, Port. et Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Voces *simul ceteros ad æmulandas virtutes acuit* desunt in ed. Rom. 1472.

§ 4 *Neque segnius ad hostes bellum adparatur*] Vett. libb. alii habent *neque segnius apud hostes bellum apparatur*: alii, *neque segnius et hostes bellum apparant*. Utrumque probe magis, quam quod vulgo legitur. *Sigon.* Codd. Mss. omnes et vetusti cusi, *neque segnius ad hostes bellum apparatur*. Quæ videtur vera lectio. Minus, 'Bonum ad virum cito moritur iracundia.' Ipse Livius X. 29. 'Formidinis omnia plena ad hostes esse.' c. 35. 'Non plus animorum ad hostes erat.' *Gebh.* Legebatur hic antea, *neque segnius ad hostes bellum apparatur*. Sigonius quum produxisset ex malis libris id, quod editur, et præterea *apud hostes bellum apparatur*; utrumque, ait, probe magis, quam quod vulgo legitur. Immo utrumque pejus: quin et neutrum inventum nobis, qui plusculos veteres de hoc loco consuluimus, sed ubique illud, quod loco movit Sigonius. Adfirmatque Livius X. 29. 'Furiarum et formidinis plena omnia ad hostes esse.' Iterumque c. 35. 'Minus cladis, ceterum non plus animorum ad hostes erat.' XXIV. 32. 'Ad militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum.' Eodem, c. 48. 'Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem mansit.' XXVII. 10. 'Iisque gratiæ et in senatu et ad populum actæ:' sic tribus his locis Mss. *J. F. Gron. Ad hostes bellum apparatur* etiam scripti et typis excu-

Digitized by Google

si, quibus utor, nisi quod *et hostes* præferat Leid. 1. *et hostes bellum apparunt* Lov. 2. *ad hostes bellum apparatum* Lov. 3. *apud hostes bellum apparatur* editio Mediol. 1505. quam sequuntur Ascens. ann. 1513. et 1516. ac Paris. 1529. Hearne etiam auctor est, ex Mss. quos Oxonii contulit, solum tantum codicem C. legere *neque regnius et hostes bellum apparant*; reliquos quatuor L. 1. 2. B. et N. *ad hostes bellum apparatur*. Mirer itaque, Sigonium non modo *et hostes apparunt* in contextum recepisse, sed et alterutrum lectionum, quas in vett. lib. repererat, vulgatæ præferre potuisse. Vulgatum enim Livio proprium est, et *ad* pro 'apud' passim apud ipsum obcurrit. Ita II. 10. 'Rem amœnis plus famæ habituram ad posteros, quam fidei.' III. 10. 'Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est:' ubi plerique codd. ex glossa interpretis *apud populum*. Vide quæ ibi notavi. c. 21. 'Mirer, inquit, si vana vestra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem est.' c. 31. 'Invidiæ tamen res ad exercitum fuit.' VI. 34. 'M. Fabii Ambusti, potentis viri quam inter sui corporis homines tum etiam ad plebem, filiæ.' Eodem cap. 'Gratiam Fabio ad vulgum quæsierat.' VIII. 18. 'Ad Q. Fabium Maximum ædilem curulem indicaturam se causam publicam pestis professa est.' c. 28. 'Ad disceptandum eos ad communes socios atque amicos vocaret.' XXVIII. 18. 'Quoniam fors eos sub uno tecto esse atque ad eosdem penates voluisset:' ubi male Sigonius reponit *in eodem penate*. XXIX. 20. 'Ut ad exercitum Scipio maneret:' ubi vide quæ notantur. c. 22. 'Memoria absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.' XXX. 14. 'Ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret:' ubi iterum vide. XXXIII. 46. 'Quantam eo facto ad plebem inierat gratiam.' XXXVIII. 55. 'Ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem rem extemplo factus L. Scipio:' ubi Sigonius ipse *ad prætorem* exponit 'apud prætorem.' Vide plura eo loco. XL. 42. 'Deque ea' multa, 'quum provocasset, certatum ad populum.' c. 46. 'Inter hos viros nobiles inimicitiæ erant, sæpe multis in senatu et ad populum atrocibus celebratæ certaminibus.' XLII. 14. 'Eorum nomina ad se ederentur.' XLV. 6. 'Nomina dabant ad C. Postumium tribunum militum.' c. 11. 'Quo speciosо titulo ad omnes Asiæ et Græciæ civitates usus erat.' Vide etiam ad IV. 53. § 4. et ad XXXVIII. 35. § 1. etiam Gronovium Observ. IV. 6. Non tamen hæc locutio ita Livio propria esse existimari debet, ut non ab aliis etiam usurpetur. Ita enim et Cic. in Verr. I. 8. 'Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse:' ubi male legitur in vetustissimo libro apud Ursin. *delatos esse*; ipse vero *relatos esse* conjicit. Cæsar Bell. Civil. III. 60. 'Magnam tamen hæc res illis offensionem et contemtionem ad omnes adtulit.' Silius Ital. XIII. 606. 'Insultant duro imperio non digna nec æqua Ad superos passi manes:' ad quem locum olim plura notavi. Adde etiam Nic. Heinsium ad Nason. Fastor. IV. 310.

Neque igneri auctarum virium hostis, suas quoque vires augent] Potest tolerari: sed hic, si, qua figura plurimum, usus est, scripsit *hosti*. Infra c. 23. 'Ipsa contatio et his animos minuisset, et auxisset hosti.' II. 34. 'Et Velitris auxere numerum colonorum.' III. 70. 'Nuncius deinde vocantibus Romanis animos auxit, et referentes gradum perculit Æquos.' XXI. 50. 'Et Romanis multitudo ana auxit animum, et paucitas illis minuit.' XXVIII. 13. 'Aliquantum et Romanis aucti, et deminuti hostibus animi erant.' XXXVII. 33. 'Ea vero res Romanis auxit animum, conces-

Digitized by Google

sum sibi transire cernentibus in Asiam.' XXXVIII. 26. 'Præter animos et victoribus ab re secunda auctos, et hostibus fractos.' *J. F. Gron.* Omnes codd. scripti et editi, constanter *auctarum virium hostis* servant; quorum si unus et alter ex certioribus Gronovii conjecturam firmarent, eam præferre non dubitarem. Livius enim in hac aliisque locutionibus, ubi vulgo genitivus adhibetur, casum tertium usurpare solitus est. Ita optimi codd. præferunt XXI. 53. 'Restitutos ac refectos militibus animos:' ubi vulgo ante Gronov. *militum* edebatur. Plura vide ad eum locum. Quin etiam si ubique ita Livius locutus esset, invitis etiam codd. Gronovio adsentirer, ac crederem, ultimam literam voci *hostis* ex initio sequentis *suas* adhæsisse. Vide ad XXVIII. 25. § 2. At nunc vehementer dubito. Nam et ab altero Livius non abstinuit. Supra VI. 23. 'Hostis, cujus animos cunctando auximus.' XXXI. 10. 'Inflatos excidio coloniæ Romanos augere hostium animos.' XXXVII. 39. 'Ne et suorum animos minueret detrectando certamen, et hostium spem augeret.' XLII. 21. 'Aucta etiam invidia est Popillii literis ejus.' Quin et uno eodemque loco utramque constructionem adhibet Livius XXXIX. 25. 'Græcis Macedoniam adcolentibus metus, et audacia Philippi minuatur.' Similiter non tantum dixit 'accendit militi animos' XLIV. 3. sed etiam 'accensis militum animis' ibid. c. 2. non tantum etiam 'versare animum alicui,' sed etiam 'alicujus.' Vide ad II. 45. § 5. Præterea *neque: n. ignari* Lov. 5. *neque enim*, deficiente voce *ignari*, quæ margini tamen adscripta est, Voss. 1. *neque ei ignari* Harl. 2. ubi vocula media partim ex præcedentis vocabuli litera ultima, partim ex sequentis initiali nata esse videtur. Vide ad v. 50. § 5. Corruptius *neque ejus ignari* Port. et Hav. Deinde *auctas quoque vires augent* Lov. 4. *quoque suas vires augent* Gaertn.

Omnis militaris ætas excitur] *Accitur* editi ante Aldum; qui *excitur* substituit, consentientibus omnibus scriptis. Infra XXVIII. 24. 'Concitatis popularibus et juventute Celtiberorum excita:' ad quem locum plura vide.

Quadragenarios octo cohortes, lecta robora virorum, scribuntur] Legendum *quadringenarias*, attestantibus prisci characteris codd. *Gelen. Quadringentarias* quidam legunt, quod mihi quoque placet. Nam X. 40. eodem utitur verbo Livius. Puto autem 'quadringentariam' a quadringentis militibus dictam, ut 'quingentariam cohortem' a quingentis. Nam in additione supra *quingentos quadringentosve* non omnino convenit inter auctores. Nos de appellatione duntaxat disputamus. *Glar. Quadragenarias* plerique codd. servant: *quadrigenarias* est in Leid. 1. Lov. 2. et Klockian. *quadringenarias* in Flor. et Harl. 1. quod recte Geienius probavit: probat etiam Glarean. ad X. 40. § 6. quamvis hoc loco *quadringentarias* malluisse videatur; nisi in eo potius ab operis typographorum peccatum esse existimari debeat. 'Ala quingenaria' memoratur apud Hygin. Grom. de Castram. Rom. pag. 1022. 'Ala quingenaria turmas habet sedecim:' et ita forte emendandum apud Veget. de Re Milit. II. 6. 'Adpellatur cohors quingenaria.' Eo enim ducunt vestigia unius cod. apud Stewich. *quinquagenaria* exhibentis. Ipse Stewich. *quingentaria* legendum conjecit. Similiter Casaubon. et Salmas. apud Spartian. emendant in Hadrian. c. 17. 'Cui et elephantum, et quingenariam cohortem post magnifica dedit dona:' ubi antea etiam edebatur *quinquagenariam*. Eadem labe viri docti Curtium liberarunt v. 2. 'Antea quingenariæ cohortes erant:' ut autem, teste Gronov. de

Digitized by Google

Pecun. Vet. I. 3. 'centenarium' est corpus unum multiplex, quippe continens centum, ita 'cohors quadringenaria' constat ex quadringentis, 'quingenaria' ex quingentis militibus. Vide locum laudat. Vegetii. Insuper *lecto robore virorum* Harl. 2. Male. Nam 'quadringenariæ cohortes, lecta robora virorum' per adpositionem dicuntur. Vide ad XXXVIII. 16. § 1.

§ 5 *Spei animorumque implevere*] Copula *que* exsulat a Leid. 1. *spei animos implevere* habet Lov. 4. *spei animos eorum implevere* Lov. 2. Sed non viderunt librarii, præcessisse 'Hunc eximium florem juventutis;' unde fit, ne *animos* ferri possit. Paullo ante *eo etiam, ut*, una voce deficiente, Harl. 2. *eo et' q; ut* Gaertn.

Immunes quoque operum militarium erant, ut in unum] *Immunesque operum* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad v. 27. § 1. Tum τὸ *ut* deest in Lov. 3. vox sequens in Lov. 5. In verbis etiam seqq. *servati*, pro *reservati*, præfert Leid. 1. Ita etiam X. 25. vulgo editur 'Ut omnia integra ac libera Q. Fabio servarentur:' ubi quidam codd. *reservarentur*. Hic vero in uno cod. syllaba initialis *re* intercepta esse videtur ab ultima vocis præced. *laborē*. Contrario errore *in suos terrorē reverterunt*, pro *verterunt*, in cod. Ms. est XXXVII. 41. § 5. ad quem locum plura alia exempla videnda sunt.

Plus sibi, quam pro virili parte, adnitendum] *Quam virili parte*, sine præpositione, Harl. 1. Male. Supra III. 70. 'Quem agrum miles pro virili parte cepisset:' ubi vide.

§ 6 *Extra ordinem etiam in acie locati*] *Et in acie* Harl. 2. Port. et Hav. *etiam acie* Klockian. Sed præpositio intercepta est ab ultima litera prioris vocis. Vide ad X. 13. § 3. Mox *Dum millium* Flor. a m. pr. et Hav. *Dum militum* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXIII. 41. § 10.

Pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est] *Patri ferme utrique* Leid. 1. et Harl. 1. *utrumque* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad XXI. 45. § 1. Τὸ *est* deficit in Lov. 2. Mox *spe conatis*, pro *sæpe con.* Leid. 2. Port. Lov. 4. 5. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi *spes* et *sæpe* commutantur. Ita IV. 37. § 7. hoc lib. c. 33. § 5. VIII. 13. § 15. IX. 19. § 10. c. 21. § 6. Eodem modo *sæpeculatoribus*, pro *speculatoribus*, codd. exhibere apud Suet. in Cal. c. 44. viri docti observarunt.

§ 8 *Equestris pugna effectu, quam conatibus, vanior erat*] Pal. 3. *varior*. Nugacior putaret descendere a 'varus.' *Gebh.* *Varior* etiam Gaertn. et Leid. 2. cui ultimo tamen inter versus adscriptum *vanior*. Solent 'vanus' et 'varius' commutari. Vide ad XXII. 7. § 4. Præterea *effectum quam conatibus* Leid. 1. *effectu quam conatu* Hearnii Oxon. C.

Clamore provolant ante signa] Scribe ex veteribus libris *clamore ingenti provolant ante signa*. Sigon. Sigonii emblema *ingenti* procul habendum esse, monuimus ad II. 56. *J. F. Gron.* 'Clamore provolare,' ut 'clamore invadere.' Vide ad V. 45. § 2. Vellem tamen, ut Gronovius addidisset, qua auctoritate vocem *ingenti*, a Sigonio interpositam, pro emblemate habuisset, ac rejiciendam credidisset. Certe eam servant omnes mei ad unum usque et Hearnii Oxonienses codd. omnesque editi Aldo antiquiores. Ex mente itaque Sigonii eamdem loco suo reposui. Perperam autem *provolassent* est in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 9 *Neque sustineri poterant*] *Nec sustineri* Harl. 2. *nec sustinere* Hav. *neque sustinere* Voss. 1. Leid. ambo, Port. et Lov. 1. 2. 4. et a m. pr. Lov. 5.

Ne extraordinariæ cohortes pari corporum animorumque robore se objecissent] Vox *animorum* male deficit in Voss. 2. *robore* in Hav. Perperam etiam *objecissent* dedit Voss. 2. Vide

Digitized by Google

ad VI. 14. § 12. Per 'extraordinarias' autem 'cohortes' intelliguntur octo illæ quadringenariæ cohortes, modo hoc cap. memoratæ.

CAP. VIII. § 1 *Quidquid hinc aut illinc communis Mars bello auferet*] Quamquam veteres omnes libri habent *bello*, corrige tamen *belli*. Est enim hæc locutio Livio familiarissima, cujus ex plurimis pauca exempla subjiciam. VIII. 11. 'Affirmando communem vere Martem belli, utramque aciem pari cæde prostravisse.' Et X. 28. 'Quamquam communis adhuc Mars belli erat.' Et XXVIII. 41. 'Quid? quod in Africa quoque Mars communis belli erit.' Et XXX. 30. 'Martem belli communem propone animo.' Et XLII. 49. 'Quam incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli sit.' *Sigon.* Sigonius cum alibi et apud hunc Nostrum legisset 'Martem communem belli' dici, invexit hanc lectionem, quam reliquæ vulgo edd. admiserunt. Contra Mss. codd. Pall. et duæ edd. antiquissimæ, *communis Mars bello auferet*. Lib. VIII. c. 11. 'Communem fere Martem belli utramque aciem pari cæde prostravisse.' c. 23. 'Communis Mars belli decernet.' c. 31. 'Si, quod belli casus ferunt, Marsque communis, adversa pugna evenisset.' X. 28. XXVIII. 19. 'Ubi Mars communis et victum sæpe erigeret, et affligeret victorem.' Ibidem c. 41. *Gebh.* *Bello* servant omnes codd. quibus usus sum, nisi forte *belli* habeat unus Harl. 1. ex quo in excerptis nihil adnotatum video. Adsentior tamen Sigonio, *belli* emendanti. Locis, quæ viri docti ex Livio hic, et Gronovius ad XXVIII. 41. § 14. laudarunt, addi potest unus ex XLII. 14. 'Martem communem esse, et eventum incertum belli.' Cic. etiam sæpe ita locutus est. Ita de Orat. III. 42. 'Gravis est modus in ornatu orationis et sæpe sumendus: ex quo genere hæc sunt: Martem belli esse communem.' Orat. pro Sext. c. 6. 'Quot stimulos admoverit homini studioso fortasse victoriæ, sed tamen nimium communem Martem, bellique casum metuenti.' Philipp. X. 10. 'Ut concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem.' ad Fam. VI. 4. 'Cum omnis belli Mars communis, et cum semper incerti exitus præliorum sint.' Similiter etiam alii sæpe. Insuper *materias*, pro *Mars*, ed. Rom. 1472.

Multiplex, quam pro numero, damnum est] Vide num positivum *multiplex* pro comparativo positum. Alioqui non intelligo. *Glar.* Lipsius ad Taciti Hist. III. 6. et Gronov. ad Liv. V. 21. docent, supplendum esse *magis*, quod sæpe deest apud Latinos, ut apud Græcos μᾶλλον. Vide Gronov. ad Livii d. l. et ad I. 25. Brisson. de Verbor. quæ ad Jus pert. Signif. voce 'quam.' Græv. ad Cic. de Off. I. 19. Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 7. 4. et ad Val. Max. Procem. lib. I. Sensus verborum Livii est, multo majus damnum erat, quam pro numero eorum qui cadebant; quia utrimque primores juventutis, non vulgus militum, in quorum morte non magna jactura est, pugnabant. Sic paullo post: 'Et, ubi haud minus jacturæ fuit, aliquot equites Romani cecidere:' et XXI. 59. 'Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit: quia equestris ordinis aliquot et tribuni militum quinque, et præfecti sociorum tres sunt interfecti.' *Duk.* Sane vel *multiplex* pro comparativo accipi debet, vel *magis* per ellipsin subintelligendum est. Vide ad XXXIV. 49. § 10, et Gronovium ad Liv. V. 21. § 15.

Delegata primoribus pugna, eventum suum] *P'oribus*, id est *prioribus*, et *p'ores* in principio hujus cap. Gaertn. sollemni scribarum aberratione. Vide ad Liv. XXXVII. 43. § 10. Mox τὸ *suum* deficit in Harl. 2.

Multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt] *Multi deinde utrimque*

Digitized by Google

Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed vocalem interpositam optimi et reliqui omnes codd. non agnoscunt. Tum *plureseque vulnera accipiunt* Harl. 2.

§ 2 *Equites alius alium increpantes, quid deinde restaret, quærendo*] Ms. *aliis alium increp.* Lego *alis alium.* Klock. Antiquos, Lucilium, Lucretium, aliosque, forte etiam Catullum ac Sall. *alis* et *alid* pro *alius* et *aliud* dixisse, viri docti observarunt. Vide Laurenb. Antiquar. ea voce: Meurs. Exercit. Crit. part. II. IV. 9. Lambin. ad Lucret. I. 264. Certium ad Sall. Cat. c. 60. § 5. et ad Jug. c. 50. § 5. Verum, præterquam quod omnes mei *alius alium* constanter præferant, illud *alis* ævo Livii non convenire, certum est. Supra II. 10. 'Dum alius alium, ut prælium incipiant, circumspectant.' IV. 22. 'Qui alii aliis succederent ad pugnam.' XXXVII. 24. 'Non tam victoria læti, quam alius alium accusantes.' Præterea *equitem alius alium* male quædam ex principibus edd. Omnes scripti cum ed. Rom. 1472. et Parm. constanter *equites.* Tum *quid deinde restare* Port. Lov. 5. et Hav. *quid deinde festare* ed. Rom. 1472. et Parm. Tandem *quærendum* Flor. Mox verbis seqq. *si non ex equis pepulissent hostem, non pedites,* pro *neque ex equis, neque pedites,* Hearnii Oxon. L. 1.

Quam tertiam exspectarent pugnam] Pall. duo Mss. *expectaret.* Pal. 2. *expeterent.* Gebh. *Exspectaret* Lov. 3. *exspectare* Lov. 4. et 5. *expetere* Port. et Hav. Sed sæpe hæc verba in Mss. commutari solent. Vide ad X. 7. § 12.

Quid ante signa feroces prosiluissent] *Quod ante signa* Lov. 3. *quod ante pugnam* Voss. 2. *quid ante pugnam* Leid. 1. et fragm. Hav. Tum *prosiluisset* Lov. 3. *prosiluissent feroces* alio verborum ordine Lov. 4.

§ 3 *His inter se vocibus concitati, clamore renovato, inferunt pedem*] Tò *concitati* deest in Port. At *inferunt pedem, et primum, &c. pepulerunt* negligentia librarii deficiunt in Leid. 1.

Primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt] Pall. 1. ac 3. *movere hostem, deinde pepulere.* Gebh. Duobus Pall. Gebhardi ex meis consentiunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Præterea *primo gradu* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Similiter, sed ex interpolatione, præfert Flor. quum ab initio *primum* habuisset.

§ 4 *Neque tam vires pares*] Utrum *vires tam pares,* an *tam pares vires?* qui ordo est in Rottend. *J. F. Gron. Tum vires pares* Leid. 2. et Lov. 3. *tamen vires pares* Lov. 3. ultimis duabus literis *τοῦ tamen* nota adjecta, quæ indicat, librarium eas delendas esse existimasse. Sæpius vocalæ *tam* et *tum,* ut et *tam* et *tamen,* commutari inter se solent. Vide ad II. 63. § 6. et IV. 19. § 1. *Neque ita in vires pares* Klock. Nihil mutandum puto, ne ordinem quidem verborum, qui Gronovio displicuit. Vide ad XXIV. 42. § 9.

Et extollere animos et minuere potuit] Prius *et* deficit in Hav. Tum *extollere et animos minuere* Voss. 1. et Lov. 6. *extollere et animos iminuere* Lov. 1. subjecta priori literæ *τοῦ iminuere* nota, docente eam expungendam esse. *Imminuere* tamen habent etiam Lov. 4. et Harl. 2.

§ 5 *Obpugnatione, quia serum erat diei, abstinuere*] *Oppugnationem abstinere* Leid. 1. Quod eodem exemplo dictum foret, quo II. 16. 'Ne ab obsidibus quidem iram belli hostis abstinuit:' ubi plura vide. Sed nec alterum damno. Vide ad V. 43. § 8. *Abstinere* autem etiam Leid. 2. Port. Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *abstineri* Harl. 2. Deinde *parum erat diei* quædam ex principibus excusis. Sed vulgatum servant omnes codd. Ita X. 28. 'Extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen.' XXVI. 3. 'Quia serum diei fuerit.' XXXIII. 48. 'Multoque vino in serum nec-

Digitized by Google

tis convivium productum.' Similiter 'multum diei' XXVII. 2. 'Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie:' ubi plura videnda sunt. Ceterum *quia serum erat die* Harl. 2. Vide ad IX. 37. § 4.

§ 6 *Postera die deserta fuga castra Hernicorum*] *Postero die* Flor. Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Similiter ex editis Parm. Mediolan. 1505. Ascensianæ 1513. et 1516. ac quædam aliæ, quod recepi. Vide ad I. 12. § 1. Tum *deserta castra fuga* Lov. 2. τὸ *castra* deest in Lov. 5. Mox *quidem*, pro *quidam*, Klockian.

Agmenque fugientium ab signis, quum præter mœnia eorum infrequentia signa conspecta essent, fusum, &c.] Neque hæc verba plane capio, sunt enim oppido obscura. *Glar.* Nullum habet vitium hic locus, contra atque censet Glareanus. Sensus est, cum signa Hernicorum prope mœnia oppidi conspecta essent deserta ab suis, agmen eorum, qui ab signis fugerant, fusum fugatumque est. 'Signa' autem 'infrequentia' vocat, quæ militum frequentia non essent stipata. Sic lib. IX. locutus est. ['Glareanus nullum vitium hic esse ait, sed locum obscurum, ut est.'] *Sigon.* Ms. *agmenque fug. ab signis cum pr. mania r. orum infrequentia conspecta signa essent.* Lego *agmenque fug. ab signis, cum 2ter* (id est, *propter*) *metum Romanorum infrequentius eissent*, (id est, *issent*) *conspectum, fusum, ac per agros trepida fuga palatum est.* Klock. Pall. Mss. et editi *infrequentia conspecta signa essent.* Gebh. *Infrequentia signa* hoc sensu etiam alibi apud Livium obvia sunt, ut X. 20. et XXVII. 47. Nec hoc ignorasse credo Glareanum, sed hæsisse in his: *quum præter mœnia eorum infrequentia signa conspecta essent:* quæ mihi, etiam post scholion Sigonii, non minus obscura sunt, quam Glareano fuerunt; sive *fusum* cum Sigonio pro 'fugatum,' accipias, sive pro 'dispersum,' ut V. 37. et XXVII. 41. *Duk. Infreq. conspecta signa essent*, pro *signa conspecta essent*, etiam omnes codd. mei, quorum auctoritate ordinem verborum mutavi. In reliquis verbis scripti nihil mutant; nisi quod *agmine fugientium a signis* male sit in Gaertn. et *agmen quoque fugientium* in excusis Aldo prioribus. Quid tamen *præter mœnia?* sequens enim *eorum* non ad vocem *mœnia*, sed ad τὸ *signa* referendum puto. An *signa conspecta præter mœnia*, id est, quæ mœnia prætergressa erant? Vel an potius legendum *propter mœnia*, id est, 'juxta mœnia.' Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. Solent autem voces *præter* et *propter* commutari. Vide ad IV. 61. § 10. Sed quænam *mœnia* intelligenda? Videat lector, quid statuendum sit. Ego me hic non expedio. Mox *per agrum*, pro *per agros*, Lov. 4. 'Infrequentia signa' ut X. 20. 'Cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, prædam prædæque custodes exire.'

§ 7 *Quarta pars militum amissa*] Prima vox deficit in Lov. 5. Contra, voce addita, *amissa victoria* Hav. Mox *haud minus jactura*, pro *jacturæ*, Gaertn. et *milites Romani*, pro *equites*, Port. Harl. 2. Lov. 4. 5. et Hav.

CAP. IX. § 1 *Cum L. Sulpicius*] *C. Sulpicius* legendum ex priore hujus consulatu partim Liviano partim Capitolino; item ex Diodoro lib. XVI. p. 512. et Cassiodoro, et cæteris. *Sigon.* In priori consulatu Capitolino prænomen et nomen periit; at in secundo integre exstat C. SVLPICIVS M. F. Q. N. PETICVS. II. ex cujus ut et Diodori ac Cassiodori fide Sulpicio non tantum prænomen *Caii* restituendum, sed et eidem ac collegæ ejus iterati consulatus notam addendam esse, Pighius contendit in Annal. ad a. CCCXCII. p. 277. Error in prænomine commissus superest in omnibus libris scriptis. Nulli etiam repetiti honoris signum alterutri consuli ad-

Digitized by Google

dunt. De eo quid sentiam, dixi ad II. 16. § 7.

C. Licinius Calvus] Pal. 3. *Gaius Lucinius Calvus.* Gebh. *Janius L. Calvus* Lov. 2. Observat autem Pighius loco laud. Livium recte hic Licinio *Calvi* cognomen adtribuisse; quem tabulæ Capitolinæ Græcæ *Stolonem* vocant, ut pateat eumdem esse, qui antea tribunus plebis fuit.

Ferentinum urbem eorum vi cepissent] *Feretinum* Leid. 2. quomodo etiam peccabatur IV. 61. § 5. *Ferentium* Hav. et Parm. ed. Alio modo adhuc peccatum est in nomine hujus urbis X. 34. § 4. Sed integre exstat IV. 51. § 7. Præterea *urbem eorum vico posse* Leid. 1. *urbem eorum incepissent* Lov. 3. ob literarum similitudinem. Ita *invictum*, pro *vi victum*, habuimus III. 49. § 6. Vide etiam hoc lib. ad c. 33. § 7. *Urbem eorum cepissent* Lov. 2. Sed voculam *vi* absorpsit vocis præced. litera finalis.

Tyburtes portas clausere] *Tibur* et *Tiburtes* scribendum litera *i* ex veteribus libris, et lapidibus Capitolinis, et Græcorum monumentis. *Sigon.* Vide ad III. 58. § 10. Ceterum *clausere portas* edd. vetustæ usque ad Aldum, qui primus dedit *portas clausere*, consentientibus omnibus scriptis.

§ 2 *Ea ultima fuit caussa, quum multæ ante querimoniæ*] Pall. Mss. *eum multæ antea querimoniæ.* Gebh. Ita Gronov. etiam 1667. edidit, concinentibus meis calamo exaratis cunctis, excepto Hav. qui per compendium *aũ* exhibet, et forte etiam Flor. ex quo in excerptis nihil notatum video. Auribus ingratius est *ante*, quod et præcedens et sequens vox similiter desinant. Præterea *Ea fuit ultima caussa* Lov. 2. *Ea ultima caussa fuit* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Cur per feciales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur] *Cum per feciales* Voss. 2. et Lov. 3. Illud *cur* deest in Leid. 1. et Lov. 2. sed posterior ejus loco *ut* interserit ibi: *bellum ut Tiburti populo.* Deinde *Tiburtino populo* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C.

§ 3 *T. Quinctium Pennum*] Ita Sigonius eumque secuti Gruterus aliique recentiores recte ediderunt, et ex scriptis meis unus præfert Lov. 5. Reliqui, cum edd. prioribus vel *Pœnus*, vel *Penus* exhibent. Fasti Capitolini hic laceri sunt, et dictatoris tantum duo cognomina CAPITOLINVS. CRISPINVS servant. Vide ad VI. 42. § 4. In uno Gaertn. cognomen *Pennum* deficit.

Sergium Cornelium Malugineusem] *Ser. Cornelium* perspicue. *Sigon.* Error, quem Sigonius notavit, in multis meorum codd. superfuit; itaque simplius librarii inperiti lapsi sunt. Vide ad V. 29. § 2. At alii, et inter eos Flor. et Lov. 1. 2. 5. *Ser. Cornelium:* alii, ut Hav. et forte Voss. 1. atque Harl. ambo, *Servium Cornelium.* In uno Hearnii Oxon. B. prænomen omissum est.

§ 4 *Macer Licinius comitiorum, &c.*] Legerem, *Macer Lic. et com. habend. caussa ab Lic. cons. dictum scribit, et quia, &c.* Klockius. Ita emendanti Klockio nulli codd. favent. Neque etiam ea conjectura opus est. Verba enim *quia collega, &c.* non tamquam novum aliquid a Macro Licinio affirmatum, consideranda sunt; sed tamquam caussa, cur comitiorum habendorum caussa, et quidem a Licinio consule, dictus dictator fuerit. *Et a Licinio dictum*, una voce exsulante, præfert Gaertn.

Quia collega comitia bello præferre festinante] Quomodo autem bello præferebat comitia consul? Num putemus sperasse, se festinatione consulatum adepturum, omisso bello? an *proferre* potius legendum? judicet lector. *Glar.* Lego *præfert'e*, pro *prævertere.* Klock. Nugatur Loritus, *proferre* legendum contendens contra

Digitized by Google

omnes Mss. et editos codd. De sententiæ perspicuitate neminem amplius quæsturam arbitror. *Gebh.* Kloeckii sententia omnino probari nequit. Codd. enim scripti in vulgatum *præferre* conspirant. Ob eamdem causam recte etiam Glareani conjecturam Gebhardus rejecit. Recepta scriptura vera est, et indicat, collegam Licinii majorem comitiorum, quam belli, rationem habuisse. Ceterum *qui collega* Harl. 1. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XXXVI. 33. § 6. *Qua collega* Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XL. 29. § 8. Tum *ab initio*, pro *comitia*, Lov. 2. Mox *continuaret consulares*, pro *consulatum*, et *fuerat*, pro *fuerit*, Gaertn. Sed *quis* sæpe cum subjunctivo obcurrit. Vide ad II. 8. § 5.

§ 5 *Quæsita ea propriæ familiæ laus*] *Quæsta ea propria familiæ laus* Leid. 2. *propria familiæ laus* male etiam Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 3. 4. 5. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox *auctorem*, pro *auctorem*, fragm. Hav. a m. pr. Eadem varietas sæpe in Mss. obvia est. Vide ad I. 26. § 5. Quis 'levis auctor' dicatur, vide ad I. 16. § 5.

Quum mentionem ejus rei in vetustioribus annalibus nullam] *Commentionem* Leid. 1. Vide ad IV. 24. § 7. *Quum intentionem* Leid. 2. Deinde *hujus rei* Gaertn. et edd. ante Aldum. Tum *veterioribus* Hav. at vox illa deficit in Gaertn. Denique *ullam* Lov. 3.

Ut belli Gallici caussa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus] Huic sententiæ favent etiam Fasti Capitolini, qui dictatorem REI. GERVNDÆ CAVSA. dictum docent. Ceterum *ubi belli Gallici* Flor. sæpius obvio scribarum errore. Vide ad XXIV. 15. § 1. Nisi forte optimi cod. librarius *uti belli Gallici* dare voluisse censendus sit, quod tamen non placet ob trium vocum i litera desinentium sonum auribus minus gratum. Deinde *indignat animus* Leid. 1. *inclinat animus* Voss. 2. Port. et Gaertn.

§ 6 *Galli ad tertium lapidem Falariæ via*] 'Falariensium' meminit Plin. III. 13. in Picenis, quod melius quadrat, quam *Salariæ viæ*, ut quidam habent codd. Et nota, quanto terrori fuerint Galli Romanis; nam proxime sequente quadriennio ter dictatorem crearunt propter Gallos, non ausi confidere consulibus. De Cisalpinis nunc loquitur. *Glar.* Glareanus *Falariæ* legit, his verbis; ''Falariensium' meminit Plinius III. 13. in Picenis, quod melius quadrat, quam *Salariæ viæ*, ut quidam habent codd.' Quæ autem affert Glareanus, portenti similia sunt. Nam de *Salariæ viæ* ita Festus l. XVII. voce 'Salaria.' 'Salaria via Romæ est appellata, quia per eam Sabini sal a mari deferebant:' et l. X. voce 'Lucaria.' 'Lucaria festa in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam et Tiberim fuit, pro eo, quod victi a Gallis fugientes e prœlio ibi se occultaverunt.' Hunc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quintio duce compressum. *Sigon. Viæ Salariæ* meminit etiam antiquus schol. Persii ad Satyr. IV. 36. 'Alii volunt Licinium tonsorem ac libertum Augusti Cæsaris significari prædivitem, cujus monimentum est pretiosi operis via Salaria prope urbem ad lapidem secundum.' Plura habent Bergier. de Publ. et Milit. Imp. Rom. Viis III. 23. et Hennin. ad eum locum. Non tantum quidam codd. ut Glareanus dicit, id est, ex mente ejus, quædam edd. sed etiam omnes codd. scripti et excusi, constanter *Salaria via* exhibent, nisi quod *Solaria* sit in Harl. 1. Recte autem Sigonius, quæ Glareanus de *via Falaria* notat, portenti similia esse monet. Præterea *pontem alienis* errore scribæ Leid. 1. quomodo etiam mox hoc § in eodem et in Harl. 1. errabatur. Paullo ante *eo certo anno*, pro *certe*, male Leid. 1. et in verbis seqq. *habere*, pro *habuere*, Gaertn.

Digitized by Google

Omnes juniorum sacramento edegit] *Omnes rumores* Leid. 2. *omnes mieres* Gaertn. Vide ad VI. 27. § 10. *Omnes junio* Hav. in quo simul vocabula seqq. *sacramento edegit, ingentique exercitu ab urbe* deficiunt.

§ 7 *Neutris erumpentibus*] Alii *cum rumpentibus*. Quid si legas *enrumpentibus*: ut V. 39. 'endomunito.' Mstum *neutris rompentibus*. Klock. Bene *neutris cum rumpentibus* emendatum a doctioribus: quippe et Mss. codd. et vetusti editi *neutris erumpentibus*. Gebh. *Eum rumpentibus* primum inveni in Basileensi 1531. Eam autem lectionem veram esse existimo, licet *neutris erumpentibus* non tantum præferant excusi priores, sed et Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et C. *Neutris rumpentibus* ejusdem cod. B. 'Rumpere pontem,' ut II. 10. 'Fragor rupti pontis pavore subito impetum sustinuit:' et Auct. Epit. Liv. lib. II. 'Ponte rupto armatus se in flumen misit.' 'Interrumpere' Livius ibid. dixerat paullo ante, 'Prædicere, ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant.' Mox *timoris iudicium*, pro *iudicium*, Lov. 5. et Hav. Præterea *de ponte excipiendo* transpositis vocibus Lov. 4.

Nec qui potiretur] *Poteretur* Flor. Priscian. Gramm. l. X. p. 881. 'In tior deponens tam tertiæ quam quartæ conjugationis unum invenitur, potior. Virgilius in Æneid. III. 'Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro Vi potitur.' I, secundum tertiam conjugationem corripuit penultimam. Lucillius vero in l. V. 'Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur:' secundum quartam conjugationem producta penultima protulit.' Vide etiam Vossium Gramm. v. 35. Secundum tertiam itaque *poteretur* formatum est; at *potiretur* secundum quartam. Similiter *poteretur* viri docti Ovidio restituerunt Met. XIII. 130. 'Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille:' ubi vide Heinsium, et Burmann. Eadem scriptura in uno cod. etiam obscurrit l. IX. c. 29. § 9. Eodem modo *oraretur*, pro *oriretur*, in scriptis Livii sæpius obvium est. Vide ad XXIII. 16. § 7.

Incertis viribus satis discerni poterat] Legendum est *decerni* contra omnes libros. Puta certamen, uter ponte potiretur. Lib. V. c. 55. 'Sed rem dubiam decrevit opportune vox emissa.' X. 19. 'Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, nos erater, sed imperator uter sit melior.' XXVIII. 14. 'Equitum jam diu anceps pugna erat, nec ipsa per se decerni poterat.' Iterumque cap. 33. 'Emissis levibus telis, quæ irritare magis, quam decernere pugnam poterant.' Ut 'certamen cernere' Plautus, 'cernere bellum' Lucretius Enniusque pro committere dixerunt; ita 'decernitur pugna,' cum pars ejus altera vincit. Sic apud Cæsarem, 'dijudicata jam belli fortuna,' Civil. II. 22. Tacitus Histor. III. 70. 'Dum inter Vespasianum ac Vitellium prœliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur.' Ita Græci κρίνειν. Diodorus lib. XVII. Μὴ συγκαταβαίνειν εἰς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὸν πόλεμον. Sic Libanius Paneg. in consulatum Juliani p. 242. Βουλευομένου τοίνυν ἐν Παννονίᾳ περὶ τῆς Θράκης, εἴτ' ἐμβολῆς εἴτε καθόδου ὁ καιρὸς, τύχη τις κρίνει τὸ ἔργον, ἡσυχαζόντων ὅπλων, πρέπον ἐξευροῦσα τῇ συγγενείᾳ πέρας: ita scribendum, non Παονίᾳ: sed hic dupliciter peccavit interpres: primum vertendo, *sive impressionis faciendæ, sive residentiæ opportunitas occurreret:* dein *fortuna quædam opus expendebat.* Debuit autem, *utrum ultro aggrediendi, an belli trahendi tempus foret:* tum, *fortuna rem decrevit.* Per mortem Constantii nimirum, quæ prohibuit, ne cognata arma miscerent. Sic ipse Julianus in epistola quadam Εἰ δὲ μάχῃ κριθείη, τῇ τύχῃ

Digitized by Google

ἅπαντα καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιτρέψαι. Libanius declamat sub persona Ulyssis p. 211. Εἰ τὸ πρᾶγμα εἰς πόλεμον προβαίη, καὶ τοῖς ὅπλοις τὴν κρίσιν ἐπιτρέψαμεν. *J. F. Gron.* Omnes etiam codd. nostri ἀπὸ *discerni* retinent. Nihilominus, Gronovium recte *decerni* emendasse, existimo. 'Discernere' enim distinguendi, dirimendi; at 'decernere' dijudicandi rem dubiam, atque ita hæsitationi finem inponendi significatione usurpari solent. Præsertim eo sensu 'decernere' Livio frequens est, ex quo quædam jam exempla ad hunc locum Gronovius laudavit. Similiter locutus est I. 23. 'Ineamus aliquam viam, qua, utri utris imperent, sine magna clade, sine multo sanguine utriusque populi, decerni possit.' VIII. 23. 'Certamina nostra non verba legatorum, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, decernet.' Et mox 'Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus.' XXI. 4. 'Itaque haud facile decerneres, utrum imperatori, an exercitui carior esset:' ubi ante Gronovium similiter erat peccatum. cap. 56. 'Neque præimbri satis decernere possent, qua suis opem ferrent.' XXII. 61. 'Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, decernere queas:' quibus etiam locis Gronov. partim auctoribus vetustis codd. partim ex conjectura, veram lectionem restituit. Doujatius vulgatum defendit, et 'discernere' Latinum esse, pro dijudicare, dispicere, contendit: ad quod probandum utitur unico loco ex Cic. Partit. c. 22. 'Temperantia in suas itidem res et in communes distributa est, duobusque modis in rebus commodis discernitur; et ea, quæ absunt, non expetendo, et ab iis, quæ in potestate sunt, abstinendo. In rebus autem commodis est itidem duplex:' at quisque satis videt, dividendi potius, quam dijudicandi vel dispiciendi, sensu ibi accipi debere. Alibi etiam hæc verba in Mss. confunduntur. Vide viros doctos ad Suet. Cæs. cap. 19. Præterea *secretis viribus* Lov. 4. *in cetis*, sive *in ceteris, viribus* Hav.

§ 8 *Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit*] *Cum eximia* Lov. 4. Vide ad Epit. l. XLVIII. circa finem. *Tunc* editi quidam ex vetustioribus. Sed *Tum* erat in Rom. 1472. et Parm. quod Aldus, adstipulantibus reliquis codd. revocavit. Vide ad II. 12. § 15. Insuper *Gallus in pontem processit vacuum*, in aliam seriem digestis vocabulis, idem Lov. 4.

Et, quantum maxima voce potuit, Quem nunc, inquit] Additamentum istud verbi *potuit*, luxuriantium sciolorum interpretamentum, auctoribus Pall. 1. ac 3. Mss. exigatur. Quadrigarius apud Gellium IX. 13. 'Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si qui secum depugnare vellet, uti prodiret.' *Gebh.* Illud *potuit* apud me tantum omittunt Voss. 2. et Lov. 3. quibus præfero reliquorum, et inter eos etiam omnium optimorum codicum, in hac voce tuenda consensum. Præterea *quantum maxima potuit voce* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Si libri adsentirentur, mallem *quam maxima voce potuit*. Ita Sallust. in Jug. c. 13. 'Jugurtha, quam maximas potest, copias armat:' ubi etiam quidam τὸ *potest* pro abundanti habuerunt, reprehensi a Cortio, qui nos remittit ad illa, quæ notat ad Sall. Cat. c. 4. § 3. Sane *ἢ tum*, id est *quam tum*, præfert fragm. Hav. Vide ad Livii IV. 49. § 8. *Quam* autem et *quantum* alibi in Mss. commutari solent. Vide ad V. 4. § 1. Vel etiam legi posset *quanta maxima voce potuit*: cujus locutionis ex Livio plura exempla vide ad IX. 10. § 10. et ad XLII. 15. § 1. Et ita etiam Cic. sæpius; ut in Philipp. III. 2. 'Cui quamquam gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen tanta est, quantam maximam animi nostri capere possunt:' de Senect. c. 12. 'Fin-

Digitized by Google

gere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi posset maxima.' de Amic. c. 20. 'Tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia.' Quinctil. Declam. CCCXXXIII. 'Accepi beneficium, quantum maximum dare parentes liberis possunt.' Curtius IV. 8. 'Quanta maxima celeritate potuit, contendit:' ubi videndi Acidal. et Freinshem. nec non Snakenb. ad Curtii V. 9. § 1. Adde etiam viros doctos ad Quinctil. Declam. CCCXXIII. p. 653.

Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agendum] *Quem nūc, inquit* Lov. 5. Sed lectio illa inde orta est forte, quod *nūc* scriptum fuisset. Deinde *virum fortissimum* Flor. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritati ac consensui cessi. Tum *agendum* Leid. 1. et Parm. ed. Male. Vide ad III. 62. § 4. *Procedat ad pugnam agendum* Lov. 4.

Ut noster duorum eventus ostendat, utra gens bello sit melior] *Ut duorum eventus* Klockian. Non sequor. Infra hoc lib. c. 40. 'Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis?' ubi etiam simili errore quidam codd. *τὸ meum* omiserunt. Vide quæ ad eum locum notantur. *Noster duorum ostendat eventus* Port. et Hav. Tum *utra gens sit melior* fragm. Hav. a m. pr. Sed recte manus altera *τὸ bello* adscripsit. Supra IV. 2. 'Sic pace bonos, sic bello fieri:' ubi vide plura. Ita *βοὴν ἀγαθὸς*, seu *bello bonus*, Homer. Il. B. 498. *Ἀτρέμας δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος*: et sæpissime alibi.

CAP. X. § 1. *Dim inter primores juvenum Romanorum silentium fuit*] *Inter primos tum juvenum* editi vetusti ante Aldum: *inter primorum juvenum* nullo sensu Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea *silentio fuit* Flor.

Et abnuere certamen, &c. et præcipuam sortem periculi petere] Prius *et* deficit in Lov. 2. et ed. Parm. Vide ad II. 44. § 3. Tum *adnuere* Leid. 1. *annuere* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVI. 34. § 6. Insuper vox *certamen* exulat a Leid. 2. Deinde *sortem periculi prætorire* Lov. 2. in marg.

§ 2 *T. Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat*] *Pf. Manlius* Flor. Forte librarius indicare voluit, se duplicem lectionem invenisse, *P. Manlius* et *T. Manlius*, quæ posterior sola vera est. Id enim prænomen passim alibi ipsi tribuitur. Deinde *Latius Furius*, pro *L. filius*, Lov. 3. quomodo non raro alibi scribæ lapsi sunt. Vide hoc lib. ad c. 5. § 3. Tum *tribunicia vexatione*, vocibus transpositis, Lov. 4.

Non si certam victoriam videam] *Nisi certam victoriam* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Nihil muto. *Si* hic ponitur pro 'etsi.' Vide ad V. 51. § 1. Paullo ante *iniussu tuo*, pro *iniussu tuo*, Lov. 1. Ita sæpe *iussus* et *iussu* commutantur. Vide ad IX. 24. § 4.

§ 3 *Si tu permittis, volo ego illi bellum ostendere*] *Sed si tu permittis* Lov. 4. et Hearnii Oxoniensis L. 2. quod displicet. Illud *sed* enim ex numero est illarum particularum, quibus stilum Livianum non adsecuti librarii orationem ejus ex illorum sententia hiantem ac male cohærentem fulcire soliti sunt. Vide ad VI. 32. § 8. Præterea *volo ergo illi bellum* Flor. errore librarii. Ita et alibi sæpe peccatur. Vide ad XXXVII. 53. § 11. Tandem *ostentare* Lov. 4. Ea quidem verba sæpe confunduntur. Vide ad XXVIII. 3. § 11. Verum *ostentare* hic locum habere nequit. Verbum *ostendere* deficit in Klockian.

Me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeja dejecit] *Ex illa familia* Harl. 2. Port. et Hav. *ex familia*, omisso pronomine, Lov. 1.

Digitized by Google

Tum *ex rupe Tarpei* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. quasi voluissent librarii *ex rupe TarpeI*, sive *Tarpeji*. At vulgatum, pro qua stant reliqui codd. verius est. Tum *dijecit* Harl. 1. *adjecit* Leid. 1. qui *abjecit* dare voluisse videtur, quemadmodum est in Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Lib. v. c. 47. 'Reum haud dubium ejus noxæ, adprobantibus cunctis, de saxo dejecit:' ubi alia exempla videnda sunt. Auctor Epit. Liv. lib. v. 'Quum per aversam partem Capitolii jam in summum evasissent, proditi clangore anserum, M. Manlii præcipue opera dejecti sunt.'

§ 4 *Macte virtute, inquit, hac pietate*] Rott. Flor. Voss. uterque, *ac pietate*. Lib. x. c. 40. 'Tu quidem macte virtute diligentiaque esto.' *Jac. Gron. Atque pietate* Neapol. Latinii: *a pietate* Leid. 1. Reliqui omnes *ac pietate*, quomodo Jac. Gronov. emendavit, et in contextum recepit. Neque aliter, formulam hanc *Macte virtute* inlustrans, locum laudat Brisson. de Formul. lib. iv. p. 348. Solent autem alibi τὰ *ac* et *hac* inter se commutari. Vide ad xxxv. 26. § 7. Hac emendatione recepta, non opus est, ut cum Doujatio, in omnes se formas vertente, ut vulgatæ lectioni commodum sensum inveniat, *hac pietate* idem esse credamus ac 'qua es, vel qua fuisti pietate.' *Hic* enim poni pro tali, hujusmodi. Id tamen ut ipsi concedamus, quæ, quæso, erit compositio, *Macte virtute, hac pietate?* Mox *in patrem, patriam*, sine conjunctione *que*, Harl. 2. Deinde, addita voce, *I, perge* Harl. 2. et Port.

§ 5 *Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam*] Polyb. vi. 21. Καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἰβηρικήν· ἔχει δ' αὕτη κέντημα διάφορον, καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὸν ὀβελίσκον αὐτῆς ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον εἶναι. *Klock.* Atqui tum nondum commercia erant inter Romanos et Hispanos, et apud Suidam v. Μάχαιρα Polybius, ut docti putant, auctor est, gladii Hispaniensis usum demum bello Hannibalico a Romanis receptum. Explicat hunc nodum Lipsius de Milit. Rom. iii. 3. Nec prolepsis inusitata est Livio. Vide ad i. 44. et iv. 54. *Duk.* Idem Polyb. iii. 114. Τῆς μὲν γὰρ οὐκ ἔλαττον τὸ κέντημα τῆς καταφορᾶς ἴσχυε πρὸς τὸ βλάπτειν. Livius xxii. 46. Gladii 'Hispano punctim magis, quam cæsim, adsueto petere hostem, brevitate habiles, et cum mucronibus.' Ceterum *propriorem* Leid. 1. et Lov. 3. *γ'orem* Klockian. *ad pritie habili pugnam* Flor. Paullo ante *prædextre scutum* perperam Hav. 'scutum pedestre,' ut vi. 8. 'Adrepto repente equo cum scuto pedestri advectus:' contra *scutum equestre* est xliii. 6.

Armatum adornatumque] *Armatum ordinatumque* Hav. Τὸ *adornatumque* omittit Hearnii Oxoniensis L. 1. Male. Infra xxiv. 48. 'Armandi ornandique et instruendi eos artem ignorare:' ad quem locum plura notantur.

Memoria dignum antiquis visum est) *linguam, &c.*] Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in primo Annalium, teste Gellio ix. 13. hanc pugnam describens, ita ait: 'Deinde Gallus irridere cœpit, atque linguam exsertare.' *Sigon.* Hujus prœlii picturam multis postea seculis in foro Romano prope rostra vetera sub novis tabernis argentariis publicatam mansisse, et in tabula, facta in scuti Gallici vel Cimbrici formam, exhibitam fuisse Galli istius exsultantis ac barbare linguam exsertantis imaginem, ex Cic. de Orat. ii. 66. Quinctil. Instit. Orat. vi. 3. et Plin. Hist. Nat. xxxv. 15. docuit Pighius in Annal. ad a. cccxcii. p. 277. in loco Cic. pro *pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* emendans *in Manliano scuto Cimbrico*. Ordine vocabulorum mutato *dignum visum antiquis est* præferunt edd. antiquæ usque ad

Digitized by Google

Aldum, qui dedit, ut nunc vulgo editur. Cum eo autem stant omnes codd. Verba præcedentia *quoniam id quoque* desunt in Klockian.

Linguam etiam ab iurisu exserentem] Quadrigarius, 'Deinde Gallus irridere, atque lingua exerrare.' Quam lectionem Lipsius Epistol. Quæst. IV. 2. commentus est: iteratque Elector. I. 7. Sed rectius membranæ Pall. *linguam exsertare:* propugnavitque Casaubonus ad Suetonium in Aug. c. 29. defendit hic quoque Livius. Quoniam Quadrigarii huc apte se intulit mentio, diversam in illo scripturam membranarum Pall. indicabo. Vulgatur, 'manu significare cœpit, utrique quiescerent pugnæ: facta pausa est.' Illæ habent *ut utrique quiescerent pugnare: pugnæ facta pausa est.* Fidem meam præstare lectori volui: bonitatem vero non possum hujus lectionis. *Gebh.* Τὸ *etiam* non adparet in Lov. 2. Tum *exherentem* Leid. 1. *exerentem* Lov. 3. sed errore scribæ. Solent autem alibi verba 'exerere' et 'exercere' commutari. Vide Casaubon. et Burm. ad Sueton. Tiber. c. 33. Ceterum Lipsianam emendationem in loco Quadrigarii apud Gellium IX. 13. probat etiam Bernart. ad Statii Theb. VI. 473. Contra vulgatam scripturam defendit Cerda ad Maron. Æneid. VI. 825. quæ etiam præferenda est, tum ob rationes a viris doctis datas, tum ob locum Plinii Hist. Nat. XXXV. 4. 'Ostendens in tabula pictum inficetissime Gallum exserentem linguam.'

§ 6 *Recipiunt se inde ad stationem*] Melius in vet. lib. *Recip. se inde ad stat. ceteri.* Sigon. Vox *ceteri* debetur Sigonio: sed an ideo gratia quoque debeatur illi, qui non necessariarum vocum colluvie vult scatere nitidissimum auctorem, dispiciant cordatiores. Abest ea profecto a Pall. duobus melioribus, et a vetustissima recensione J. Andreæ. *Gebh.* Nec Thuan. nec duo vel Voss. vel meliores Pall. nec vett. ed. ulla τὸ *cæteri* agnoscunt a Sigonio insertum; idque nos ab scholiaste mutuatos esse, qui addiderunt, librarios non dubitamus. *J. F. Gron. Accipiunt* Leid. 1. Male. Supra III. 4. 'Primo concursu pulsus se in castra recepit:' et sæpe alibi. *Se inde*, ut præscribitur Sigonii scholio, Harl. 2. Port. et Hav. reliqui *inde se.* Deinde *ceteri*, a Sigonio additum, in iisdem tantum, Sigonii vet. lib. consentientibus codd. et in margine fragm. Hav. a m. sec. superest. Alii omnes, vocem illam rejicientes, probant, eam recte viris doctis displicuisse. Hearne licet lectionis a Sigonio invectæ eamque inprobantis Gronovii sententiæ meminerit, attamen ne verbo quidem monuit, quæ scriptura fuerit librorum, quos Oxonii consuluit.

Et duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli, destituuntur] *ēt duo*, id est *etiam duo*, Hav. Tum *spect. more magis* Leid. 1. Præterea vox *belli* exsulat a Lov. 2. Denique *destinantur* Klockian. Male. Vide ad XXIII. 10. § 5.

Nequaquam visu ac specie æstimantibus pares] *Nequicquam visu* Lov. 4. Vide ad XXVII. 26. § 2. *neque visu* Gaertn. Tum *visu ac speciem æstim.* Leid. 1. *extimantibus* fragm. Hav. et Lov. 1. 2. 3. ac 4. *æstimantur* Flor.

§ 7 *Versicolori veste, pictisque et auro cælatis refulgens armis*] *Versicolore veste* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Ut apud Ovid. Fastor. v. 356. 'Sic est hæc cultu versicolore decens.' At ea forma, qua vulgo editur, etiam obcurrit XXXIV. 1. 'Neu vestimento versicolori uteretur:' ita etiam Florus I. 16. § 7. 'Aureis et argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum armatam.' *Versi coloris veste* Lov. 5. et Port. a m. sec. Sed una voce 'versicolores tunicæ' etiam memorantur IX. 40. 'Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ:' et 'diversicolores aleæ.'

Digitized by Google

in dedicatione Æneidos: 'Marmoreusque tibi diversicoloribus alis In morem picta stabit amor pharetra:' *universicolori veste* perperam Harl. 1. Mox *pictisque auro cælatis*, sine vocula *et*, Leid. 2. qui etiam in verbis seqq. *in armis humilibus* mendose præfert. Supra hoc cap. 'Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam:' ubi etiam laudavi huc facientem locum ex Livii XXII. 46. Mela I. 5. 'Parma elephantino tergore exsecta, ingens, et ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis.' Vide J. F. Gronov. ad Epit. Liv. lib. LVII.

§ 8 *Non cantus, non exsultatio, armorumque agitatio vana*] *Non tantus cantus* Hearnii Oxon. L. 1. Forte *tantus* tamquam variam lectionem vocis *cantus* in margine invenit librarius, atque utrumque junxit, quemadmodum alibi sæpe factum est. *Non catus* Leid. 1. Deinde *agitatio varia* Lov. 3. et fragm. Hav. solito errore. Vide ad XXII. 7. § 4.

Pectus animorum iræque tacitæ plenum] *Pectus animosum* edd. vett. quas vidi, usque ad Frobenium, qui 1535. *animorum* vulgavit, consentientibus omnibus scriptis. 'Animos' et 'iram' jungit etiam Ovid. Metam. I. 166. 'Ingentes animos, dignas Jove concipit iras:' ita enim legendum monuit Burmann. et *animos* per 'iracundiam' exposuit. Deinde *iræ* deficit in Leid. 1. at *tacitæ* in edd. Rom. 1472. et Parm. Male. Observavit enim Jac. Gronovius in scholis domesticis, quibus Livium discipulis exposuit, imitationem quasi Homeri esse, qui similiter fere locutus est in Iliad. Γ. vs. 8. Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν στυγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. Mox *omnium ferociam* non recte Hav.

§ 9 *Tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus*] *Animi*, non *animis*, legi oportere, existimat idem, quem ingenio dixi excellere, Florebellus: ut sit, 'tot mortalibus pendentibus animi spe metuque;' et illud exprimatur, quod est VIII. 13. 'Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.' *Sigon.* Florebellus, referente Sigonio, *animi*: sicut et c. 30. 'Quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animi renuntiare jubeatis.' Contra omnes Mss. *animis*. Sic VIII. 13. habent duo Pall. Mss. *Tot populos inter spem metumque suspensos animis habetis*. Unus tamen et vetustissimæ edd. *animi*. Gebh. *Animi* Gronovius etiam in prima ed. notarum, scribendum conjecit, et locutionem 'pendere animi' multis similibus exemplis inlustravit: sed in posterioribus curis conjecturam expunxit, eademque exempla retulit ad hujus libri c. 30. § 22. Et recte. Omnibus enim scriptis et editis in vulgatam lectionem conspirantibus, eam veriorem esse existimo. Certe quemadmodum 'pendere animi' vel 'animis,' ita etiam ipse 'animus' dicitur 'pendere' ac 'suspensus esse.' Supra V. 39. 'Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram:' ad quem locum plura vide. 'Animus' autem 'pendet spe metuque,' quemadmodum 'omnia metu mutuo suspensa esse' dicuntur II. 32. Paullo ante *constitere acies inter duas*, transpositis vocibus, Lov. 4. qui ordo interdum Livio placuit. Vide ad II. 19. § 8. Præstat tamen reliquorum nihil mutantium fidem sequi.

Velut moles superne inminens] *Velut moles superimminens* Hav. Ita Val. Max. I. 8. ex. 2. 'Myrto frequentibus ramis diffusæ superimminentem excelsæ magnitudinis palmam circumdedit.' Virgil. Æn. XII. 305. 'Pastorem primaque acie per tela ruentem Ense sequens nudo superinminet.' Statius Theb. IV. 529. 'major superinminet ordo:' ita recte emendarunt Gronov. ac Barth. ut et Nic. Heinsius ad Nason. Metam. IV. 689. Et ita etiam est in vetustissimo Msto Cassellano, atque in alio, quem

Digitized by Google

beneficio viri, dum viveret, optimi atque amici integerrimi Petri Vlamingii cum editis contuli. Quum tamen cetera Mss. turba, et præsertim præstantissimi quique codd. in vulgatum conspirent, eam lectionem servandam arbitror. 'Superne inmere,' ut 'desuper inminere' apud Stat. Theb. I. 660. 'Pallidus Inachiis qui desuper inminet Argis, Dum morior, depelle globum.' Ita 'superne ingerere tela' Curtius dixit l. VIII. c. 11. 'superne innatare' Plinius Hist. Nat. XXXIII. 6. Voce *superne* utitur etiam Liv. I. 25. 'Gladium superne jugulo defigit.'

Vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit] *Cæsum* Lov. 1. a m. pr. *cæsi* Leid. 1. et Gaertn. At tota illa vox exsulat a Klockian. Male. Livius XXII. 46. 'Hispano punctim magis, quam cæsim, petere hostem adsueto.' Paullo ante verba *projecto læva scuto in advenientis* culpa librarii deerant in Gaertn.

§ 10 *Mucrone surrecto*] *Subrecto* scribunt Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et Flor. cum edd. Rom. 1472. et Parm. orthographia tantum diversa; ex quo deinde factum est *subjecto* in Lov. 2. Curtius IX. 5. § 11. 'Linquentem revocavit animam, et nudum hostis latus subjecto mucrone hausit:' ubi tamen Acidalius et Freinsh. *subrecto* conjecerunt, sed invitis Mss. qui editam lectionem servant, nisi quod in uno vel altero vox *subjecto* omittatur. Et forte vulgatum defendi ibi potest: ut 'mucronem subjicere' dicatur, qui mucrone erecto superincumbentem hostem vulnerat, quemadmodum dicimus 'subjicere in equum,' de qua locutione vide ad VI. 24. § 5. Hic tamen unius istius cod. lectio probanda non videtur, sed erranti librario potius adscribenda esse. Ita autem interdum variant codd. et vetustæ edd. Vide quæ notavi ad Silii Italici X. 253. At *surrepto* præferunt Leid. 2. Lov. 1. 4. et Hav. qua ratione etiam alibi lapsi sunt scribæ; sæpius enim commutarunt 'directus' et 'direptus,' ut et 'directio' et 'direptio.' Vide ad XXXVII. 31. § 5. Vulgatum verum est. Silius Italic. X. 253. 'Ilia cornipedis subrecta cuspide transit:' ubi plura olim dixi.

Quum scutum scuto imum perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris, &c.] Pictura est, sed admodum difficilis, ita ut quidam pro *interior* legerent *inferior*, sed non placet. Porro quod ait, 'inter corpus armaque,' nisi de scuto ac Galli gladio intelligas, non equidem assequor. *Glar.* Obscurum quia censet esse hunc locum Glareanus, ejus sensum exponam. ['Sigonius quidem exponit; res tamen nihilominus manet in obscuro: discutiat lector locum, et videbit, Livium ipsum ex Quadrigarii imitatione hanc commisisse obscuritatem.'] Manlium, ait, cum scuto scutum imum Galli percussisset, toto corpore, ne a Gallo vulneraretur, Gallum ipsum subiisse, et proxime ad eum accessisse, ita ut se inter corpus Galli et scutum ejus implicaret. Sed enim Q. etiam Quadrigarius in primo Annalium, auctore Gellio IX. 13. a quo hujus pugnæ descriptio sumta a Livio est: 'Manlius iterum scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterum dejicit: eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispanico pectus hausit.' *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *scuto unum.* Pal. 2. *scuto imum pertulisset.* Campanus *cum scuto scutum in unum perculisset:* aspice temeritatem hujus hominis. *Gebh.* Hanc lectionem in prima invenio Curionis ed. Priores præferunt *scuto scutum:* qui ordo verborum superest in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. et fragm. Hav. at vox *scuto* deficit in Port. et Hav. Priorem itaque lectionem revocavi. Tum *unum*, pro *imum*, Voss. 2. Lov. 2. 4. Harl. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr.

Digitized by Google

De hoc errore vide ad VIII. 6. § 2. Deinde *periculis sed*, pro *perculisset*, Leid. 1. *periculisset* fragm. Hav. a m. pr. *pertudisset* Harl. 2. *pertulisset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 5. Gaertn. et Hav. quomodo sæpe librarii lapsi sunt. Vide ad XXXV. 27. § 16. *Percussisset* malebat Hearnius, quia Quadrigarius apud Gell. l. laud. inquit, 'Manlius, animo magis, quam arte, confisus, scutum scuto percutit:' et deinde 'Manlius iterum scuto scutum percutit.' Solent autem *perculit* et *percutit*, ac *perculsus* et *percussus* in Mss. confundi. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Metam. v. 98. et eumdem ac Burm. ad Nason. Metam. IV. 138. Adde quæ notavi ad Silii II. 213. et ad Livii XXXIV. 15. § 2. *Interior periculo vulneris*, qui prope adeo sub gladium Galli successit, ut vulnerari non potuerit. Ita XXIV. 34. 'Quæ propius quædam subibant naves, quod interiores ictibus tormentorum essent.' His autem Livius exprimit id, quod Quadrig. dixerat 'ne Gallus impetum icti haberet,' præsertim si verba hæc loco mota superius collocemus, ex sententia Yvon. Villiom. H. 4. quam etiam Gronov. verisimilem credidit.

Insinuasset se inter corpus armaque] *Ni insinuasset* Leid. 2. *nisi juvasset* Hav. Tum *sed*, pro *se*, Voss. 2. et Lov. 3. Denique *intra corpus* idem Lov. 3. Vide ad V. 27. § 3.

Ventrem atque inguina hausit] Eodem verbo usus etiam est Quadrig. apud Gell. loc. laud. 'Ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispanico pectus hausit.' Vide quæ notavi ad Silium Ital. V. 524. Ceterum *ventrem ac inguina* Lov. 4. contra morem Livianum. Vide ad X. 36. § 17. Paullo ante *uno altero subinde ictu*, sine conjunctione *que*, Leid. 2.

In spatium ingens ruentem porrexit hostem] 'Porrigi' dicuntur mortui. Horatius Epod. X. 21. 'Opima quod si prædæ curvo litore Porrecta mergee juveris.' Statius Theb. XI. 12. 'Quantus Apollineæ temerator matris Averno Tenditur, ipsæ horrent, si quando pectore ab alto Emergunt, volucres, immensaque membra jacentis Spectant.' *Gebh. In spatium ingens porrigitur*, qui jacens ingens spatium corpore occupat. Silius VI. 153. 'serpens centum porrectus in ulnas Letalem ripam et lucos habitabat Avernos.' Ovidius Amor. Eleg. III. 11. 25. 'Idem per spatium Tityon porreximus ingens.' Metam. II. 197. 'Porrigit in spatium aliquorum membra duorum.' Virgil. Æneid. VI. 597. 'per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.' Simili fere modo 'acies in longitudinem porrecta' XXV. 21. Præterea *cuntem*, pro *ruentem*, perperam Hav.

§ 11 *Jacentis inde corpus*] *Jacens inde corpus* edd. antiquiores. Pro quo deinde Mediolan. a. 1505. hinc Ascens. a. 1513. et 1516. tum Aldus, et postea reliqui *jacentis* dederunt; quod constanter in scriptis omnibus superest.

Uno torque spoliavit: quem respersum cruore collo circumdedit suo] Quadrigarius apud Gell. loc. laud. 'Torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imposuit.' *Gebh. Torque uno spoliavit* Harl. 2. Port. et Hav.

§ 12 *Defixerat pavor cum admiratione Gallos*] *Defix. Gallos cum admir. pavor* Lov. 4. *Defix. pavor cum admir. animos Gallorum* Hearnii Oxon. C.

Ab statione obviam militi suo progressi] *A statione* Gaertn. *obviam ab statione* Leid. 2. et Lov. 1. quorum posterior etiam exhibet *prægressi*, sollemni scribarum errore. Vide ad IX. 10. § 6. Vox *obviam* ab operis typographorum omissa est in ed. Parm.

Laudantes gratulantesque ad dictatorem perducunt] Inverso ordine Pall. tres et Campani ed. *gratulantes laudantesque*. Gebh. Eo ordine transposuit vocabula Jac. Gronovius, cum

Digitized by Google

quæ secutus J. Clericus. Neque aliter est in scriptis meis, nisi quod *laudantes* non adpareat in Lov. 5. Deinde *producunt* Lov. 4. Male. Supra v. 15. 'Quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset:' ubi vide quæ notantur.

§ 13 *Inter carminum propemodum incondita quædam militariter joculantes*] Ego hæc corruptissima arbitror. Sensus et Latinitas satis placerent, si legeretur *Inter carminum licentiam inconditosque ac militares joces*. T. Fab. Moretus *In carminum*. Ego sic explico: 'Cognomen Torquati auditum inter joculantes militariter incondita quædam prope carminum modum, celebratum deinde.' Nam quod Sigonius *additum*, nusquam in meis reperio. *J. F. Gron.* Doujatius hic more graculi Æsopici alienis plumis nitet. Quum enim Gronovius vulgatam lectionem adversus Fabrum defendisset, et verum verborum sensum non modo hoc loco, sed etiam ad l. VI. cap. ult. § 10. recte ostendisset, gloriam hanc ipsi sublegere conatus est. Ne tamen condictioni furtivæ locus esset, subficere credidit, si, verbis servatis, tantum ordinem paullum inverteret, ita ad hunc locum notans: 'Mihi,' &c. [Vid. Not. Delph.] An in animum inducere potuit, quonam adnotatio Gronovii vel non suo loco reperiretur, vel in ed. 1665. qua usus est, inter addenda legeretur, fore, ut furtum hoc nunquam deprehenderetur? Ceterum prima vox *Inter* deest in Hav. Ejus loco *In* legunt quædam edd. vett. ut Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, Veneta 1495. aliæque. Vide ad Livii XXXVIII. 57. § 6. Hinc *carminum quoque modum* ed. Mediol. 1506. quod etiam Ascens. 1513. et 1516. in margine ostentavit. Sed frustra. Tum *incognita* habet Lov. 3. *inconditi* Gaertn. in quo etiam vox sequens *quædam* non adparet; sed quæ ejus loco exstat in Port. a m. pr. Tandem *joculantes* præferunt Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

Torquati cognomen auditum] Non paucis verbis eguerim, si, quam diverse hic locus legatur, enarrare voluerim: neque solum verbum *auditum*, pro *additum*, sed in præcedentibus quoque. Sit igitur suum unicuique libertum judicium; nam hæc omnia prosequi neque possumus, neque volumus. *Glar.* Lege *additum* ex veteribus libris. *Sigon.* Ms. Fuldensis *Torquatus cognomentum auditum*. Modius. Quid desideretur in hac lectione, omnium Mss. codd. atque editorum auctoritate subfulta, docent me Sigonius, e libris nescio quibus sublestissimæ fidei præferens *additum*. Vult enim Livius, ex jocantibus incondita militariter propemodum carminum Torquati cognomen auditum hæsisse tum T. Manlio, tum posteris familiæque ejus. Modius laudat e Mss. Fuldensibus *Torquatus cognomentum auditum*. A. Gellius IX. 13. 'T. Manlius, summo loco natus, apprimeque nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Torquatus:' ubi membr. Pall. habent *Torquati*. Gebh. *Additum*, quod recte Gronovio displicuit ad verba præced. ut et Gebhardo, apud me tantum superest in perpetuis adseclis vet. lib. Sigonii Port. et Hav. Reliqui stant pro vulgata scriptura, nisi quod *auditu* sit in Leid. 1. et Lov. 2. Præterea *cognomie* Lov. 5. *nomen* Klockian. cum edd. Rem. 1472. et Parm. *Torquatus cognomentum*, quod Modius in Msto Fuld. invenit, in nullo apud me superest. Neque etiam vulgatum muto. Supra I. 56. 'Bruti quoque haud absnit cognomen.' II. 8. 'Inde cognomen factum Publicolæ.' cap. 18. 'Cui postea Scævolæ a clade dextræ manus cognomen inditum.' Infra hoc lib. c. 32. 'Non si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis aueteribus hominos dedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen me-

Digitized by Google

moria excessit.'

Posteris etiam familiæque honori fuit] Vet. lib. *posteris et familiæ honori fuit.* Sigon. Pall. Mss. 1. ac 3. *celebratumque deinde posteris, etiam familiæ honori fuit.* Pal. 2. vero *celebratum deinde posteris et familiæ honori fuit.* Campan. *celebratum deinde posteris familiæque honori fuit.* Quadrigarius *Quo ex facto ipsi posterique ejus Torquati sunt cognominati.* Gebh. Sigonius *posteris et familiæ.* Ego in duobus Voss. duobusque Pall. video *posteris etiam familiæ honori fuit.* J. F. Gron. Non contemnenda est scriptura horum librorum: nam idem est ac *posteris, atque etiam familiæ.* Cicero in Brut. cap. 75. 'Splendidam quamdam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu: forma etiam magnifica et generosa quodammodo.' Adde quæ adnotata sunt ad Florum IV. 7. § 15. *Duk. Posteris et familiæ honori fuit* Lov. 2. *posteris etiam familiæ* Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. ambo, Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Ex uno Flor. nihil in excerptis notatum obcurrit, ut vulgatum servasse videatur.

§ 14 *Coronam auream addidit donum*] *Addit* fragm. Hav. a m. pr. omnesque excusi usque ad Aldum, qui reposuit *addidit*, quemadmodum est in reliquis scriptis. Vide ad II. 24. § 6. Mox *etiam pugnam*, pro *eam pugnam*, edd. Rom. a. 1472. et Parm. Deinde *laudibus sustulit* Port. in margine. Infra hoc lib. c. 36. 'Vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus ferent:' ubi vide.

CAP. XI. § 1 *Et, Hercle, tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit*] *Hercule* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. quinque, Flor. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et vett. edd. Neque aliter erat in Port. a m. pr. pro quo postea factum est *Herculis.* Basileens. demum *Hercle* dederunt, quod mox Curio et inde recentiores adoptarunt. Priorem itaque scripturam revocavi. Vide ad VI. 40. § 15. hoc lib. c. 4. § 7. IX. 4. § 12. XXXIV. 32. § 6. et alibi. Præterea vox *momenti* aberat a contextu Port. adscripta deinde est margini, sed alio loco. Præfert enim *tanti momenti ea ad univ. belli ev. dimicatio fuit.*

Relictis trepide castris] *Trepidis castris* Lov. 2. Infra X. 12. 'Stativa trepide deserta erant:' et sæpe alibi. Mox *societatem belli facta*, pro *societate*, Leid. 1.

Commeatuque benigne ab Tiburtibus adjutus] Ita Rott. et alii, non *benigno.* IX. 6. 'Commeatus militibus benigne mittunt.' Et passim. *J. F. Gron. Benigno* male exhibuerat ed. Gruteri ultima, eamque secuta Heinsii Elzeviriana. Contra *benigne* non tantum priores excusi, sed omnes etiam scripti. Vocula *que* deest in Leid. 2. Tum *a Tiburtibus* Voss. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *adjutis* Hav. Mox *in Campania*, pro *in Campaniam*, Leid. 1. *in Campanam* Leid. 2.

§ 2 *C. Petilius Balbus consul*] Capitolini lapides hunc *C. Pætelium Libonem* vocant. *Sigon.* Nomen gentile *Pætelius* scribendum esse, dictum est ad III. 35. § 11. Præterea adsentior ferme Sigonio, *Libo*, pro *Balbus*, scribendum esse, non tantum quia ita exhibent lapides Capitolini, verum etiam quia alibi gentis Pœteliæ cognomen *Balbus* non obcurrit, et Pighius docet in Annal. ad a. COCXCIII. p. 279. hujus anni consules in tabulis Græcis et Cuspiniani *Libonem et Ambustum* nominari. In Chron. etiam Paschali et fastis Idatian. ex hujus et sequentis anni consulibus unum par consulum efficitur, qui vocantur *Libo et Lenatus*, vel *Lænas.* Ceterum addita vocula *ut C. Petilius* male Hav. et Harl. 2.

Quum collegæ ejus M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset] *Cum collega ejus*, quasi *cum* præpositio fo-

Digitized by Google

ret, præferunt Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Harl. 2. et Hav. sine sensu: quod animadvertens librarius Harl. 2. ei se optime consulturum existimavit, si inserta deinde vocula legeret *cui Hernici provincia evenisset*. Sed nihil agit. Præterea Fabii prænomen omittitur in Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. quod recte superest in reliquis. Deinde *Hernicia provincia* Lov. 1. a m. pr. *Hernicorum provincia* Port. et Hav. Perperam. Supra v. 12. § 6. 'Valerio Potito Volsci provincia evenerat:' ubi alia vide. Deinde *provinciæ*, vel *provincie venisset* Voss. 1. et Leid. 1. perperam divisis literis. *Provincia venisset* Leid. 2. Lov. 1. 2. et fragm. Hav. Vide quæ ad eumdem locum notantur.

§ 3 *Ad quorum auxilium quum Galli ex Campania redissent*] *Ad quorum consilium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad IX. 21. § 4. Tum *Gallici* Lov. 5. Deinde *ex Campanis* Harl. 2. et Hav. Denique *rediissent* Lov. 4. Vide ad VIII. 26. § 6.

Fœdæ populationes in Lavicano] *Labicano* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Flor. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad II. 39. § 4.

§ 4 *Contenta respublica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit*] *Contempta* Lov. 2. 4. Flor. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXV. 38. § 20. Deinde τὸ *esset* exsulat ab Harl. 2. Port. et Hav. Tandem *creare* Lov. 3. quæ vox non adparet in ed. Parm.

Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit] *Hala* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Haala* Lov. 1. *Abala* Harl. 1. Reliqui recte *Ahala*. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. *Creatus Quintus magistrum equitum dixit*, reliquis omissis, Lov. 3. Mox vocula *et*, quæ sequitur, deficit in Flor. Sed verisimile fit, eam interceptam esse a præcedentis vocis literis ultimis. Vide ad IX. 41. § 10.

Si prospere id bellum evenisset] *Pro spe* Lov. 2. Sed librarius, quum *prospe*, vel *prospe*, scriptum fuisset, unicam vocem perperam in duas divisit, et additam notam vel non vidit, vel adsecutus non est. Non dissimili modo, pro *prospere* datum est *prope* VIII. 25. § 6. Pro *a spe*, substitutum est *aspe*, sive *aspere*, IX. 24. § 11. pro *suapte*, datum est *sua p te*, sive *sua per te*, VI. 15. § 12. Vide ad XXXIX. 31. § 4. Paullo ante ed. Parm. *et auctoritate Patrum*, omissa præpositione *ex*, quam reliqui omnes libri servant. In verbis seqq. *ludos vovit magnos*, transpositis vocibus, Gaertn.

§ 5 *Nullo detrectante militiam*] *Detractante* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Paullo ante *ad continendos propriæ bello Tiburtes* Leid. 2. pro *proprio*. Vide erroris originem ad IV. 44. § 5. Tum *jussit manere*, pro *jusso*, Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *omnes minores* Gaertn. Vide ad VI. 27. § 10.

§ 6 *Pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis*] *Pugnatum alli*, id est *autem*, Lov. 2. Vide ad V. 34. § 4. Tum *procul a porta* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad XXIV. 28. § 1. Deinde *totis viribus urbis* Lov. 2. Mox *conjugum ac liberorum*, pro *conjugumque*, Harl. 2. Port. et Hav. Vulgatum superest in pluribus et melioribus codd. Vide ad I. 31. § 1.

Quæ magna, etiam absentibus, hortamenta animi] Pall. duo *quæ magis etiam absentibus hort. animi*. Pal. 2. *hort. facta animi*: admodum perperam. *Gebh. Quæ magis* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *etiam absenti* Leid. 2. Hinc *ornamenta animi* perperam Lov. 2. in contextu, altera lectione in margine existente. Paullo post *cum subjecta*, pro *tum*, Gaertn. et *miliciaque*, pro *misericordiaque*, Lov. 2. *misericordia*, omissa conjunctione, Flor.

§ 7 *Avertitur tandem acies Gallorum: fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici,*

Digitized by Google

petunt] Sarpicor legendum esse *fugati Tibur*: nam subsequitur *palati*. Syllaba quidem prima vocis *Tibur* errorem probabiliorem mihi reddit. *Sigon.* Conjectura hæc Sigonii omnes edd. occupat; sed contra consensum tot Mss. codd. et editorum, quis rectum pronunciarit? Quare retinendum *fuga Tibur, sicut aversum belli Gallici, petunt.* Gebh. Nec Sigonius sic conjicere, nec ferre debuerunt editores, cum in omnibus Mss. et vett. edd. esset *fuga Tibur.* Hoc ipso libro c. 27. 'Certamine victi fuga effusa Satrici mœnia petunt.' Virgilius Æneid. XII. 742. 'diversa fuga petit æquora Turnus.' Tacitus Hist. v. 18. 'Pulsique Germani Rhenum fuga petebant.' Justinus XVI. 4. 'Sexaginta senatores comprehensos (nam cæteri fuga dilapsi erant) in vincula compingit:' sic enim Mss. ubi fecerunt *in fugam.* J. F. Gron. *Cunctatur tandem acies* Lov. 4. *avertitur tandem acies Gallorum fusa Tibur* Hearnii Oxon. L. 1. Vulgatum, quod in reliquis omnibus constanter superest, olim adversus Sigonium defendit etiam Gronov. in priore ed. notarum ad Liv. XXXVII. 30. quem etiam vide Observ. IV. 17. p. 272. Deinde *sicut aciem belli Gallici, petunt* Flor. Sed vox *acies* ex proximis verbis menti scribæ adhuc obversabatur, atque hinc in errorem conjectus est. Quamvis tamen et alibi, ubi similis peccati ejus causa dari nequit, eadem vocabula inter se commutarint. Vide ad VI. 13. § 1. *Sicut aversum belli, Galli petunt* præfert Neapol. Latinii.

A consule Pœtelio haud procul Tibure excepti] *Ab consule* Port. et Hav. Tum *accepti* Gaertn. Male. Vide ad V. 41. § 6. Mox *ad opem ferendum*, pro *ferendam*, Flor. Vide ad XL. 49. § 1. Hinc *intra portam compelluntur* Hav. *intra portas impelluntur* fragm. Hav.

§ 8 *Egregie quum ab dictatore, tum ab consule gestu est res*] Vet. lib. *Egregie tum ab dict., tum ab cons. res gesta est.* Sigon. Tum, pro quum, etiam Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. et fragm. Hav. cum edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. *cum* dedit. Vide ad VI. 28. § 3. *a dictatore* Gaertn. *ab hac dictatore* Leid. 1. *ab hoc dictatore* Lov. 4. Deinde *cum a consule* Gaertn. *tum a consule* Lov. 1. 4. et 5. Tandem *res gesta est* omnes etiam mei uno ore.

Postremo una insigni pugna, quum hostes totis adorti copiis essent] *Postremum* Leid. 1. cujus librarius id necessarium esse existimasse videtur, quoniam non *primo*, sed *primum*, præcesserit. Verum non hac superstitione Livius, Cicero, aliique fuerunt, qui sæpe *τῷ primum* subjunxerunt *postremo.* Vide Turselli. de Partic. Ling. Lat. c. 137. Deinde *quum hostes totis adorti copiis essent* Leid. 2. Lov. 1. 5. Klockian. et Port. *quum hostes totis adortus copiis esset* Lov. 2. 4. quod recipi posset, si plurium ac majoris auctoritatis codicum fide niteretur. Puto enim alimde non constare, utrum ipse hostes adortus sit, an vero hostes ipsum adgressi fuerint. Hinc nunc nullam mutandi caussam subesse video.

Hernicos devincit] Vet. lib. *devicit.* Sigon. *Devicit* etiam Oxon. L. 1. et 2. apud Hearnium. Miror autem, unde didicerit id quod addit, eamdem lectionem superesse in codd. J. F. Gronovii: nisi forte aberrans Gronovium pro Sigonio memorarit. Certe Voss. uterque, et Flor. quos Gronovius contulit, atque insuper Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. et Klockian. præferunt priorem lectionem *devincit*, quam etiam revocavi.

§ 9 *Consulibus in senatu et apud populum magnifice conlaudatis*] *In senatum* Lov. 1. Tum *apud populo* Leid. 1. *apud populos* Lov. 2. *ad populum* Port. et Hav. quod non displiceret, si gravioris auctoritatis codd. huic lectioni

Digitized by Google

faverent.' Sæpe enim alibi ita Livius locutus est. Vide hoc lib. ad c. 7. § 4. Deinde *laudantis* Leid. 1. ut forte librarius *laudatis* dare voluerit. Sed nihil muto. Verbum enim hoc Livio frequens est sive ad indicandum, unum a pluribus laudatum esse, sive plures ab uno, ut hoc loco. Supra I. 52. 'Revocatis deinde ad concilium Latinis, Tarquinius, conlaudatisque, qui Turnum novantem res pro manifesto parricidio merita pœna adfecissent.' IV. 60. 'Quos quum et a Patribus conlaudari, et a militari ætate tamquam bones cives conspici vulgus hominum vidit.' XXVII. 13. 'Imperator eos conlaudat, pronunciatque:' et ita alibi sæpe.

Fabio satis visum, ut ovans urbem intret] Pall. duo et Campan. *satis visum est.* Gebh. *Satis visum est* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. inter versus adscriptum in Voss. 1. Deinde *urbem ovans intret* Hav. *ovans urbem intrarit* Lov. 4. quæ lectio ex interpretis glossa nata videtur. Adi ad v. 22. § 4. Ita III. 24. 'Ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt.' Mox hoc lib. c. 13. 'Tecum triumphantes urbem inire:' et ita sæpe. Paullo ante *de Gallis Tiburtibus*, perperam omissa copula, Leid. 1. et Lov. 2.

§ 10 *Ubi enim cum secum acie confixisse*] *Non enim cum secum acie consl.* Leid. 2. et Lov. 1. *Ubi enim secum* Lov. 2. Harl. 2. Klockian. et Hav. exulante pronomine *cum*. Deinde *uniam confixisse* Harl. 2. et Port. *aciem confixere* Hav. Male. De locutione 'acie confligere' vide ad Epit. Liv. lib. LXXIII.

Speculatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum] Exemplaria Germanica, sane perquam vetusta, quorum fidem atque auctoritatem libenter sequimur, habent *spectatores*, non *speculatores*. Gelen. *Speculatores* ediderant Aldus, Froben. 1531. et quidam alii. Eandem vero lectionem in solis tantum Lov. 2. et 4. reperi. Deinde *fugæ trepidationis Gallorum* Leid. 1. et Lov. 2.

In se quoque impetum fieri viderint] *Viderunt* Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. et ita editor Mediol. 1505. *viderant* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *viderent* Leid. 2. Mox *obvios cædere*, pro *cædi*, Leid. 1. et Lov. 4. Verum ultimam syllabam *re* ex prima vocis seq. repetitam esse ex eo constat, quod in Leid. 1. ibi pro *recepisse* scriptum sit *ecpisse*.

Recepisse se in urbem] Vet. lib. *intra urbem*. Sigon. Prisca lectio *in urbem* in nullo mihi cod. obvia fuit, nisi quod in Flor. ex quo nihil notatum invenio in excerptis, exstitisse videatur. Reliqui sane omnes cum Hearnii Oxoniensibus Sigonio favent, nisi quod trajectis vocibus *intra urbem se* habeant Harl. 2. Port. et Hav. Ita supra Rhenanus emendavit, et in pluribus codd. inveni III. 4. 'Primo concursu pulsus se intra castra recepit:' ubi etiam *in castra* vulgo editur. Eadem etiam varietas obcurrit hoc lib. cap. 36. § 12. c. 37. § 17. et alibi. *Intra urbem*, ut 'intra portas' paullo ante hoc cap. 'Simul cum his intra portas compelluntur.'

§ 11 *Eam rem triumpho dignam visam*] *Eam rem non tr. dignam* Lov. 2. *Eam rem tum tr. dignam* Lov. 4. et fragm. Hav. *Eam rem in tr. dignam* ed. Parm. Mox *ne minus mirum*, pro *ne nimis mirum*, Lov. 4. Sed passim in his vocibus intempestive commutandis scribæ lapsi sunt. Vide ad XXXVI. 9. § 7.

Tumultum exire in hostium portis] Pro *exire*, quidam *exciere* reposuerunt, propter verbi significatum. Id autem num in usu sit, quem maxime spectandum existimo, haud equidem scio. Et in his verbis promiscuus est aliquando, quamquam rarus usus, ut in compositis a 'sedeo' ac 'sido,' apud poëtas maxime: tametsi 'sedeo' ac 'sido' significatione propi-

Digitized by Google

ora sunt, quam 'cieo' ac 'cio' apud quosdam, Prisciano tamen idem significare videntur. *Glar.* Quidam legunt *excire.* At *exciere* infinitivus verbi 'excieo' est in vet. lib. *Sigon. Excire*, quod Glareanus probavit, tantum ex editis invenio in Ascens. 1513. et 1516. ac Mogunt. idem vero ex scriptis tantum servant Lov. 2. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Reliqui, et mei, et quos Hearne Oxonii consuluit, *exciere* defendunt. Inter quos quum sint codd. integerrimi et fide dignissimi, ab eorum lectione discedi non placet. *Exciere* autem eodem modo, ut a 'conciere' est 'concient' I. 59. 'Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque miraculo rei novæ atque indignitate homines.' Ceterum *magnumque tumultum censerent*, perperam transpositis vocibus Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. Mox etiam *majorem ipsos stationem*, pro *trepidationem*, male præfert Latinii Neapol.

CAP. XII. § 1 *M. Popilio Lenate*] Ex Capitolinis tabulis *M. Popillio Lænate* scribendum est. Diodorus item lib. XVI. pag. 518. Μάρκον Ποπίλλιον Λαινάτην consulem vocat. Duxit autem cognomen a 'læna,' ut ait Cicero in Bruto c. 14. 'M. Popillius Lænas consul cum esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione et seditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit.' Livius item hoc anno orientem seditionem inter Patres et plebem metu Tiburtini belli compressam scribit. *Sigon. Pompilio* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 2. 3. 5. Harl. ambo, Flor. Gaertn. Port. et fragm. Hav. *Pomipilio* Klockian. *Pomponio* Hav. Sed recte Sigonius *Popillio*. Vide ad IX. 21. § 1. et XXVI. 6. § 1. *Lænate* per diphthongum Flor. et alii exhibent; *Lenato* Voss. 1.

Cn. Manlio] Pall. 1. ac 3. *M. Mallio.* Andreæ ed. *C. Manlio.* Gebh. *M. Manlio*, vel *M. Mallio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. 5. Sed sæpe compendium prænominis Cnæus *Cn.* abiit in *M.* sive prænomen Marcus. Vide ad II. 45. § 12. hoc lib. c. 16. § 1. VIII. 17. § 5. c. 18. § 13. IX. 46. § 1. X. 11. § 10. aliisque locis. *M. concinnius Manlio* Voss. 2. *coñ Manlio* Leid. 1. *cum Manlio* fragm. Hav. *C. Manlius* Port. *C. Manlio* Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide hoc lib. ad c. 3. § 3. Verum in Fast. Capitolinis CN. MANLIVS. L. F. A. N. CAPITOLINVS. IMPERIOSVS hoc anno vocatur. Eidem etiam prænomen Γναῖον tribuit Diod. Sic. lib. XVI. p. 518. licet in nomine gentili erret, cum vel Μαμίλιον, vel Μαμίλιον adpellans. *Et Cn. Manlio* Lov. 2. Sed passim pro arbitrio librarii copulam inter duorum consulum nomina vel addiderunt, vel omiserunt. Vide ad II. 17. § 1. Mox *consules*, pro *consulibus*, Voss. 2. a m. pr. *consul* a m. altera. *Consule* Lov. 3. Vide ad X. 10. § 2.

Ab Tibure agmine infesto profecti, ad urbem Romam venerunt] *A Tibure* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *ab Tiburte* Harl. 2. *Tiburtes ag. inf. prof.* Lov. 2. Deinde *ad urb. Romanam* Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. At reliquos nihil mutantes hoc loco sequor.

§ 2 *Terrorem repente ex somno excitatis*] *E somno* Lov. 2. *ex somno rep. excit.* alio ordine est in Gaertn. Deinde *exercitatis* legit Leid. 1. Vide ad X. 33. § 1.

Ad hoc multorum inscitia, qui, aut unde, hostes advenissent] Vet. lib. *ad hæc.* Sigon. Voss. uterque, Rott. *ad hoc.* J. F. Gron. *Adhuc* Leid. 1. et Lov. 2. *ad hæc* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. reliqui mei et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. recte *ad hoc.* Vide ad XXI. 52. § 10. et mox hoc cap. ad § 11. Tum voces *qui aut* desunt in Lov. 2. *qui et unde* habet Harl. 2. Florus

Digitized by Google

12. 13. ' Sine discrimine insultant: qui enim, aut unde Romani.' Quum autem exempla, quæ viri docti, et in primis Dukerus, ad eum locum notarunt, utroque modo, *qui aut unde*, vel *qui et unde*, hanc formulam proferri doceant, vulgatum servo, quod pro eo et plures et meliores stent codd. Deinde *hostis advenisset* Harl. 1. Vide ad v. 50. § 2. Sed neque hic unum testem audiendum arbitror. *Hostes accessissent* Lov. 4. Quod ex glossa natum esse, non dubito.

§ 3 *Conclamatum tamen celeriter ad arma est*] *Concl. tum celeriter* Gaertn. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. *Concl. celeriter tum* Lov. 4. Deinde *celeriter est ad arma* Gaertn. Mox *et porta stationibus*, pro *et portæ*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. Verum ad unam portam una tantum, non plures stationes adpositæ. Recte itaque vulgo *portæ* editur.

Duabus portis egressi consules] *De duabus portis* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *egressi consules sunt* fragm. Hav. Paullo ante *lux* deficit in Leid. 2. et *atque alium*, pro *neque alium*, idem præfert. *Tiburtem ostendit hostem*, transpositis vocibus, Lov. 3.

Utrimque aciem subeuntium jam muros adgrediuntur] *Utramque aciem subeuntium* invito Livio Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vocula *jam* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. *jam muros* in Hearnii Oxon. L. 2.

§ 4 *Vix primum impetum Romanorum sustinuere*] *Impetum Romanum* Harl. 2. Tum *sustinuisse* Voss. 2. Paullo ante *magis occasione* trajectis dictionibus Lov. 5.

Quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat] Vocula *eorum* abest a Pall. duobus Mss. *Gebh. Quin et bono* Hearnii Oxon. C. Vide ad XXII. 47. § 9. Hinc *bona fuisse Romanis adv.* Leid. 1. *bonum fuisse Romanis adv.* Lov. 2. et 4. Sed ' bono esse ' dicuntur, quæ prosunt. Senec. Consol. ad Polyb. c. 21. ' Si modo id tibi futurum bono est.' Nat. Quæst. II. 39. ' Auctoritatis est, ubi post rem factam venit, quam futuram bono malove significat.' Tum *eorum* non adparet etiam in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *inter Patres plebem*, pro *et plebem*, Flor. *inter Patres ac plebem* Lov. 4. Deinde *compressurum*, pro *compressum*, Gaertn. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Alius adventus hostium fuit proximo bello*] Legendum *anno*. Id patet ex mutatis consulibus. Istud *bello* natum ex versu superiore. Deinde quid esset *propinqui belli*, et mox *proximo bello*? T. Faber. Recte *bello*, non *anno*. Nam eodem fuit adventus, etsi sequentis anni consules bellum gesserint. *J. F. Gron.* Vulgatam lectionem contra Fabrum defendit etiam Doujatius, Gronovio consentiens, cujus tamen notam videre non potuit, quoniam ex numero earum sit, quæ demum post mortem ejus adparuerunt in ed. 1679. eamque editionem non acceperit, nisi jam magna parte belli Punici typis descripta.

Agris, quam urbi, terribilior] Pall. duo *agris, quam terribilior urbi*. Pall. 2. *agris terr., quam urbi*. Gebh. *Agris, quam terr. urbi* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. *agris terribilior, quam urbi* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Voces *quam urbi* omitti in Oxon. B. Hearne monuit.

Maxime qua ex parte Etruriam adjacent] Vet. lib. *qua ex parte Etruria adjacet*. Probo. *Sigon.* Probe Pall. Mss. bini 1. ac 3. *qua ex parte Etruriam adjacent*. Placet tamen Sigonio, quod reperit in codice nihili, repetiturque in Pal. 2. *Etruria adjacet*. Gebh. Livius XXVI. 42. ' Hispaniæ ora, quæ nostro adjacet mari.' Tamen etiam quarto casu uti potuit, ut alii, quorum loca habet Oudendorp. ad Frontin. III. 9. § 5. Scriptura quidem ubique variat, sed hoc a scribis profectum videri potest, qui ple-

Digitized by Google

rumque secuti sunt uaitatiora. In Cæsare B. G. VI. 33. pro vulgato *ad eam regionem, quæ Atuaticis adjacet*, Ms. meus habet *quæ ad Valucos adjacet*, et alterius libri excerpta penes me *ad Aduaticos*, ut Mela I. 7. 'ad Syrtim adjacent.' Nec erat, cur Lambinus ad Lucret. v. 546. tam graviter inveheretur in Gifanium, pro eo quod ipsi placebat *quoi quæ adjaceat res*, legentem *quid quæ adjaceat res*. Nam quum in plerisque Mss. etiam Lambinianis, sit *quid*, et cetera, tam in scriptis, quam editis, varie legantur, Gifanius non minus recte, immo rectius, potuit retinere *quid*, quam Lambinus id mutare in *quoi*. Duk. *Qua ex parte Etruria adjacet* Gaertn. *qua parte Etruria adjacet* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *qua ex parte silvestria adjacent* Lov. 2. Sed *qua ex parte*, ut hoc lib. c. 8. 'Fixa fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervæ templum est:' ubi vide Gronov. Deinde *Etruriam adjacent* servant quidem integerrimi pluresque alii codd. atque ita sæpe Avienum in Descript. Orb. locutum esse, docuit Nic. Heinsius ad Val. Flacc. v. 536. Quum tamen Avienus et poëta, et aliquot seculis Livio junior sit, et non modo ex Livio aliud ejusdem locutionis exemplum non notaverim, verum etiam omnia illa, quæ laudantur ex melioris Latinitatis scriptoribus, ob codd. dissensum dubia sint, hinc vel cum Sigonio *Etruria adjacet* legendum puto, vel minima mutatione refingendum *Etruriæ adjacent*. Nam ita loquitur II. 49. 'Tota regione, qua Tuscus ager Romano adjacet.' Præterea *maxima*, pro *maxime*, Leid. 1. et Hav.

§ 6 *Novi consules C. Fabius et C. Plautius*] Diodorus lib. XVI. p. 522. Μάρκον Φάβιον et Γάϊον Πλάτιον edit. Sigon. Admodum variant aberrantes librarii. *Novi consules is cum Fabius et C. Plautius* habet Voss. 1. *novi consules iſ. cons. Fabius et C. Plautius* Harl. 1. *novi consules iſ. C. F. et cōs. Plautius* Leid. 1. *novi consules hi sunt consul Fabius et Cornelius Plautius* Voss. 2. *novi consules hiis cum Fabius et Plautius* Lov. 1. *novi consules II. C. sunt et C. Plautius* fragm. Hav. a m. pr. *novi consules C. sunt C. Fabius et C. Plautius* a m. sec. *novi consules hiis Fabius et Plautius* Leid. 2. *novi consules facti et cons. Plautius* Lov. 2. *novi consules S. C. et Cornelius Plautius* Lov. 3. *novi consules sunt C. Fabius et Cornelius Plautius* Gaertn. *novi consules facti his Q. Fabius et C. Plautius* Lov. 4. *novi consules facti Q. Fabius et C. Plautius* Lov. 5. *novi consules Q. Fabius et Æmilius Plautius* Hav. *novi consules Quintus Fabius et Plautius* Harl. 2. *novi consules Q. Fabius et C. Plautius* Port. et Hearnii Oxon. B. et C. Sed priorem consulem *C. Fabium* dictum fuisse existimat Pighius in Annal. ad a. CCCXCV. p. 282. quod Livius ipsum ita postmodum vocat interregem et consularem c. 17. Alterius consulis nomen integrum exstat in fastis Capitolin. C. PLAVTIVS. P. F. P. N. PROCVLVS. Paullo ante *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 47. § 9. In verbis seqq. *indixere bellum* fragm. Hav. *bellum indixerat* Lov. 2.

Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere] Copula *que* non conspicitur in Lov. 4. Tum *Herniciæ venere* Leid. 1. *Hernicos venere* Harl. 1. *Hernici evenire* Hav.

§ 7 *Gallici quoque belli fama increbrescebat*] *Increscebat* Leid. 2. et quamdam ex principibus edd. quam lectionem vel ex librarii errore, vel ex interpretatione marginali natam puto. 'Increbrescere' enim est crebrior fieri, augeri, crescere. Vide Barthium ad Statii Theb. l. IV. vs. 30. *Increpescebat* Leid. 1. *increbescebat* Lov. 1. et fragm. Hav. De orthographia hujus verbi vide Burm. ad Suet. Aug. c. 11. Adde etiam quæ

Digitized by Google

notavi ad Silii l. x. vs. 1. Vulgatam scribendi rationem, in quam sæpe optimæ notæ codd. consentire solent, et hic etiam plerique consentiunt, servavi. Ita Barthius apud Stat. loc. laud. edidit *crebrescere*, idemque licet in contextu *increbescere* retinuerit, optimum tamen Mstum *crebrescere* legere professus est ad Theb. l. v. vs. 490. Vide etiam ad VIII. 8. § 11. et Torrent. ad Suet. Tib. c. 11.

Solatio fuit pax Latinis petentibus data] Vox *Latinis* non conspicitur in Leid. 2. *pax Latinis petita data* habet Port.

Ex fœdere vetusto, quod multis intermistrant annis, accepta] Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Livius lib. II. *Sigon.* Præpositio *ex* deest in Lov. 2. et quibusdam edd. vett. Deinde *intermiserint* idem codex. Tum *esset*, pro *accepta*, Lov. 4. Ceterum Doujatius existimat, Livium etiam respicere potuisse ad fœdus cum Tarquinio Superbo initum, de quo egit Livius I. 52. Verum quum ibi 'fœderis renovati' mentio fiat, (quemadmodum post pugnam ad lacum Regillum fœdus antea factum cum gente Latina Romani renovarant, teste Dionys. Ant. lib. VI. p. 356. et p. 358.) et Dion. Halic. lib. IV. p. 249. Tarquinium principem gentis suæ a Latinis creatum dicat ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δικαίοις, ἐφ' οἷς Ταρκύνιόν τε τὸν πάππον αὐτοῦ ἐκτήσαντο, καὶ μετὰ ταῦτα Τύλλιον, verius videtur, Livium, si non ad fœdus post prælium ad Regillum lacum initum respexit, æque ad fœdus tempore Tarquinii Prisci, quam Tarquinii Superbi, compositum respicere potuisse; cujus hanc conditionem fuisse refert Dionys. lib. III. p. 191. ut Latini facerent quæcunque Romani juberent. Et ita T. Manlius consul Latinis in memoriam revocat fœdera, quæ L. Tarquinius cum ipsis fecit VIII. 5.

§ 8 *Quo præsidio quum fulta res Romana esset*] *Quorum præsidio* Voss. 1. a m. pr. *quo præsidio confulta res* Leid. 1. Vide superius notata ad IV. 24. § 7.

Levius fuit, quod Gallos mox Præneste venisse, &c. Dictatorem dici C. Sulpicium] Hic est quartus Gallorum in Romanos impetus C. Sulpicio dictatore repressus: de quo sic Appian. in Celtica: Μετὰ δὲ Βοιοὺς Κελτικὸν ἔθνος θηριωδέστατον ἐπῆλθε Ῥωμαίους, καὶ αὐτοῖς Γάλοι Σουλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα. *Sigon.* Vocula *quod* et mox τὸ *est* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. quæ etiam omitti possent, si aliorum auctoritas concineret. Nam *auditum Gallos mox Præneste venisse fuit levius* eodem modo dictum est, quo IV. 16. 'Refellit falsum imaginis titulum paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret?' et I. 53. 'Ni degeneratum in aliis hoc quoque decori obfecisset:' ubi plura vide. Nunc duobus hic credere nequeo. Tum *mox Gallos* transpositis dictionibus Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. At illud *mox* deficit in Voss. 2. et Lov. 1.

Circa Pedum consedisse] Pal. 2. *circa Padum*. Gebh. Ita et Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. 2. 4. ac 5. errore librariorum, qui vocem minus notam in notiorem commutarunt. Similiter lapsi sunt typographi in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 9 *Consul ad id adcitus C. Plautius dixit: magister equitum dictatori additus M. Valerius*] Pal. 2. *C. Plantius.* Sensus autem hujus loci clarissimus est, videlicet ab C. Plautio ad id accito dictum fuisse dictatorem C. Sulpicium, quem densa caligine turbant duo Pall. *consul ad id accitus C. Plautium dixit magistrum equitum. Dict. add. M. Val.* Gebh. Turbantibus Pall. concinunt Lov. 2. et 3. nisi quod eorum prior insuper legat *additur*. Præterea *accitus M. Plantium dixit* est in Voss. 2. *accitus C. Plautius dixit magistrum equitum* in Leid. 2.

Ex duobus consularibus exercitibus

Digitized by Google

electa, adversus Gallos duxerunt] *Ex duobus exerc. consul.* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *erecta* Leid. 1. Vide ad XXVIII. 36. § 7. Sed vox *electa* exulat a Lov. 2. quemadmodum *Gallos* ab Harl. 1. Deinde *duxere* habet Lov. 4.

§ 10 *Lentius id aliquantum bellum, quam parti utrique placebat, fuit*] Lege *aliquanto*. Gelen. Ita præferunt etiam omnes codd. mei. Præterea *Tentius*, pro *Lentius*, Flor. *Letitius* Lov. 2. Tum *parti utrinque placebat* Lov. 2. et Harl. 1.

Deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem] Pall. duo *deinde cum Rom. miles inundo in arma*. Gebh. Similiter peccatur in Voss. 2. et Lov. 3. *Tuendo*, pro *ruendo*, habet fragm. Hav. a m. pr. Deinde *in arma ad dimicationem* Gaertn. Quod referri posset ad morem Livii, qui ita præpositiones variare solet: de quo dictum est ad VI. 28. § 3. nisi alii omnes vulgatum servantes clamarent, unius istius librarium voculas *ac* et *ad* commutasse; ut sæpe alibi factum esse, videbimus ad XXI. 32. § 2.

§ 11 *Dictatori neutiquam placebat*] Pall. tres *ne utique*. Gebh. Ita et Lov. 2. 3. Harl. 2. et Hav. *dictatori utique placebat* Lov. 4. *dictatori neutiqualis utique placebat* Lov. 5. *neutique*, vel *ne utique*, omnes excusi usque ad Modium, qui *neutiquam* vulgavit. Sed prius placuisse Paræo in Lexic. Crit. auctor est Hearnius.

Quem tempus deteriorem in dies et locus alienus faceret] Exstat hæc lectio in Pal. 2. et antiquissima Andreæ recensione, quam non improbo, præferens longe illi, quæ habetur in Pall. reliquis et Camp. *et locis alienis faceret*. Gebh. *Et locis alienis faceret* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Mihi vulgatum non movendum videtur. Sæpe 'tempus' et 'locum' hoc modo jungi, olim monui ad Silii v. 86. Ita I. 9. 'Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus.' hoc lib. c. 14. 'Ipsos sibi locum ac tempus pugnandi sumturos.' XXII. 39. 'Meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit.' XXXIII. 37. 'Si tempore locoque ad certamen destinatis, præparatis animis concurrissent.' XXXIV. 19. 'Diem locumque constituant, ubi secum armis decernant.'

Sine præparato commeatu, sine firmo munimento morantem] Verba *sine præp. commeatu* deficiunt in Hearnii Oxon. L. 2. neglegentia librarii omissa ob vocis *sine* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11. *Sine præparatu commeatus* perperam præfert Harl. 2. Deinde *sine monumento* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni librariorum lapsu. Vide ad IV. 10. § 6.

Ad hoc iis animis corporibusque] *Ad hæc* Lov. 4. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. *adhuc* Leid. 2. Vide hoc cap. § 2. Deinde *corporibus animisque* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Gaertn.

Quorum omnis in impetu vis esset] Abest a Pall. præpositio *in*. Sed non itidem a priscis illis edd. *Gebh.* Abest etiam a Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Harl. 2. quomodo etiam peccatur X. 14. § 12. Sed omnino τὸ *in* intercidit ob primam syllabam vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. Præterea *omnis primo in impetu* Port. in margine. Tum alio ordine *esset vis* Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *in impetu vis, et parva eadem* Klockian.

§ 12 *Si quis injussus in hostem pugnasset*] Vet. lib. *injussu*. Probe: sic enim et III. 63. 'Populus injussu et altero die frequens supplicatum iit.' *Sigon.* Recte *injussu* Sigonius. Ita enim omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. ac cum illis ed. Parm. præferunt, et Livius sæpissime locutus est. II. 43. 'Injussu signa referunt, mœstique redeunt in castra.' IV. 29. 'Quod occasione bene pugnandi

Digitized by Google

captus injussu decesserit præsidio.' c. 32. 'Magistro equitum præcipit, ne injussu pugnam incipiat:' ubi etiam male quidam codd. *injussus*. v. 19. 'A procursationibus edicto, ne quis injussu pugnaret, ad opus milites traducti.' x. 4. 'Nec tamen injussu movere auderent.' c. 38. 'Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset.' xl. 35. 'Ut non ultra retineri posse in provincia viderentur, injussuque inde abituri essent.' Vide Sigon. ad iii. 63. § 5.

Dictatorem sermonibus carpere, interdum Patres communiter increpare] *Sermonibus capere* Leid. 2. et Harl. 1. De quo errore vide ad lib. vi. cap. 32. § 11. Deinde *comiter*, pro *communiter*, Ascensius, quomodo sæpe 'comis' et 'communis' commutantur. Vide ad xxv. 12. § 9. Hic autem operæ errarunt, quod in prioribus edd. *coiter* per compendium scriptum invenissent. Præterea *increpere* perperam Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Milites id ægre patientes* alio ordine Leid. 1. et Hav.

Quod non jussissent per consules geri bellum] *Per consulem geri bellum* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad x. 10. § 2. *Per consules id geri bellum* Leid. 2.

§ 13 *Eadem deinde hæc interdiu propalam ac ferociora his*] *Eadem inde hæc* Lov. 5. Tum *ac ferocia his* Leid. 2. ac Lov. 1. Paullo ante pronomen *sibi* deerat in Leid. 2.

§ 14 *Nec in circulis modo fremere, sed jam in principiis ac prætorio in unum sermones confundi*] Veget. ii. 7. 'Principia' principales milites ait fuisse, qui privilegiis muniebantur, ut tribuni, ordinarii, aquiliferi. Hoc loco *in principiis* est 'in cœtu principalium militum.' *Sigon.* 'Principia' locus in castris, ubi jus reddebatur. Vide Turneb. Advers. iii. 9. Torrent. in Sueton. Oth. c. 1. Lipsium ad Taciti Histor. i. 48. et Hist. iii. 13. Adde P. Victorium Var. Lect. iii. 6. Cicer. lib. Singulari Epist. ad Brutum ep. 10. in fine, ubi pro *castrorum præsidiis* legendum est *cast. principiis*: et Stewich. ad Vegetii i. 20. *Klock.* Immo potius *in principiis*, id est, in celeberrimo illo loco castrorum, cui 'principia' nomen erat, in quo semper magna multitudo militum versabatur. xxviii. 25. 'In principiis prætorioque, ubi sermones serentium circulos vidissent, alloquebantur:' et alibi sæpe eadem significatione apud Livium et alios. 'Circuli' hic sunt cœtus alio loco castrorum, quam in principiis et prætorio fabulantium. Verba Vegetii ii. 7. ad militiam inferiorum temporum pertinent. *Duk. Neque in circulis* Gaertn. Deinde *in principibus* fragm. Hav. de quo errore vide ad xxii. 8. § 7. Miror autem, Sigonium per 'principia' hic intellexisse cœtum militum principalium: per quæ recte Klockius intelligit locum in castris, de quo agit Lipsius de Milit. Rom. v. 4. Eum autem innui patet ex voce addita *prætorio*. 'Principia' autem et 'prætorium' etiam junguntur xxviii. 25. 'Circumeuntes enim tentoria primum, deinde in principiis prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent, adloquebantur.' Ex quo loco colligi potest, 'principia' et 'prætorium' fuisse loca castrorum celeberrima ac frequentissima, in quibus milites, itidem ut etiam hic fecisse dicuntur, consistentes conloquebantur. Indicat igitur Livius, milites consilium dictatoris primo clam damnasse noctu in stationibus ac vigiliis; deinde id propalam interdiu in circulis fecisse; iis paullatim etiam centuriones sese inmiscuisse; tandemque eo audaciæ processisse, ut non modo de ea re in partibus castrorum remotioribus, ubi minus observari poterant, verum etiam in locis celeberrimis, ubi magna semper hominum multitudo obversabatur, qualia erant principia ac prætorium, inter se conloqui ausi fuerint. Paullo ante *Inmiscerique jam militibus* edd. Mediol. 1480.

Digitized by Google

Tarvisina utraque, et aliæ ens secutus usque ad Aldum, qui vocalem *jam*, neque in scriptis neque in edd. principibus inventam, iterum delevit.

In concionis magnitudinem crescere turba] Pall. duo *magnitudine*. Gebh. *In concionis magnitudine* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 1. et Gaertn. Deinde *cres. turbam* Gaertn. cum edd. Medioi. an. 1480. Tarvisina utraque, et proximis usque ad Moguntinam, quæ iterum *turba* reposuit. At vox illa deficit in Leid. 1. et Lov. 2. ac 5.

Vociferari ex omnibus locis, ut extemplo] Pall. tres, Campani quoque ed. *vociferare*. Lib. IX. c. 14. iidem libri, 'vociferare, se in auctoritate Tarentinorum manere.' Lib. X. cap. 28. eggerunt Pall. omnes, 'Vociferare Decius.' *Gebh. Vociferatione* Leid. 2. *vociferare* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sine dubio scribarum culpa. Vide ad VIII. 28. § 13. Deinde *et extemplo* Hav. de quo errore vide ad XXI. 28. § 8. In præcedd. τὸ *et* ante *vociferari* deerat in Lov. 5.

Verba pro exercitu faceret Sex. Tullius] Quidam codd. *Servium* habebant, quidam *Sextum*. Sed fortassis Servii Tullii, sexti Romanorum regis nomen, errorem librariis dederit. *Glar. Ser. Tullius*, vel *Servius Tullius* omnes editi usque ad Frobeninm, qui a. 1531. dedit *Sex. Tullius*, quemadmodum præferunt, quibus usus sum, scripti codd.

CAP. XIII. § 1 *Septimum primum pilum jam Tullius ducebat*] Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. II. dial. VIII. *Duk. Primipilum* Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et editi usque ad Aldum, qui vulgavit *primum pilum*, ut habent reliqui scripti, nisi quod in Klockian. sit *Septimum pilum*. Recepta lectio verior est. Infra XLII. 34. 'Quater intra paucos annos primum pilum duxi.' Cic. ad Brutum epist. 8. 'Nasennius Cretensi bello Metello imperatore octavum principem duxit.' Præterea τὸ *jam* deest in Lov. 2. cujus loco *atque* exstat in Lov. 5. Deinde *Tullius duxerat* Lov. 2. Quod enim tum maxime primum pilum duxerit, causa fuit, cur electus sit, ut pro exercitu verba faceret. Ceterum quanta antiquitatum Romanarum notitia instructus fuerit Doujatius, docet paraphrasis, qua hæc verba exposuit: 'Tullius Sextus hic septem jam annos legioni præerat tamquam proximi pili centurio.' Verum quis est proximi pili centurio? at forte scribere voluit primi pili centurio. Sed an primi pili centurio præest legioni? Expone igitur: Septimum Tullius jam erat centurio primi pili. De centurione primo pilo vide ad II. 27. § 6.

Qui quidem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior: is præcedens] Desideratur in Pall. duobus optimis vox *stipendia*. Gebh. Desideratur etiam in Voss. 2. et Lov. 3. sed, ut videtur, errore scribarum. Deinde *stipendia egisset* Hearnii Oxon. B. Perperam. Supra III. 27. 'Quum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset.' X. 25. 'Tanta cupiditas erat sub eo duce stipendia faciendi.' XLII. 34. 'Imperatores mei, et qui una stipendia fecerunt, testes sunt.' Et ita sæpius ipse et alii. Præterea *vir factis nobilioribus: præcedens* Lov. 1. *vir facti nobilioris: præcedens* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante τὸ *erat* deficit in Leid. 2.

§ 2 *Turbæ principem Tullium, imperiis obedientissimum militum*] Vet. lib. *militem*. Sigon. *Militem* non modo constanter servant codd. mei, et quibus Hearne Oxonii usus est, verum etiam omnes typis exarati usque ad Curionem, qui *militum* dedit. Paullo ante *morantique*, pro *mirantique*, Lov. 3. sed copula *que* deficit in fragm. Hav.

§ 3 *Scilicet, dictator, inquit, condemnatum se universus exercitus a te ignaviæ ratus, et prope*] *Si licet, dictator,*

Digitized by Google

inquit Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. De hoc errore vide ad III. 19. § 9. *Sil'r dictator, inquit,* id est *Similiter,* Gaertn. Deinde *inquit ex duobus universus exercitus a te ignominia ejectus, et prope* Lov. 3. sine sensu. Tum *destitutus* Lov. 2. 4. et fragm. Hav. Sed alterum præstare puto.

Oravit me, ut suam causam apud te agerem] Pal. 2. *oravit me, suam causam apud te agerem.* Ita fine cap. Pall. duo Mss. 1. ac 3. *Te, imp., milites tui oramus, nobis pugnandi copiam facias:* utrimque exclusa conjunctione *ut.* Gebh. Omnes nostri hoc loco vulgatum servant: at alio ordine vocabulorum *ut apud te suam causam agerem* habet Gaertn.

§ 4 *Si terga data hosti, si signa fœde amissa objici nobis possent*] Posteriori loco τὸ *si* omittunt Leid. Lov. 1. 4. 5. Flor. Port. et Hav. Verum illud a vocis seq. prioribus literis interceptum puto. Vide ad XXXIV. 58. § 10. Elegans autem est illa repetitio hujus vocula, de qua vide ad III. 17. § 3. Præterea male *objici nobis possent* Lov. 4. Paullo ante *Eo quidem,* pro *Equidem,* Lov. 4. *Et quidem* Gaertn.

Tamen hoc a te impetrari æquum censerem] *Tũ hoc a te* Lov. 5. et Gaertn. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. *tamen a te hoc* Lov. 2. *tamen a te hæc* Lov. 4. *tamen hæc a te* primæ edd. usque ad Aldum, nisi quod in Parm. desit etiam vox *tamen.* Deinde *imperari* Leid. 2. et Lov. 1. Mox *nostram culpam* trajectis vocibus Harl. 2. et Port. Tum *pateris,* pro *patereris,* forte quod olim *pat'eris* scriptum fuisset, et addita nota evanuerit, Leid. 1. *pateris* Gaertn.

§ 5 *Etiam ad Alliam fusæ legiones*] *Ad Albam* Leid. 2. *ad Aliam* Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. Flor. et Klockian. Vide ad Epit. Liv. lib. v. Præterea *fuisse legiones* Leid. 2.

Præfectæ postea ab Veiis virtute reperuere] *Ab ejus* Voss. 1. Lov. 1. 5. Port. a m. pr. et Hav. *ab hostibus ejus* Leid. 2. *ab eis* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. *ab eis Veis* Gaertn. duplici lectione juncta, ut sæpe factum. Tum *recuperavere virtute* Lov. 4. Mox *felicitati tuæ populique Romani* Voss. 2. et Lov. 3. *felicitate tua populo Romano* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *felicitate tua populi Romani* Gaertn.

§ 6 *Si nos et hostes haud secus, quam feminas, abditos intra vallum, &c. eludunt*] *Sed nos hostes* Lov. 2. *si nos hostes* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. Præterea *abditas* Klockian. et editi ante Aldum, qui primus dedit *abditos,* quomodo est in reliquis scriptis, nisi quod manifesto errore librarii *abditus* habeat Gaertn. Tum *cõ vallum,* id est *contra,* idem Gaertn. Doujatius conjicit, non male forte legi posse *sic nos et hostes, &c. eludunt.* Immo longe pejus, ut patebit, si voculam illam repetamus in duobus sequentibus hujus periodi membris, 'et sic tu imperator noster, &c. judicas, et sic, &c. de nobis ita desperasti.' Illa enim, quæ hic ponitur, ibi subintelligenda est: quod commode procedit, si hic vulgatum servemus. Illud autem *si* hoc loco non est conditionale, sed caussale. Dicit enim Tullius, se de gloria vix dicere audere, *si,* id est 'siquidem,' 'quoniam' hostes eludunt milites Romanos omnibus contumeliis, 'quoniam' imperator milites suos sine manibus esse judicavit, 'quoniam' denique de illis desperavit, priusquam eos expertus esset. Ita IV. 3. 'Obsecro vos, si non ad fastos, non ad commentarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt?' XXX. 30. 'Si hoc ita fato datum erat, ut, qui primus bellum intuli populo Romano, is ultro ad pacem petendam venirem, lætor te mihi sorte potissimum datum, a quo peterem.' Virgil. Georg. I. 7. 'Liber

Digitized by Google

et alma Ceres, vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista, &c. Ferte simul Faunique pedem, Dryadesque puellæ:' ubi Servius *si* pro 'siquidem' poni notavit. Simili modo particulam *εἰ* quum apud sacros N. Testamenti scriptores, tum apud Polybium adhiberi, docuit diligentissimus Raphelius ad Lucæ Act. Apostol. cap. 4. comm. 9. Vide Perizon. ad Ælian. Var. Hist. III. 18. p. 217. Et ita forte illud *εἰ* accipiendum est in verbis diaboli, *εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, quoniam filius Dei es*, apud Matth. c. IV. comm. 3. et 6. et apud Lucam cap. IV. comm. 3. et 9. Ceterum paullo antea male vocula *vix* deficit in Lov. 5. Harl. 2. et Hav.

Quod ægrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse] *Quod egregius patimur, et exercitum* sine sensu Gaertn. *egregius* etiam Hav. Tum *et exercitum tuum* Voss. 2. Lov. 2. 3. *patimur exercitus*, omissa voce sequenti, Harl. 2. Tum *sine armis* omisit fragm. Hav. At verbis transpositis *sine armis, sine animis, sine manibus* præferunt Gaertn. et pleræque veterum edd. usque ad Aldum, nisi quod voces *sine animis* desint in ed. Parm.

Et prius, quam expertus nos esses] *Nos expertus esses* Hav. *expertus nos omnes esses* Lov. 5. Voces autem *et prius, quam, &c. judicares esse* desunt in Lov. 3. cui errori occasionem dedit repetitio vocum *judicas esse* et *judicares esse*. Vide ad IX. 11. § 11. Tum *iudicares*, pro *iudic.* Harl. 1. Passim *iudicare* et *iudicare* commutantur. Vide ad XXXIX. 47. § 2.

§ 7 *Quid enim aliud esse caussæ credemus*] *Quod enim aliud* Lov. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *credemus caussæ* Harl. 2. *credimus caussæ* Port. et Hav. *credimus* etiam Hearnii Oxon. B. *credamus caussæ* Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *caussæ credamus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. et N. atque omnes typis excusi usque ad postremam Gruteri ed. quæ recepit *caussæ credemus*, a recentioribus omnibus postea adoptatum.

Compressis, quod aiunt, manibus sedeas] *Comprehensis* Leid. 2. et Lov. 1. *comprehensus* Voss. 1. et Lov. 1. Alibi sæpe hæc verba a librariis permutantur. Vide ad XXX. 10. § 5. Deinde *manibus sedeat* Lov. 4. et Harl. 1. Sed 'imperator sedeas' dictum est, ut 'Achæi sustinebimus' XXXII. 21. § 16. ubi plura vide. Corruptius *sed ea* Lov. 2. 5. Gaertn. et Port. *se dea* Leid. 1. *sedes* ed. Mediol. 1480. quod in quibusdam proximis supereat, usque ad Mediol. 1505. quæ *sedeas* restituit, eam lectionem Ascensio 1513. et 1516. et mox aliis probantibus.

Utcumque enim se habeat res] *Habet* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. et Parm. Sed *habeat* earum, quas vide, edd. prima exhibuit Mediol. 1480. et post illam reliquæ omnes. Plurimum itaque ac meliorum codicum lectionem revocavi. Supra in Præfat. 'Utcumque erit, juvabit tamen.' XXXVII. 54. 'Utcumque tamen res se habet, magis verecundia nostra adversus regem nobis obstat.' XLV. 8. 'Utcumque tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe.' Præterea *sed ea utcumque se habet res* Hav. Verum illud *sed ea* natum est ex voce præcedenti *sedeas*, pro qua etiam alii codd. *sed ea* per errorem scribarius præferunt: ut hujus cod. librarius utramque illam junxerit. Vide ad III. 44. § 4. *Τὸ enim* deficit etiam in Lov. 2. at voce addita *ea res* Hearnii Oxon. L. 2. Ceterum iidem typis descripti, qui *habeat* exhibent, etiam *τὸ se* omiserunt, et voces ita invertunt, *utcumque enim res habeat*. Utrumque dici potest 'utcumque res habet,' et 'utcumque se res habet.'

Digitized by Google

Vide ad v. 5. § 9. et ad XXII. 39. § 9. Codicum itaque auctoritatem sequi, præstare judico.

§ 8 *Non tuum istuc, sed publicum est consilium*] *Istud* Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. Et ita etiam ediderunt Mediol. a. 1480. eosque secuti proximi usque ad Aldum, a quo iterum *istuc* restitutum est. Præterea *τὸ est* deficit in Hav.

Consensus aliquis Patrum, non Gallicum bellum, nos ab urbe, a penatibus nostris ablegatos tenet] *Consensus aliqui Patrum* Voss. 1. Harl. 1. et Klockian. Vide ad XXVIII. 3. § 12. *Aliquid* Leid. 1. tota autem vox illa deficit in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. quemadmodum *bellum* in Lov. 2. Præterea *ab penatibus* Port. et Hav. Tum *obligatos* Voss. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Male. Supra I. 35. 'Pueros venatum ablegavit:' ubi quædam vide. IV. 58. 'Eam procul haberi, atque ablegari.' V. 2. 'Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem.' XLIV. 44. 'Per hanc causam Thracibus ablegatis portas clausit.' Similiter librarii lapsi sunt IV. 58. § 12. Solent passim verba cum *ob* et *ab* composita inter se commutari. Vide ad II. 37. § 9.

Quæso, ut quæ dicam] Rott. Voss. uterque, Flor. Helm. *ut ea quæ*. J. F. Gron. Ita etiam omnes mei, omnesque Hearnii codd. Oxonienses. Mox *ab militibus imperatori*, pro *a militibus*, Port. et Hav.

Quæ, sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat] Conversio est sermonis satis dura, quam præmollivit tamen Tullius. *Glar. Et ut vos vestra* Lov. 2. *quæ ut vos vestra* Lov. 4. Vide hoc lib. c. 35. § 10. *quæ sicut vestra* Voss. 2. Deinde *habetis* Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Tum *sua* omittitur in Leid. 2. Insuper *habitura* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 5. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Denique *dicam* Lov. 3. Sed illud verbum deficit in Leid. 1. et Lov. 2.

§ 9 *Quis tandem succenseat, milites nos esse, non servos vestros*] *Succenseat*, pro *censeat*, posuisse videtur, compositum pro simplici, ut apud alios quoque auctores sæpe usu venit. *Glar.* Immo *succenseat* hic accipi debet ordinaria significatione, pro 'irascatur.' Tullius enim indicat, neminem ægre ferre posse, quod plebs milites, non servi, sint patriciorum, eaque id publice ostentet ab iis dissentiendo, et consilia sua ab eorum consiliis diversa habendo.

Ad bellum, non in exsilium, missos] *Non ad exsilium* Harl. 2. Port. et Hav. *non exsilium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Nihil muto. Vide ad VI. 28. § 3.

Ut viris ac Romanis dignum sit] *Viris et Romanis* Gaertn. Tum *sit dignum* Harl. 2. et fragm. Hav. at *dignum* deficit in Port. Mox alio ordine *potius Romæ* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *acturos* omittit Gaertn.

Hæc dicta sunt Patribus] *Dicta sunt* Gaertn. In Flor. a m. pr. ultima littera neglecta scriptum erat *sin*, ex quo deinde erasa priori factum erat *in*. Sed vulgatum præfero. Eo sensu per ellipsin obcurrit XXXII. 34. 'Et Ætolis hæc:' subintellige 'dicta sint.'

§ 10 *Te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias*] Elegantius duo scripti Pall. et Voss. poster. in quibus particula *ut* ignoratur. Catullus Carm. LVI. 'Oramus, tibi forte ni molestum est, Demonstres, ubi sint tuæ latebræ:' sic enim legendum priorem versum censemus. *J. F. Gronov.* Vide etiam Gebhardum hoc cap. ad § 3. Ex nostris autem, præter Voss. 2. a Gronovio jam memoratum, unus tantum Lov. 3. particulam *ut* neglexit. Sane sæpe post verba 'orare,' 'rogare,' 'precari,' 'obtestari,' et similia alia

Digitized by Google

ea omitti solet. Supra II. 10. 'Precor, hæc arma et hunc militem propitio flumine accipias.' Vide ad XXVII. 12. § 2. et ad XXXIV. 24. § 4. Non tamen ubique hoc observatum est. Vide quæ notantur ad XXXI. 8. § 2. Quum itaque codd. et plures, et certiores stent pro vulgato, et similitudo syllabæ ultimæ vocis præced. caussa esse potuerit, cur particula *ut* in quibusdam Mss. omissa fuerit, voculam illam servandam puto. Ceterum vox *tui* deficit in Gaertn. At ea transposita *tui milites* legunt Voss. 2. et Lov. 1.

Tum vincere cupimus, tum duce te vincere] *En vincere cupimus, tum* fragm. Hav. *tum vincere cupimus, cum* Hav. *cum vincere cupimus, cum* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *cum vincere cupimus, tum* Flor. Harl. 1. Gaertn. cum edd. Mediol. 1495. et 1505. Veneta 1498. Mogunt. et alils. Huic etiam lectioni favet scriptura Leid. 1. exhibentis *convincere cupimus, tum*. Nam ibi *convincere* scriptum est pro 'cum vincere,' ut 'congratulatione,' pro 'cum gratulatione,' IV. 24. § 7. ubi alia plura similia vide. Id itaque recepi. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *te duce* mutato ordine Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod et ipsum admisi. Ceterum vox *vincere* omittitur in Hav. quasi illa ex præcedenti hic foret intelligenda, quam rectius reliqui servant, nisi quod omnes hæ *vincere, tibi laur. ins. ref., tecum* desiderentur in Lov. 4.

Tibi lauream insignem deferre] *Tibi laur. insig. ferre* Gaertn. a m. pr. pro quo *referre* a m. sec. emendatur. Ut apud Sueton. in Domit. cap. 6. 'De Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit.' Sed nec alterum damno. Soient autem voces 'referre' et 'deferre' sæpius confundi. Vide ad lib. XXI. cap. 6. § 5. Mox *triumphantes urbem Romam inire* Voss. 2. a m. pr. Sed additam vocem ex margine in contextum inrepsisse puto. Supra hoc lib. cap. 11. 'Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret.' III. 29. 'Triumphantem Quinctium urbem ingredi jussit.' IV. 20. 'Senatusconsulto jussuque populi triumphans in urbem rediit:' et infinitis locis. Interdum etiam *Romam* dicebant, voce *urbem* omissa. Liv. II. 7. 'Triumphansque inde Romam rediit.' Recte itaque, vò *Romam*, quod in nullo alio adparet, additis notis delendum esse, manus interpolatrix monuit.

Tuum sequentes currum, Jovis optimi maximi templum gratantes] *Tum sequentes* Leid. 2. et Harl. 1. Voces autem *Jovis optimi maximi*, in multis codd. per compendium scriptæ sunt I. O. M. pro quo quum alii, literarum singularium vim non intelligentes, dedissent IO. M. vel IOM. ex priori factum est *Jovis magni*, ut præfert Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lov. 4. ac 5. vel *Jovis maximi*, quod habent Lov. 1. 2. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. posterius mutatum est in *Jovi*, omissis duabus seqq. vocibus, quemadmodum editum est Romæ 1472. et Parmæ. Deinde *gratulantes* Gaertn. Port. et Hav. Male. Vide ad IX. 43. § 17.

§ 11 *Ut signum daret, ut capere arma juberet, clamabant*] *Ut armaperet arma juberet* Flor. An forte librarius scribere voluit *ut arma capere juberet?* ut ita vitetur versus pene integer. Sed, ab his non nimis diligenter sibi cavisse Livium, vidimus ad initium Præfat. Deinde *conclamabant* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C.

CAP. XIV. § 1 *Quamquam rem bonam exemplo haud probabili actum censebat, tamen se facturum*] Ms. Fuld. *rem bonam ex. haud prob. actam cernebat.* Modius. Pall. duo 1. ac 3. *ex. haud prob. actam cernebat: censebat tamen facturum.* Campan. *ex. haud prob. actam cernebat; cens. tamen fact. quod milites vellent: se tamen recepit.* Om-

Digitized by Google

nia perverse ac nequiter ab inde, quod homines τὸ *censebat* (interpretationem alterius cernebat) traduxissent in ipsum (ut vocant) textum. Sic cum ad oram forte codicis antiqui Andreas *promisit* (glossam τοῦ *recepit*) deprehendisset, illico in ed. suam admisit. Pal. 2. *ex. haud prob. cerneret actam : censeretque se fact. quod milites vellent : se tamen recepit.* Gebh. Thuan. et Voss. *actam cernebat.* Pall. duo, Aldusque et Juntas habent utrumque *actam cernebat, censebat tamen.* Voss. alter *censeret actam censeret.* Pal. 3. *haud probabili cerneret actam, censeretque se fact.* Scribe, *actam cernebat, tamen fact., quod milites vellent, se recepit.* Alia ab interpolatrice manu. Lib. VI. c. 12. 'Dictator etsi majorem dimicationem propositam domi, quam foris, cernebat.' l. XLII. c. 18. de Perseo: 'Quem per omnia clandestina grassari scelera latrociniorum ac veneficiorum cernebat.' Talia sunt Ciceronis ad Atticum X. 4. 'quid videret, quod exemplum.' Quod contra Malaspinam defendebamus, ad Statium in Diatr. in Addendis pag. 409. *J. F. Gron. Haud prob. censebat actam, tamen fact.* Lov. 1. *haud prob. actam cernebat, censebat tamen fact.* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac L. 1. *haud prob. acceptam cernebat, censebat tamen fact.* Lov. 2. *haud prob. actam cernebat, conseretque tamen fact.* Hearnii Oxon. L. 2. et B. *haud prob. censeret actam, censebat tamen fact.* Voss. 1. et Leid. 2. *haud prob. actam cerneret, censebat tamen se fact.* Lov. 4. *haud prob. cerneret actum, censebat tamen fact.* Lov. 5. *haud prob. actam cernebant, censebat tamen fact.* Harl. 1. et Gaertn. *haud prob. actam cerneret, censeretque se fact.* Harl. 2. *haud prob. cerneret actam, censeretque se fact.* Portug. et Hav. Aldus quidem, ut Gronov. monuit, vulgavit *haud prob. actam cernebat, censebat tamen fact.* inter errata vero priorum edd. lectionem *actam censebat, tamen* revocavit. At recte omnino Gronovius conjecit legendum esse, *quamquam rem bonam exemplo haud prob. actam cernebat, tamen fact.* quam scripturam se in Oxon. C. invenisse Hearne testatus est. 'Cernere' hic est judicare, animadvertere. Infra hoc lib. c. 25. 'Defectione etiam sociorum senatus anxius quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuisset.' Cic. in Topic. c. 1. 'Ut facile cernerem te ardere studio.'

Facturum, quod milites vellent, se recepit] Vellent : tum se recepit Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. *tamen se recepit* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. quæ lectiones ex prioribus verbis male constitutis profluxerunt. *Vellent, se recipit* Leid. 2. et Lov. 2. *vellent, se promisit* edd. Rem. 1472. et Parm. quod ex veræ lectionis expositione marginali in contextum admissum esse, Gebhardus ad verba præcedd. recte observavit. Nam 'recepit se facturum,' est promisit. Infra XL. 35. 'Si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes.' Terent. in Phorm. v. 8. 'an veremini, Ne non id facerem, quod recepissem semel?' Ad Fam. V. 8. 'Velim existimes, me ea, quæ tibi promitto ac recipio, sanctissime esse observaturum.' lib. XIII. epist. 72. 'Tuque mihi, omnia te facturum, liberalissime recepisti.' Quin et plus esse, quam 'promittere,' docet Manut. ad Cic. ad Fam. VI. 12. Adde Burm. ad Suet. Cæs. c. 23.

Tulliumque secreto, quænam hæc res sit, aut quo acta more, percunctatur] Tum Tullium secreto Lov. 4. *Tullium secreto* legit ed. Parm. Hinc *quænam hæc res sit, atque acta mora* Lov. 2. *quænam hæc res sit, aut quæ acta mora* Leid. 1. et Lov. 4. *quænam hæc res sit, aut quo peracta more* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. ac B. *quænam res hæc, aut quo peracta sit more* Harl. 2.

Digitized by Google

Port. et Hav.

§ 2 *Tullius magnopere a dictatore petere*] *Magno opere* Flor. Leid. 1. Voss. 1. et Lov. 1. Ita mox hoc cap. § seq. plures et ferme iidem codd. præferunt, *Illi quoque tamen videndum magno opere esse.* Infra XXVIII. 18. 'Illud magno opere tendente rege, ne alter hospitum exclusus mensa videretur:' ubi plura videnda. Supra IV. 3. 'Quanto opere vos, Quirites, contemnerent Patres:' ita enim ibi plures codd. præferre diximus. Vide quæ eo loco notat Gebhard. qui monet etiam in Pal. 3. hic *magno opere* se reperisse.

Ne se oblitum disciplinæ militaris, ne sui, neve imperatoriæ majestatis crederet] *Non se oblitum* Leid. 2. Tum *militaris disciplinæ* Hav. Deinde *ne sui* deficit in Gaertn. at *nec sui, neve imper.* est in Voss. 1. et Lov. 1. 2. *nec sui, necve imper.* in Leid. 2. *nec sui, nec ne imper.* in Hav. Denique *majestatis declararet* in Gaertn.

Quæ ferme auctoribus similis esset] *Similis est* Voss. 2. et Lov. 3. *similis esse* Leid. 1. Gaertn. et Flor.

Alius, quales mota creare multitudo soleret, existeret] *Qualem* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Et ita præferunt excusi omnes, usque ad Jac. Gronovium, qui *quales* substituit. Eam autem lectionem videntur probare Flor. Leid. 1. Port. Harl. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. more antiquo *qualis* præferentes, pro *quales*, quemadmodum est in Voss. 1. et Leid. 2.

§ 3 *Nihil non arbitrio imperatoris acturum*] Male *nihil arbitrio* Port. *nihil nisi arbitrio* Harl. 1. quod quidem sensus admittit, ob reliquorum tamen codicum dissensum recipiendum non videtur.

Illi quoque tamen videndum magnopere esse] *Illud quoque tamen vid.* Gaertn. *illud tamen providendum* Lov. 4. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. qui in cod. L. 2. *illud tamen videndum* se reperisse profitetur. Certe *providendum* ex interpretatione natum est. 'Videre' enim hic notat providere, operam dare, in futurum consulere. Infra XXI. 4. 'Nulla re, quæ agenda videndaque magno duci esset, prætermissa:' ubi videndus J. F. Gronov. Deinde *esse magnopere* Harl. 2. et Port. *esse magno opere* Hav. *magno opere esse* Flor. Lov. 1. et Voss. 1. atque ita se in Pal. 3. invenisse testatur Gebhard. ad IV. 3. § 2. Vide ad § præc. *Illi quoque studium magnopere esse* Lov. 2.

Locum ac tempus pugnandi sumturos] *Locum ad tempus pugn.* Lov. 5. solito errore. Vide ad XXI. 32. § 2. *Locum ac tempus* inlustratur hoc lib. c. 12. § 11. Ceterum Aldus in contextu ita distinxit, *Differri non posse: adeo concitatos animos ipsos sibi locum.* Inter errata autem priorem interpunctionem revocavit.

§ 4 *Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt*] *Abienti* Harl. 1. *abingenti* Voss. 2. fragm. Hav. et Flor. a m. pr. in quo prius n postea expunctum est. Supra I. 7. 'Herculem in ea loca, Geryone interemto, boves mira specie abegisse memorant.' Statius Silv. II. 1. 8. 'citius me tigris, abactis Fœtibus, orbatique velint audire leones.' Tum *statim duo milites Romani* Hearnii Oxon. L. 1. Hinc *ademere* Harl. 1.

In eos saxa conjecta a Gallis] *Et in eos saxa* Port. et Hav. quasi sine copula minus cohæreret oratio. Male. Vide ad XXI. 36. § 4. Paullo post *a Romana statione* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav.

Procursum utrimque est] Ita Port. in margine, pro quo in contextu est *permistim utrumque est.* Utramque hanc lectionem recepit Gaertn. præferens *procursum permixtim utrimque est.* Vide ad III. 44. § 4.

§ 5 *Jamque haud procul justo prælio res erant*] Jensius Lect. Lucian. I. 4. non dubitat, quin, qui aures Livianæ

Digitized by Google

dictioni adsuetas habet, præferat *res erat:* et ita est in Lov. 3. Harl. 2. Port. et Hav. Sed utrumque Livianum est, et ab eo sæpius adhibetur. Vide ad II. 47. § 5. c. 50. § 2. et VI. 16. § 6. Plures itaque et integriores codd. sequor. Mox *direptum certamen*, pro *diremtum*, Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 32. § 7. *Directum* Hav. Vide ad IX. 8. § 12.

§ 6 *Magis animis, quam viribus, fretus ad certamen descenderet*] *Majus animis* Leid. 1. solito scribarum errore. Vide ad XXVI. 41. § 16. *magnis animis* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *fretus, antequam ad certamen* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed insertam vocem, quam optimi libri ignorant, non necessariam puto. Paullo ante *Dictator tum*, pro *tamen*, Lov. 4. Vide ad XXII. 17. § 5. In verbis seqq. *incurreret*, pro *incuteret*, Lov. 1. Deinde alio ordine *Solerti rem novam animo* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Qua deinde multi] Distinguendus totus hic complexus verborum ita: *qua deinde multi, nostri et externi imperatores (nostra quoque quidam ætate) usi sunt.* Gebhard. *Quare inde multi* Gaertn. Deinde *multi nostri et externi* Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Hav. et Port.

Nostra quoque quidam ætate, usi sunt] Inter ceteros C. Marium nominat Frontinus II. 4. ex. 6. qui, contra Teuthonas dimicaturus, jumentorum magnam partem instruxit, eaque agasones lixasque conscendere jussit, ut per id facies equitatus objiceretur. Idem eodem in loco ex. 5. C. Sulpicii etiam meminit. *Sigon.* Voculam *quoque* ignorare Oxon. B. auctor est Hearnius: non adparet etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. Dein *quidem*, pro *quidam*, præferunt Lov. 4. Harl. 2. Port. Hav. et ed. Parm. aliis locis etiam obvio errore. Vide ad XXXIX. 17. § 5. Ceterum Sulpicium, idem strategema usurpantem apud Frontin. loco a Sigonio laudato, eumdem puto, quem hic Livius memorat. Unde sequitur, Rubenium Elect. II. 29. non c. 39. ut typographorum errore laudant Keuchen. et qui, non inspecto Rubenio, Keuchenium descripsit, Tennulius, recte emendasse *Sulpicius Pæticus*, pro *Petreius.* Quamvis enim Frontinus 'consulem' vocet, qui hic Livio 'dictator' dicitur, potuerunt tamen alios annales Livius alios Frontinus secuti esse, ut ad Frontin. observat Oudendorp.

§ 7 *Mulis strata detrahi jubet, binisque tantum centunculis relictis agasones, &c.*] *Tantum* adjecere quidam, quod placet. Nihilominus tamen obscurus est sermo, videlicet non plane patente, cur centunculi et ad quid relicti, sensu. *Glar.* Sic Frontinus II. 6. ex. 6. de Mario: 'Agasones lixasque armatos simul ire jussit, jumentorumque magnam partem instructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus species objiceretur.' Ex his locis 'centunculus' videtur fuisse pannus, quo equi insternebantur. Nam mulis et Sulpicius et Marius 'centunculos' addiderunt, ut speciem equorum præberent. *Sigon.* Vocem *tantum* in solis deficit Ascensii edd. et Paris. 1529. *binis tantum* præferunt Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *binis quoque tantum* Lov. 2. Vide ad V. 27. § 1. Tum *centuculis* Gaertn. *centumculis* Voss. 2. *certumculis* Voss. 1. *cuniculis* Leid. 2. Per *strata* mulis detracta non intelliguntur sellæ, (muli enim erant agasonum, qui non parati erant ad equitandum, sed ad ducenda jumenta sarciuaria) verum sagmæ sive clitellæ; 'detractis clitellis' inquit Liv. X. 40. 'Hinc jumenta 'clitellaria' vel 'sagmaria' et barbaro ævo 'summaria' vocantur. Ne vero sagmæ vel clitellæ asperitate sua jumenta læderent, subdere pulvillos fere solebant, factos palea vel rebus aliis. Alii centunculos subjicie-

Digitized by Google

bant, id est, pannos viliores crassioresque, et eos sæpe plures. Ideo autem dictator *mulis strata detrahi* jubet, quia strata illa sive clitellæ longe ultra dorsum animalis eminebant. Quare si sedissent in clitellis, dolus facile fuisset deprehensus, quum sic visi essent altiores, quam solerent vulgo equites. Stratis autem detractis, relicti sunt bini centunculi, qui, quemadmodum equitum strata, ex panno simplicique corio facta, equorum tergo presse inhærebant, ut tanto commodius agasones iis insiderent, et jumenta minus premerentur. Hæc fere Scheffer. de Re Vehic. l. II. c. 2. p. 9. et 23.

Partim captivis, partim ægrorum armis ornatos imponit] *Partim captivorum* Gaertn. et fragm. Hav. An forte nasutior ita emendandum censuit, quod homines 'captivi,' res 'captæ' dicantur? Verum vide ad VI. 22. § 4. Deinde *armis ornatos* Flor. a m. pr. pro quo deinde m. altera dedit *onerates*. Male. 'Ornare' est armare. Vide ad XXIV. 28. § 7.

§ 8 *His fere mille effectis centum admiscet equites*] *Refectis* Lov. 2. *confectis* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Crediderunt librarii, scriptum fuisse *ἐφεστὸς*. Vide ad IV. 24. § 4. Ita *eloquium* et *ἔloquium*, sive *conloquium*, commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. V.

Neque inde ante moveri, quam ab se acciperent signum] Rott. *movere*: quod accipio, sive *τὸ se* ex præcedenti intelligas, sive neutrale sit, de quo X. 4. Et videtur gemina locutio per distinctionem restituenda Livio X. 20. 'Cognoscit ad Vulturnum sedere: inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium esse.' *Jac. Gron.* Rott. consentiunt omnes, quas vidi, edd. Aldo antiquiores. Primus Aldus dedit *moveri*, sed in erratis iterum *movere* probavit. Et ita multi codd. legunt X. 4. 'Quum per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere sederent:' ubi plura alia exempla videbimus. Livium etiam multis verbis tamquam neutris usum esse, vidimus ad I. 17. § 6. Nihilominus quum omnes, quos adhibui, codd. uno ore *moveri* servent, an uni Rott. et vett. edd. *movere* præferentibus fides habenda sit, vehementer dubito. Ceterum *neque inde se ante moveri* Lov. 4. *neque inde antea moveri* Port. a m. sec. *neque inde ante amoveri* Hav. Deinde *quam a se* Gaertn. et Hav. Tum *reciperent signum* Lov. 4. *acceperint signum* fragm. Hav.

§ 9 *Ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit*] *Ubi inluxit, ipse in rad.* fragm. Hav. Tum τὸ *cœpit* deficit in ed. Parm.

Adversus montes consisteret hostis] *Aversus* Leid. 1. solito scribarum errore. Vide ad Livii II. 31. § 6. Librarius non vidit *adversus* hic præpositionem esse, idem notans, quod 'e regione.' Ita ad XXVI. 14. 'Porta Jovis, quæ adversus castra Romana erat, jussu proconsulis aperta est.' XXXVII. 18. 'Tumulum quemdam adversus Eleam castris cœpit.' c. 28. 'Ipse adversus Myonnesum in insula (Macrin nautici vocant) anchoras portu occulto jecit.' XLIV. 10. 'Quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita.' XLV. 7. 'Introductum in tabernaculum adversus advocatos in consilium considere jussit.' Præterea *hosti* Gaertn.

§ 10 *Instructo jam vani terroris apparatu*] Illud *jam* in nullo Mss. apparet. *J. F. Gron.* Illud *jam* nesciunt etiam Voss. ambo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Henrrii Oxonienses. Tot itaque codd. conspirantibus vocem illam ex contextu ejeci. Præterea *Constructo apparatu* Voss. uterque, Leid. 2. et Lov. 1. 3. ac 5. Sed vulgatum præstat. Supra VI. 23. 'Quam occasionem, quod tempus, quem insidiis instruendis locum spe-

Digitized by Google

rantem:' ubi vide Gronovium. Cic. pro Cluent. c. 66. 'Nullum locum prætermisit, in quo non instrueret insidias aliquas.' Tum *navi terroris* literis transpositis Voss. 1. in contextu, et Leid. 2. sæpius obvio errore. Vide quæ notavi ad Silii I. 549.

Qui quidem terror plus pene veris viribus profuit] Pronomen *qui* deficit in Leid. 1. interceptum ab initio vocis seq. Perperam hinc *torpor* est in fragm. Hav. Deinde *viribus vere profuit* Port. a m. pr. Sed *veris* deest in Gaertn. 4. Mox verbis seqq. *credidere*, pro *credere*, Harl. 2. et Hav. Sed non intellexerunt librarii locutionem per infinitivum conceptam, ideoque mutare conati sunt. Vide ad I. 50. § 5.

Deinde ubi digressos repente viderunt] *Degressos*. Nam paullo ante dixit, 'Evadere in montes jubet.' Item 'non descensuros in æquum Romanos.' *Sigon.* Emendationem Sigonii probat Gebhardus IV. 17. § 11. testatus tamen, Pall. omnes Mss. atque editos *digressos* servare. Eadem vitiosa lectio in plerisque meis superest. *Degressos* tamen recte præferunt Flor. Voss. 1. Lov. 1. Klockian. et, nisi fallunt excerpta, Harl. ambo. Hearnius autem *degressos*, ut alii antea fecerant, edens in Var. Lect. adnotare satis habuit, alios præferre *digressos*; de Oxoniensibus autem suis nihil addidit.

In prælium ruunt, priusque pugna cepit] Voces *in prælium* deficiunt in Lov. 3. Tum *priusquam* Gaertn. Hav. et edd. Romana 1472. ac Parm. Paullo ante alio ordine *certaminis avidi* edd. ante Frobenium, qui 1535. dedit *avidi certaminis*, quod servant omnes mei. In verbis seqq. a *ducibus* obferunt Lov. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav

CAP. XV. § 1 *Acrius invasere Galli dextrum cornu*] Codd. nihil mutant. Forte tamen legendum *dextro cornu*: ut dicat Livius, Gallos acrius dextro cornu suo invasisse Romanos, sive sinistrum eorum cornu dextro suo obpositum. Rationem emendationis vide hoc cap. § 6. Ita fere IV. 18. 'Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quinctius intulit signa.'

Neque sustineri potuissent, ni forte eo loco] *Sustinere* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Tum *potuisset* Lov. 2. et Harl. 1. Hinc *nisi forte* Port. et Hav.

Sex. Tullium nomine increpans] Vox *nomine* a librariis omissa est in Leid. 2. et Lov. 1. Male. Virgil. Æneid. XII. 758. 'Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes, Nomine quemque vocans:' ubi vide Cerdam. Silius Ital. I. 454. 'Monstrabat furibundus iter, cunctosque ciebat Nomine:' ubi vide quæ notavi.

§ 2 *Siccine pugnaturos spopondissent*] *Sicine* Leid. 1. Flor. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VI. 16. § 3. Tum *spospondissent* Gaertn.

Ubi minæ injussu imperatoris prælium inituros] *Ubi nunc injussu* Voss. 2. et Lov. 4. in contextu. Sed, sæpe similitudine ductuum literas *mi* et *nu* commutatas fuisse a librariis antiquis, dictum est ad Livii II. 21. § 1. At, juncta utraque lectione, *ubi minæ nunc* dedit librarius Gaertn. In hac formula illud *nunc* modo additur, modo omittitur, ut constat ex multis exemplis, quæ larga manu Nic. Heinsius contulit ad Nason. Epist. IV. Heroid. vs. 150. Hic vero scribis eam tribuendam esse, non dubito. Solitus autem est ille, qui Gaertn. exaravit, varias lectiones in contextum recipere, ut alibi sæpissime supra monitum est. Vox *injussu* non adparet in Leid. 1.

En ipsum imperatorem clara voce vocare] Primam vocem omittit ed. Parm. *Et ipsum imper.* habet Rom. 1472. solito errore. Vide ad II. 12. § 13. Tum *voce clara vocare* Gaertn.

Digitized by Google

Ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint] Pall. duo *dicti fuerint*. Pal. 2. ac Camp. *qui modo dictis fuerint*. Sed rectius retentavit Andreas eam lectionem quæ in vulgus edita jam est. *Gebh.* *Et quis* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. cum ed. Rom. 1472. Male. Vide ad v. 36. § 5. *Et qui* ed. Parm. *Equis sequeretur* Port. et Harl. ambo. *Equius sequeretur* Lov. 2. *Equi vis sequeretur* Leid. 1. *Et quis alius æquius sequeretur* Lov. 4. *En quis sequeretur* Lov. 5. a m. sec. priori scriptura penitus erasa. *Quis sequetur* Hav. qui quum forte *sequ'etur* scriptum invenisset, notam additam non animadvertit. Vide ad II. 56. § 7. Tum *sequeretur eos* Lov. 2. 4. et 5. a m. pr. Deinde *dicturi* Leid. 1. Lov. 2. 5. et fragm. Hav. Vide ad Livii XXXVIII. 43. § 1. *dicti* Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum mox post voces *in acie feroces* in Flor. interjiciuntur hæc verba: *Increpatio dictatoris Tullium nominatim cientis, cum in dextro cornu adversus Gallos ambigue pugnaretur.* Quæ, olim lemmatis loco margini adscripta, perperam in contextum recepta sunt: qualia plura hoc cap. in eo cod. reperiuntur. Vide ad § 8. 9. 10. et 12. Simili modo passim librarii lapsi sunt. Vide hoc lib. ad c. seq. 16. § 6. ad c. 18. § 10. c. 19. § 2. c. 20. § 2. et ad c. 40. § 1.

§ 3 *Vera audiebant*] *Vere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Male. Infra XXXI. 18. 'Insueto vera audire ferocior oratio visa est.' Vide hoc lib. ad c. 6. § 6.

Hic primo impetus prope vecors turbavit hostes] Pall. duo *impetus ipse vecors*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Sed sine commodo sensu.

Eques deinde emissus turbatos avertit] *Eques deinde immissus* Leid. 2. Male. Vide ad XXVIII. 14. § 11. *eques deinde missus* fragm. Hav. a m. pr. Sed litera ultima vocis præced. primam hujus intercepit. Vide ad II. 44. § 6. Et ita etiam Gaertn. nisi quod corruptius *misses* dederit. *A missus* Lov. 4.

§ 4 *Postquam labantem una parte vidit aciem*] Probe ita vetusti cusi: nam perperam Mss. codd. *labentem*. Propertius Eleg. IV. 53. 'Vidi ego labentes acies et tela caduca.' *Gebh.* *Labentem* Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. cum ed. Parm. Ita sæpius variasse scribas librarios dictum est ad Præfat. § 9. Deinde *ex una parte* Lov. 4. quod dictum esse posset, quemadmodum 'ex qua parte' hoc lib. c. 3. § 6. Sed unum testem audiendum non puto. Præterea Doujatius, prætexens Sulpicium signa in lævum cornu conferre neque debuisse, neque potuisse, quamdiu nutaret dextrum cornu inmani ausu scribendum conjicit *labantem hac parte restituit aciem*, vel *stitit aciem*. Tantane socordia provinciæ mandatæ præesse oportuit hunc regiorum professorum primicerium? per 'labantem una parte aciem' intelligit ipsius dictatoris aciem, sive cornu, contra mentem Livii, qui aciem Gallorum intellexit, quemadmodum facile deprehendisset Doujatius, si ad verba præcedd. diligentius adtendisset. Agnovisset enim, *labantem* dici non potuisse aciem Romanorum, quum eorum pedites, alienatis a memoria periculi animis in tela hostium ruentes, impetu suo eosdem illos hostes turbassent, atque emissi equites turbatos avertissent. Sed tum re vera labasse una parte aciem Gallorum.

Quo turbam hostium congregari cernebat; et iis, qui erant] *Turba hostium congregare* sine sensu Leid. 1. Tum *congregari timebat; unde iis* Hearnii Oxoniensis L. 1.

Signum, quod convenerat, dedit] *Signum dedit, quod conv.* Lov. 2. *signumq; conv., dedit* Lov. 3. ob non intellectum compendium, quo vocula *quod* scripta fuerat. Vide ad II. 41. § 8. *Dedit*

Digitized by Google

deficit in Harl. 1. ejus loco *reddit* est in Kleckian. Vide ad Epit. Liv. lib. x.

§ 5 *Et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt*] Vocula *et* non adparet in Lov. 3. forte intercepta a primis literis vocis proximæ. Tum *in obliquo monte* fragm. Hav. a m. pr. *tendere oblique e monte* scribendum esse, conjicit Doujatius; sed sine caussa. Sensus enim est, non eos, qui in monte delituerant, recta via inde descendisse, ut suis opem ferrent, sed obliqua via, obliquis tramitibus per montem tetendisse ad castra Gallorum. Ita 'obliqui tramites' v. 16. 'Coacta manu per agrum Cæretem obliquis tramitibus transgressi:' 'obliquus ventus,' qui ex obliquo venit, apud Plin. XVII. 2. 'Multum rationis obtinent et venti: contra Circium serere imperitia existimatur, eumdemque obliquum excipere, providentia.' Similiter 'per aciem transversam agi,' pro transverse per aciem agi, apud Florum IV. 2. § 83. 'Cohortes quinque per transversam aciem actæ.' Similiter hic *obliquo monte* est 'oblique per montem.' Paullo ante *Ubi quoque inde* immutato ordine Harl. 2. et Hav.

Cursuque effuso ad castra ferebantur] *Efferebantur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Ita fere Livium alibi locutum esse, videbimus ad XXXVII. 16. § 4. Non tamen vulgatam lectionem mutandam censeo, quod meliores codd. stent pro ea, et Livius etiam hac locutione usus sit. Ita IX. 10. 'Strictisque gladiis cursu in hostem feruntur.' Florus III. 3. 'Nec segnius, quam minati fuerant, tripertito agmine per Alpes ferebantur.' Ovidius Epist. Heroid. VI. 70. 'Huc feror, et lacrimis osque sinusque madent.' Epist. Her. X. vs. 31. 'In thalamos læti, thalamos sua busta, feruntur.' Art. Am. II. 370. 'In ferrum flammasque ruit, positoque decore Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.' Metam. III. 226. 'Per rupes scopulosque, adituque carentia saxa, Qua via difficilis, quæque est via nulla, feruntur.' Tacit. Hist. IV. 29. 'Ad pugnam temeritate inani ferebantur.' Et ita optimi scriptores passim. Paullo ante *omissa est pugna* alio ordine edd. vett. Aldo priores, codd. scriptis adversantibus.

§ 6 *Qui profligato dextero cornu obequitabat hostium munimentis*] *Sinistro cornu* legerem. Nam Gallorum sinistrum cornu oppositum erat dextro Romanorum cornu. At dictator effecerat, ut ibi turbarentur hostes, ac inde eques turbatos averterat, ut paullo ante ipse fassus est Livius. *Glar.* *Dextro cornu* Harl. 2. et Hav. Tum *monumentis* Lov. 3. 4. et Harl. 2. Vide ad IV. 10. § 6. Glareano autem, *sinistro cornu* emendanti, consentit Doujatius. Ratio, cur ita emendandum censuerint, illa est, quod Galli in principio hujus capitis dicantur acrius invasisse 'dextrum cornu,' nempe Romanorum, quod facere debuerunt suo sinistro ei opposito. Sed idem illud sinistrum cornu prope vecors impetus peditum Romanorum, qui, dictatoris oratione increpiti, animis a periculi memoria alienatis in hostium tela ruerant, turbavit; in turbatos deinde eques cum magistro equitum emissus eos avertit: post hoc itaque cornu profligatum magistrum equitum hostium munimentis obequitasse putant, adeoque hic *sinistro cornu*, non *dextro*, legendum esse. Verum audax hæc emendatio, cui nullus codicum scriptorum vel excusorum favet, placere nequit. Est enim vere gladio Alexandri nodum Gordium secare. Omnia recte procedent, si minori longe mutatione in initio capitis *dextro cornu*, pro *dextrum*, legamus. Ita enim Livius narrabit, Gallos dextro cornu nempe suo acrius invasisse Romanos, donec, adhortatione dictatoris restituta pugna,

Digitized by Google

Romani illud primo turbarint, deinde averterint. Dum autem hoc dextrum cornu magister equitum persequitur, dictator signa confert in lævum cornu, nempe Gallorum: qua parte quum etiam hostes perterriti effusa fuga ad castra ferrentur, incidunt in magistrum equitum, qui dextro Gallorum cornu profligato munimentis obequitabat. Et hac quidem ratione Livius erroris absolvi potest, licet violenta hac et ancipiti Glareani medicina non utamur. Si quis tamen ab omni emendatione abstinendum contendat, et Livium potius sui oblitum errasse malit, per me fruatur judicio suo. Similiter enim optimi scriptores, etiam ipse Livius, alibi lapsi sunt. Vide quæ notantur ad XXII. 48. § 5. XXVII. 14. § 3. c. 48. § 14. XXXIII. 9. § 6. XXXVII. 24. § 4. Adde quæ notavi ad Silii Italici IX. 268. Similem errorem committit etiam Cherefeddin Ali in Historia Timur-Beci I. 10. Ceterum nescio unde factum sit, ut in verbis præcedd. ordinem verborum inepte hoc modo mutarint Leid. 2. et Lov. 1. *M. magister equitum Valerius.*

§ 7 *A fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt*] Vet. lib. non habent vocem *que:* ita ut *agasonibus* appositive dictum sit. Fallax enim equitum species nihil aliud erat, quam agasones mulis impositi. *Sigon.* A Pal. 2. abest copula *que*, quod optimum visum fuit Sigonio: quasi τὸ *agasonibus* appositive dictum esset. Addit, 'fallax enim equitum species nihil aliud erat, quam agasones mulis impositi.' Non ita est: quippe præcedente capite narraverat Livius, 'His fere mille effectis centum admiscet equites.' Ergo iste vani terroris apparatus non ex solis instructus erat agasonibus. Correctorem Livii memorem esse oportet. *Gebh.* Vocula *que* deficit etiam in Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus N. et B. Mihi ita videtur, si fide digniores codd. conjunctionem omitterent, eam etiam expungi, et *fallaci equitum specie, agasonibus*, per adpositionem, ut Sigonius censuit, accipi posse. Quamvis enim mille fere agasonibus admixti fuerint centum equites, a majori tamen parte denominari possunt. Verum nunc, quum optimi libri in τῷ *que* servando consentiant, id etiam retinendum existimo, eamque particulam hoc loco non connectentem, sed exegeticam esse puto. Ita sensus erit, excepti sunt a fallaci equitum specie, id est, agasonibus, sive qui erant agasones. Vide ad II. 42. § 6. et ad VI. 16. § 8. *que* enim hic particula conjungens esse, et ad centum equites mille agasonibus admixtos respici nequit. Non enim equites illi, sed agasones fallax equitum species vocari possunt. Ceterum *facili*, pro *fallaci*, perperam præferunt Leid. 2. et Harl. 1.

Et eorum, quos pavor pertulerat in silvas] Vocula *et* non adparet in Klockian. cujus loco *ut* habet Hav. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *perculerat* Flor. Leid. 1. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et ed. Parm. Vide ad XXXV. 27. § 16.

§ 8 *Nec alius post M. Furium, quam C. Sulpicius, justiorem*] *Quam Cornelius Sulpicius* Lov. 2. *quam Gn. Sulpicius* Lov. 5. et Hearnii Oxoniensis C. *Nec alius post M. Furium Sulpicius* Voss. 2. An voluit librarius, *Nec alius post M. Furium Sulpicio?* ut 'alius Sulpicio' dictum sit eadem ratione, qua V. 56. 'Quæ (malum) ratio est, expertis alia experiri?' ubi plura notata sunt. At nihil mutari præstat. Deinde *justiciorem* Voss. 1. *justitiorem* Lov. 1. Ita etiam peccarunt librarii IV. 53. § 4. VIII. 1. § 9. Vide plura ad II. 15. § 6. Mox *triumphum egit* transpositis dictionibus Gaertn.

Auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum] *De Gallicis spoliis* Hav. *de spoliis Gal-*

Digitized by Google

licis Lov. 2. Tum *saxo quadrato septo* Hav. Vide ad IV. 47. § 3. Hoc *auri pondus saxo quad. septum* inlustravi ad v. 50. § 6. Ceterum post voces seqq. *in Capitolio sacravit*, codex Flor. in contextum receperat sequentia *insigis et opulentus dicat* (*dictat.* id est, *dictatoris*) *de Gallis triumphus: aurum in Capitolio saxo quadrato septum:* quæ ex margine, ubi pro duplici lemmate adscripta fuerant, inrepserunt. Vide hoc cap. ad § 2.

§ 9 *Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum*] Voculam *et* non agnoscunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Tum *ab consulibus* Port. Sed præpositio, quam reliqui constanter servant, deficit in Hav. Deinde *vario eventu bellatum est* Gaertn. *vario eventu pugnatum* Hearnii Oxoniensis N. Sed *pugnavit* mox sequitur.

Hernici a C. Plautio devicti subactique sunt] *Hernici consule Plautio devicti* Port. *a consule Plautio devicti* Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Sæpe prænomen *Caius*, sive nota ejus *C.* in vocem *consul* scribarum culpa abiit. Vide ad XXII. 14. § 13. Utraque lectione juncta *ab consule C. Plancio devecti* habet Hav. Sed corruptissime *a Cassio Plautio consule* Gaertn. Vox *consule* hic admitti nequit, quod modo præcessit. Deinde *devia subactique sunt* sine sensu Leid. 1. nec minus insulse *decuit subactique sunt* Klockian. Ceterum hic etiam post *subactique sunt* in contextum Flor. receptum est *Hernici a C. Plaucio consule subacti.* Vide hoc cap. § 2. Mox vocula *ejus* deficit in Harl. 2. Port. et Hav.

§ 10 *Trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses inmolarunt*] *Trecentos et septem* Gaertn. Tum vox *captos* exsulat a Leid. 2. Sed *Romanos milites captos* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *milites Romani captos* Flor. cujus codicis librarius hoc lemma marginale post vocem *milites* in contextum recepit: *Mala pugna Favi cons. adversus Tarquinienses, a quibus CCCVII. milites capti inmolantur.* Vide ad § 2. Deinde *inmolaverunt* Voss. 2. Lov. 2. 3. et editi usque ad Frobenium, qui a. 1535. *inmolarunt* substituit, consentientibus optimis Mss. De fœditate hujus supplicii vide Casaub. ad Suet. Aug. c. 15. Paullo ante vox *ibi* non est in Hav. ut nec *quam* in Leid. 1. Vide ad VIII. 22. § 2.

Aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit] *Insignitior fuit* habet antiqua scriptura, consentientibus inter se archetypis. *Gelen.* Vet. lib. *insignior.* Sigon. Nostræ membranæ *insignitior fuit:* quo pacto etiam in aliis Mss. codd. exstare, alii dudum professi sunt. *Modius. Insignior fuit* Voss. uterque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses. *insignita fuit* fragm. Hav. *insignitior*, ut Gelenius et Modius in suis invenerunt, Leid. 1. Flor. et Harl. 1. Recte. Vide hoc lib. c. 6. § 6.

§ 11 *Accessit ad eam cladem et vastatio Romani agri*] *Vasti Romani agri* Leid. 1. *Romani agri vastatio* fragm. Hav.

Veliterni deinde incursione repentina fecerunt] Ad calcem propo prioris libri ita ait Livius c. 42. 'Cum præter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus quam dubii, quietæ externæ res Romanis essent.' Hæc ille. Cum ergo obsideri cœptæ essent Velitræ A. U. C. CCCLXXXIV. mirum cur non vel dissolutionis vel expugnationis alicubi meminerit Livius. *Glar. Veliternique denique* Lov. 4.

Duæ tribus, Pomptina et Publicia, additæ] Pall. tres Mss. codd. editi item duo *Publilia.* Gebh. Vox *duæ* defecit in Gaertn. Tum *Pomponiana* quædam ex edd. prioribus, aliæ *Pomponia. Prontina* fragm. Hav. *Pontinia* Port. et Hav. *Pontina* Lov. 2. 4. et Harl. 2. *Ponptina* Leid. 1. *Pomtina* Lov. 5. Deinde *Publia* Leid. 2.

Digitized by Google

Lov. 1. 4. et fragm. Hav. *Publilia* Lov. 2. *Publiana* Gaertn. Ex edd. vett. quædam *Publica*, quædam *Publicia*. Sed vide ad Epit. hujus libri.

§ 12 *Quos M. Furius dictator vocarat, facti*] *Factique* Lov. 2. *faciet* Klockian. quod pro *factei* scriptum fuisse, ipse Klockius putavit. Ceterum post hæc verba iterum lemma, olim margini adscriptum, in contextum recepit scriba cod. Flor. his verbis conceptum: *Duæ tribus additæ. Ludi magni, quos Camillus voverat, redditi.* Vide ad § 2.

Et de ambitu a C. Petilio tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum ad populum latum est] *Petelio* ex Capitolinis lapidibus. *Sigon.* Vide ad III. 35. § 11. Vocula *et* deficit in Lov. 2. *ab*, pro *a*, edidit Gronov. 1665. et ita præferunt omnes codd. Ceterum hæc verba, multis ex margine, ubi lemmatum loco adscripta fuerant, adscita, ita exhibet Flor. *Petilii tribuni plebis rogatio, Patr. auct., nunc primum adversus ambitum promulgatur; et de ambitu ab iis C. Petilio tr. pl. ad populum latum est auct. Patr. primum ad populum latum est.* Vide ad § 2.

§ 13 *Nundinas et conciliabula obire soliti erant*] Vide quæ notantur ad XL. 37. § 3.

CAP. XVI. § 1 *Haud æque lata Patribus insequenti anno*] *Patribus læta* Flor. Lov. 4. et fragm. Hav. quæ omnibus editis usque ad Jac. Gronovium, qui, vocibus transpositis, dedit *læta Patribus*, quemadmodum præferunt reliqui codd. nisi quod Leid. 2. ex omnibus huic notæ præscriptis vocibus tantum habeat penultimam *insequenti*. Hearnius, qui priorum edd. ordinem secutus est, Gronovii mutatione memorata, nihil tamen de Oxoniensium lectione addidit.

C. Marcio et Cn. Manlio consulibus] Cn. Manlius etiam a. CCCXCVI. fuit consul, quare hic *II.* adjiciendum. At alii *T. Manlium* legere malunt, quod is a. CDII. et CDVI. dictator fuerit, nec alibi antea consul, nisi hoc ponamus loco. Iidem autem a. CDVIII. Cn. Manlium II. sed a. CDXI. T. Manlium iterum. Sed tanti in omnibus codd. errores implicant lectorem, ut satis putem indicasse: nam emendasse certe non perinde tantæ utilitatis, quanti laboris fuerit. *Glar.* C. vel *G. Manlio*, vel *Mallio*, Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 5. et Port. *M. Manlio* Lov. 4. et Hearnii Oxon. 2. Sed viginti septem annis ante 'decreto gentis Manliæ cautum' esse, 'ne quis deinde M. Manlius vocaretur,' Livius narravit VI. 20. Solent autem literæ Cn. quibus prænomen *Cnæus* indicatur, mutari in *M.* notam prænominis *Marcus*. Vide hoc lib. c. 12. § 1. *Horatio Manlio* Voss. 2. *cum Mallio* Gaertn. *cos Manlio* Flor. Reliqui vulgatum servant; neque inveni, qui, ut Glareanus monuit, *T. Manlio* legendum censuerit. Neque ita legi posse, videbimus ad c. 19. § 9. Esse autem eumdem Cn. Manlium, qui biennio ante consul fuit, existimat Sigon. in Comm. ad Fast. ad a. CCCXCVI. Et quidem, numerum iterati honoris in auctoribus requiri, opinatur Pighius in Ann. ad eumdem annum p. 282. Sed vide quæ notantur ad Liv. II. 16. § 7.

De unciario fœnore a M. Duillio, L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata] *M. Duilio, L. Mænio*, ut ante. *Sigon.* Pall. duo *Dilinio*. Pal. 2. cum edd. priscis. *Gebh.* Paganinus Gaudentius Juridic. Exposit. II. 29. vetustum errorem secutus, scribit, 'centesimas usuras' et 'unciarium fœnus' idem esse. Hoc tam verum est, quam 'assem' et 'unciam' idem esse, et eum, qui 'ex uncia' hæres scriptus est, 'ex asse' scriptum esse. Melius hoc dudum docuerunt Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 2. et Brisson. de Verb. Signif. voce 'Usura,' ac deinde Gronovius de Pecun. Vet. III. 13. et in libro de Cen-

Digitized by Google

tesimis et Unciis usuris, ubi simul p. 599. exponit, quid hoc sit, quod Livius dicit, plebem eam legem 'aliquanto cupidius' scivisse. *Duk.* *De vicario fœnore* Leid. 2. *de nuntiario fœnore* Harl. 1. et ed. Parm. at præpositio *de* non exstat in fragm. Hav. quemadmodum nec præpositio *a* in Lov. 4. Tum *M. Dilinio* Gaertn. *M. Dilinio* Leid. 1. et Lov. 3. Sed recte *M. Duilio* emendat Sigonius, ut plerique hic præferant codd. Vide ad II. 58. § 2. Eidem Sigonio *L. Mænio* legenti ex meis consentit unus Lov. 1. Reliqui *Menenio*, *Menennio*, vel, ut habet Flor. *Mænenio*. Solent autem nomina propria *Mænius* et *Menenius* sæpius in Mss. commutari. Vide ad VIII. 13. § 1. Gens Menenia oriunda quidem ex plebe fuit, sed postea tamen inter patricios adlecta est. Vide Livium II. 32. § 8. et quæ ibi notantur. Et hinc inveniuntur circa hæc tempora plures Menenii functi honoribus patriciorum, nulli vero plebeiis: quare hic L. Menenius tribunus plebis ferri nequit. Deinde *tribuno plebis* Lov. 4. errore scribæ, qui epitomen *tr.* vel *trib.* minus recte exposuit. Vide ad IV. 1. § 2. et XXII. 61. § 7. Tandem *rogatione perlata* Voss. 2. et Lov. 3. quæ etiam lectio ex non intellecto compendio *ē*, id est *est*, nata est. Et quidem errorem hunc facillime librarii inperitiores errare potuerunt, quum continua serie voces scriberentur. Voces autem *rogatio est perlata: et plebs* desunt in Gaertn. Cui neglegentiæ occasionem dedit repetitio *τῶν plebis* et *plebs*.

Et plebs aliquanto eam cupidius scivit accepitque] *Et plebes* fragm. Hav. neque longe abit ed. Parm. quæ præfert *et plebis*. Vide ad I. 20. § 6. Tum *scivit acceptique* Leid. 1. et Lov. 2. *scivit acceptaque* Harl. 1. *scivit accepit* Flor.

§ 2 *Ad bella nova, priore anno destinata, Falisci quoque hostes exorti*] Veteres quidam habent *Falisci quoque novi hostes exorti*. Verum non sine menda. Non enim 'novi hostes' Falisci erant, quos ante domuerat Camillus. Suspicor legendum *noti hostes*, ita ut vox *noti* respondeat vocibus illis *Ad bella nova*. De hoc bello Faliscorum sic Diodorus lib. XVI. p. 526. Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Φαλίσκους συνέστη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη. *Sigon.* Pal. 2. et Camp. ed. *Falisci quoque novi hostes*; unde Sigonius fecit *noti hostes*. Hoc interjectitio vocabulo pulchrius carere credo posse ultorem Livii. *Gebh.* *Falisci quoque novi hostes exorti* Lov. 4. 5. Harl. 2. et Port. *noves hosti* Port. Id aperte vitiosum Sigonius in *noti hostes* mutavit. Quum tamen omnes optimi codd. vocem interpositam non agnoscant, eam melius abesse Gebhardo adsentior. Infra VIII. 37. 'Ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit.' Etiam vocem *hostis* omiserunt Leid. 2. et Lov. 1.

Quod cum Tarquiniensibus juventus eorum militaverat] Lege *quod et cum Tarq.* ut sit geminata conjunctio. *Gelen.* Conjunctionem a Gelenio additam ex meis non agnoscunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Eamdem tamen servavi, tum quod reliqui, et inter eos plerique optimi codd. eam tueantur, ac sæpissime hoc modo conjunctio geminata in melioribus Mss. Livii obcurrat, ubi eam priori loco alii expunxerunt. Vide ad II. 44. § 4. Mox alio ordine vocum *Romanis fœcialibus* Lov. 4.

§ 3 *Ea provincia Cn. Manlio obvenit*] Sic lege e Pall. et edd. antiqq. Sic XXV. 18. 'Cui ea provincia obvenerat.' Pal. iterum 2. hic legit *evenit*. VIII. 1. 'Utrumque bellum Plautio sorte evenit:' ibid. c. 29. 'Samnium Camillo sorte evenit.' c. 37. 'Sulpicio Samnites, Apuli Æmilio sorte evenerunt.' *Gebh.* Vox *Ea*

Digitized by Google

deficit perperam in Hav. Deinde *C. Manlio* Lov. 2. et Hav. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *G. Manlio* Mediol. 1480. Vide ad § 1. *tum Manlio* Lov. 4. *cum Manilio* Gaertn. Vide ad VIII. 18. § 13. *consuli Manilio* Voss. 2. Deinde *evenit* Harl. 2. Port. et Hav. Livium ita loqui, vidimus ad v. 12. § 6. Sed et alterum eidem frequens est. Infra IX. 31. 'Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit:' ubi plura vide. Quum itaque vulgatam lectionem firment et numero plures, et integriores omnes codd. eam alteri præfero.

In agrum Privernatem, integrum pace longinqua] *In Privernatem*, media voce exulante, Leid. 2. quod dictum esse posset, ut *in Antiati* XXII. 1. § 10. Sed auctoritas unius cod. levior est, quam ut aliis in servanda voce *agrum* consentientibus præferatur. *In agrum Privernatum* Harl. 2. Port. et Hav. Verum ita formandum foret *Privernatium*. Ita enim infra est VIII. 1. 'Nuncii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptæ cladis venerunt.' c. 21. 'Qui ante Privernatium caussam inpugnabant.' Vide ad v. 15. § 11. Vulgatum itaque rectum. Infra VIII. 11. 'Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus plebi Romanæ dividitur.' Ita 'ager Capenas' v. 12. 'In Capenate agro hostes nulli extra mœnia inventi.' c. 13. 'Populatores Capenatis agri reliquias pugnæ absumsere.' Deinde *ægrum*, pro *integrum*, Lov. 4.

Militemque præda inplevit] Pal. 3. *militemque prædam implevit*. Mire dictum. *Gebh.* Ex cod. Pal. illius vitiosa lectione Gronovius in priore ed. notarum ad Livii XXXV. 1. legendum censuit *prædæ inplevit*. Quod in cunis secundis recte omisit. Licet enim verbo 'inplere' Livius sæpe casum patrium jungere soleat, (ut videbimus ad XXIX. 14. § 2.) hic tamen nihil mutandum puto, quod reliqui omnes libri in vulgatum conspirent; et altera constructio, quæ hoc loco obcurrit, a Livio etiam usurpata fuerit. Supra III. 69. 'Totam urbem ira inplevere:' ubi alia exempla laudavi. In Pal. 3. vel ultima litera *voũ prædam* adhæsit ex principio vocis seq. vel error ortus est ex caussa quam indicavi ad IV. 47. § 3.

Quod, nihil in publicum secernendo, augenti rem privatam militi favit] Favet huic lectioni ad apicem Campani ed. Sed Pall. duo meliores *augendi rem priv. militi fuit*. Forte leg. *augendo rem priv. militi fuit:* ut subintelligatur 'aptus tibicen,' a quo teneatur ordo locutionis. Sed nihil pertendo. Pal. 2. consensum trahens Andreanæ editionis *augendo rem priv. militi favit*. Gebh. *Augendi rem priv. militi fuit* Lov. 3. Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. *augendi rem privatam militi favit* Klockian. et Hearnii Oxon. C. *augendo rem priv. militi favit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Hearnii Oxon. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *secern. aut augendo rem priv. militi fuit* Lov. 2. *secer. augendoque rem priv. militi favit* Harl. 2. Portug. et Hearnii Oxoniensis L. 2. et B. *secer. augendoque rem priv. militi favit* Gaertn. *secer. agendoque ne rem priv. militi favit* Hav. Certum mihi videtur, vulgatam scripturam veram esse. Omnia autem monstra lectionum ex eo prognata sunt, quod, literis *d* et *e* commutatis, *augendi* datum sit, pro *augenti*. Sunt autem hæ literæ in pronunciatione sono admodum simili ac vicino, unde infinitis locis permiscentur. Vide Broekh. ad Propert. El. III. 9. 6. Hinc factum, ut inter se confundantur 'aliquando' et 'aliquanto;' vide ad III. 8. § 9. 'quando' et 'quanto;' vide ad III. 50. § 10. 'modus' et 'motus;' vide ad IV. 50. § 4. 'solidus' et 'solitus;' vide ad v. 4. § 7. 'eundem' et 'euntem;' vide ad v. 28. § 7. 'equidem' et 'equitem;' vide ad VI. 12. § 10. 'commodus' et 'commotus;' vide

Digitized by Google

ad VI. 14. § 9. 'protegendi' et 'protegenti;' vide ad VI. 20. § 9. 'aliquod' et 'aliquot;' vide ad VI. 24. § 2. 'expedite' et 'expetite;' vide ad VI. 29. § 2. 'communicādo' et 'communicato;' vide ad VI. 37. § 4. 'dum' et 'tum;' vide ad XL. 42. § 7. et similia multa. Quum autem *augendi* hic commodum sensum non haberet, alii id mutarunt in *augendo* ob præcedens *secernendo*, alii insuper varias particulas *aut*, *que*, vel *ve* addiderunt. Receptam lectionem recte servant Flor. et Harl. 1. nisi quod posterior etiam *fuit*, pro *favit*, præferat. De eo errore vide ad Epit. Liv. lib. XLV. Paullo ante *addit*, pro *addidit*, solus Hav. Vide ad II. 24. § 6.

§ 4 *Quum ante mœnia sua castris permunitis consedissent*] Pal. 2. *castris permuniti*. Tale quid notavi supra. *Gebh.* Eadem lectio etiam est in Harl. 2. et Hav. qui Pal. 2. Gebhardi conspirant: sed reliqui dissentientes eam lectionem falsi arguunt. Prætorea vox *sua* deest in Harl. 2. Port. et Hav. At *ante mœnia sua a castris* habent Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Urbemque prædæ do] Conjunctio *que* non est in Lov. 5. Deinde *prædam do* Lov. 4.

Vos fortiter in aciem operam navaturos] Lege *in acie operam nav.* non *in aciem*. Gelen. *In acie* omnes mei, excepto Flor. qui solus *in aciem* præfert. Tum *novaturos* Klockian. et Hav. *gnaturos* Harl. 1. *daturos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Hearnii Oxon. N. B. et C. quam lectionem ex interpretis expositione natam esse, nullus dubito. Ita peccant etiam librarii IX. 16. § 6. Vide quoque ad II. 43. § 9.

§ 5 *Spe haud dubia feroces in prælium vadunt*] *In prælia vadunt* Harl. 2. et Hav. Præterea in verbis seqq. *exclamavit*, pro *exclamat*, Gaertn.

Adspice, imperator, inquit, quemadmodum exercitus tuus] Vocem *inquit*, quæ superesse videtur, quod *exclamat* præcessit, melius abfuturam, ad marginem Livii adscripsit Ant. Perizonius. Tum *exercitus tutus*, pro *tuus*, Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Klock. Vide ad IX. 23. § 11. Præterea *strictoque gladio* edd. vett. usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, primus omisit. Deinde *inpetum fecit*, pro *facit*, Flor.

§ 6 *Antesignani omnes, primoque inpetu avertere hostem*] *Ante signa omnes* Lov. 4. 5. *antesignarii omnes* Leid. 2. et Gaertn. Vide ad IV. 47. § 2. Tum *advertere* fragm. Hav. *averte* Leid. 1. neglecta forte nota, quum *avert'e*, vel *avertē* scriptum fuisset. Ceterum verba *inpetum facit. Seq. Tull., &c. avertere host.* deficiunt in Harl. 1. ob vocis *hostem* repetitionem. Vide ad IX. 11. § 11.

Ad oppidum persecuti, quum jam scalas manibus admoverent] *Ad hostem oppidum*, perperam inserta voce, Harl. 2. Deinde *prosecuti* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. *persequentes* Hearnii Oxon. L. 1. eodem errore, quo *inopinantes*, pro *inopinati*, ejusque generis plura librarii indocti dederunt; de quibus vide quæ notantur ad XXI. 52. § 10. Tum *amoverent* Port. a m. pr. *commoverent* Hav. et Harl. 2. Hinc *accipiunt* Harl. 2. Port. et Hav. Mox post voces *de Privernatibus actus*, verba olim lemmatis loco margini adscripta *Privernum Marcio consuli deditur*, Flor. in contextum recepit: in quo librarius similiter errat hoc cap. § 9. cap. seq. § 2. 6. 7. 10. c. 18. § 10. c. 19. § 2. 4. et § 10. Vide ad c. 15. § 2.

§ 7 *Legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit*] Hinc 'aurum vicesimarium' XXVII. 10. Vide Lipsium ad Tacit. Annal. XIII. Ad illud vectigal quoque quintæ et vicesimæ venalium mancipiorum remissum. Vide Scalig. ad Fest. voce 'Manumitti;' et in voce 'Puri.'

Digitized by Google

Klockius. De hoc vectigali egit Lipsius ad Taciti Ann. l. XIII. c. 31. et in Exc. C. Pulchra sunt, quæ ibi tradit; sed uterque locus ex Arriani dissertationibus Epicteti jam ante in Cujacii Observ. v. 18. legebatur. Dubito etiam, an in eo fallatur Lipsius, quod in Arriani III. 26. pro τοῖς εἰκοστάναις e glossis scribit τοῖς εἰκοστάτοις. Cujacius verbo, ut sæpe solet, adnotaverat: 'redemtores vicesimæ εἰκοστῶναι dicantur, ut δημοσιῶναι, βοῶναι, σιτῶναι, ὀψῶναι.' Et recte quidem: nam hæc sunt ab ὠνεῖσθαι, *emere*, quod Græci etiam de conductione vectigalium dicunt, ut Latini de eadem 'redimere.' Aristoph. Equit. vs. 361. ὠνήσομαι μέταλλα, *redimam metalla.* Demosthenes adv. Timocrat. p. 779. et alibi in eadem Oratione οἱ ὠνούμενοι τὰ τέλη, *redemtores vectigalium*; quos ibidem sæpe τελώνας, et *redemtionem vectigalium* ὠνὴν vocat. Et sic in glossis δημοσιώνης, τελώνης *publicanus.* Itaque putem, glossas potius ex Arriano et ratione sermonis Græci corrigendas, et in iis non εἰκοστώνης, quod editur, nec εἰκοστάτης, quod Lipsio placet, sed εἰκοστώνης, ὁ τὰς εἰκοστὰς ὠνούμενος, *vicesimarius* legendum esse. Quod porro Lipsius d. l. et Gutherius de Offic. Dom. Aug. III. 35. scribunt, hoc esse illud 'aurum vicesimarium,' de quo Liv. lib. XXVII. c. 10. fortassis verum est: neque enim bello Punico secundo ulla alia, quod quidem proditum sciam, vicesima instituta erat. Mihi tamen in ea re hic restat scrupulus, quod Livius 'aurum vicesimarium in sanctiore ærario ad ultimos casus servatum' fuisse dicit; 'vicesimam manumissorum' autem, quo tempore primum inducta est, præsentis necessitatis et usus fuisse, his verbis significat, 'haud parvum vectigal inopi ærario additum.' Nam si vicesima manumissorum in ærario condita fuisset, præsens inopia ærarii non magis sublevari potuisset pecunia, quam ita in sanctiore ærario reponebatur, ut non nisi ultimis casibus moveri posset, quam si ea nulla fuisset. An ergo dicendum est, deinde demum cautum fuisse, ut hoc aurum in sanctiore ærario ad ultimos casus reip. servaretur? *Duk.* Quæ Modius ad hunc verba de vicesima manumissionum, et quinquagesima mancipiorum venalium, aliisque vectigalibus populi Romani notavit, descripsit ex Lipsio ad Taciti Ann. XIII. 31. et ex ejus excursu C. quæ quum non magis ad illustrationem hujus loci faciant, quam aliorum omnium, ubi de hoc vectigali agitur, omittenda ea judicavi. De vicesima autem manumissionum videri potest Burmann. de Vectig. Pop. Rom. c. 10. ut et Fabrett. ad Inscript. c. I. p. 35. Ceterum *ad Sutrium* Gaertn. *defuturum* Leid. 2. Tum *tributum* Lov. 2. 4. et Gaertn. *tributi* Lov. 5. et Harl. 1. Male. *Tributim* est quasi in comitiis tributis, per populum sive milites in tribus suas divisos. Vide Sigonium ad III. 55. § 3. Deinde *qui manumittentur* Gaertn. Scriptum fuerat *manumitt'entur*; nota vero vel evanuit, vel a scriba neglecta est, ut sæpius alibi factum est. Vide ad II. 56. § 7. Insuper *de vicensima* Flor. Vide ad V. 54. § 5.

Patres, quia ea lege haud parvum vectigali inopi ærario additum esset] Pal. 1. ac 3. *Patresque ea lege ut parvum vectigal inopi ær. add. esset.* Sed si in vulgatis codd. *vectigali* operarum σφάλμα non est, pro eo legerim *vectigale.* Gebh. *Patres, quod ea lege* Voss. 2. sed frustra. Vide ad II. 8. § 6. *Ut*, pro *haud*, quod Gebhard. in duobus Pall. invenit, apud me etiam superest in Voss. 2. et Lov. 3. *aut* in fragm. Hav. Vide ad XXVIII. 2. § 11. Tota particula abest a Leid. 2. *vectigali haud* dubie operarum errore vulgatum est in edd. Gruteri, eumdemque errorem Heinsius in Elzeviriana, et Gronovius in priori servarunt, quo-

Digitized by Google

rum tamen hic a. 1665. *vectigal* restituit. Et ita exusi ante Gruterum et scripti servant, nisi quod *parvum vectigalium opi erario* sit in Leid. 1. *haud parvum vectigalis* in Voss. 1. a m. pr. *haud parvum vectigalis* in Klockian. *haud parum vectigal* in ed. Parm. Hinc prorsum foret emendare *haud parum vectigalia*. Potius tamen est, ut vulgatam lectionem servemus, atque existimemus librarios et typographorum operas peccasse, uniusque literæ duplicatione omissa, *parum* pro *parum*; dedisse existimemus: quomodo etiam alibi errarunt. Vide ad v. 10. § 3. Tantum autem abest, ut Gebhardo *vectigale* emendanti adsentiendum sit, ut potius *capitale*, quod, ita simpliciter dictum, similiter formatum videri potest, in *capital* mutandum sit. Vide ad XXIV. 27. § 9. Denique *edem*, id est *edictum*, pro *additum*, fragm. Hav.

§ 8 *Tribuni plebis, non tam lege, quam exemplo, moti*] *Tribuni plebis tam ex lege, quam exemp. moti* Lov. 4. et Klockian. *tribuni plebis tam lege, quam ex., moti* Gaertn. *non tam legi, quam ex., moti* Voss. 2. et Lov. 3. *Mox populum postea sevocarent*, ordine vocum mutato, Lov. 4.

Si id fieret, fieri posse] Lege *ferri posse*, quia de militibus, qui legem nove exemplo in castris tulerant, loquitur. *Sigon.* Recte ita Sigonius emendavit, eique subscribunt plerique et optimi codd. *fieri* enim tantum superest in Voss. 1. contextu, Lov. 1. 3. 4. 5. Pert. Hav. et Hearnii Oxon. C. Solent autem voces *fieri* et *ferri* sæpius in Mss. confundi. Vide ad v. 54. § 6. Præterea *posset* habet Gaertn. invitis reliquis, qui recte vulgato adhærent.

§ 9 *A M. Popillio Lænate sua lege decem millibus æris est damnatus*] *A M. Papilio* Voss. 1. et Lov. 1. *a M. Popilio* Voss. 2. Lov. 4. Flor. Gaertn. et Hav. *a M. Pompilio* Leid. ambo, Lov. 2. 3. 5. Pert. et fragm. Hav. *a M. Pompilio* Hearnii Oxon. L. 2. *a M. Pomponio* ejusdem L. 1. Sed 'Lænas' cognomen est Popilliorum: id autem nomen cum duplice liquida *Popillius* scribendum esse, Sigonius docuit hoc lib. ad c. 12. § 1. Deinde vox *decem* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. τὸ est autem in Lov. 2. Numeri denarii notam *X*, sed virgula trajectam, a librariis interdum omissam fuisse, alibi inferius videbimus. Ceterum Pighius in Annal. ad a. CCCXCVI. p. 283. C. Licinium Stolonem hoc anno a M. Popillio Lænate sua lege damnatum referens, et p. 284. hujus anni prætorem M. Popillium Lænatem fuisse existimans, in ea videtur fuisse opinione, eum apud prætorem hunc accusatum, et ab eodem damnatum esse, præsertim quum inter magistratus hujus anni nullum alium M. Popillium Lænatem memoret. Mihi tamen verius videtur, M. Popillium Lænatem non judicem in hac caussa consedisse, sed potius Stolonis accusatorem exstitisse propter locum Valer. Max. id expresse dicentis VIII. 6. § 3. 'Quam ob caussam, a M. Popillio Lænate accusatus, primus sua lege concidit:' 'damnare' itaque hoc loco notabit, efficere accusatione, ut a judice damnetur. Ita Varro de Re Rust. II. 2. 'Emtor potest ex emto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis non solverit nummos.' Cic. pro Cluent. cap. 3. 'Corrupisse dicitur A. Cluentius judicium pecunia, quo inimicum suum innocentem Statium Albium condemnaret.' Val. Max. III. 7. § 6. 'Quum L. Crassus ex consulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad speculanda acta sua venisset:' ad quem locum videndus est Vorstius. v. 4. ex. 4. 'M. Cotta Cn. Carbonem, a quo pater ejus damnatus fuerat, postulavit, peractumque rem judicio adfixit.' Et ita, si veteres edd. se-

Digitized by Google

quamur, locutus est auctor Epit. Liv. lib. XLVII. 'Aliquot prætores a provinciis avaritiæ nomine accusati et damnati sunt.' Sed lectionem illam Sigonius deinceps mutavit; cui codd. mei consentiunt. Plura de verbo 'damnare' hoc sensu vide apud Brisson. de Verb. Signif. in voce 'Condemnare,' et in voce 'Damnare.' Passer. ad Cic. orat. pro Cæcin. c. 12. atque Arntzen. ad Aur. Victor. in Vir. Inlustr. c. 63. § 1. Ipsum autem Livium ita etiam locutum existimo XXXV. 10. 'Ædilitas insignis eo anno fuit M. Æmilii Lepidi et L. Æmilii Paulli. Multos pecuarios damnarunt.' Verbum enim 'damnare' ibi eodem sensu accipiendum esse, patet ex altero loco Liv. XXXIII. 42. 'Ædiles plebis, &c. multos pecuarios ad populi judicium adduxerunt: tres ex his condemnati sunt.' Conjectura autem ductus non alio sensu illud verbum accipio XXXVIII. 35. 'Duodecim clipea aurata ab ædilibus curulibus sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.' Et mox, 'Collega ejus A. Cæcilius neminem condemnavit:' ubi etiam eo sensu verbum illud accipiendum, docent præcedentia, 'Nam separatim accusaverant.' Similiter 'multare' pro efficere accusatione, ut a judicibus multentur, est X. 31. 'Q. Fabius Gurges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multavit.' Conjicio itaque M. Popillium Lænatem, et quidem forte non eum, qui consul memoratus est c. 12. et ter adhuc infra eamdem dignitatem gessisse legitur c. 17. 23. et 26. sed alium quemcumque gentis Popilliæ, hoc anno fuisse ædilem, eumque C. Licinium Stolonem ad populum accusasse; populum vero eum damnasse. Certe ædiles in eadem causa accusatores memorantur X. 13. 'Eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus; quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent, nec quisquam ferme est purgatus.'

Quod mille jugerum agri cum filio possideret] Ita primus edidit Aldus. Priores, quibus usus sum, præferunt *mille jugerum agrum*. Cum Aldo autem stant omnes codd. nisi quod *mille jugera agri* habeant Lov. 4. et 5. Adparet, indoctis librariis displicuisse genus locutionis *mille jugerum*, quum tamen 'mille passuum,' 'mille militum,' 'mille talentum,' ac similia in Livio frequentissime obcurrant. Vide ad V. 26. § 5. 'Jugera agri,' ut VIII. 21. 'Bina jugera agri acceperunt.' XLII. 34. 'Pater mihi jugerum agri reliquit.' Colum. Præfat. lib. I. 'Accepta, quæ viritim dividebantur, captivi agri septem jugera non minus industrie coluerit, quam fortiter armis quæsierat.' Aur. Vict. in Vir. Inlust. c. 20. 'Ne cui plebeio plus centum jugera agri habere liceret.' c. 73. 'Legem tulit, ut veteranis centena agri jugera in Africa dividerentur.' Valer. Max. III. 3. ex. 5. 'Decretis etiam a senatu septenis jugeribus agri populo:' qui ita sæpe locutus est. 'Jugera soli' Colum. I. 3. 'Deferente populo præmii nomine quinquaginta soli jugera.' Neutram tamen aliarum lectionum, quas vel editi priores, vel Msti Lov. præferunt, quasi minus Latinas, rejicio; ut enim 'ager mille jugerum,' ita 'paucorum jugerum silva' apud Horat. Od. II. 16. 29. 'Puræ rivus aquæ, silvaque jugerum Paucorum, et segetis certa fides meæ.' Et ita Æolum. in Præfat. lib. I. 'Ad eosdem juvencos et quatuor jugerum avitum hærediolum redierit.' Verum vulgatum præfero præstantissimorum codd. fide.

Emancipandoque filio fraudem legi fecisset] Post hæc verba non admodum apte cohærent sequentia, nempe hæc 'prohibitum deinceps per tribunos plebis leges in castris ferri.' Nec dubium est, per inscitiam scribæ

Digitized by Google

e margine in contextum translata. *Gelen.* Quæ verba tamquam glossema deleta sunt a Gelenio, et, qui eum secutus est, Frobenio 1535. desunt etiam in omnibus meis Mss. præterquam in Flor. Sed in ejus contextum tot lemmata non modo hoc, sed et præced. ac seqq. capitibus recepta sunt, ut vel ex eo, quod invitis reliquis hæc verba servet, glossematis illa suspecta fieri possint. Præterea desunt in edd. Rom. 1472. et Parm.

CAP. XVII. § 1 *Et M. Popillius Lænas iterum, duo bella*] Nihil minus credibile est, quam a Livio voculam *secundum* adjectam fuisse Ambusto, *iterum* Lænati. Quæ illæ deliciæ? Sed et plane Rott. *Lænas II. duo.* Id rursus erat pronunciandum *secundum.* Quod si vox *iterum* in aliis Mss. tota fuit expressa, opiner Livium scripsisse *Popillius Lænas II. iterum duo bella.* Nam et præcedenti tot fuerunt. *Jac. Gron.* Merito vulgata lectio Gronovio displicuit, quæ demum recepta fuit in postremam ed. Gruteri. Omnes priores præferunt *M. Fabius Ambustus II. et M. Popilius,* vel *Popillius, Lænas II. duo bella habuere:* nisi quod Sigonius pro *II.* utroque loco ediderit *iterum.* Codd. etiam, quoscumque vidi, vel quorum excerptis usus sum, ut et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. utroque loco vel *II* vel *II°.* vel *secundo* præferunt: hinc *secundum,* pro *iterum,* in contextum admittendum censui. Præterea particula *inde* non adparet in Lov. 2. Harl. 2. et Gaertn. neque conjunctio *et* in Leid. 2. et Lov. 1. Et passim eam inter duorum consulum nomina pro arbitrio suo ab librariis vel additam, vel omissam esse, dictum est ad II. 16. § 7. Deinde *Popilius* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 3. 4. Hav. aliique. *Pompilius* Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad cap. præc. § 9. Tandem vox *duo* omittitur in Leid. 2. ac Lov. 1. et 2. Sed eam male superesse crediderunt librarii ob vocem *secundum* præcedentem, notis numeralibus *II.* vel *II°.* scriptam.

§ 2 *Facile alterum cum Tiburtibus, quod Lænas gessit*] *Cum Tiburtibus M. Lænas gessit* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Ceterum verba *cum Tib., quod, &c. Turq. alterum* desunt in Lov. 3. culpa librarii, cui *τῶν alterum cum* et *alterum conī.* repetitio erroris occasio fuit.

Falisci Tarquiniensesque] Ante hæc verba in Flor. sequentia reperiuntur: *Falisci et Tarquinienses primo bello, quod fanatico ambitu gesserunt, superiores, victi postea castris exuuntur:* quæ olim pro lemmate margini adjecta fuerant. Vide ad cap. XV. § 2. Copula *que* deerat in Lov. 5. Mox *alterum consulis,* pro *consulem,* Voss. 1. *alterum consulum* Gaertn. Vide ad IX. 32. § 2. Ei uni tamen credendum, ac reliquis omnibus fidem abrogandam non videtur. Potius diversitatem hanc lectionis ex male exposito compendio *coī.* natam puto. Vide ad X. 10. § 2.

§ 3 *Facibus ardentibus anguibusque prælatis*] Hoc ut facile intellectu est, ita factu difficile: quare explicandum erat hoc pluribus, quam hic fecit, verbis. Illud etiam 'lymphati et attoniti munimentis suis trepide agmine inciderunt,' de Romanis intelligo. *Glar.* Obscure hoc a Livio dictum esse, ait Glareanus: at Frontinus II. 4. ex. 18. et 19. 'Falisci et Tarquinienses, complaribus suorum in habitu sacerdotum subornatis, faces et angues furiali habitu præferentibus, aciem Romanorum turbaverunt. Idem Veientes et Fidenates facibus arreptis fecerunt.' De his autem sic scribit Florus I. 12. § 7. quasi rem exponens: 'Fidenæ, quia impares erant ferro, ad terrorem movendum facibus armatæ, et discoloribus serpentum in modum vittis furiali more processerunt.' Quod autem ait Florus de anguibus Fidena-

Digitized by Google

tum, id non est apud Livium, qui sic loquitur IV. 38. 'Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens, velut fanatico instincta cursu in hostem ruit.' *Sigon.* Haud putandum, veros fuisse angues, sed vittas colore anguineo, quæ vento agitatæ vivere visæ. Ita sane interpretatur Florus I. 12. qui simile quid Fidenatibus adscribit. Hinc lepide Statius Papinius Achill. I. 11. 'Nec mea nunc primis angescunt tempora vittis:' sic enim Mss. nostri: inepte hactenus edd. *albescunt.* Accommodandus igitur et huic opinioni locus Frontini Strategem. II. 4. ex. 18. Nimirum hi milites hostibus persuadere volebant, se veras esse Cocyti Furias, pœnam sumturas de eorum sceleribus. Hinc legimus apud Pausaniam in Laconicis c. 19. 'Polyxo, ulcisci in Helenæ Tlepolemi necem volentem, ubi Helenam in potestate habuit, immisisse in eam lavantem ancillas Furiarum habitu, quæ comprehensam, quam ad arborem suspendissent, laqueo necarunt,' &c. Furiarum crines constare ex veris anguibus, notum ex poëtis, versuque Virgilii 849. Æneid. VII. Unde lepida figura Statius parricidio fratrum intermiscet Furias XI. 405. 'Frena tenent ipsæ, phaleraque et lucida comunt Arma manu, mixtisque jubas serpentibus augent.' Argute etiam Claudianus Paneg. in Honorium III. 138. 'Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum Colla levant; multusque tumet per nubila serpens Iratus stimulante Noto, vivitque receptis Flatibus, et varie mentitur sibila tractu.' *Grut.* In loco Statii *angueseunt* ante Gruter. ex Ms. legendum monuit Bernartius. Verum receptam lectionem adversum eum et adversus Schottum *angescunt* legentem, defendit Barthius. Cetera *anguibus prælatis*, sine conjunctione *que*, est in fragm. Hav. *prælectis* in Lov. 5. Paullo ante verbum *fuit* nescit Gaertn. in verbis autem seqq. *incessu*, pro *incessu*, habent Klockian. et ed. Mediol. 1480. errore scribarum.

Et tum quidem velut lymphati et attoniti nunimentis suis trepido agmine inciderunt] *Et tum* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad *Livii* II. 12. § 15. Vulgatam lectionem Flor. Harl. ac Klockian. servasse videntur. Sed alteri favet etiam Hav. *et cum* præferens, sollemni scribarum lapsu. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. Tum *quidem* Leid. 2. de quo errore vide ad XXXIX. 17. § 5. Deinde *lymphatici* Lov. 4. 5. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Ita X. 28. 'Victorem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat.' Quum tamen optimi codd. vulgatum servent, illud præferendum non dubito. Silius Ital. I. 458. 'ruit ocius amens Lymphate cursu, atque ingentes deserit actus:' ubi vide quæ notantur. Denique *trepide agmine inciderunt* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Deinde ubi consules legatique ac tribuni*] Lege *consul.* Muretus. Recte ita Muretus. Nam unus tantum aderat Fabius consul: cujus collegæ Popillio evenerat bellum cum Tiburtibus gerendum. Illud *consules* autem primum mihi obvium fuit in ed. Froben. 1531. qua priores vel *consul*, vel *cos.* dederunt. Variant etiam codd. quidam enim præferunt *consules:* sed *cons.* est in Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *consul* in Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quam lectionem contextui reddidi. Præterea vox *deinde* exulat ab Lov. 3. Tum *legati atque tribuni* Lov. 4. quem non audiendum censeo. Vide ad II. 31. § 1.

Puerorum ritu cuncta miracula paventes inridebant] *Paventi* Flor. a m. pr. pro quo postea factum *pavendum:* quod nullo modo ferri potest. Mox *avertit* Port. a m. sec.

Digitized by Google

In ea ipsa, quæ fugerant, velut cæci ruebant] *In ea signa, quæ fugerant* Leid. 1. *in eos ipsos, qui fugerant arma, velut* Lov. 4. Hearne etiam auctor est, se in Oxon. C. invenisse *in eos ipsos, qui fugerant:* unde nasci posset suspicio, legendum esse *in eos ipsos, quos fugerant.* Id tamen non placet; nam non tam ipsos hostes, quam eorum ornatum furialem fugerant. Præterea *in ea ipsa, quæ fug., velut cæci ruebant arma* Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *in ea ipsa, quæ fug. arma, velut cæci ruebant* Lov. 5. Sed, vocem *arma* ab indocto glossatore primum margini adscriptam, et postea ab indoctiore librario in contextum receptam esse, existimo.

§ 5 *Discusso itaque vano adparatu hostium*] *Diffuso* Voss. 1. in contextu, et Lov. 5. Male. Vide ad II. 52. § 7. Tum *uno apparatu* Harl. 1. Male. Solitos fuisse librarios ita errare, dicam ad VIII. 27. § 2. *Vano apparato* Flor. et Leid. 1. a m. pr. Neque illud probandum. Vide ad I. 16. § 7.

Quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem] *Quum ipsos armatos* Voss. 2. et Lov. 3. omissa præpositione, quam intercepit vocis præcedentis litera finalis. Vide ad X. 13. § 3. De locutione 'inferre se in aliquem' vide ad III. 5. § 7. Præterea *avertunt* Lov. 5. errore inde orto, quod scriptum fuerit *avert'unt*, et additam notam librarius omiserit. Vide ad XL. 14. § 10. *Adverterunt* fragm. Hav. 'Avertere' est in fugam vertere. Vide ad I. 27. § 3. Denique *aciem totam*, mutato ordine verborum, Lov. 2. et Harl. 2.

Præda ingenti parta victores reverterunt] *Parta ingenti præda* Gaertn. Deinde *victores Romam reverterunt*, addita voce, Hearnii Oxon. L. 1. Sed vocem *reverterunt* contra non agnoscit Voss. 2. *revertuntur* habet Hav. Sed vide ad VI. 29. § 8.

Militaribus jocis quum adparatum hostium, tum suum increpantes pavorem] *E militar. locis* Hav. frequenti scribarum errore. Vide ad XXXVI. 14. § 4. Hinc *tum apparatum hostium* Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, sed eorum primus a m. sec. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii N. et C. Similiter exstat in Flor. sed a manu recentiori, quum olim a m. pr. *cum* exaratum fuisset. Plura vide ad VI. 23. § 3.

§ 6 *Concitatur deinde omne nomen Etruscum*] Sic Diodorus lib. XVI. p. 529. Τυῤῥηνοὶ δὲ διαπολεμοῦντες Ῥωμαίοις ἐπόρθησαν πολλὴν τῆς πολεμίας χώρας, καὶ μέχρι τοῦ Τιβέρεως καταδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν. *Sigon.* Ante hæc verba glossema marginale *Hetruscorum omnium concitatio* in contextum recepit librarius Flor. Vide ad c. 15. § 2.

Et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt] Vocula *et* non legitur in Lov. 5. Tum *Tarquiniensibus Faliscis ducibus*, omissa conjunctione *que*, Lov. 2. Deinde *pervenerunt* Gaertn.

Adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus] *Adversus eum dictator terrorem* trajectis vocibus Voss. 1. Hinc C. *Mancius*, vel *Martius*, *Rutilius* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. ambo, Port. Gaertn. Hav. et pleræque edd. quomodo sæpe alibi fuit peccatum. Vide hoc lib. c. 21. § 4. c. 22. § 7. c. 38. § 8. IX. 17. § 8. cap. 33. § 1. et alibi. Eodem cognomine una sunt gentes Virginia et Nautia, in quibus etiam similiter scribæ lapsi sunt. Vide ad IV. 35. § 4. *C. Marcius Utilius*, prima litera cognominis omissa, Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. *M. Rutilius* habent edd. Rom. 1472. et Parm. Tum vox *dictus* non adparet in Flor. Mox *Plaucius*, pro *Plautius*, Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav.

§ 7 *Patribus indignum videri, etiam dictaturam in promiscuo esse*] Lege *etiam dictat. jam in promiscuo esse*, quemadmodum habent scripta exemplaria. *Gelen.* *Indignum Patribus vi-*

deri alio ordine Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *jam dictat. etiam* Lov. 4. *et jam dictat. etiam* fragm. Hav. *etiam dictat. jam*, ut Gelenius in Mss. invenit, præferunt reliqui mei omnes, et Hearnii Oxonienses, nisi quod unus ejus B. et ex meis Lov. 3. Harl. 2. Port. et Hav. edd. vett. adstipulati, non agnoscant vocilam *jam*. Deinde *in promisco esse* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad III. 47. § 7.

Omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad bellum decerneretur] *Omni ope*, sine copula *que*, Hav. Tum *ne quid ad id bellum dictatori decern.* Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *ne quid ad illud bellum dictator decern.* Leid. 2. Tò *ad* deficit in Voss. 2.

Eo promtius cuncta, ferente dictatore, populus jussit] *Ferenda dictatori* Harl. 1. cujus librarius sensum Livii non intellexit. Quæ dictatori ad bellum necessaria erant, non ipsi ferri, sed decerni, debebant. De iis itaque dictator tulit ad populum, populus eadem illa promte jussit. Omnia autem hæc verba scribæ culpa omittuntur in Leid. 2. At contra post illa in Flor. hæc, quæ olim lemmatis loco margini adscripta fuerant, in contextum recepta sunt: *C. Marcius Utilius dictator primus ex pleba dicitur: magistrum eqe plebeium Plaucium creat.* Vide ad c. 15. § 2. Ceterum ex hoc loco non colligendum videtur, jus decernendi ea, quæ ad bellum gerendum, aut provinciam administrandam necessaria erant, fuisse penes populum: id enim penes senatum fuisse docuit Sigonius de Jur. Provin. II. 1. p. 272. sed potius dictatorem ideo de illis ad populum tulisse, quoniam factione patriciorum senatus ea decernere recusaret. Eodem modo duces re bene gesta ex provinciis reversi, immo ipse hic C. Marcius Rutilus dictator, de triumpho, quem a senatu, cui jus triumphum concedendi competebat, impetrare non poterant, ad populum tulisse, et ab eo impetrasse leguntur. Vide mox hoc cap. et III. 63. atque alibi.

§ 8 *Prefectus ab urbe, utraque parte Tiberis ratibus exercitu, &c. trajecto*] *Profectusque ab urbe* fragm. Hav. Tum *ratibus* deest in Harl. 2. Ejus autem loco *noctibus* præfert Harl. 2.

Multos populatores agrorum vagos palantesque oppressit] Lege *popul. agr. vagos palantes oppressit* absque conjunctione. *Gelen.* Conjunctionem nulli meorum agnoscunt, exceptis Port. a m. sec. et fragm. Hav. Ceterum *populatores agrorum trajectos vagos populantes oppressit* præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *trajectos* ex verbis præcedd. huc inrepsit.

§ 9 *Octo millibus hostium captis, ceteris aut cæsis, aut agro Romano fugatis*] Lege *ex agro Romano*, addita præpositione *ex*. Gelen. *Quatuor millibus*, vel *IIII. millibus*, editi priores usque ad Mediolan. qui a. 1495. dederunt, quod, uno vel altero editorum excepto, servarunt reliqui omnes, et firmant codd. scripti. Deinde *aut cæsis* desunt in Harl. 1. quorum loco *aût cæsis*, id est *autem cæsis*, præfert Lov. 2. Tum *ex agro Romano* omnes mei, Gelenii codicibus consentientes. Tandem *fuga fugatis* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 10 *Quia nec per dictatorem*] Vet. lib. *Et quia nec per dictat.* Sigon. Ita etiam Lov. 3. Port. Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. Sed nihil mutandum esse, monuit Gronov. ad XXXVII. 20. § 7.

Nec per Popilium consulem comitia consularia haberi volebant] Melius vetus lectio *nec per consulem*; ut *plebeium* utroque referas, tam ad *consulem*, quam ad dictatorem. *Popilium* primo aliqnis inter lineas adscripsit explanandi causa, deinde in contextum ea vox, ut sæpe fit, irrepsit. *Gelen.* Vocem *Popilium* nulli meorum codd. agnoscunt. Sed *cons. nec d' comitia*

Digitized by Google

habet Flor. *nec per quos comitia* Klock.

Res ad interregnum redit] *Reddit* Lov. 5. *rediit* Leid. 2. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad XXXVI. 35. § 2. Paullo ante vox *Fabius* deest in Voss. 2. Sed *Favius* præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. Ceterum post hæc verba lemma hoc marginale Flor. in contextum recepit: *Interreges VIII. ne comitia per magistratus plebeios haberentur.* Vide ad c. 15. § 2.

§ 11 Q. *Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius*] *Hala* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et edd. priores. *Adhala* Klockian. Vide ad Epit. Liv. lib. IV. Deinde *coñ. Manlius* Leid. 1. et Lov. 3. *coñ. Manlius* Gaertn. *C. Manlius* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Mox C. Fabii prænomen omittitur in ed. posterius memorata.

L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabius] Duorum priorum interregum prænomina ac nomina omiserunt Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Q. Æmilius Servilius* præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. Tum iterum *M. Favius* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. Vide modo ad § 10.

§ 12 *Intercedentibusque tribunis, interrex Fabius aiebat*] Vet. lib. *tribunis plebis.* Sigon. Vox, quæ in vet. lib. Sigonii additur, in nullo meo adparet. Neque etiam necessaria est. Vide ad II. 56. § 1. Deinde *interea Fabius aiebat* Hav. quomodo etiam peccatur IV. 7. § 10. ubi vide.

Ut, quodcumque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset] *Id jus ratumque esset*, ad præcedentia referri debet, ut ex oratione App. Claudii censoris IX. 33. postea patet, A. U. C. CDXLV. *Glar.* Vocula *id* deest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Infra XXXI. 32. 'Quod tum referatur decernaturque, ut perinde ratum sit,' &c. ubi tamen vide. At superest loco a Glareano laudato IX. 33. 'Quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset:' et c. 34. 'Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit.' Rei inlustrandæ Klockius ad marginem Livii adscripserat locum ex Cic. orat. pro Balb. c. 14. Tamen id esset, quod populus postea jussisset, ratum:' ad quem locum vide Abram. Inlustrandæ vero locutioni Jac. Perizonius adscripserat locum Livii XXXI. 32. 'Ut perinde jus ratumque sit, ac si in Panætolico aut Pylaico concilio actum esset.'

Jussum populi et suffragia esse] *Jussu populi et suffragio*, ultima voce omissa, Lov. 2. *jussu populi et suffragia esse* Leid. 2. et Lov. 1. *jussum populi ut suffragia esse* Gaertn. obvio scribarum errore. Vide ad XXI. 28. § 8.

§ 13 *Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia*] Ita primum editum video a Sigonio, quum priores exhibeant, omissa conjunctione, *Quum intercedendo.* Non dubito, quin ita in veteri libro invenerit, quoniam eadem lectio mihi quoque obvia fuerit in Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. neque multum inde diversus Lov. 2. præferat *Et quum intercedendo.* Sed quum reliqui mei, atque inter eos optimi omnes, et Hearnii Oxon. N. et L. 2. priorum edd. scripturam probent, eam etiam genuinam esse puto: et vix dubito, quin conjunctio *que* interposita sit ab iisdem aut similibus interpolatoribus, qui τὸ *et* § 10. addiderunt. Ex contextu itaque ejeci. Præterea *ut differrent comitia*, id est *differrentur*, Lov. 4. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Duo patricii consules creati sunt, C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die] Si quidem hic locus bene habet, a. CCCXCI. VII. 2. non recte *T. Sulpicius* legitur, nec a. CCCXCIV. c. 9. *L. Sulpicius:* sed utroque in loco *C. Sulpicius* legendum, quippe qui numquam antea consul invenitur, etiamsi tribunus mi-

Digitized by Google

litum consulari potestate. Sed nihil ad hanc supputationem. Diodorus item Siculus lib. XVI. p. 529. *C.* vocat in Philippo, Alexandri magni parente. *Glar.* Videtur ab Livio fuisse rotundius, *duo patricii consules creati, C. Sulpicius Pæticus, M. Valerius Poplicola, eodem die magistratum inierunt.* J. F. Gron. Simili modo alium locum emendavit Gronovius VI. 5. § 7. Et quidem conjecturæ ejus hoc loco favent non nihil Harl. 2. et Hav. qui quidem τὸ *sunt*, quod ejiciendum putavit, servant, sed tamen voculam *que*, quam itidem expungit, non agnoscunt. Quum tamen omnes reliqui codd. et *sunt* et *que* uno ore tueantur, nondum τῷ πάνυ adsentiri possum; quem in his interdum nimium esse, dixi ad III. 22. § 1. Vide etiam ad XXI. 36. § 4. Ceterum voces duæ priores *duo patricii* desunt in ed. Rom. 1472. quas editor non necessarias existimasse videtur, quod cap. seq. Livius etiam dixerit 'patricii consules ambo.' Præterea *C. Sulpicius Penus*, vel *Pœnus*, Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *C. Sulpicius Petitus* Lov. 2. Hearnii Oxon. C. editionesque usque ad Froben. 1535. *C. Sulpicius Petitus* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. sec. Cognomen autem omittunt Lov. 4. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed recte *C. Sulpicius Peticus* est in Flor. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo et Frobenius 1535. reposuit, et reliqui editores servarunt; nisi quod postuma Gruteri ἔκδοσις *Poëticus*, Gronovius *Pæticus* habeant, qui idem error ab ipsis etiam alibi commissus est. Vide hoc lib. ad c. 2. § 1. Deinde *C. Valerius* Lov. 4. invitis reliquis. Male. Infra enim cap. seq. et, ubi iterum consul creatur, c. 19. constanter *Marci* prænomen ei datur. Denique *magistratus inierunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. contra morem Livianum, qui plerumque 'occipere,' 'inire magistratum' numero singulari, licet de pluribus loquatur, dicere solitus est. Ita mox cap. seq. 'Patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere.' v. 9. 'Tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.' Et sæpe alibi.

CAP. XVIII. § 1 *Quadringentesimo anno, quam urbs Romana condita erat*] Vellem hercule, Livium sæpius, quam fecit, annorum ab Urbe condita meminisse. Cæterum ex hoc loco satis constat, post annum CCCLXXXVI. omissum annum esse: et, quod statim hic sequitur, 'quinto et trigesimo, quam a Gallis recepta,' optime habere: quando captæ Urbis anni fuerant, Camillo ad finem V. 54. numerante, trecenti sexaginta quinque: quibus si addideris XXXV. emergent CD. Quod vero deinde sequitur, 'ablato post nonum annum a plebe consulatu,' non item bene. Est enim hic duodecimus annus a primo plebeio consule. Ergo legendum *post undecimum annum*. Errorem natum hinc credo, quod IX. ac XI. numeri facile fallunt. *Glar.* *Qua urbs Romana*, ultima litera, quæ per lineam suprascriptam notata erat, omissa, Lov. 3. *quo urbs Romana* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Male: *quam* enim hic est 'postquam,' ut sæpissime apud Livium obcurrit. Vide ad XXVIII. 16. § 14. Deinde vox *Romana* deficit in Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Et potest etiam abesse: *urbs* enim per excellentiam est urbs Roma. Verum ita locutus etiam est IV. 7. 'Anno trecentesimo decimo, quam urbs Roma condita erat.' Reliquis itaque vulgatum servantibus, nihil mutandum puto. Denique *esset* Harl. 2. Port. et Hav. Sed, etiam hoc loco receptam lectionem præstare, evincit reliquorum codicum in eam consensus, et non modo locus ex lib. IV. laudatus, verum etiam exempla ad d. loc. lib. XXVIII. adlata.

Digitized by Google

Quinto tricesimo] Vet. lib. *quinto et tricesimo*. Sigon. Ita etiam Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *quinto et tricesimo anno* alia adhuc voce locupletior Lov. 3. Sed hac liberalitate non utor, adversantibus codd. reliquis, et cum illis optimis omnibus. Nam sæpius Livius in conjungendis duobus numeralibus omittit conjunctionem, ubi ab aliis adhiberi solet. Infra XXII. 54. 'In singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos dederunt.' Vide ad XXIX. 37. § 6.

Quam a Gallis recepta] Membr. Thuan. *reciperata*. Cujus in vicem ni satis constaret illud esse subjectum, deprehendi posset ex lib. XXX. c. 12. 'Sibi quidem, dicere, nihil esse in præsentia pulchrius, quam victorem reciperatum tanto post intervallo patriam invisere regnum:' ita omni odo Mss. Vulgo interpositum est etiam τὸ *receptum*. Voss. et Chiflet. *reciperet*. J. F. Gron. *Reciperata* etiam Flor. atque Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et C. una litera exsulante: *reciperat* Leid. 1. *recuperata* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. ambo, Port. a m. pr. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. Reliqui damnatum *recepta* servant. Verum et *recuperata* et *recepta* ex interpretatione τοῦ *reciperata* nata sunt, quemadmodum sæpe alibi accidit. Ita confunduntur 'reciperare' et 'recuperare' II. 53. §. 5. III. 53. § 10. V. 51. § 3. hoc lib. c. 22. § 9. XXX. 30. § 13. et alibi. Vide Modium et Gebhardum ad Liv. II. 2. § 6. Modium ad III. 23. § 4. Gebhardum ad Cic. ad Famil. XII. 2. et Cortium ad Plin. Epist. III. 20. § 9. Similiter 'recuperare' et 'recipere.' Vide Modium ad Justin. I. 10. § 1. Auctor autem est Vossius in Etym. Ling. Lat. ea voce, antiquos *reciperare*, recentiores *recuperare* dixisse. Hinc, recentiorum consuetudine standum esse, pronunciat Dausquei. in Orthogr. part. II. hac voce. Ego tamen cum Gronovio codd. scriptos, præsertim melioris notæ, sequor, et *reciperare* eorum auctoritate recipere non dubito; iis autem invitis vulgato standum judico. Insuper præpositio *a* deficit in Port. et Harl. 2.

Ablato post nonum annum a plebe consulatu] *XI.* corrigendum est, id est, *undecimum*. Tot enim anni sunt, ex quo plebeiis patuit consulatus. Error ex notis natus est, *IX.* et *XI.* ['Hæc Glareanus de verbo ad verbum. Sigonius vero, quod is prior correxit, quasi ipse primus hoc invenisset, adducit.'] *Sigon. Oblato post nonum anno* Hav. *ablato post nonum annum* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Leid. 1. Flor. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *ablato post modum annum* Klockian. *ablato post XII. anno* Port. *ablato post XII. annum* Voss. 1. et Lov. 1. ac 5. *ablato post duodecimum annum* Leid. 2. et Harl. 2. Ratio tamen temporis exigit, ut cum Glareano ac Sigonio legamus *ablato post undecimum annum*; quomodo Hearnius in Oxon. L. 1. B. et C. atque in margine codicis N. esse monuit. Eamdem emendationem probavit etiam Henricus Dodwellus de Cyclis Dissert. X. 81. et in Chronol. Græco-Romana, Dionysio Halic. subjuncta, p. 41. ad annum Catonianum Urb. Cond. CD. Præterea *ab plebe* Port. et Hav.

Ex interregno magistratum iniere] *Consulatum iniere* Hearnii Oxon. B. quod ex interpretatione alterius ortum esse censeri debet. *Magistratum ineunt* ejusdem codex N. *magistratum inierunt* Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Hav. et edd. quas vidi, usque ad Aldum. Is autem *iniere* primus substituit, ut reliqui codd. præferunt.

C. Sulpicius Peticus tertium] *C. Sulpicius Petitus* Voss. 1. et Lov. 1. *Sulpicius Petitus*, sine prænomine, Voss. 2. et Leid. 2. *Sulpicius Potitus* Lov. 2. *C. Sulpicius Potitus* Hearnii Oxon. C. *C. Sulpicius Petus* ejusdem cod. L. 2. Cn. *Sulpicius Petus* Lov. 4. *C.*

Digitized by Google

Sulpicius Penus Lov. 5. *C. Sulpicius* sine cognomine Harl. 2. Port. et Hav. *Cn. Sulpicius* Hearnii Oxon. B. *Sulpicius* sine prænomine et cognomine Gaertn. *Sulpicius Peticus* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *Cn. Sulpicius Peticus* Hearnii Oxon. N. *C. Peticus* Klockian. *C. Potitus* primæ edd. pro quo Aldus dedit *C. Sulpicius Potitus*, idque ad Sigonium usque obtinuit, qui *C. Sulpicius Peticus* vulgari curavit: ultima Gruteri *C. Sulpicius Pœticus* recepit; Gronovius *C. Sulpicius Pœticus*, quam lectionem præfert etiam Florent. Sed vera est lectio Sigonii, quæ in Harl. 1. superest. Vide ad hujus lib. c. 2. § 1.

§ 2 *Empulum eo anno ex Tiburtibus*] *E Epulum eo anno* Leid. 1. *Est Epulum eo anno* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *Æapulum* Flor. a m. pr. *Æapulum* a m. sec. *Emæpulum* Harl. 1. *Epullum* Voss. 2. *Etpulum* Lov. 2. *Epulum* Lov. 1. 3. 4. 5. Port. Harl. 2. Gaertn. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Empulium* priscæ edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *Empulum* substituit. Verum alibi hujus loci mentio non obcurrit. Præterea verba *ex Tiburtibus* omittuntur in Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 1.

Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio] Particula *quoque* deficit in Harl. 2. et Port. Tum *vastati sunt agri* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *a Sulpicio* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et edd. Aldina priores. Paullo ante *bellum id gestum est*, pro *ibi gestum est*, sulos Hav.

§ 3 *Domi majus certamen consulibus cum plebe*] *Dum majus cert.* Lov. 4. *Domi magis certamen* Leid. 1. solito scribarum errore. Vide ad XXVI. 41. § 16. *Domi magnum certamen* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Deinde *consulum* Leid. 2. Lov. 1. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *consulis* Lov. 4. *consules* Gaertn. quod nequis putet dictum esse ad exemplum illius Virgiliani Ecl. VI. 16. 'Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.' Est enim natum ex ignorantia librariorum, qui per compendium scriptam vocem *cons.* qua ratione reddere deberent, minime adsecuti sunt. Vide ad X. 10. § 2.

Fidei jam suæ, non solum virtutis, ducebant esse] *Dicebant* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quomodo infinitis locis scribæ erraverunt. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. 'Ducere' autem, ut IX. 22. 'Id bellum tantum ducere, quod urbem obpugnabat.' Tum verbum *esse*, quod omittunt edd. principes, sed in scriptis constanter superest, recte ab Aldo in contextum receptum est. Mox in verbis seqq. *ut acciperent duo patricii*, pro *accepissent*, male est in Leid. 1. Deinde *duobus patriciis mandare*, pro *ambobus*, Hearnii Oxon. B. et Harl. 2.

§ 4 *Quin aut toto cedendum esse*] *A toto credendum esset* vitiosissime Hav. *aut toto credendum est* Gaertn. *aut toto cedendum esset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. uterque, Port. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. ac B. edd. principes. *Aut toto cedendum est* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Patet, librariis iterum displicuisse orationem infinitivam. Vide ad I. 50. § 5. Recte itaque Froben. a. 1531. *esse* restituit, quam lectionem tuentur Flor. Lov. 1. et Klockian.

Si plebeius jam magistratus fiat consulatus, aut possidendum totum] Vet. lib. *si plebeius jam magist. cons. fiat, aut totum possid.* Sigon. Similiter omnes mei, et Hearnii Oxonienses.

Quam possessionem integram a Patribus accepissent] Lego *cujus possessionem*. Klock. Quum omnes codd. in vulgatum conspirent, Klockio minime adsentior, qui non adsecutus est haud protritam elegantiam sermonis Liviani hoc loco. Subfecisset *totum possidendum, quod integrum a patr. acc.* Verum quum interponat inlustrandi qua-

Digitized by Google

si gratia vocem *possessionem*, ei etiam pronomen recte convenit. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 17. § 4. Ceterum *ab patr. accep.* Hav. *accep. a patr.* Harl. 2.

§ 5 *Plebes contra fremit: Quid se vivere*] *Contra plebs fremit* edd. principes, pro quo Aldus dedit *Plebs contra*, ut habent Voss. 2. Leid. 2. Lov. quinque, Port. et Hav. Deinde Jac. Gronovius subposuit *Plebes contra fremit.* Et ita est in Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. utroque, Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad I. 20. § 6. Deinde *Quid si vivere* Leid. 2. *Quiete vivere* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. Utramque illam lectionem jungens, *Quid si vivere quiete* præfert Gaertn. Mox *censeriis*, pro *censeri*, Hav. *censeris* Leid. 1. ubi litera sibilans fini vocis adhæsit ex principio sequentis. Deinde *siq;*. pro *si quod*, Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8.

Virtute, L. Sextii ac C. Licinii, partum sit, id obtinere universi non possint] *C. H. S*, pro *C. Licinii*, Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. *C. Lucinii* Voss. ambo. Tum *paratum sit* Leid. 2. Vide ad v. 6. § 1. *Parum sit* fragm. Hav. a m. pr. Deinde *si id obtinere*, repetita vocula *si*, quæ jam præcessit, Gaertn. *id obtineri* Harl. 2. *obtinere id non possint universi* fragm. Hav. *non possunt* Lov. 2. At voces *partum sit, si id obtinere universi non possint? vel* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et Lov. 3.

§ 6 *Si quod tristius sit imperii nomen, patiendum esse potius*] Tò *quod* exulat a Lov. 3. *si quid tristius sit imp. nomen* habent Port. Gaertn. et Hav. *si quod tristis sit imp. nomen* Harl. 1. Præterea *patiendum* f *potius* Leid. 1. *patiendum sit potius* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. *patiendum sibi potius* Gaertn.

§ 7 *Nec in vicem pareatur, atque imperetur*] *Ne in vicem* Lov. 4. Male. Vocula enim ex præcedenti repetita, idem est, ac si dixisset, *et quam non in vicem pareatur.* Deinde *nusquam alio notam* Lov. 3. et Hav. alibi etiam obvio errore. Vide quæ notavi ad Sil. III. 335. Præterea *quam serviendum*, omissa media præpositione, Gaertn.

§ 8 *Non desunt tribuni auctores turbarum*] *Actores turbarum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Vide ad I. 26. § 5. Salvinius, qui Livium cum Msto Flor. commisit, ad marginem exemplaris sui notavit, forte legendum esse *Non desunt tribunis.* Sed nihil muto. Ipsi enim tribuni non defuisse dicuntur plebi superiora frementi. Vocantur autem tribuni *auctores turbarum*, vel quia jam ante quam plebs fremere inciperet, intercesserint, quum interregem duos patricios consules creare animadverterent (vide cap. præc.) vel quia plerumque turbarum auctores ac concitores esse solebant, quemadmodum ' seditionum auctores ' vocantur IV. 11.

Inter concitatos per se omnes vix duces eminent] Miram lectionem *interrex conc. per se omnes vix duces emittat* præferunt Lov. 2. et 4. *vix omnes duces eminent*, transpositis dictionibus, Lov. 3.

§ 9 *Postremo, victa perseverantia consulum plebe, eo dolor erupit*] Sincera lectio *victæ persev. consulum plebis.* Gelen. Ms. *victæ persever. consulum plebis.* Ed. Colonienses. *erusit:* forsan *erupit:* antique. *Klock.* Bene correxit Gelenius. Pall. 1. ac 3. *victa persev. consulum plebes eo dolore rupit.* Pal. 2. *dolore erupit.* At Camp. *victa persev. cons. plebes: eo dolore erupit.* Gebh. *Victa persev. cons. plebe*, quod recte Gelenio displicuit, primi receperunt Moguntini, et in uno tantum meorum codd. est Port. a m. sec. Hearnius vero se in Mss. suis invenisse testatur. Priores excusi omnes, quos vidi, præferunt *victa persev. cons. plebes*, post hæc verba interpungentes. Et ita legunt Port. a m. pr. et Hav. Neque inde abeunt Voss. 1. a m. sec.

Digitized by Google

Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. et Hav. nisi quod *plebs*, pro *plebes*, habeant. *Victa persev. cons., plebis* est in Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. qui ultimam vocem *plebis* cum sequentibus jungunt; sed invito sensu: non enim perseverantia consulum victa est, sed vicit. Non melius itaque Leid. 2. et Lov. 1. qui legunt *victa perseverantia consulum*, voce *plebe* omissa. Deinde *eo dolore rupit* ed. Rom. 1472. perperam voci priori in fine adjecta litera, quæ sequentis initialis esse debuerat. Et ita peccatur etiam in Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Alii inde fecerunt *eo dolore erupit*, quemadmodum præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Hav. et, Hearnio teste, Oxonienses. Sed unice vera est lectio, quam Gelenius restituit, et Flor. ac cod. Klockian. servant, nisi quod eorum prior, addita perperam voce, obferat *victæ persev. cons. nullum plebis eo dolor erupit*. Si quid tamen mutandum, forte in verbis seqq. vox *plebs*, quæ in Lov. 2. deficit, expungenda est; ut sit, *plebis eo dolor erupit, ut tribunos, &c. mœsta sequeretur*, non *mœsta plebs sequeretur*. Miror autem, Klockium tantopere vocibus antiquatis delectatum fuisse, ut ex *erusit*, quomodo operæ typographorum per errorem dederunt, pro *erupit*, mox *erupsit* scribendum conjecerit, quod vix ac ne vix quidem in fragmentis XII. Tabb. obcurrere, viri docti notarunt. Sed conjecturam hanc talem esse puto, ut potius risu excipi, quam serio refelli debeat; eumque, qui, Livium simili vocabulo usum esse sibi persuadere potest, agnatis et gentilibus commendandum existimem.

Vociferantes, relinquendumque non campum jam solum, sed etiam urbem] *Vociferantes, relinquentesque* Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. C. Male. Tribuni enim vociferabantur quidem, Urbem relinquendam esse; non tamen id fecerunt: sed, ut ex sequentibus patet, tribunos campum relinquentes secuti, in Urbe substiterunt. *Relinquendum* copula omissa Lov. 5. Deinde *non campum solum*, una voce deficiente, Hav. Denique *sed jam et urbe* fragm. Hav.

§ 10 *Per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt*] *Per infrequentia comitia* Lov. 5. Male. Quid sit 'per infrequentiam,' sive 'per frequentiam,' vide ad Livii II. 23. § 12. et ad V. 2. § 5. Deinde *nihilo minus segnius* Lov. 4. Verum illud *minus* tamquam glossema olim margini adscriptum fuisse videtur, unde perperam in contextum irrepsit. *Nihilo secius* fragm. Hav. unde videri posset legendum esse *nihilo secius*. Sed vulgatum verius est. Vide ad VI. 38. § 8. Hinc *pronunciant*, pro *perficiunt*, Port. *promittant* Hav. Ceterum ante verba, *Consules relicti*, Flor. in contextum recepit *Consules patricii rursus*, quæ olim lemmatis marginalis vicem obtinuerunt. Vide ad c. 15. § 2.

Pro T. Quinctio M. Popillium consulem invenio] Diodorus lib. XVI. p. 531. etiam 'T. Quintium' edit consulem. *Sigon.* Pal. 2. *Pompilium.* Gebh. Ita etiam Leid. 2. Lov. 2. 5. Port. et fragm. Hav. *Popolium* Hav. *Popinium* ed. Mediol. 1505. Reliqui scripti, et editi ante Sigonium *Popilium*. Sed legendum est *Popillium*. Vide hoc lib. ad c. 12. § 1. Qua autem ratione factum fuerit, ut in quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popillius inveniatur, explicare conatur Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 81.

CAP. XIX. § 1 *Prospere gesta: cum Tiburtibusque ad deditionem pugnatum*] *Prospera gesta* Harl. 1. *prospere gesta cum Tarquiniensibus Tiburtibusque: cum Tiburtibus usque ad ded. pugn.* fragm. Hav. Sed verba *cum Tarquiniensibus Tiburtibusque* ex marginali adnotatione in contextum admissa videntur. *Usque cum Tiburtibus ad ded.* habet

Digitized by Google

Hearnii Oxon. L. 1. *pugnatum est*, addito verbo substantivo, fragm. Hav. Totus locus ita concipitur in Gaertn. *Duo bello eo anno prospere gesta: cum Tarquiniensibus Tiburtibusque, usque ad deditionem pugnatum.* Verum illud *usque* ex ultimis syllabis vocis præced. repetitum ingratissime sonat. Vel etiam ex margine receptum est, ubi adscriptum erat, ut indicaret *ad deditionem* poni pro 'usque ad deditionem.' Eleganter autem illud *usque* sæpe omittitur. Vide ad Epit. Liv. lib. CII.

Sassula ex his urbs capta] *Sessula* Lov. 5. et Port. Verum alibi ejus mentio non obcurrit.

Ni universa gens, positis armis, in fidem consulis veniret] ĩ, pro *ni*, Lov. 5. a m. pr. et Gaertn. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. *Nisi universa gens* Hav. Vide ad XXIII. 1. § 8. Tum *in fidem consulum* Leld. 2. 4. 5. Port. a m. sec. et Gaertn. quod probandum foret, si utrumque consulem primo in Tiburtes, mox in Tarquinienses exercitum duxisse constaret. De eo quidem silet Livius. Nihilominus tamen divisis exercitibus eos rem gessisse, et Fabium in Tiburtes, Quinctium in Tarquinienses duxisse, non obscure indicant Fasti Capitol. triumphales, unius tantum Fabii triumphum de Tiburtibus memorantes, qui etiam collegæ ejus concedendus fuisset, si junctis copiis bellum administrassent. Ob hanc itaque caussam vulgatum *consulis* præferendum: *consulum* vero ex non intellecto compendio *cons̃* natum est. Vide ad X. 10. § 2. Præterea *universa gens venissent* Lov. 2. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. De ea constructione vide ad I. 2. § 2.

§ 2 *Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit*] Duplex hic iterum lemma in contextum recepit codicis Flor. librarius, ante hæc verba *Triumphus de Tiburtibus:* post eadem *In Tarquinienses sævitur.* Vide hoc lib. ad c. 15. § 2. Et ita mox peccatur hoc cap. § 4. et § 10.

In Tarquinienses acerbe sævitum] *In Tarquiniensibus* Lov. 5. quod ferri posset, si plures codd. firmarent. Vide ad XXVIII. 43. § 8. Nunc nihil muto. Præterea *sævitur* Lov. 2.

Trecenti quinquaginta octo] *Ter centum* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vide ad XXXIII. 4. § 4. Tum *LVII.* Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. *XLVIII.* edd. vetustæ, quascumque vidi. Et in eam lectionem consentire videtur Pighius in Annal. ad a. CCCXCIX. p. 287. Aldus deinde *LVIII.* reposuit, in quam lectionem reliqui conspirant codd. et typis excusi recentiores.

Delecti nobilissimus quisque, qui Romam mitterentur] Pall. tres *mitterentur:* neque aliter Campani ed. *Gebh.* Repone cum Mss. *mitterentur.* Nec aliter velim cap. 6. 'Conjecta terræ, quum pro se quisque gererent:' tum c. 33. 'Hoc spectaculo accensi dextra lævaque ante se quisque memorandum prælium cient.' Ut hoc lib. c. 32. 'Virtute sua quemque fretos:' et c. 36. 'Pro se quisque obviam effusi laudant.' Et alibi XXXV. 34. 'Pro se quisque revocare jubebant.' XXVI. 36. 'Pro se quisque conferebant.' IX. 6. ex melioribus Mss. legimus, 'Senatus populusque obviam egressi justis omnibus hospitalibus privatisque et publicis funguntur officiis:' non *egressus* et *fungitur*, ut vulgo. Eodem lib. cap. 36. iterum scripti: 'Eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebant:' vulgo *audebat.* J. F. Gron. *Dilecti* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *deleti* Lov. 4. Vide ad I. IV. c. 25. § 8. Deinde *mitterentur*, ut Gronov. edidit, plerique codd. quum alterum non nisi in Flor. Lov. 1. 4. et Klockian. supersit. Sæpe τὸ *quisque* cum verbo plurali construi, vidimus ad II. 22. § 7. Neque tantum cum verbo plurali, verum

Digitized by Google

etiam, ut hoc loco, verbo et adjectivo sive participio ejusdem numeri. Supra II. 7. 'Ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque, suas quisque abirent domos.' c. 12. 'Ceteri, ut cuique ceciderit primo, suo quisque tempore aderunt.' c. 23. 'Hæc se meritos dicere, exprobrantes suam quisque, alius alibi, militiam.' VI. 8. 'Procurrunt pariter omnes clamore sublato; sequere imperatorem pro se quisque clamantes.' c. 13. 'Romanique omnes missi, defectionem sui quisque populi haud perplexe indicavere.' cap. 15. 'Hinc senatus, hinc plebs, suum quisque intuentes ducem, velut in acie constiterant.' VIII. 7. 'In se quisque destrictam cernentes securim, quievere.' IX. 2. 'Pro se quisque ad muniendum versi castra propter aquam vallo circumdant.' c. 14. 'Pro se quisque non hæc Furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse memorantes, cædunt pariter resistentes fusosque.' X. 14. 'Pro se quisque miles, adesse alterum consulem, gaudio alacres fremunt.' XXVII. 46. 'Ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur:' ubi male hanc lectionem sollicitat Ant. Perizonius. XXXIV. 37. 'Pro se quisque, bene sperare jubentes, fortes fortunam adjuvare, aiebant.' XLV. 38. 'Laureati et quisque donis, quibus donati sunt, insignes triumphum nomine cient:' et eodem cap. 'Diversi domos quisque abeatis vestras.' Vide Gronov. ad Livii VII. 33. § 11. et Cortium ad Sall. Jug. c. 58.

Vulgus aliud trucidatum] *Volgus* Flor. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Tum *alio trucidatum* Lov. 4.

§ 3 *Nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit*] *Ne populus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *qui Romam missi erant* Lov. 4.

Medio in foro omnes virgis cæsi, ac securi percussi] CCCLVIII. Tarquinienses in foro Romano cæsos scribit: at Diodorus CCCLX. Sic enim lib. XVI. p. 534. *Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ' καὶ ξ' δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Sigon.* In Diodoro Sicul. nunc editur *ἄνδρας διακοσίους καὶ ἑξήκοντα.* Ceterum vocem *omnes* omittit Harl. 2. Eam transponit Lov. 2. *virgis omnes cæsi.*

Id pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum] *Pro violatis in foro* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Contrario fere errore *inmolatum*, pro *inviolatum*, est in uno cod. hoc lib. c. 20. § 7. Supra hoc lib. c. 15. 'Trecentos septem milites Romanos captos Tarquinienses inmolarunt.' Et ita Florus III. 18. 'Consules inter sacra et aras inmolarentur.' Mox *hosti redditum* Gaertn.

§ 4 *Ut Samnites quoque amicitiam peterent*] Diodorus his item consulibus fœdus inter Samnites et Romanos factum scribit lib. XVI. pag. 534. *Sigon.* Mox in verbis seqq. *a senatu* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Ceterum ad hæc verba lemma illud olim margini adscriptum exstitit: *Fœdus cum Samnitibus amicitiam populi Romani petentium sanctum:* quod deinceps librarius Flor. in contextum recepit; ita tamen, ut manus recentior iterum adscripserit verba illa vacare. Vide ad c. 15. § 2.

§ 5 *Non eadem domi, quæ militiæ, fortuna erat*] *Non eadem, quæ domi, militiæ fortuna erat* Leid. 1. *Non eadem domi militiæque fortuna erat* Lov. 4. Mox alio ordine *levata erat usura* Harl. 2. Port. et Hav.

Sorte ipsa obruebantur inopes, nexumque inibant] Id est, operas in servitute pro pecunia quam debebant, præbebant, auctore Varrone de Ling. Lat. lib. VI. p. 82. *Sigon.* Hunc locum a perversa interpretatione Schookii vindicat Gronov. de Cent. et Unc. Usur. pagg. 473. 513. et 600. *Duk. Sorte sua obruebantur* Leid. 2.

Nec patricios ambos consules] Vetus-

Digitized by Google

ti codd. et hic, et alibi, constanter habent *ambo* in accusativo quoque casu, ut sit *κατ' ἀρχαίσμον* vox indeclinabilis, quemadmodum Græcis *ἄμφω*. *Gelen.* *Ambo* etiam optimi apud me codd. Alterum autem, quod ante Gelenium editi servarunt, profertur ex Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide Gebhard. hoc lib. ad cap. 40. § 9. Gronov. ad XXXV. 21. § 5. Male itaque de eo dubitat Glareanus ad XL. 46. § 4.

Nec comitiorum curam, publicave studia præ privatis] *Neque comit. curam* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod aliis displicuisse videtur, quia mox *nec* præcessit, cui *neque* non recte subjungi posse existimarunt. Sed vide quæ notantur ad IX. 9. § 14. Tum *pro privatis* Lov. 2. et Harl. 2. Male: *præ* enim eleganter inservit comparationi. Vide ad III. 26. § 7. Error autem ortus est ex similitudine ductuum, quibus utraque vox per compendium in Mss. exarari solet. Vide ad VI. 40. § 1. Præpositionem omiserunt Lov. 4. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quam similitudine syllabæ initialis vocis seq. interceptam puto.

§ 6 *C. Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum*] Supra in Pall. 1. ac 3. vocabatur *Petitus:* hic ab iisdem repetitur *Potitus:* a Pal. vero 2. *Pætilius.* Gebh. *Petus* Lov. 4. *Penus* vel *Pænus* Lov. 5. Port. Harl. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. *Potitus* Lov. 2. 3. cum antiquioribus editis. *Potitius* Hearnii Oxon. L. 1. *Petitus* Lov. 1. a m. sec. et fragm. Hav. *Petilius* Hav. *Peticus* edidit Sigonius. *Poëticus* Gruterus in postrema ed. *Pæticus* Gronov. Vide ad c. 17. § 13. Præterea *Publicola item* Lov. 2. sollemni scribarum aberratione. Vide ad Epit. Liv. lib. XIV. Paullo ante *manet apud patricios*, transpositis dictionibus, Leid. 2. et Lov. 1.

In bellum Etruscum intentam civitatem] *Intenta civitate* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Male. Pendent enim ex sequenti 'convertere.' Quare neque recte Lov. 4. voces *intentam civitatem* omisit. 'Intentam in bellum Etruscum,' ut 'intentos homines in eventum periculi alieni' IV. 27. ubi vide. Mox *Tarquiniensibus* non adparet in Lov. 4.

Latini ad Volscos convertere] *Convenere* Lov. 5. Et ita vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit, quem ad verba Livii non adtendisse puto, quæ ita mutata commodum sensum non habent. Quid enim foret, *Latini convenere civitatem ad Volscos*? Vitium in Mss. ortum est ex similitudine, quæ est inter literas *rt* et *n*, præsertim in scriptura Longobardica; unde passim 'vertit' et 'venit,' ac 'prævertit' et 'prævenit,' in Mss. commutantur. Vide ad V. 49. § 5. et ad XXIV. 5. § 6. Non tantum eumdem errorem commiserunt librarii Lov. 2. et 4. sed insuper etiam legerunt *Latini ac Volsci convenere:* contra mentem Livii, ut ex sequentibus patet.

Exercitum conscriptum armatumque] *Exercitum scriptum* Leid. 2. et Lov. 1. Livius quidem æque 'scribere exercitum,' 'legiones,' 'milites' dixit, ac 'conscribere:' vide ad VI. 28. § 5. Quum tamen reliqui codd. vulgatum non mutent, eos sequi malo.

Deinde populabundos in agrum Romanum venturos esse] Gruterus in postrema ed. dedit *deinde populandos*, quod proximi editores servarunt, et Gronovius a. 1665. mutavit in *deinde populabundos*, quam lectionem recentiores retinuerunt. Verum lectio hæc a nullo cod. nisi forte ab Harl. 1. ex quo nihil in excerptis adnotatum invenio, probatur. Nam vocalem *deinde* non agnoscunt Leid. 2. et Lov. 1. ejus autem loco præferunt reliqui mei, omnesque Hearnii Oxonienses

Digitized by Google

simul cum edd. postrema Gruteriana prioribus, *inde;* quod in pristinum locum restitui. *Inde,* id est ex finibus suis. Infra XXVI. 25. 'In Macedoniam, atque in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit.' II. 10. 'Quum captum Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset.' I. v. c. 35. 'Hanc gentem Clusium, Romamque inde, venisse comperio:' et alibi sæpe. Præterea *populabundum in agr. Rom. venturum esse* Lov. 4. quasi crediderit librarius, quum *exercitum* præcesserit, postea multitudinis numero inferri non posse *populabundos.* Verum passim apud Livium 'exercitus' tamquam nomen collectivum in constructione considerari solet. Supra III. 28. 'Quo fuerant ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris:' ad quem locum plura vide. Deinde *in agr. Rom. etiam venturos* addita voce Lov. 2.

§ 7 *Neutram negligendam rem esse*] *Neclegendam rem* Flor. a m. pr. pro quo datum deinde *neglegendam rem,* quomodo etiam præfert Leid. 1. Vide ad II. 11. § 4. *Neutram rem neglig.* Port. Denique verbum *esse* deficit in eodem Port. Mox *utro,* pro *utroque,* habet Harl. 1.

Consulesque sortiri provincias jussit] *Consulibusque* Lov. 2. quod librarii vitium est, non videntis, quemadmodum compendium *consq* reddendum foret. Vide ad X. 10. § 2. Nam τῷ *jubere* casum tertium addi, neque Livii neque aliorum æqualium stilo convenit. Vide ad XXVII. 24. § 8. Ad hæc *sortiri provincias jussi* edd. principes usque ad Aldum, qui recte *jussit* restituit.

§ 8 *Inclinavit deinde pars major curæ in Etruscum bellum*] Pall. duo *pars major curiæ.* Gebh. *Inclinatur deinde* Hearnii Oxon. C. cujus librario 'inclinare' sine casu poni displicuisse videtur. Verum id Livio frequens est. Supra III. 61. 'Si fortuna belli inclinet:' ad quem locum plura vide. Deinde *major pars curæ* trajectis vocabulis Hav. *pars major curiæ* Voss. 2. Lov. 3. *Inclinavit deinde pars major curare Etruscum bellum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5.

Cui Tarquinii provincia evenerat] *Tarquinia provincia evenerant* fragm. Hav. a manu pr. pro quo deinde *Tarquinii* emendatum. Verum *Tarquinii provincia evenerat* dictum est eadem forma, qua supra erat 'Volsci provincia evenerat' V. 12. § 6. Præterea, literis olim continua serie scriptis male in voces divisis, *provinciæ venerat* dederant librarii, sive, ut scribebant neglecta diphthongo, *provincie venerat,* quemadmodum est in Voss. 1. Leid. 1. et Harl. 1. pro quo *provincia venerat* ostentat Leid. 2. Sed vide ad eumdem locum Livii.

Prædaque partem in Cæritum fines avectam] *In Cæritum partes* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. Sed codd. illorum librariis adhuc inhærebat modo præcedens vox *partem. Interritum,* pro *in Cæritum,* male Gaertn. Tum ănectam idem Gaertn. *advectam* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed recte vulgatum *avectam* firmant integriores Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. *Avectam* nempe ex agro circa salinas Romanas. Vide ad IX. 4. § 1. Paullo ante *salinas Romanas* edd. vett. Sed Aldus vocum illarum ordinem mutavit, consentientibus codd. scriptis omnibus, quibus utor.

Haud dubie juventutem ejus populi] *Haud dubio* Leid. 1. Sed vide ad III. 24. § 1.

§ 9 *Valerium consulem Volscis obpositum, castraque ad finem Tusculanum habentem*] Vocem *consulem* ignorant Harl. 2. et Port. Deinde *castraque ac finem Tusc. habentem* est in Hav. sollemni scribarum errore. Vide ad XXI. 32. § 2. *Finem Tusc.* Port. Vocem hanc eo genere a Livio aliisque usurpari, vidimus ad IV. 2. § 4. Re-

Digitized by Google

liquorum tamen, vulgatum defendentiam, consensum præfero.

T. Manlium L. F. dixit] Mirum cur non addiderit *Torquatum*. Deinde aut exemplum est, posse fieri dictatorem eum, qui antea non fuerit consul, ut de L. Manlio parente ante patuit: nisi quis eum patrem tribunum militum consulari potestate fuisse existimet a. CCCLXXXVII. quod equidem conjicio: aut a. CCCXCVIII. apud Liv. VII. 16. § 1. pro *Cn. Manlio* legendum esse *T. Manlio*. Id quoque mirum, quæ caussa coëgerit dictatorem creari, cum tam eximium consulum par in magistratu esset, quorum alter etiam antea dictator fuit bello Gallico, unde eximiam pepererat gloriam; alter, præter generis nobilitatem, consul etiam eo anno fuit, quando e plebeiorum manu consulatus rursus ereptus videbatur. *Glar.* Pall. duo *inde sen. dict. dicere jussit C. Manlium. Is cum sibi.* Pal. 2. vero *T. Manlium Auli filium dixit.* Quæ scripturæ inconstantia addnxit me, ut non succenserem Glareano, nescio in quas hallucinationum ambages se induenti. Tenebatur iisdem dudum ante illum Campanus; quibus cum se expedire nesciret, reposuit in ed. sua *C. Manlium T. filium dixit.* Gebh. Ex omnibus codd. meis vulgatam scripturam inveni in Lov. 5. Et eam forte etiam servavit Klockian. ex quo nulla diversitas adfertur. Reliqui varie mutarunt. *Dictatorem dicere jussit C. Manilium*, vel *Mallium. Is quum sibi* habent Voss. 2. et Lov. 3. *dictatorem dicere jussit G. Manilium A. Is quum sibi* fragm. Hav. a m. pr. in quo deinde *G. Manilium A. filium dixit* a m. sec. emendatur: *dictatorem dicere jussit C. Manlium L. filium. Is quum sibi* Lov. 4. *dictat. dicere jussit T. Mallium Auli filium. Is quum sibi* Gaertn. *Manlium T. F. dixit*, omisso prænomine, Flor. *C. Manilium dixit*, patris prænomine neglecto, Hearnii Oxon. L. 1. *C. Manlium*, vel *Manilium, Lucii filium duxit* ejusdem Hearnii L. 2. et C. atque ex meis Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. *T. Manlium Auli fil. dixit* ejusdem Hearnii B. *T. Manlium A. filium dixit* Harl. 2. et Port. *T. Manlius A. filium dixit* Hav. *Tum T. Manlium Lucii filium dixit* Leid. 2. et Lov. 1. *Cum T. Manlium Lucii filium dixit* Voss. 1. Nihil mutandum puto. Est enim T. Manlius Lucii filius memoratus hoc lib. c. 5. et c. 10. Sed, inquit Glareanus, 'aut exemplum est, posse fieri dictatorem eum, qui antea non fuerit consul, vel conjicio c. 16. pro *Cn. Manlio*, legendum esse *T. Manlio*.' Prius admitto. Non modo enim L. Manlius, Titi pater, ut Glareanus ipse notavit, hunc honorem adeptus est, licet consul non fuisset; verum simile exemplum etiam XV. annis postea obcurrit in L. Papirio Crasso, qui prætor existens dictator dictus est VIII. 12. 'Dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat prætor, dixit:' idque antequam consulatum gessisset. Alterum, ut T. Manlius jam consulatum gessisse dicamus, et Livium c. 16. emendemus, probari nequit, ut partim ex Livio, partim ex fragmentis marmorum Capitolinorum colligitur. Nam T. Manlius Torquatus, quem Lucii filium Livius c. 5. et c. 10. vocarat, demum consul memoratur c. 27. et hunc primum ejus consulatum fuisse, patet ex eo, quod triennio postea 'secundum consul' dicatur c. 28. tum quadriennio interjecto 'consul tertium.' Eodem anno triumphavit. Ejus autem triumphus ita in fragmentis Fastor. triumph. adnotatur: :-:-:-: ANLIVS. L. F. A. N. IMPERIOSS. TORQVAT. COS. III. DE. LATINEIS. CAMPANEIS. SIDICINEIS. AVRVNCEIS. XV. K. IVNIAS. Unde, revera eum anno illo tertium consulem fuisse, et numeros in Livio vitiatos non esse, præterea eum ante dictaturam consulatum non obtinuisse, constat.

Digitized by Google

§ 10 *Magistrum equitum A. Cornelium Cossum dixisset*] Vox *equitum* exsulat a Port. Cornelii Cossi prænomen a Voss. 2. Lov. 2. et 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. qui in eod. C. prænomen *Lucii* ipsi tribui auctor est.

Consulari exercitu contentus, &c. Cæritibus bellum indixit] *Consulari exercitu contempto* Lov. 4. Passim 'contentus' et 'contemtus' confunduntur in Mss. Vide ad XXV. 38. § 20. Deinde *indixisset* edd. Rom. 1472. et Parm. Ceterum addit in fine hæc verba Flor. *Manilius L. F. dictator creatur bello Cerito:* quæ verba olim pro lemmate margini adscripta fuerunt. Vide ad § 2. Suprascriptum tamen est manu sec. verba illa vacare.

CAP. XX. § 1 *In suis factis, qui per populationem Romanos lacessierunt, esset*] Τὸ *esset* deficit in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 2. Illud autem transponitur ibi *in suis factis esset* in Lov. 4. 5. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *per populationes* idem Hav. Sed unius tantum populationis circa Romanas salinas Livius cap. præc. meminit. Tum *lacesserunt* Leid. 2. Lov. 4. 5. Port. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *lacessierant etiam* Lov. 3. *lacessiti erant* manus docta conjecit in margine ed. Curionis; cui conjecturæ occasionem dedit, quod in ed. illa duabus vocibus per errorem scribarum vulgaretur *lacessi erant*. Id autem eodem modo dictum foret, quo alibi apud Livium obcurrit 'communicati sint,' 'fluctuatus fuerat,' et similia. Vide ad IV. 24. § 2. Sed vulgatum probum est. In verbis præcedd. *ad significandum bellum* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. ac 5.

Verus belli terror invasit] Vet. lib. *etiam verus belli terror*. Sigon. Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et N. similiter τὸ *etiam* adsciscunt, cujus loco *et* præferunt Lov. 4. et Hearnii C. Præterea *veteris belli terror* Voss. 2. *belli verus terror* Leid. 2. et Lov. 1. *belli vetus terror* Lov. 4. *verus terror belli* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav.

Et, quam non suarum virium ea dimicatio esset, cernebant] *Et, quia non suarum virium eam dimicationem esse cernebant* Lov. 3. *eam dimicationem esse cernebant* etiam Voss. 2. Nihil mutandum. Dictum enim est, quemadmodum illud IV. 31. 'Documenteque faere, quam plurium imperium bello inutile esset:' ubi vide quæ notata sunt.

§ 2 *Nec arma, aut bellum quisquam adparare*] *Nec arma, nec bellum* Harl. 2. et Hav. *nec arma, nec aut bellum*, utraque lectione juncta, Lov. 1. a m. pr. Deinde *quisquam parare* Klock. Nihil muto. Utrumque et 'adparare arma' et 'adparare bellum' Livio familiare est. Supra III. 62. 'Reliquum diei adparandis armis consumtum est.' XXXII. 5. 'Bellum, si quando umquam ante alias, cum magna cura adparavit.' XLII. 18. 'Quippe quem non justum modo adparare bellum regio animo.'

Pro se quisque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam] Invitis libris nihil temere mutandum censeo. Placeret tamen, si libris auctoribus fieri posset, *pro se quisque leg. mitti jubebant ad pet. errori veniam*. 'Pro se quisque jubebant,' quemadmodum 'apud quem quisque servierant' II. 22. § 7. 'ad petendam veniam errori' ut III. 12. 'Veniam errori atque adolescentiæ petendo, sibi ut condonarent filium, orabat.' XXXIII. 11. 'Caduceator eo regius venit, specie ut induciæ essent, revera ad petendam veniam legatis mittendis.' XL. 15. 'Te majorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori veniam impetrare.' Similia plura vide ad III. 46. § 2. Neutram tamen emendationem invito cuiquam obtrudo. Certe 'petere ve-

Digitized by Google

hiam erroris' etiam est XXXVIII. 13. '*In urbem compulsi veniam erroris petebant.*' Ceterum *ad petendum erroris veniam* Leid. 2. Vide ad XL. 49. § 1. Præterea post hæc verba additur in Flor. *Legati Ceritum erroris veniam precantur:* quod ex lemmate marginali in contextum receptum est. Vide hoc lib. c. 15. § 2.

§ 3 *Legati senatum quum adissent*] *Legati quum sen.* Hav. Tum *addissent* Leid. 2. Vide ad IV. 57. § 11. *audissent* Klockian. et Port. *adiissent* Lov. 4. Vide ad VIII. 2. § 10.

Quorum sacra bello Gallico accepta vitæ procurassent, ut Romanos florentes] *Quorum sacro bello Gal.* Hav. *quorum sacra bellico accepta* Leid. 2. in quo cod. verba *ut Romanos florentes* culpa librarii non adparent. Paullo ante trajectis vocibus *rogaverunt Deos* edd. vett. usque ad Aldum; qui, consentientibus scriptis, *Deos rogaverunt* reposuit.

Quæ se rebus adflictis quondam populi Romani cepisset] Ardelio nescio quis, non assecutus ejus vocis elegantiam, *affectis* mutavit in *afflictis*. Gelen. *Rebus adfectis* etiam omnes mei. Vide ad v. 18. § 4. Vox *quondam* exsulat ab Harl. 2. et Port. *quondam pater cepisset* habet Klockian. cujus librarius compendia *p. r.*, id est *populus Romanus*, et *pr̃*, id est *pater*, inter se perperam confudit, similiterque erravit mox § 5. et 7. etiam VIII. 35. § 5. et alibi.

§ 4 *Ad delubra Vestæ, hospitium flaminum Vestalimque ab se caste ac religiose cultum*] *Ad delubrum Vestæ* Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Deinde *hospitium flaminium* Gaertn. Tum *a se* idem codex. Tandem *caste ac gloriose cultum* Lov. 1.

Esse meritos crederet quicquam, hostes repente sine caussa factos] Nisi sit derivatio caussæ in fortunæ iniquitatem, hanc sensum nequaquam intelligo. *Glar.* Sententia, quæ obscurissima Glareano visa est, hæc est: Credibilene esset, eos, qui tam magna beneficia populo Romano dedissent, hostes ejus repente sine caussa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum qui fecissent, aut in necessitatem. *Sigon.* Lege *Bene meritos.* Klock. Codd. nihil mutant, nisi quod *Ea nec meritos* sit in Leid. 2. *Eo ne meritos* in Hav. Sed sensum loci recte vidit Sigonius, eamque ob caussam Klockii conjectura facile careo.

§ 5 *Si quid hostiliter fecissent, consilio id magis, quam furore lapsos fecisse*] Vocula initialis deest in Harl. 1. Deinde *furore lapsos fuisse* Hav. solito scribarum lapsu. Vide ad XXXI. 45. § 2. Mox *vertere*, pro *vetere*, Leid. 2. Deinde *locataque*, pro *locata*, Gaertn.

Florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem] Tà *que* et *sibi* omittuntur in fragm. Hav. a m. pr. *ac* in Port. Deinde *florentemque pat' ac felicissimum* Klockian. Vide hoc cap. § 3. Mox *vis et necessitas* præferunt Voss. 2. et fragm. Hav.

§ 6 *Quum præter viam nihil petissent*] Vox *nihil* male deficit in Harl. 1. *nihil cepissent* habet Klockian. Paullo ante *Transeuntis*, pro *Transeuntes*, more antiquo est in Leid. 1. ac Gaertn. inde vero in Flor. factum est *Transeundis*, quod literæ *d* et *t* in sono ac pronunciatione parum differant. Vide hoc lib. ad c. 16. § 3.

Traxisse quosdam agrestium populationis ejus, quæ sibi crimini detur, comites] *Transisse* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo olim etiam primi editores peccarunt apud Silium Ital. XIII. 319. Deinde *quos quidam* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *quorum quidam* Lov. 3. *quo solam* Gaertn. Tum *agrestium* ed. Parm. At vide quæ notantur ad II. 63. § 2. Hinc *quæ crimini sibi detur* Harl. 2. *quæ crimini sibi dăt*, sive *dent*, Harl. 1. *quæ crimini sibi dentur*

Digitized by Google

Hav. *quæ crimini sibi sit* Lov. 4. quam locutionem inlustravi ad II. 52. § 7. Sed recte in vulgatum alii codd. conspirant. Supra I. 5. 'Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his inpetum fieri.' VII. 4. 'Criminique ei tribunus inter cetera dabat.' Ex testimoniis autem Terentii ad eum locum laudatis patet, simili modo dictum esse 'vitio dare.'

§ 7 *Eos, seu dedi placeat*] *Sive dedi placeat* in Port. a m. pr. fuisse videtur, pro quo datum *si dedi placeat* a m. sec. Mox *daturos pœnam*, pro *pœnas*, Lov. 2.

Cære, sacrarium populi Romani, diversorium sacerdotum] *Certe* perperam Leid. 2. et Lov. 4. Tum *sacrarium pater* Klockian. Vide ad § 3. Deinde *diversorum sacerdotum* Voss. ambo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *deversorium sacerdotum* recte Flor. a m. pr. quod indoctior postea in *diversorium* mutavit. Vide ad I. 51. § 2. et § 8. Mox *intactum inmolatumque;* pro *inviolatumque*, Lov. 3. Vide ad cap. præc. § 3. Similitudo literarum m et ni in scriptura Longobardica librario fraudi fuit.

§ 8 *Movit populum non tam caussa præsens*] Ultimam vocem recidit Pal. 3. codex alioqui castigatissimus. *Gebh.* Eamdem vocem agnoscunt omnes mei, et necessariam probat obpositio τῶν 'caussa præsens' et 'vetus meritum,' quemadmodum etiam supra obponebantur 'vetera beneficia' et 'nova maleficia.'

Ut maleficii, quam beneficii, potius immemores essent] Credo firmissime, illam voculam nihili *potius* ab ardelionibus inculcatam, ac scribendum *ut maleficii, quam beneficii, immemores essent.* Sic Plautus in Rudent. IV. 4. 70. 'Eo tacent, quia tacita bona 'st mulier semper, quam loquens.' Vide Lipsium Quæstion. Epist. v. 23. Reperi inf. VIII. 22. in cod. Ms. Pal. *Cum relatum esset a Græcis, gente lingua strenua, quam factis:* ubi τὸ *magis* superne ab aliena manu adjectum. Lib. X. c. 26. exhibent Pall. duo meliores, 'Tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis: triumphusque quam bellum decretum consulibus videretur:' subaudito 'magis.' *Gebh.* Gebhardi conjecturam probabilem reddere potest, quod ordo verborum non idem sit in omnibus Mss. Nam *ut mal. memores, quam ben., potius essent* præferunt Port. et Harl. 2. sed in eorum priori *ut* in *ne* mutatum est, propter sensum. *Ut mal. immemores, quam ben., potius essent* Hav. Alibi etiam *quam*, pro 'potius quam,' poni, sive 'potius' per ellipsin omitti, Gronovius docuit ad V. 21. § 15. Adde quæ notantur ad XXXIV. 49. § 10. Invitis tamen Mss. solius tantum conjecturæ ductu similia in scriptoribus priscis mutare, periculosum esse duco; quum utriusque locutionis tum apud Livium, tum apud alios, plura exempla proferre facile sit. *Ne mal., quam ben. potius memores* est in fragm. Hav. a m. sec. *ut mal., quam beneficio potius memores essent* in Voss. 2. et Gaertn. *ut mal. potius memores essent*, omissis vocibus *quam beneficii*, præferunt Flor. et Lov. 5. in quorum posteriori in margine emendatur *ne mal. potius, quam maleficii immemores essent:* sed voluit interpolator *quam beneficii.* Tandem *malificii* Leid. 1.

Itaque pax populo Cæriti data] *Populo Cæretici* Gaertn. *populo Cæreti* Hav. Utroque modo 'Cæretes' et 'Cærites' dici, videbimus ad XXII. 1. § 10. *Populi Cæriti* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *populo Cæriti pax data* Lov. 4.

Inducisque in centum annos factas in senatusconsultum referri placuit] Pall. duo *inducisque in centum annos infectas senatus consultum referri placuit.* Pal. 2. pro *factas*, exhibet *datas.* Gebh. *In centum annos datas* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Sed modo

Digitized by Google

præcessit ' pax populo Cæriti data,' quare eadem vox horum codd. fide hic repeti nequit. *In centum annos infectas* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. verum hi codd. culpa librariorum vitiati sunt; dederunt enim *infectas* pro *factas in.* Tum *in senatusconsulto referri* Port. et edd. princc. ex non intellecta compendiaria lectione *in S. C.* Vide ad XXXVIII. 60. § 1. *In senatu consulto* Lov. 4. *in senatusconsulto* Lov. 5. de quo vide ad v. 13. § 5. *in S. C.* ambigue Klockian. *S. C.* omissa præpositione, Leid. 2. *senatusconsultum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *senatusconsulto* Mediol. ed. 1495. et quædam proximæ. *In senatusconsulta* Froben. 1531. quod recentiores servarunt usque ad Gronov. qui in priori ed. notarum *in senatusconsultum* ex calamo exaratis scribendum monuit, eamque lectionem deinde a. 1665. in contextum recepit, quo tempore tamen notam, nescio quam ob causam, omisit.

§ 9 *Hostes nusquam inventi*] *Nusquam*, vel *nunquam*, Leid. 2. et Lov. 1. 4. ac 5. sæpius obvio librariorum errore. Vide ad Livii XXXVI. 17. § 10.

Ab obpugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis] *Temperatum est* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tum conjunctio *que* exsulat ab Harl. 2. Port. et Hav.

Et ædes Apollinis dedicata est] *Etiam ædes* Lov. 2. *et ædis Apollinis* Flor. Leid. 1. Lov. 1. et Klockian. Videnda sunt superius notata ad IV. 25. § 3.

CAP. XXI. § 1 *Extremo anno comitia consularia*] *Extremo anni* Lov. 2. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Eorum tamen auctoritas non satis gravis videtur ad receptam lectionem mutandam. Vide ad III. 29. § 8.

Passuros comitia haberi, ni secundum Licinian legem haberentur] *Comitia haberi passi:* mutato ordine dictionum, Lov. 4. Deinde *nisi secundum* Leid. 2. Lov. 2. Hav. et edd. principes. Frobenius demum a. 1535. *nisi* dedit, cui reliqui codd. consentiunt. Sæpe ita variant codd. Vide ad XXIII. 1. § 8. Deinde *legem Licinian* Harl. 2. Port. et Hav.

Dictatore obstinato tollere] *Dictator obstin.* Leid. 2. *dictator eo obstin.* Voss. 1. et Lov. 1. *dictatore eo obstin.* Lov. 5. et Hearnii Oxoniensis N.

Promiscuum Patribus ac plebi facere] *Promissum* Leid. 1. cujus librarius dare volnisse videtur *promiscum*, quemadmodum sæpe in eodem codice scriptum obcurrit, et hic exhibet Flor. Vide ad III. 47. § 7. et X. 41. § 3. Tum *Patribus ac plebis* Voss. 1. et Lov. 1. An voluerunt *Patribus ac plebeiis?* Sed nihil mutandum. Voces *ac plebi* desunt in Leid. 2.

§ 2 *Prolatandis igitur comitiis*] Lego *Prolatis igitur com.* Klock. Lege ex Pall. duobus Mss. melioribus *Protelandis igitur comitiis.* Quod elegans verbum imperitissimi correctores maxima auctoris injuria e libris Livii profligarunt. Restitui quoque supra, Est autem ' protelare ' longius propellere atque protollere. Terentius in Phorm. I. 4. 36. ' Ne te iratus suis sævidicis dictis protelet.' Sic reponO XXVII. 46. ' Qui protelando spatium hosti det, eum et illa castra prodere Annibali.' Sic et reponendum censeo XXXVII. 19. ' Si ex hoc impetu rerum nihil protelando remittitur.' Pal. 2. *Prolatatis igitur comitiis.* Gebh. *Protelandis* etiam Voss. 2. et Lov. 3. ' Protelare ' verbum antiquum est, quo, præter Terentium, a Gebhardo laudatum, etiam usi sunt Plautus, Turpilius, Sisenna, et alii, verum alio sensu, nempe pro ' vi propellere,' ' proturbare.' Eodem etiam usus est ipso illo sensu Apuleius, qui passim antiquata captare amavit, Metam. l. VIII. p. 209. ed. Elm. ' Non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur, sed hanc ipsam cladem de vestris pro-

Digitized by Google

telamus manibus:' et lib. IX. p. 218. 'Adreptis cujuscemodi telis, mutuoque, ut exitium commune protelarent, cohortati.' Inferiori ævo huic verbo alia notio addita est, atque pro 'differre,' 'proferre,' 'protrahere' usurpari cœpit, eaque significatione apud auctores, qui prolapsa jam lingua Latina scripsere, frequenter obcurrit. Eorum antiquissimum invenio JCtum Ulpianum, ex quo duo loca viri docti adtulerunt; sed quæ nonnulli a Triboniano interpolata suspicantur. Apud posteriores passim reperitur. Vide Dukerum ad Opusc. de Latin. Vet. JCtorum p. 331. quosque ibi laudavit, Cortium ad Sall. Cat. c. 43. § 3. et Cerdam in Advers. Sacr. c. 20. § 4. et c. 157. § 4. Eo sensu itaque verbum illud Livius hic et locis a Gebhardo adlatis adhibere non potuit, utpote cui nondum ea significatio addita erat: sed librarii ejus auctores hic et alibi exstitere, qui verbum *prolatare* minus sibi notum in notissimum *protelare* commutarunt, eodem modo quo 'magnificare' dederunt pro 'magni facere' II. 13. § 7. 'bellum' pro 'prælio' III. 61. § 2. 'intimate' pro 'instare' IV. 46. § 4. 'restaurare' pro 'instaurare' V. 52. § 9. 'parentela' pro 'patria' VI. 14. § 8. 'exspectare' pro 'spectare' VI. 33. § 1. 'obviare' pro 'obviam ire' IX. 23. § 4. 'salvare' pro 'servare' in Epit. Liv. l. LV. Verbo autem 'prolatare' Livius et alii auctores sæpius pro proferre, differre, usi sunt. Ita II. 56. 'Cunctantem tamen ac prolatantem ingens vis morbi adorta est debilitate subita.' XXI. 5. 'Velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanorum mandatum esset, nihil prolatandum ratus.' Quibus locis quidam codd. similiter peccarunt, et Gebhardus etiam eorum priori *protelantem* veriorem lectionem esse existimavit. Verum quemadmodum ibi 'cunctare' et 'prolatare' junguntur, ita etiam apud Tacit. Ann. XV. 51. 'Cunctantibus prolatantibusque spem ac metum, Epicharis quædam accendere et arguere conjuratos.' Eodem autem verbo et alibi utitur: ut Ann. XIII. 34. 'Mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinenda Armenia bellum acriter sumitur:' ubi videndus est Rhenanus, qui plura exempla laudavit. Silius Italic. III. 141. 'brevitasque vetat mutabilis horæ Prolatare diem.' Curtius X. 2. § 10. 'Prolatando aliquantum extraxerat temporis:' ubi Modius in aliis membranis eodem errore, ut hoc loco, *protelando*, in aliis ex glossemate *differendo* invenit. Cic. Orat. Catil. IV. 3. 'Id obprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest.' Ceterum *prolatatis igitur comitiis* est in Harl. 2. et Hearnii Oxoniensibus N. ac B. quæ lectio ex non intellecta altera scriptura interpolatione librariorum nata est. 'Prolatandis comitiis' est prolatando, differendo comitia. Sallust. in Jug. c. 27. 'Omnis invidia prolatandis consultationibus dilapsa erat:' ubi vide Cortium. Ejusdem generis est illud quod habuimus I. 53. 'Quum divendenda præda quadringenta talenta argenti aurique refecisset.' Et hoc exemplo legi etiam posset II. 13. 'Ergo, ita honoranda virtute, feminæ quoque ad publica decora excitatæ:' quomodo simul cum vulgato *honorata virtute* in contextum recepit librarius optimi Leid. 1. Præterea *Prolatis igitur comitiis* Port. et Hav. quod vel ex glossa τοῦ *Prolatandis* receptum est, quomodo in loco Curtii laudato *differendo* pro *prolatando* in membranis invenerat Modius; vel ita datum est pro *Prolatatis*, quod in quibusdam superest codd. eodem librariorum errore, quo obcurrunt *tuta* pro *tutata*, *capta* pro *captata*, et similia, de quibus vide ad X. 38. § 2. Certe ita in loco Taciti Ann. XIII. laudato *prolatum* loco τοῦ *prolatatum* ante Rhenanum legebatur.

Digitized by Google

Quum dictator magistratu abisset] Vox *dictator* deficit in Lov. 4. Tum *magistratum abisset* Lov. 1. *magistratu abiisset* Gaertn. 2. Port. et Hav. Vide ad II. 4. § 2. Mox *Infesta inde Patribus plebe* Voss. 1. a m. sec. quam a m. pr. fuisset *plebem*. Id vero emendatum est, quod ultimam literam vocis *Infestam* absorpserant primæ seq. Vide ad l. XXXVII. c. 29. § 5.

Ad undecimum interregem seditionibus certatum est] *Ad undec. interregnum* Harl. 2. et Gaertn. *ad undec. interreges* Flor. *usque ad undec. interregem* Port. inter versus. Sed, τὸ *usque* invitis reliquis scriptis addi, non necesse est, quum *ad* sæpe ponatur pro 'usque ad.' Vide ad Epit. Liv. lib. CII. Præterea *cunctatum est* Lov. 5. Sed *certatum*, omisso verbo *est*, Gaertn.

§ 3 *Propior dolor plebi fœneris ingravescentis erat*] *Proprior dolor* Leid. 2. et Lov. 3. Vide ad IV. 17. § 5. Doujatius, *propior* de ea re sumi quæ conjunctior est et arctius tangit, probans loco Cic. ex Orat. pro Sextio, tam ignave Calepinum suum consuluit, ut ne locum quidem investigandi laborem subire voluerit. Id tamen facere si in animum induxisset, comperisset apud Cic. in ea Orat. c. 18. non legi *Omnibus sua propiora esse pericula, quam aliena* (quemadmodum laudat, et fere antea laudavit Calepinus, nisi quod dederit *Omnia sua sibi propiora*,) sed *suaque sibi propiora esse pericula, quam mea*. Deinde *fœn. ingrav. plebi erat* Hav. *fœneris plebi ingrav.* Lov. 5. *levi fœnoris ingrav.* Harl. 1. De lectione *fœneris* vide Dausquei. de Orthogr. parte sec. in voc. 'Fœnus.'

§ 4 *Concordiæ caussa observare legem Liciniam*] *Caussa concordiæ* Leid. 1. Tum *observari legem Lic. comitiis* Hav. *observare legem Licinia in comitiis* Leid. 2. ut dare voluisse videri posset *observare legem Lic. in comitiis*. Sed præpositio abesse potest, ac solet. Vide Jac. Gronov. ad Liv. XXXI. 7. § 1. Paullo ante *Quarum tædio*, pro *Quorum*, quasi referri deberet ad *curas privatas*, Leid. ambo, Lov. 2. et Flor. neque longe abit Lov. 3. in quo est *Quartum tædio*. Verum curæ illæ privatæ erant plebis fœnus ingravescens dolentis. Non autem earum curarum, sed certaminum publicorum tædio Patres interregem legem Liciniam observare jusserunt. Servandum itaque est vulgatum.

Publicolæ datus e plebe collega C. Marcius Rutilus] *Ex plebe* Lov. 2. *a plebe* edd. vett. Ut c. 23. 'M. Popillius Lænas a plebe consul, a Patribus L. Cornelius Scipio datus.' *E plebe* primus vulgari curavit Frobenius 1535. et cum eo stant, uno excepto, omnes codd. Utraque lectio firmari potest loco Livii c. 1. 'Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit. Patres præturam Sp. Furio, M. filio, Camillo, ædilitatem Cn. Quinctio Capitolino et P. Cornelio Scipioni, suarum gentium viris, gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus L. Æmilius Mamercinus.' Codicum itaque auctoritatem sequor. Præterea *Rutilius* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. duo, Port. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. cum edd. multis. Vide ad c. 17. § 6. Denique iterati consulatus notam addendam censet Glarean. ad § 6. quod etiam consul memoretur c. 16. in princ. Sed vide ad II. 16. § 7.

§ 5 *Inclinatis semel in concordiam animis*] *Inclinatis semper* perperam Lov. 2. Tum *in concordia* Lov. 5. et Gaertn. *ad concordiam* Harl. 2. quem solum ab hac parte stantem non audiendum censeo. Supra VI. 39. 'Dictator rem in caussam plebis inclinavit.' VIII. 21. 'In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos.' X. 20. 'Romana vis in Etrus-

Digitized by Google

cum bellum magis inclinat.' XXX. 9. 'In hoc consilium maxime inclinant.' Et ita hic iterum verbo cum præpositione in composito in regimine eamdem Livius addidit, ut sæpe facere amavit. Vide ad Præfat. § 11. quamvis tamen nec alterius exempla apud Nostram desint. Infra XXIII. 33. 'Ad fortunam inclinavit.' XL. 5. 'Ad quæ jam sua sponte animum inclinasset.' Vide ad XLII. 30. § 1. Mox *funebrem quoque rem*, pro *fœnebrem*, Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Lov. 5. a m. pr. Gaertn. Hav. et multæ ex vett. edd. nempe Rom. 1472. Parm. et Tarvis. utraque. *Fine brevi*, pro *fœnebrem*, Leid. 2.

Quæ distinere unanimes videbatur] Pall. duo meliores, *quæ destinare unanimes vid.* Sed *distinere* legitimum hoc loco verbum est. Onomasticum *Distineo περισπᾶ.* Pal. 2. *fœnebrem quoque rem distinere in annos videbantur.* IX. 16. 'Duæ factiones senatum distinebant.' XXXI. 11. 'Et distinendo copias caussa inprimis fuisset serius in Africam trajiciendi.' *Gebh. Destinare* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Klockian. *distinare* Lov. 1. *destinere* Flor. Port. a manu pr. Hav. et edd. Rom. an. 1472. ac Parm. *distrahere* Harl. 2. in marg. Sed recte Gebhardus *distinere* probavit. Supra v. 20. 'Duæ senatum distinebant sententiæ:' ubi alia exempla vide quum locutionis, tum ejusdem etiam varietatis in codd. Mss. Deinde *inanimes* Lov. 2. 4. 5. *unanimes* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Utroque modo antiqui dixerunt 'unanimus' et 'unanimis,' quemadmodum etiam 'exanimus' et exanimis,' ac 'semianimus' et 'semianimis.' Ita 'corpora semianima' XXVIII. 23. 'In succensum rogum semianima pleraque injicerent corpora.' At 'semianimis' I. 48. 'Quum semianimi regio comitatu domum se reciperet.' III. 13. 'Pugno ictum a Kæsone cecidisse semianimem:' c. 57. 'Tollentes corpus semianime virginis.' Similiter 'exanimis' est I. 25. 'Nondum tamen cura deseraverat exanimes vice unius.' Vide quæ notavi ad Silii v. 584. Eadem varietas est in 'semisomnus' et 'semisomnis.' Vide ad XXV. 39. § 3. Ita *enervos*, pro *enerves*, multi codd. apud Val. Max. præferunt II. 7. ex. 15. Alia hujus generis plura vide apud Cortium ad Sall. Cat. c. 1. § 3. Utro modo dicantur hæc, perinde est. Vulgatum itaque servo, pro quo optimos codd. stare video. Præterea addita voce *quoque videbatur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Tum *videbant* Harl. 1. Similium errorum alia exempla vide ad XXXVIII. 40. § 1. Denique *consules funebrem quoque rem destinere unanimes videbantur* perperam Port. a m. pr. et Hav.

Levare adgressi, solutionem alieni æris] *Levareque aggressi* Port. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Tum vox *alieni* deficit in Lov. 2. Ea transposita *æris alieni* Harl. 2. Port. et Hav.

Quinqueviris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ adpellarunt] Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 2. hoc discrimen inter 'argentarios' ac 'mensarios' statuit, quod 'argentarii' rem nummariam privatam tractarent; 'mensarii' publicam; ut hic 'quinqueviri mensarii,' et XXIII. 21. XXVI. 36. 'triumviri mensarii.' Nec aliter Torrent. ad Suet. Aug. c. 4. de suo addens, 'mensarii' nomen ante tempora Cæsarum paullo honestius fuisse, quam 'argentariorum,' sed JCtos indifferenter utroque uses. Non est dubium, quin 'triumviri' ac 'quinqueviri mensarii,' quos memorat Livius, argentariis honestiores fuerint, quum quasi magistratus quidam extraordinarii essent. Sed si putarunt viri doctissimi, non alios fuisse Romæ mensarios, quam qui pecuniam publicam tractarent, quod videntur sensisse, non probari potest

Digitized by Google

eorum sententia. Est enim certissimum, eos, qui 'mensarii' tantum, non 'triumviri' et 'quinqueviri mensarii' dicuntur, eosdem fuisse atque 'argentarios.' Hoc cum aliunde, tum vel ex uno Suetonio Aug. c. 2. et c. 4. constat, ubi idem sine discrimine modo 'argentarius,' modo 'mensarius' dicitur. Ad quem locum interpretandum Torrentius non recte adhibet loca Livii de quinqueviris et triumviris mensariis. Notavit eum hoc nomine Salmasius de Usuris c. 27. p. 509. et Sigonium P. Fabet Semestr. II. 15. Hoc debuerant scire veteres Indimagistri, qui nobis Commentarios in Suetonium, et incondites molis Lexicon Antiquitatum Romanarum procuderunt. Laudo illorum bene de re literaria merendi voluntatem; non probo, quod plerumque sine ullo delectu ac discrimine bona, mala, ac diversas multorum de iisdem rebus sententias, nullo interposito suo judicio, descripserunt: quare lectores, harum rerum non satis peritos, vel in errorem abduci, vel incertos quid ex multis eligant, relinqui necesse est. Sed ille nihil præter centones, et eos tamen sæpe non aptissime, suere didicerat; suam de plerisque dubiis et controversis sententiam dicere non poterat: quod et perexigua recte judicandi, et vera a falsis discernendi facultate præditus, nec necessariis ad rite perficiendum opus quod adgressus erat, variæ eruditionis adjumentis instructus erat. Bene in illum convenit, quod de aliis quibusdam dixit Scaliger: 'hoc genus hominum sunt bajuli eruditorum, qui nobis omnia colligunt: hoc nobis perquam utile est, et hoc genus esse debet.' Hæc non scripsissem, nisi viros infinitis partibus se doctiores adlatrare, et indignissimis verborum contumeliis lacerare ausus fuisset. *Duk. A dispensationes* Port. Gaertn. et Hav. Tum *appellaverunt* Lov. 2. *appellarit* Harl. 1.

§ 6 *Ii meriti æquitate curaque sunt, ut per*] *Ii* redundat. *Gelen.* Pronomen, a Gelenio rejectum, in nullo etiam meo aut Hearnii Oxon. cod. reperitur. Est autem ex numero illorum, quæ sæpe a mentis librariis contextui Livii interseruntur, quod orationem ejus nimis abruptam aut male cohærentem existimabant. Vide ad XXXVII. 17. § 5. *Meriti æq. curæque sunt, ut* Voss. 2. et Lov. 3. *Meriti æq. curæque meriti sunt, ut* Lov. 2. *Meriti æq. curaque sunt meriti sunt, ut* Leid. 1. et Harl. 1.

C. Duilius, P. Decius Mus] *Duellius* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Flor. *Dullius* Harl. 2. *Duelius* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. In edd. vett. vel *Duellius*, vel *Duillius* dicitur. Sed *Duilius*, ut Sigonius primus recepit, verum est. Vide ad l. II. c. 58. § 2. Deinde cognomen *Mus* deest in Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Cujus codex B. non agnoscit prænomen ac nomen *P. Decius*. Sed *P. Decius Tertius* præfert Gaertn.

Q. Publius et T. Æmilius] *Q. Publilius* legendum est, qui postea quater fit consul. *Publius* enim prænomen est, non nomen. Cæterum huic Publilio *Philo* cognomen fuit. Ante aliquot item versus legendum *C. Martius Rutilius II.* fuit enim antea consul a. CCCXCVIII. *Glar. Q. Publilius et Ti. Æmilius.* De Publilio l. VI. c. 19. § 5. dictum est. De Æmilio dicam haud ita multo post ad VIII. 2. § 1. *Sigon. Q. Publius* etiam Voss. duo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. duo, Port. Hav. fragm. Hav. Flor. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Quintus P.* Gaertn. *Q. Publicius* Leid. 2. Sed veram scripturam recte Glareanus et Sigonius restituerunt. Deinde Æmilii prænomen omittitur in Leid. 2. *Titus* vocatur in Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. fragm. Hav. et Flor. *Quintus* in Hav. *Tullius Æmilius* in

Digitized by Google

Hearnii Oxon. L. 1.

§ 7 *Rem difficillimam tractatu*] *Tractat* Leid. 1. et fragm. Hav. *tractant* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *tractu* Leid. 2. Vide ad XXXV. 32. § 12. *rem difficillima tractatã* Harl. 1. Tum *plerique parti*, pro *plerumque*, Gaertn. *ppl'mque parti* Lov. 2.

Certe alteri gravem, quum alia moderatione, tum impendio] *Alteri parti gravem* Harl. 2. et Port. Deinde *tum ad id* Lov. 2. et 4. *tum alia* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Harl. 2. Port. fragm. Hav. a m. pr. et primæ edd. usque ad Frob. qui a. 1535. *cum alia* restituit. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *alia modestiæ ratione* Leid. 2.

§ 8 *Tarda enim nomina et impeditiora*] Optimi duo codd. Pall. Mss. *tarda enim nominum*. Elegantissime. Supra quoque II. 32. restitui Livio *violenta Patrum*. Vide notas nostras ad Propert. Eleg. I. 15. 1. 'Sæpe ego multa tuæ levitatis dura timebam.' *Gebh.* Duo Mss. Pall. *tarda enim nominum*. Quod non temere ausim damnare. Infra c. 29. 'Quoties in extrema periculorum ventum.' Curtius v. 9. 'Tentabat Persas adducere, Bactra et intactæ regionis opulenta, simulque quæ manentibus instarent pericula, ostentans:' ita Mss. et ex iliis Modius, ubi retulere *opulentiam*. Justinus l. XLI. c. 1. 'Ut non immensa tantum ac profunda camporum, verum etiam prærupta collium, montiumque ardua occupaverint.' *J. F. Gron. Tarda nominum* ex meis unus servat Lov. 3. Sæpe autem adjectiva neutra pluralia genitivum adsciscere, variis scriptorum, sed inprimis poëtarum, locis ostendit Vechner. Hellen. I. part. 2. c. 9. p. 126. Adde Freinsh. Indic. in Flor. voc. 'Diversus,' et Tennul. ad Front. Strateg. I. 3. ex. 10. Sed idem etiam genus loquendi alibi etiam apud Livium obcurrit. Supra VI. 31. 'Excursiones in extrema finium factæ erant.' VII. 29. 'Quoties in extrema periculorum ventum?' XXVIII. 22. 'Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum suarum congererent.' XXX. 22. 'Præsidio circa portas opportunaque mœnium dimisso.' XXXVI. 27. 'Parantibus iis antiqua fœderum ordiri:' ita Gronov. scribendum monuit, pro *antiqua jura fœderum*. Vide plura ad XXXVII. 58. § 8.

Aut ærarium, mensis cum ære in foro positis, dissolvit] *Ante ærar., mensis, &c. dissolverunt* Lov. 2. *ante ærarium* etiam Lov. 5.

Æstimatio æquis rerum pretiis liberavit] *Extimatio* Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. *existimatio* Port. a m. sec. et Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 5. Tum *liberaverit* Port. Vide ad XL. 14. § 10.

Ut non modo sine injuria, sed etiam sine querimoniis] Prima vocula aberat a fragm. Hav. a vocis præcedentis, ut videtur, fine absorpta. Voces *sed etiam* omisit Harl. 2. Verum una addita *sed et etiam sine quer.* habet fragm. Hav.

Exhausta vis ingens æris alieni sit. Terror] *Æris alienis. Ita terror* Leid. 1. et Harl. 1. *æris alieni. Ita terror* Lov. 2. *æris alieni. Ita error* Voss. 2. et Lov. 3. *æris alieni. Ut terror* Gaertn. *Tò sit* omittunt etiam edd. Basil. 1539. Curionis, et aliæ.

§ 9 *Terror inde vanus belli Etruscî*] *Terror inde haud vanus* Lov. 3. *Error inde vanus* Flor. Voss. 2. et Lov. 3. Sed *terror* et *error* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad XXIV. 30. § 6. 'Terror belli,' ut IV. 26. 'Nec ultra terror belli est dilatus:' hoc lib. cap. præc. 'Cærites verus belli terror invasit:' cap. seq. 'Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli.' XXXVIII. 42. 'Vagari eos cum belli terrore per nationes.' *Terror inde varius* Gaertn. qui error in Mss. frequens est. Vide ad XXII. 7. § 4.

Eo enim ad consules missum senatusconsultum est] *Missus senatusconsulto*

Digitized by Google

fuerat Lov. 2. *missu senatusconsulto*, omisso *τῷ est*, Lov. 3. Illud *est* deficit etiam in Voss. 2. Gaertn. Port. et Hav. *missum senatusconsultum filio* Lov. 4.

C. Julius, cui magister equitum adjectus L. Æmilius] Vet. lib. *Mag. eq. ei adjectus est L. Æm.* Sigon. Pal. 2. *magister ei equitum adjectus L. Æm.* Gebh. Etsi leve est, tamen monendum visum fuit, hoc libro ter legi, magister equitum *additus*, non *adjectus*, capp. 12. 22. et 24. *Duk. Julius*, neglecto prænomine, Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Julius est* Leid. 2. *Cor. Julius* Lov. 2. Vide ad v. 52. § 3. Tum *cui* non agnoscit Lov. 5. *Magister ei equitum adjectus* Port. et Hav. *ei equitum adjectus*, præterita etiam perperam voce *magister*, Harl. 2.

CAP. XXII. § 1 *Tentatum domi per dictatorem*] Rectus hujus orationis casus est *Tentatum*. Ejusmodi forma dicendi usus est c. 8. 'Diu non perlitatum tenuerat dictatorem.' *Sigon.* Supra 1. 53. 'Æquasset' superiores reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori obfecisset:' ubi vide quæ notantur, et hoc lib. c. 12. § 8.

Rem ad interregnum produxit] *Perduxit* alii emendarunt, et recte. Porro ejus verbi nullus est nominativus, sed tota præcedens loco nominativi oratio. *Glar. Produxit* obvium tantum fuit in edd. Mediol. 1480. 1495. et 1505. Veneta 1498. Ascens. 1515. 1518. et Paris. 1529. Reliquæ cum omnibus scriptis vulgatum tuentur. Supra IV. 25. 'Quum res prope ad interregnum producta esset:' ubi similiter variatur. Vide ad XXXVIII. 50. § 1.

§ 2 *C. Sulpicius et M. Fabius interpositi obtinuere*] *Q. Sulpicius* Hearnii Oxon. L. 2. Sed male. Mox enim addit, eum consulem creatum esse. Consulem autem *Caii*, non *Quinti*, prænomen habuisse, ex præcedentibus ejus consulatibus constat. Deinde conjunctionem omittunt Harl. 2. Port. et Hav. Tum *M. Favius* Voss. 1. et Lov. 1. Quomodo etiam peccatur VIII. 3. § 5. c. 16. § 14. c. 32. § 15. et alibi. Vide ad v. 24. § 5. *M. Farius* Flor. Vide ad XXII. 24. § 1. Similes errores a librariis commissos non miror, siquidem etiam monetarios in eosdem incidisse videam. Certe nummum possideo, similem per omnia illi, quem Patin. in Numm. Famil. primo loco in gente Fabia edidit; nisi quod, quum apud eum exsculptum sit Q. FABI, meus integer et optime servatus perspicue exhibeat Q. FABI. Quamvis autem in lapide apud Fabrett. pag. 145. FABIAE EPICTESIDIS mentio obcurrat, meum tamen nummum ad gentem Fabiam referendum esse, evincit cognomen LABEO, quod in altera parte nummi legitur. Præterea *obtinere* Voss. 1. a m. pr. Mox *æris alieni levati* alio ordine Lov. 4. Sed *τὸ levati* deficit in edd. vett. quod primi in contextum receperunt Mogunt. et servant omnes codd.

Ut ambo patricii consules crearentur] Codd. nihil mutant. Eam ob causam non nisi timide conjicio, verba hæc quinque, quæ modo hoc cap. præcesserunt, ex interpretis glossa in contextum inlata esse. Interdum Livium easdem voces repetiisse, vidimus ad 1. 3. § 9. Et sane id optimo cuique accidit: id tamen in integra tot dictionum periodo non ita facile evenire potest.

§ 3 *Creati ipse C. Sulpicius Potitus*] Lege *C. Sulpicius Peticus*. Pro *Potito* in Mss. perpetuo *Peticus* legitur, dumtaxat in Sulpicia gente: nec dubito, quin rectius. Vam 'Potitorum' familia Valeriæ gentis est. Enm, qui mutavit, offendebat vox non intellecta: atqui eadem ratione mutanda essent non pauca alia in hoc genere vocabula, quorum nemo est hodie, qui significationem dicere queat, cum passim apud Livium aliosque historicos occurrant. *Gelen.* Legendum *C.*

Digitized by Google

Sulpicius Peticus V. nam quater antea fuit consul ab a. CCCXCI. ubi primum factus est consul. Mire vero ejus cognomen apud auctores variatum. Quidam enim *Potitum* vocant, alii *Bathycum*, nonnulli *Pythium*. Nec in prænomine minor variatio, cum alibi *T.* alibi *L.* sed a pluribus *C.* vocetur, ut antea dictum est. *Gier. Creatus ipse* Gaertn. *Τὸ ipse* deest in fragm. Hav. a m. pr. Prænomen autem C. constanter Sulpicio tribuitur in omnibus scriptis, nisi quod ab uno exsulet Leid. 2. In idem consentiunt etiam excusi, præterquam quod antiquiores præferant *Cl.* id est *Claudius*, ut sæpe in iis erratur. Vide ad v. 26. § 2. Præterea *Potitus* Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Potitius* ejusdem codex L. 1. *Petitus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 5. et fragm. Hav. *Pœticus* Gruter. in postrema ed. eamque secuti sunt plerique recentiorum. Vide ad c. 2. hujus lib. § 1. Neque audiendum puto Glareanum, qui quinti consulatus notam addendam existimat, quamvis etiam Pighius in Annal. ad a. CDII. p. 291. moneat, numerum apud Sulpicium in Livio desiderari. Vide ad II. 16. § 7.

Qui prior interregno abiit] Pall. duo codd. Mss. *qui et prior interregno abiit.* Gebh. *Qui et prior* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *abit* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad II. 4. § 2. addita adspiratione *habet* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad XXXVII. 59. § 7. *Habitet* Flor. *abiret* Lov. 2.

Et T. Quinctius Pennus] Copulans particula deficit in Lov. 2. Tum *L. Quintius* Voss. 2. et fragm. Hav. *Lucius Quintius* Lov. 3. *L. Quintus* Hearnii Oxon. L. 2. *T. Quintus* Leid. 1. Deinde *Pœnus*, vel *Penus*, scripti et editi usque ad Sigonium, qui recte *Pennus* reposuit. Vide ad IV. 20. § 8.

Quidam Cæsonem cognomen Quinctio adjiciunt] Vetus lectio, *quidam Cæsonem, alii Caium cognomen Quintio adjiciunt*: ut intelligamus triplicem varietatem, quibusdam hunc *Titum, Cæsonem* aliis, aliis *Caium* appellantibus. Porro *cognomen* eo maluit dicere, quam *prænomen*, ut opinor, quod *prænomen* non temere alibi, quam in grammaticorum scriptis reperiatur. *Gelen.* 'Cæso' et 'Caius' prænomina sunt, non cognomina. Neque quisquam, qui Latine locutus sit, alio unquam modo locutus est, nisi fortasse vitiatæ voces sint; ut hoc loco. In antiquis enim libris legitur, *quidam Cæsonem, alii cognomen Quintio adjiciunt.* Quæ lectio vestigia germanæ lectionis ostendit, quæ est, *alii C. nomen Quintio adjiciunt.* Depravatum enim est *C. nomen*, mutatumque primum in *conomen*, post in *cognomen*. 'Nomen' autem et prænomini et cognomini congruit. ['Errare hoc loco Sigonium, demonstrat Robortellus Emendat. I. 19. asserens 'nomen' prænomen numquam appellari: itidem c. 26.'] *Sigon.* Extricarunt hanc lectionem [*alii Caium nomen Quintio adjiciunt*] docti ex illa Mss. *alii cognomen Quintio adiciunt*, ut habent Pall. duo 1. ac 3. Pal. 2. et edd. priscæ *quidam Cæsonem cognomen Quintio adjiciunt.* Ceterum eidem Quintio prænomen *Lucii* præfigunt item Pall. duo, non *Titi*. Gebh. *Quidam Cæsonem in cognomen* Harl. 2. et Hav. *quidam Cæsoni alii cognomen* Lov. 2. 4. et fragm. Hav. a m. sec. *quidam Cæsonii alii cognomen* Gaertn. *quidam Cæsonem cognomen* Port. *quidam Cæsonem, alii cognomen* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 5. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *quidam Cæsonem, alii C. cognomen* Flor. quomodo etiam Gelenius in suis invenit, et probavit; numquam tamen persuadebit, *cognomen* pro prænomine usurpari. Verior videtur Sigonii conjectura, *quidam Cæsonem, alii Caium nomen Quinctio adjiciunt*, cujus lectionis vestigia multi apud me codd. servant.

Digitized by Google

Et ita in Flor. iisque quos Gelenius vidit, librarii duplicem lectionem receperint, *alii Caium nomen*, et *alii cognomen*; quod ipsis frequentissimum esse, vidimus ad III. 44. § 4. Adde Torrent. ad Suet. Calig. c. 35. Vulgatum quidem, sive scripturam quam Gelenius probavit, defendere contra eum conatus est Robortell. loco a notatore Sigonii memorato, sed videnda sunt quæ ei reposuit ipse Sigonius Emendat. II. 22. Adde quæ dicta sunt ad Epit. Liv. lib. VI. ubi pariter *Marco nomen*, pro *Marco cognomen*, scribendum esse Sigonius judicavit.

§ 4 *Cum agris magis, quam cum hominibus, urendo populandoque gesserunt*] *Cum agris magis, quam hominibus* Leid. 2. Lov. 1. 3. et edd. vett. usque ad Aldum, qui *quam cum hominibus* recte reposuit. Præpositionem enim eo loco servant reliqui scripti, et Livius illam in similibus locutionibus sæpissime repetere solitus est. Vide ad IV. 58. § 4. Præterea *urendo populando*, omissa copula *que*, Harl. 2. Tum *gessere* Gaertn. Paullo ante *nusquam aciem*, pro *acie*, male est in Flor.

§ 5 *Cujus lentæ tabis senio victa utriusque pertinacia populi est*] Lego addendo *lentæ velut tabis*. Et sic legitur in vetustis ac emendatis codd. *Gelen.* *Lentæ velut tabis* etiam omnes nostri calamo descripti. Et recte. Hac enim similibusque particulis 'quasi,' 'tamquam,' 'ut ita dicam,' mollitur, quidquid durius in metaphora videtur. Cic. de Orat. III. 41. 'Si vereare, ne paullo durior translatio esse videatur, mollienda est, præposito sæpe verbo: ut, si olim M. Catone mortuo, pupillum senatum quis relictum diceret, paullo durius; sin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius est.' Et hoc sensu accipiendum τὸ 'quasi' existimo apud Cic. de Senect. c. 23. 'Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari:' adsentiri enim nequeo Jac. Perizonio, qui in Epist. ad Nic. Heinsium, quam edidit Burm. in Syllog. Epist. tom. IV. p. 786. *quasi decurso* interpretabatur, 'fere decurso.' Sententiam meam firmo ex alio loco Cicer. ubi *tamquam* dixit, quod hoc loco *quasi* dixerat, de Amic. c. 27. 'Maxime quidem optandum est, ut cum æqualibus possis, quibuscum tamquam e carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem (ut dicitur) pervenire.' De simili usu harum particularum vide Dukerum ad Flori II. 3. § 3. III. 5. § 30. p. 545. et in add. p. 922. ubi ex Livio laudatur XXXVII. 41. 'Cuspides circa temonem ab jugo decem cubita exstantes velut cornua habebant.' Pari modo Græci usurparunt ὅσπερ. Vide Demetr. Phaler. de Elocut. § LXXX. et XC. Ceterum *senis* nullo sensu Lov. 4. 'Senium' hic est tædium, odium. Vide Non. Marc. ea voce. Hinc 'senescere' ac 'consenescere' est se cum tædio sustentare. Vide viros doctos, et præsertim Duker. quosque laudavit ad Flori I. 22. § 4. Adde ad V. 43. § 7. Deinde τὸ *est* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu] Vox *primum* exsulat ab Harl. 2. Port. et Hav. *primo* habet Gaertn. Deinde *ab consulibus* Port. et Hav. *consulum* Gaertn. *consulibus* fragm. Hav. a m. pr. *a consule* Voss. 2. Lov. 3. et Leid. 2. in contexta, qui in margine exhibet *a cons.* ambigue. Error ortus est ex compendio. Vide ad X. 10. § 2. Hic tamen dubitationem indoctis scribis eximere poterat sequens *eorum*. Tum *deinde* Voss. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Hav. et edd. vett. usque ad Frobenium, qui *dein* substituit a. 1535. Vide ad III. 3. § 6. Hinc *a senatu* Gaertn. Mox *impetrarunt* Lov. 4. *impetraverit* Harl. 1.

§ 6 *Bellorum, quæ imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset*] *Quæ*

Digitized by Google

imminebat Leid. 2. Lov. 2. et Hav. Insuper *ab armis quiesset* Flor. et Leid. 1. Verum ultimam syllabam vocis *quies* absorpsit prima sequentis *esset*.

Solutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos] Pal. 3. *unimitaverat*. Pal. 1. *immitaverat*. Forte *immutaverat*. Gebh. Quemadmodum Gebhardus conjecit, præferunt Voss. 2. et Lov. 3. eoque verbo Livius hoc sensu utitur XXXIX. 13. 'Pacullam Miniam Campanam sacerdotem omnia, tamquam Deum monitu, inmutasse.' Cic. de Amic. c. 15. 'Hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus inmutari.' ad Fam. 1. 9. 'Non putavi famam inconstantiæ mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paullum me inmutassem.' v. 4. 'Sermones eorum, qui hac iter faciebant, animum tuum inmutatum significabant.' Potuit prima illa syllaba *im* vel *in* a fine vocis præced. intercepta esse. Vide ad X. 13. § 3. Verum non modo plures, sed etiam optimi hic nihil mutant. Præterea alio ordine *rerum multarum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. et Hav.

§ 7 *Professus se petere censuram C. Marcius Rutilus*] Pall. tres *professus cens. se petere*. Neque aliter Campanus. *Gebh.* Ita etiam tantum non omnes mei. Eo autem ordine jam edidit Jac. Gronovius. Tum *Cn. Marcius* Hav. Deinde *Rutilius* omnes codd. Vide hoc lib. ad c. 17. § 6. In verbis etiam præcedd. alio ordine *comitia indicta essent* habet Hav.

Qui primus dictator de plebe fuerat] Pall. duo Mss. 1. ac 3. *qui primus dictatorum de plebe fuerat*. Pal. 2. *qui primus de plebe dictator fuerat*. Gebh. *Qui primus dictatorum de plebe fuerat* Voss. 2. et Lov. 3. *qui primus de plebe dictator fuerat* Harl. 2. Port. et Hav.

§ 8 *Ambo tum forte patricii consules erant, qui rationem ejus se habituros*] *Ambo tũ forte patricii* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *ambo tum patricii forte* Lov. 4. et fragm. Hav. Tum *habituros se* Harl. 2. Port. et Hav.

§ 9 *Constantia inceptum obtinuit*] *Inceptum tenuit* Lov. 5. Quod, si aliorum codicum, quibus tutius fides haberi posset, consensus accederet, probandum putarem, quum Livius *tenere* pro *obtinere* usurpare amaverit, eique librarii etiam alibi *obtinere* ex interpretis expositione subponere soliti sint. Vide ad XXIII. 20. § 10. Verum nunc, quum alii omnes in vulgatum conspirent, ἐπίχω.

Tribuni omni vi recuperando jus, consularibus comitiis amissum, adjuverunt] *Tribuni cum vi recuperandi jus* Gaertn. *tribuni cum in recuperando* ed. Mediol. 1505. *tribuni omni vi reciperantur jus* Flor. ut forte *reciperando jus* legendum sit; de quo verbo vide hoc lib. ad c. 18. § 1. Deinde *consularibus comitiis admissum* Gaertn. Vide ad IV. 12. § 11. *Consularibus comitiis cõmissum* Hav. Denique *adiverunt* Klockian. unius literæ repetitione neglecta. Ceteroquin *aditus* et *adjutus* etiam alibi in Mss. commutari solent.

Et quum ipsius viri majestas] Extoris est a libris Pall. Mss. connexiva particula *et*. Quam tamen recte retinent edd. antiquissimæ. *Gebh.* Eamdem particulam neglexerunt Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Præterea *tum* præferunt Lov. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. et Port. Et ita habent edd. vett. qui etiam mox contra *quum*, pro *tum*, legunt. Aldus deinde utroque loco *tum* dedit, Frobenius a. 1535. priori in *cum* mutavit. Vide ad VI. 23. § 3. Mox *ullius honoris*, pro *nullius*, perperam Lov. 2.

Qui ad dictaturam aperuisset viam] Pall. iterum duo, 3. ac 1. *aperuisset vicem*. Gebh. *Quia*, pro *qui ad*, Lov.

Digitized by Google

2. Sed, duabus vocibus male coalescentibus, insuper ultima posterioris litera a prima sequentis elisa est. Vide ad XXIII. 8. § 9. Pronomen *qui* omittitur in Leid. 2. Tum *dictatoriam aperuisset vicem* Lov. 2. *vicem*, pro *viam*, etiam Voss. 2. et Lov. 3. *vices* et *viæ* sæpius commutari solent. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Art. Amat. III. 37. et Burm. ad Nason. Halieut. vs. 21. Adde quæ notantur ad Livii IX. 23. § 3. Sed vulgatum hic verum est. Supra VI. 35. 'Quo in magistratu sibimet ipsi viam ad ceteros honores aperirent?' ubi plura notantur.

Censuram quoque in partem vocari plebs volebat] Lege *censuræ quoque in partem vocari plebes volebat*. Alterum a Florentino codice, alterum ab conjectura nostra est, quam video et in mentem venisse Mureto. Justinus v. 2. 'Vocandos etiam in portionem muneris Ionios.' *J. F. Gron. Plebes* etiam Voss. 1. Leid. 1. Harl. duo, Port. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. Recte igitur Jac. Gronov. id in contextum recepit. Præterea, se etiam *censuræ quoque in partem vocari* legendum conjecisse, antequam inspexisset addenda ubi Gronov. ita emendabat, ad marginem edit. 1665. adnotavit Ant. Perizonius. Filius autem adjecit, videri ita et Sigonium legisse in Fastis ad a. CDII. Doujatius contra vulgatam lectionem elegantiorem judicabat. Figurate enim rem dici in partem vocari, quæ revocatur ad divisionem, tamquam quæ communis esset plebeiis et patriciis, quo plures ejus participes fiant. Eo sensu 'spem consulatus in partem revocare' dixit IV. 34. 'Ad spem consulatus in partem revocandam adspirare non auderet.' Similiter 'honores in commune vocare' VI. 40. 'Hoccine est in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri consules liceat, duos patricios non liceat?' Si tamen codd. faverent, Gronovii conjecturæ subscriberem. Ita V. 21. 'Ignari, in partem prædæ suæ vocatos Deos:' ubi vide quæ notantur. Tacit. Ann. I. 11. 'Solam Divi Augusti mentem tantæ molis capacem, se, in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse.' Mutato ordine, *in partem plebes vocari volebat* Harl. 2.

§ 10 *Quia cum Manlio Nævio censor Marcius crearetur*] Si *Marcius* hic e plebe primus censor factus est, ut ait Livius, profecto 'Manlius Nævius' hic patricius sit necesse est. Nam ambo ex plebe censores sero admodum fieri cœpti sunt. Cum autem censores nisi ex consularibus fere crearentur, non est dubium, quin hic 'Manlius Cnæus Imperiosus' sit, qui consul ante fuit. Erroris autem caussam attulit prænomen *Cnæus*, quod antiqui *Næum* dixerunt. *Sigon.* Ms. *cum Manlio Levio*. Forte *cum Manlio Lucio*. Klock. In lectionem, recte a Sigonio damnatam, conspirant omnes codd. mei, nisi quod *cum Manlio nemo* præferant Gaertn. et Hav. Licet autem L. Manlius dictator fuerit hoc lib. c. 3. malim tamen cum Sigonio *Manlio Cnæo*, quam cum Klockio *Manlio Lucio*. Reliquorum enim omnium codd. quam unius Klockiani, vestigia sequi præstat; præterquam quod τὸ *Levio* in hujus Ms. alio iterum errore pro *Nævio* datum videatur. Verisimilius etiam est, librarios in prænomine *Cnæus*, pro quo passim quævis alia substituerunt, quam in notissimo *Lucius* errasse. *Manlio Cnæo* autem, prænomine postposito, de quo vide ad III. 1. § 1.

Nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur] M. Fabium non rei gerendæ, sed comitiorum habendorum causa creatum esse significat, ne consul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, sed uterque patricius. Qua de lege libro priore tradidit. *Sigon.* Legem hanc 'Liciniam' vocat etiam cap. præc.

Digitized by Google

'Tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Licinium legem haberentur.' Paullo post, 'Legis Licinii patrocinium tribuni jactabant.' Et inferius adhuc, 'Concordiæ causa observare legem Licinium comitiis consularibus jussere.' Infra c. 25. 'Dictatorem increpabant, qui legis Licinii spretæ mercedem consulatum cepisset.' Contra, 'Sextii lege' consulatum cum plebe communicatum fuisse, dixit hoc lib. c. 1. 'Plebes consulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit.' Nimirum C. Licinius et L. Sextius creati tribuni legem promulgarunt, ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur, ut Livius refert VI. 35. cui utrique etiam adscribitur hoc lib. c. 18. Et ratio est, cur modo huic, modo illi adscribatur. Vox *lex* deest in Lov. 1.

§ 11 *Magister equitum dictatori additus Q. Servilius*] *Additus* Leid. 1. Vide ad IV. 57. § 11. *addictus* Lov. 1. Vide ad VI. 15. § 9. Servilii autem prænomen deficit in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Potentiorem cum consensum Patrum] *Potentiorem cum consensu Patrum* Flor. Voss. duo, Leid. 1. Lov. quinque, Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. quod ferri nequit. Ita enim τὸ *cum* ad M. Fabium referendum foret, indeque ob verba seqq. colligendum foret, eumdem Fabium dictatorem comitiis censoriis præfuisse; quum tamen dictatoris demum post habita comitia censoria mentio fiat. Corruptius *potentiorem cum consensu Patrum* Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed solent passim *cum* et *eum* ob ductuum similitudinem confundi. Vide ad IV. 19. § 2.

Quam censoriis comitiis fuerat] *Censoris comitiis* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. et Hav. eodem errore quo sæpe *regio*, sive *regIo*, pro *regiis* in Mss. scribi solet. Vide ad XXXII. 6. § 6. Præterea *fecerat* Harl. 2. Port. et Hav. Verum ita dictatorem comitia censorum habuisse iterum sequeretur; quod verum non esse, modo vidimus. Confuderunt itaque librarii voces *fuit* et *feci*, ut sæpe alibi. Vide ad XXXI. 45. § 2. Ceterum voces *quam censoriis comitiis fuerat* desunt in Leid. 2.

CAP. XXIII. § 1 *M. Popilius Lænas a plebe consul*] Adjiciendum *tertium*, quippe qui bis antea fuerit consul. Nisi quis putet, a Livio hæc consulto neglecta, quod mihi non fit verisimile. *Glar.* Probe hoc modo prima ed. Campani vero *Lena.* Sed Pall. duo *M. Popilius lectus a plebe.* Amplius Pal. 2. *Marcus Pompilius Lænas lectus a plebe consul.* Gebh. Addita ab initio voce, *Inde M. Pompilius* Klockian. Sed illud *in* sive *inde* et prænominis *Marci* litera initialis *M.* sæpe commutantur. Vide ad IV. 52. § 4. Quare vox *Inde* tamquam varia lectio τοῦ *M.* primo margini adscripta, mox simul cum eo in contextum recepta videtur. Simile exemplum vide ad IV. 21. § 1. Præterea *M. Popilius Lænas* Leid. 1. Harl. 1. et Flor. *M. Pompilius Lænas* Gaertn. *M. Popillius Lænatus* Hearnii Oxon. C. *M. Popilius*, vel *Pompilius*, *Lentus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *M. Popilius*, vel *Pompilius*, *Lectus* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *M. Popillius*, vel *Pompilius*, *Lænas lectus* ejusdem Hearnii B. et N. atque ex meis Harl. 2. Port. et Hav. Sed, verum ejus nomen *M. Popillius Lænas* esse, vidimus hoc lib. ad c. 12. § 2. Glareano consentit Pighius, tertium consulatus numerum in Livio restituendum censens, in Annal. ad a. CDIII. p. 292. quod necesse non existimo. Vide ad II. 16. § 7.

A Patribus L. Cornelius Scipio datus] *Scipio collega datus est* Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec.

Digitized by Google

in margine, et Hearnii Oxon. B. Sed additam vocem certiores codd. ignorant. *Ab Patribus* Port. et Hav. *et a Patribus* Leid. 2. et Lov. 1. ac 2.

Industriorem plebeium consulem fecit] *Illustrem plebeium consulem* Lov. 2. *illustriorem consulem plebeium* Lov. 4. *Tum facit* Hav.

§ 2 *Scipione gravi morbo implicito*] *Graviori morbo* Hearnii Oxon. L. 2. *gravi in morbo implicito* Lov. 1. Verum, si Livius huic locutioni præpositionem *in* addit, ei non sextum, sed quartum casum jungit. Ut XXIII. 20. 'Q. Mucium, non tam in periculosum, quam longum morbum implicitam.' At sæpe dixit 'implicari morbo.' I. 31. 'Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus:' ubi etiam male unus cod. *in longinquo morbo*. III. 2. 'Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit.' V. 31. 'Consulibusque morbo implicitis, placuit per interregnum renovari auspicia.' XXVIII. 23. 'Scipio ipse gravi morbo implicitus.' XXXIX. 56. 'Prætor diutino morbo est implicitus.' Similiter Valer. Max. I. 7. ex. 1. 'Præcepit, ut illum gravi morbo implicatum moneret.' c. 8. ex. ext. 16. 'Omnibus annis uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur.' Tacit. Ann. IV. 38. 'Pervicax iræ et morbo corporis implicata.'

Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum] 'Popillium' item Appianus in Celtica egregie rem post Sulpicium gessisse cum Gallis auctor est. *Sigon. Pompilio* Leid. 2. Lov. 2. Harl. 2. Port. et Hav. *Popilio* Voss. duo, Lov. 1. 3. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. *Popillio* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Vide modo ad § præc. Alio ordine *Popilio Gallicum bellum* Lov. 4.

§ 3 *Jussisset, signaque eodem*] *Jussisseque signa eodem* Leid. 1. Paullo ante *impiger*, pro *impigre*, Leid. 2. Et in verbis seqq. *differre*, pro *deferre*, Lov. 3. Voces *in ar. deferre, quatuor expl. leg., quod sup. nil. P.* desunt in Lov. 1.

§ 4 *Auctor Patribus scribendi alterius exercitus*] Pal. 2. Ms. *auctoribus Patr. scribendi.* Gebh. *Auctori Patribus* Port. a m. pr. in quo emendatum a m. altera *auctoribus Patribus*: quæ lectio etiam exstat in Lov. 2. Hav. et a m. sec. in fragm. Hav. Sed *auctor ibi Patribus* Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Quod si placet, interpunctionem ita muta: *tradidit. Auctor ibi Patr. scrib. alterius exercitus, quod, &c. esset, ipse, jam satis omnibus:* et *ibi* accipe pro 'tum,' quo sensu sæpe ponitur. Supra II. 20. 'Ibi nihil nec divinæ nec humanæ opis dictator prætermittens.' c. 35. 'Ibi ira est suppressa.' III. 28. 'Ibi dictator equo circumvectus.' cap. 69. 'Ibi vero in Quinctium omnes versi:' ubi quædam dixi. c. 70. 'Ibi vero Sulpicius negare.' XXII. 1. 'Romæ Idibus Martiis magistratum iniit. Ibi quum de republica retulisset.' XXXIX. 31. 'Ibi postquam laborare aciem Calpurnius prætor vidit.' XL. 5. 'Ibi quum alii mores et instituta eorum eliderent:' et ita sæpe. Vide ad II. 5. § 1. ad Epit. Liv. lib. XLIX. et Cortium ad Plinii Epist. I. 5. § 5. Servata tamen vulgata interpunctione, recepta scriptura, in quam reliqui, iique præcipui auctoritatis Mss. conspirant, commodissima est.

Quod ad incertos belli eventus subsidium reipublicæ esset] Priora quinque vocabula omittuntur librarii culpa in Port. *qui ad certos* habet Lov. 4. *qui ad incertos* fragm. Hav. a m. pr. Verum sæpissime pronomen relativum apud Livium potius sequenti, quam præcedenti, convenit. Vide ad XXXII. 30. § 5. quare *quod*, a reliquis codd. probatum, præferendum est. Neque locutionem percepit, qui *ad certos belli eventus* dare potuit. *Incertos belli eventus*, ut 'incerta belli,' XXXIX. 54. 'Se certam, etsi non speciosam pacem, quam incerta belli

præoptantes:' ubi plura vide. Deinde *subsidium p. esset* Harl. 1.

§ 5 *Quam periculo ultimo tentaret*] *Certaret* Hearnii Oxon. B. quod ex glossa natum puto: nam 'tentare vires alicujus ultimo periculo' est cum aliquo prælio certare. Ita 'tentare castra' est ea obpugnare, II. 25. 'Si qua nocturna transitio proditiove fieri possit, tentant castra.' 'tentare urbem' XLV. 11. 'Antiochus, frustra tentatis mœnibus Alexandriæ, abscesserat.' 'Ultimum periculum,' ut 'universum periculum' XXII. 12. 'Neque universo periculo summa rerum committebatur.' Paullo ante *jam* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde in verbis seqq. *proximis castris*, pro *proximum*, Harl. 2. et Port.

§ 6 *Ut extemplo prælium initura, explicuisset aciem*] *Ut extemplo prælium iniret, explicuit aciem* Lov. 2. et 4.

Neque in aquum dimitti agmen vidit] *Demitti* legendum est, ut XXVII. 18. 'In inferiorem campum equites Numidas Asdrubal demisit.' Et hoc lib. paulo post c. 34. 'Quod totum in vallem infimam demitteret agmen.' Idem error est, qui est in *digredi*: nam ubi de descensu verba fiunt, *degredi*: sic non *dimitti*, sed *demitti*. Sigon. Omnes nostri lectionem, passim ante Sigonium receptam, *dimitti* servant, nisi quod ex Harl. utroque nihil in excerptis meis notatum videam, quos tamen solos ab hac macula, qua reliqui, etiam optimi quique, infecti sunt, immunes non fuisse existimo. Licet vero pertinaciter in *dimitti* conspirent membranæ, putem tamen recte Sigonium ei *demitti* substituisse. Ita enim legendum esse, ratio ipsa docet. Sæpius autem scribæ hunc errorem errare soliti sunt. Supra III. 8. 'Prædonum agmen fefellit, supra montes Prænestinos ductum, inde demissum in campos:' ubi vide Gronov. XXXIII. 15. 'Hostes nusquam, nisi raro, in collibus ante Sicyonem, non audentes agmen demittere in campos, vidisset:' ubi vide quæ notavi. Adde Gronov. ad XXXII. 18. § 5. et quæ dixi ad IX. 2. § 9. c. 27. § 4. XXII. 29. § 3. XXVII. 18. § 7. et XXXIV. 50. § 2. Simili modo peccabatur apud Florum in multis codd. I. 13. § 16. 'Stato quodam die per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce demisit:' ubi omnes scriptos suos *dimisit* perperam habere, Salmas. monuit. Eadem ratione librarii frequenter commutarunt 'degredi' et 'digredi.' Vide IV. 17. § 11. Et ita passim inter se confunduntur verba cum *τοῖς de* et *di* composita. Ita 'devertere' et 'divertere;' vide ad I. 51. § 8. 'detinere' et 'distinere;' vide ad V. 21. § 4. 'defugere' et 'diffugere;' vide ibid. ad c. 38. § 8. 'decedere' et 'discedere;' vide ad I. 31. § 11. 'destringere' et 'distringere;' vide ad VIII. 7. § 19. 'decutere' et 'discutere;' vide ad XXI. 12. § 2. 'deducere' et 'diducere;' vide ibid. ad c. 55. § 5. 'demittere' et 'dimittere;' vide ad XXXIV. 50. § 2. Vide etiam, quæ notavi ad Silii Ital. XVII. 164. Ceterum *postquam neque dimitti agmine vidit* habet Hav.

Quum loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos] *Tum loci altitudine* Voss duo, Lov. 2. 3. 4. 5. et fragm. Hav. cum priscis edd. *tum altitudine loci* Lov. 1. *tum loci altitudine tegi, tum vallo etiam ingenti*, addita insuper voce, Port. Vide ad VI. 23. § 3. *altitudine loci* etiam Leid. 2. *loci altitudinem* Flor. Præterea *integi* Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. Harl. 1. Klockian. et edd. omnes ante Froben. 1535. Eodem nos ducunt vestigia Lov. 4. et 5. *ingenti*, pro *integi*, præferentium. Priorem lectionem, pro qua stant optimi codd. revocavi: nam et alibi eo verbo Livius usus est. Ita XXVI. 17. 'Densa nebula saltum omnem camposque circa intexit.' Et eo sensu *intectus* pro simplici *tectus* XXVII. 3. 'Erant autem

Digitized by Google

pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine intexta, stramento intecta omnia; velut de industria, alimenta ignis.' Apulei. Metam. l. II. p. 123. ed. Elm. 'Opiparos cibi, et ebore nitentes lecti, aureis vestibus intecti:' ubi male ipsa illa et Pricæi edd. *intexti* præferunt. Vide Burm. ad Calpurnii Ecl. IV. 3. Hoc modo *incænans* pro *cænans* Sueton. dixit in Tiber. c. 39. 'In prætorio, cui speluncæ nomen est, incœnante eo, complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt.' Prima syllaba *vοῦ integri* in illis codd. in quibus *tegi* scribitur, intercepta videtur a litera ultima vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Omnia autem hæc *etiam integri Romanos, &c. quod intenti tum* omittuntur in Voss. 2.

Perculsos pavore ruta] *Perculsos pavore ruta* fragm. Hav. a m. pr. *percussos pavore ruta* Hearnii Oxon. C. Supra I. 27. 'In Veientem, alieno pavore perculsum, ferocior redit.' II. 9. 'Ne Romana plebs metu perculsa, receptis in urbem regibus, vel cum servitute pacem acciperet.' III. 8. 'Repentino pavore perculsos adorti.' Quibus etiam locis 'percussus' et 'perculsus' commutantur. Vide quæ præsertim priori notantur, ut et ad XXXIV. 15. § 2.

Intenti tum maxime operi essent] *Intenti quum maxime* Gaertn. reliquis invitis. Gronovius tamen ad Liv. XXV. 30. § 5. hunc locum adducens laudat *cum maxime*. Vide ad XXVII. 4. § 2. Præterea *essent operi* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Mox male *ingreditur*, pro *adgreditur*, Leid. 2.

§ 7 *Triarii erant, qui muniebant*] De 'triariis,' 'principibus,' et 'hastatis' Polybius VI. 19. et seqq. Livius VIII. 8. Suidas in voce Πρίγκιπες. Nos etiam infra ad Livii loc. laud. *Sigon.* Adde Lipsium de Milit. Rom. II. 1. aliosque, qui de re militari Romanorum scripsere. Ceterum *inminebant* Lov. 4. errore ex ductuum similitudine nato. Mox *ab statis principibusque* Lov. 3. *ab hastatis principibus*, omissa copula, Gaertn.

Qui pro munitoribus intenti armatique steterunt] Probo hanc lectionem Pall. duorum Mss. codd. Interim medius et edd. vetustæ *qui pro munitionibus intenti*. Gebh. *Pro munitionibus* Flor. a m. sec. et Port. a m. sec. cum edd. vetustis usque ad Aldum, qui recte *pro munitoribus* reposuit. Per 'munitores' autem intelliguntur triarii, qui muniebant. Deinde *steterunt* Voss. duo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et L. 2. Similiter etiam Aldus invenisse videtur in codd. quos consulnit, Ita enim in contextum recepit, quamvis tamen inter errata *steterunt* verius esse indicaverit.

§ 8 *Ut pila omnia hastæque non, tamquam ex æquo, &c.*] Eadem lib. X. de secundo bello Punico c. 10. habet Livius, ubi Carthaginenses Romanorum oppugnant naves. Eadem Dionysius Halicarn. lib. X. p. 648. ubi Romani App. Herdonium in Capitolio oppugnant. Verum A. Gell. IX. 1. ex Claudio Quadrigario contrarium docet. Sed est pro ingeniis exercendis ea theoria magis, quam ut vulgo vel credatur, vel recipiatur. *Glar.* Vide Magium Miscell. II. 16. Cujus locum ad marginem Livii Klockius adscripserat. *Hastæque, quia non tamquam* addita voce Leid. 2. Paullo ante *Prater virtutem quoque locus* Leid. 1. *Prater virtutem locusque* Leid. 2. et Lov. 1. ac 5.

§ 9 *Prægravata inhærentibus gerebant scuta*] *Pergravata* Voss. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. errore operarum. Vide ad IX. 10. § 7. Supra v. 34. 'Exonerare prægravante turba regnum cupiens.' Paullo ante *Honeratique telis Galli* Lov. 1. Vide ad IV. 13. § 13. *Oneratique Galli telis* Lov. 2.

Digitized by Google

Quum cursu pene in adversum subissent, primo incerti restitere] *Tum cursu* Hav. *acutum cursu* nullo sensu Flor. Nisi forte litera *a* initialis adhæserit ex voeis præced. fine; reliqua vero duplicem lectionem *cum* et *tum*, quam forte librarius simul exprimere voluit, contineant. Deinde *subissent in adversum* Hav. et Harl. 2. *subiissent* Flor. Insuper *resistere* Lov. 4. *restituere* Lov. 3. *restiterunt* Gaertn.

§ 10 *Dein quum ipsa cunctatio et in his animos minuisset, et auxisset hosti*] *In* redundat. *Gelen. Dein* primum obfert ed. Froben. 1535. Priores exhibent *deinde*, quomodo etiam legunt Voss. duo, Leid. 2. Lov. quinque, Port. et Hav. Vide ad III. 2. § 6. *Dein circum ipsa cunctatio* Flor. Præpositio *in*, quam Gelenius expungit, in nullo visitur codice. Eamdem etiam omiserant edd. Mediol. 1495. 1505. Mogunt. et quædam aliæ, quam postea restituerunt Aldus, Paris. a. 1529. et Froben. a. 1531. Male. De locutione 'minuere,' 'angere,' 'reficere alicui animum' similibusque aliis vide ad XXI. 53. § 2. *Bis*, pro *his*, perperam Port. Neque melius *immisisset*, pro *minuisset*, Leid. *memisset* Hav.

Obtriti plures, quam ferro necati] *Obstricti plures* Klockian. Vox *plures* non est in Port. et Hav. Paullo ante *fœdiorem cæde ipsa* alio ordine Gaertn.

CAP. XXIV. § 1 *Alia in campum digressis supererat moles*] *Degressis*, ut ante dixi. *Sigonius. Degressis* Flor. Voss. 1. Lov. 3. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad IV. 17. § 11.

§ 2 *Sensum omnem talis damni exuperans*] *Superans* Hav. Non probe. Sæpius enim 'exsuperare,' quod alii omnes tuentur, apud Livium obcurrit. Supra III. 11. 'Omnes Tarquinios superbia exsuperat.' XXVIII. 43. 'Laudes non adsequi solum velle, sed, si possim, etiam exsuperare.' XLIV. 18. 'Utrum intra saltus castra Romani haberent, an jam omnes angustiæ exsuperatæ.' Mox *integrum hostem adversus victorem hostem* perperam Leid. 2.

§ 3 *Et quia iterum fessis*] Voculam primam non agnoscit Voss. 2. Male. Vide mox ad § 9. et ad II. 44. § 3. Deinde *incautus* neglegitur in Leid. 1. Adverbialiter *incautum* habet Flor. *incautius* Klockian. Sed vide ad XXII. 12. § 7.

Lævo humero materi prope trajecto] Vetus habet *matari*. Gelen. *Machæra* quid sit, nemo ignorat. Quidam *matari* supposuerunt, quam aiunt hastam longiorem lancea, qua Galli utantur, cum lancea Suevi. *Glarean.* Nullibi me legisse apud Græcos Latinosve scriptores, præterquam hoc in loco, vocem hanc *matari* recordor: qua de re illius significatum potius divinare, quam certi aliquid affirmare, possum. Vidit difficultatem Glareanus, et mendum in textu esse censuit, legendumque *machæra* voluit. Sed quum 'machæra' esset brevis gladii species, et cæsim potius, quam punctim, feriendo aptior, non acquiesco illius sententiæ. Nam Dioscoridi IV. 20. 'Machæroticon' gladiolus herba dicitur. Et Apuleius lib. IX. de Asino aureo p. 236. ed. Elm. id exprimens inquit, 'Comminabatur sese concionum eum machæra frustatim.' Plautus vero iter facientes 'petasatos' et 'machæratos' dicit, hoc est, breviori gladio cinctos, quali peregrinantes uti solent. Alii vero dixere, 'materin' fuisse hastam seu lanceam longiorem, qua Galli uterentur: at quum Gallos lancea, 'gessa' vocata, passim usos observem, nec interpretationem hujusmodi recipere audeo. Quod vero Galli 'gessa' sint usi, constat ex Cæsare Belli Gall. III. 4. quod pariter confirmat Lactantius, Statii interpres, l. IV. Theb. in eum locum vs. 64. 'pars gessa manu, pars robora flammis Indurata dia.' Idemque quo-

Digitized by Google

que apertissime demonstrat Virgilius *Æn.* VIII. 661. de Gallis verba faciens, 'duo quisque Alpina coruscat Gessa manu.' Et Claudianus in Eutropium II. 247. 'Nuper ab oceano Gallorum exercitus ingens Illis ante vagus tandem regionibus hæsit, Gessaque deposuit Graio jam mitis amictu.' Itaque sicuti neutram interpretationem recipimus, nec rejicimus, tamen ambas suspectas habemus. Sit sub judice æquo determinatio. Nos sane, mendum esse in textu, non dubitamus, et loco *matari*, *materi* reponendum. Nam *ματερὶς πάλτον τὶ εἶδος*: hoc est, *Materis jaculi seu teli est species*, sic scribente Strabone Geogr. IV. p. 196. et Nonius Marc. *Materim* teli genus post lanceam longius dixit. Sisenna; 'Galli materibus,' (inquit,) 'Sæevi lanceis confligunt:' et alibi: 'Lanceis et materibus medium pertrubent agmen.' Sic apud Cæsarem Belli Gall. I. 26. legendum, 'Nonnulli inter carros rotasque materes ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant:' non *mazaras*, ut vulgati textus, nec *materas*, ut alii; est enim tertiæ declinationis. Hinc forte *Materæ* Deæ dictæ in Ægio Siciliæ urbe, religione olim celeberrimæ, quarum simulacris tum Meriones tum Ulysses hastas affixerunt, inscriptis etiam dicantium nominibus, quarum Dearum meminit Cæl. Rhodig. lib. Lect. Antiq. XXI. 16. Gallorum autem *materes* proprias fuisse, ex Cæsaris dictis conjicere possumus, rursusque firmare ex præsenti Livii loco; nam Romani adversus Gallos pugnabant. Unde docte Turnebus Advers. IX. 7. animotavit, et hodie a Gallis sagittam capitatam 'matellatam' dictam, quasi 'materatam.' Nonnulli a 'materi' 'materiarios milites' a Cæsare Belli Gall. VII. 73. dictos credidere, quod scilicet 'materi' armarentur. At profecto minus recte, si textus verba ponderentur: nam Cæsar hosce cum 'frumentariis' conjunxit, de 'munitionibus' verba faciens; et per 'materiarios' intelligendi, qui materiam ad ædificandas munitiones suppeditant. Sic Hirtius de Bell. Afric. c. 20. in hunc sensum in Africa inopiam esse dixit 'materiei' ad crates et arietes *fabricandos*. Et Plautus in Milit. III. 2. 46. dixit, 'Si nos materiarius non moratur, cito erit parata navis.' *M. Donatus.* Sola Andreæ ed. hujus lectionis *matari* particeps est. Corrupti in ea codd. Mss. quorum Pall. 1. ac 6. *humero mature trajecto:* Pal. 2. vero cum Campano *machæra.* Marcellus Donatus in Dilucidationibus ad hunc locum legendum censet *materi*, quod *ματερὶς* sit Straboni *πάλτον τὶ εἶδος. Gebh.* Vide Vossium de Vit. Serm. I. 2. In Cæsare B. Gall. I. 26. Mss. *mataras* et *nateras* habent. *Duk. Lævo humero prope trajecto*, voce, quam librarius non intelligebat, omissa, Klockian. *lævo humero machera prope trajecto* Lov. 4. Harl. 2. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. priori scriptura, ut legi nequeat, erasa, et edd. Parm. ac multæ aliæ eam secutæ. *Lævo humero mature prope trajecto* Voss. 2. et Lov. 3. *lævo humero macta prope trajecto* Hav. et Port. a m. pr. in quo a m. sec. emendatur *matara*, in margine autem exhibetur *machiera*, quæ etiam posterior lectio exstat in margine Lov. 5. *Lævo humero phalarico prope trajecto* Lov. 2. *lævo humero matatri prope trajecto* Leid. 2. *lævo humero mactari prope trajecto* præter ed. Mediol. 1480. etiam Lov. 1. 5. a m. pr. et Voss. 1. in cujus margine emendatur *marcari.* Sed *lævo humero matari prope trajecto* recte exhibent Flor. Leid. 1. Harl. 1. et ed. Rom. 1472. Et ita, vel *materi* legendum esse, ac speciem teli Gallici indicari, docuerunt Victorius ad Auct. ad Herenn. IV. 32. Jos. Scalig. ad Catal. Virg. p. 282. Turneb. Advers. IX. 7. Steph. Sched. IV. 3. Casaub. ad Strab. Geogr. lib. IV. p. 196. Pontan. in Gloss. prisco-Gall. p. 246. Boxhorn. in Orig. Gall. p. 245. Com-

Digitized by Google

ment. ad Cæsar. Bell. Gall. I. 26. et Bochart. Geogr. Sacr. part. II. lib. I. c. 62. p. 670. Ceterum nescio, quos refellat Donat. qui apud Cæsar. Belli Gall. VII. 73. per 'milites materiarios' intelligunt materi armatos. Similes enim nondum inveni. Interim tamen certum est, neque ipsum Donatum ad locum Cæsaris recte adtendisse; nam *materiari* et *frumentari* verba, non adjectiva esse, jam Rhellic. Glandorp. et alii observarunt.

§ 4 *Quum consul, vulnere adligato, revectus ad prima signa*] Nolim quicquam mutari. Nam 'alligare vulnus' est annectere. Papinius Theb. VIII. 167. 'vix magna lavare Vulnera, et effantes licet internectere plagas:' ad quæ Lutatius: 'Metaphoram traxit a medicis, qui solent lethalia vulnera suturis annectere.' *Gebh.* Non hodie quidem ita tritum, ut 'obligare:' non minus tamen elegans. Cicero de Divinat. I. 54. 'Scriptum est item, quum Critonis sui familiaris oculum alligatum vidisset, quæsiviase, quid esset: cum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse:' ubi perperam Lambinus conjecit *obligatum*. Tuscul. Quæst. II. 17. 'Quiesce igitur, et vulnus alliga.' M. Seneca contr. XVIII. ex Montano Votieno: 'Et medici alligant, et corporibus nostris, ut medeantur, vim adferunt.' Justinus XV. 3. 'Ut sanguis aliter cludi non posset, quam diadema sibi demptum rex, alligandi vulneris causa, capiti ejus imponeret.' Plinius XXVIII. 7. 'Fascia mulieris alligato cspite dolores minui.' Inane est discrimen Plutarchi in Quæst. Rom. p. 280. Τὸ δὲ δεσμεῖσθαι *alligare* λέγουσι οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων· οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι *ligare*. Auctor de Bello Africano *deligatos* dicit eodem sensu cap. 21. 'Saucios suos jubet in plostris deligatos Adrumetum deportari.' *J. F. Gron.* Vide Rhodii Lexic. Scribon. hac voce. Et ita Valer. Max. VI. 2. ex. 7. 'Candida fascia crus adligatum habenti Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema.' Paullo ante *Jam omissa*, prò *Jamque*, Hav.

Quid stas, miles? inquit. Non cum Latino Sabinoque hoste res est] *Quid miles stans* Lov. 2. a m. pr. in quo *stas* a m. altera emendatur. *Quid stas, inquit, miles?* edd. Aldina vetustiores. Vox autem *hoste* deficit in Harl. 2. Port. et Hav.

Quem victum armis socium ex hoste facias] *Quem victus armis* Hearnii Oxon. L. 1. *quem victis armis* Voss. 2. et Lov. 3. *quem invictis armis* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaerta. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Sed vulgatum satis commodum est, quod præter omnes typis excusos servant etiam Flor. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav.

§ 5 *Hauriendus aut dandus est sanguis*] Hunc locum ob oculos habuisse videtur Strada Bell. Belg. dec. I. lib. 1. non longe post princ. 'Nusquam diuturnioribus invicem cladibus plus sanguinis datum haustumque.' Et tamen Scioppii censuram effugere non potuit, qui in Infam. Famiani p. 6. se nescire fatetur, quo satis locuplete auctore dicatur 'dare,' vel 'haurire sanguinem.' Sed utramque locutionem vindicavit Gronov. ad Senec. Thyest. vs. 340. ubi utriusque locutionis ex Ovidio et Livio exempla laudavit. Dictis ejus adde 'haurire sanguinem' etiam obcurrere apud Livium IX. 1. 'Placari nequeant, nisi hauriendum sanguinem laniandaque viscera nostra præbuerimus:' apud Ovid. Metam. VII. 332. 'quid nunc dubitatis, inertes? Stringite, ait, gladios, veteremque haurite cruorem:' et Val. Max. II. 8. ex. 7. 'L. Cinna et C. Marius hauserant quidem avidi civilem sanguinem:' ubi etiam Vorstius locutionem hanc adversus Sciop. inlustravit, ut et Borrich. in Defens. Stradæ adversus Sciopp. p. 286. Al-

Digitized by Google

tera locutione, 'dare sanguinem,' utitur etiam Ovidius Fast. II. 666. 'O quantum patriæ sanguinis ille dedit!' Paullo ante *in bellum strinximus*, pro *in bellua*, Harl. 2. *in bellua strinximus* Leid. 1. *in bellua strinximus* Harl. 1. Sed litera finalis sibilans intercepta est ab initiali eadem vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *In bellua tinximus* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 1. in contextu: ubi contrario errore sibilans initialis omittitur, quod eadem clandat vocem præcedentem. Vide ad XXX. 3. § 8.

Pepulistis a castris, supina valle præcipites egistis] Rott. Voss. uterque, Flor. et edd. *Propulistis*. J. F. Gron. *Pepulistis* primum dederat Gruter. in postrema ed. Et ita præferunt Lov. 4. 5. Port. et Hav. Quidquid est meorum codd. ac priorum edd. servant *Propulistis*. De hac locutione vide ad XL. 11. § 10. Deinde *valle supina* est in Leid. 1. Tum vox *egistis* non adparet in Klockian. Male: de locutione 'præcipitem agere' vide ad XXX. 14. § 11.

Qua montes replestis] *Qui montes replestis* Gaert. *qua montem replestis* Lov. 4. et 5. *qua montes repletis* Harl. 1.

§ 6 *Nolite expectare, dum stantes vos fugiant*] Emovent hanc lectionem supposititiam Mss. Pall. codd. duo, restituta legitima *Nolite spectare*. Nam *spectare* idem quod *expectare*. P. Syrus: 'Ab alio spectes, alteri quod feceris.' Neque aliter vetustissimæ edd. Livius XXVIII. 39. 'Ob hæc, quibus majora neque spectare, neque optare ab Diis immortalibus poteramus.' XXVIII. 44. exhibet Pal. 3. 'Lætiores et frequentiores ex Africa nuncios spectate.' *Gebh.* *Nolite spectare* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. L. 1. ac vetustiores editi usque ad Frobenium, qui a. 1531. ei subposuit *expectare:* quod verum puto, licet alterum a melioribus codd. firmetur. In animum enim inducere nequeo, ut Gebhardo, cum quo et alii alibi faciunt, fidem habeam, adfirmanti *spectare* poni pro *expectare*. Verum ea de re vide ad XXX. 23. § 7. Tum *nos fugiant* Lov. 4. et excusi vetustiores usque ad Aldum. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Mox *vadendum in hostes* Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad v. 50. § 2.

§ 7 *His adhortationibus iterum cohorti pellunt loco primos manipulos*] *His hortationibus* Klockian. quomodo *hortantem*, pro *adhortantem*, plures codd. præferunt II. 19. § 6. Uni tamen illi testi hoc loco credendum non puto. Deinde vocem *iterum* ignorat Lov. 2. Tum *cohortati* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. quem errorem committere eo facilius librariis fuit, quod olim vitiosa orthographia *cohorti* scribi soleret. Præterea *petunt loco* Lov. 4. Denique *loco primo manipulos* Gaertn. et Hav.

Cuneis deinde in medium agmen perrumpunt] Livius 'perrumpere' cum præpositione *per* et accusativo dicit III. 70. XXVI. 7. et cum accusativo sine præpositione VIII. 30. XXXII. 17. cum præpositione *in* III. 18. 'Jam in vestibulum perruperant templi.' Sed ibi *in* est 'usque in,' et *perruperant* ἀλλεπαλλήλως ponitur, ut IV. 39. 'perrumpere eadem, qua transierant:' et ibid. 'perrumpere ad suos.' Ita etiam accipio apud Silium XII. 697. 'etiamne parabit, Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces?' Sed hæc significatio τοῦ *in* huic loco non optime convenire videtur, et potius suspicor, id ex prima litera vocis seq. ortum esse. Sic VIII. 10. 'Tanta cæde perrupere cuneos.' c. 30. 'Perrumpere non potuerat hostium agmen.' XXXII. 17. 'Quæ cuneum Macedonum, si possent, perrumperent.' Tacit. Histor. II. 44. 'Et media acie perrupta fugere passim Othoniani.' *Duk.* *Cum eis deinde* Lov. 1. *cuneis in medium deinde ag-*

Digitized by Google

non Voss. 2. Tum *prorumpant* Lov. 2. 4. et Port. Sed apud Cæsar. obcurrit Bell. Gall. VI. 39. 'Cuneo facto ut celeriter perrumpant, censent.' Verba hæc sæpe confunduntur. Vide ad IV. 39. § 4. Ceterum Dukeri conjecturam veram puto. Vide ad III. 18. § 8. et c. 61. § 9.

§ 8 *Inde barbari dissipati*] Pal. 2. *Inde turbati barbari dissipatique.* Gebh. Eadem lectio est in margine Port. Sed *Inde turbati dissipati* in Hav. Paullo post *verterunt*, pro *vertunt*, Leid. 2.

Fusique per campos, et præter castra etiam sua fuga prælati] *Fusi per campos* Leid. 2. et Lov. 1. Sed *vertunt impetum in suos fusos per campos* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *per castra prælati* Leid. 2. *præter castra perlati* Harl. 2. sollemni errore operarum. Vide ad XXXVIII. 28. § 8. *Præter castra pelati* Lov. 2. quomodo etiam alibi in Mss. peccatur. Vide ad XXXVIII. 27. § 2. *Præter castra prædati* Gaertn. Sed passim 'latus' et 'datus' in Mss. commutantur. Vide ad I. 4. § 7. Nihil mutandum. Supra VI. 29. 'Consternatique et præter castra etiam sua pavore prælati:' ubi plura vide. Mox vocula *quod* deficit in Gaertn. qui etiam *occurrebant*, pro *occurrebat*, præfert. *Occurrere* Flor.

§ 9 *Non ultra castra insecutus, quia et vulnus degravabat*] *Non ultra castra secutus* Leid. 1. Vide ad VII. 34. § 9. Tum *quia in vulnus* Voss. 1. et Lov. 3. *quia vulnus*, omissa particula *et*, Harl. 2. Port. et Hav. Non recte. Vide hoc cap. ad § 3.

Pugna fessum novo labori nolebat, a persequendo hoste continuit] Nimis metuo, ne pessime sit affectus hic locus: nam ex omnibus verbis propositis, præter unum *nolebat*, nihil vidi in Thuaneo, nihil in Helm. visum Langermanno meo, nihil video in Voss. antiq. in Rott. apud Andream, cui ipse editioni Romæ præfuit. Mediolani post septimum annum inserta sunt; inde Turvisinæ et cæteris. Flor. et Voss. alter defecti: tantummodo enim præbent *subjicere exercitum opulentumque* (Voss. *opulentum quod*) *Gallicis spoliis Romam reduxit.* Nempe quia bis in hac periodo posita est vox *exercitum*, a priori ad posteriorem locum oculus librarii, qui primus sic corrupit, aberravit, transmissis mediis. At integri, quos nominavi, continenter et concordissime, *Consul non ultra castra insecutus, (quia et vulnus degravabat, et subjicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat) præda omni castrorum militi data, victorem exercitum opulentumque Gallorum spoliis Romam reduxit.* Interpunctio nostra est; ipsa verba veterum librorum, in quibus nihil desidero, nisi forsan *opulentum* mavis ἀπὸ τοῦ *opulentumque.* Quum autem omnia me vehementer capiant, tum maxime illud, *subjicere exercitum tumulis ab hoste occupatis:* quo credibile est offensos inani garrulitate nos huc usque luctasse: *a persequendo hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis.* Hoc Livii esse, parum probabile: at illud censeo docte dictum, ut sit, exponere exercitum hosti locum superiorem nacto: aut eo ducere, ubi hostis montibus occupatis ex inferiore loco aggressum exercitum subjectum et obnoxium telis haberet. Qualia sunt apud Ovidium Met. IV. 626. 'veritus se credere nocti.' XIII. 341. 'cur audet Ulysses Ire per excubias, et se committere nocti?' Suetonius Nerone cap. 26. 'Quare namquam postea se publico illud horæ sine tribuno commisit.' Sic ipsum 'subjicere' Livio XXVI. 15. 'Id vero minime committendum esse, ut sollicitarentur sociorum fidelium animi, et subjicerentur indicibus, queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam pensi fuisset.' XXXI. 41. 'Quum campestribus locis subjicientes eos castra Phecadæ urbi viderent.' *J. F. Gron.* Adde Florum I. 37. 'Captisque su-

Digitized by Google

perioribus jugis in subjectos suo jure detonuit.' *Duk.* Florentino et Voss. 2. apud Gronovium, quorum librarios repetitio vocis *exercitum* in errorem abripuit, consentiunt Hearnii Oxon. L. 1. et ex meis Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. nisi quod posterior hic codex insuper *opulentum Gallicis spoliis* dederit, omissa copula *que*. Cum reliquis autem Gronovii codd. faciunt Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. nisi quod Lov. 5. habeat *volebat*, pro *nolebat*; et Gaertn. *nolebant*. Qui editioni Parm. præfuit, et plerumque Romanam 1472. secutus est, hic eam reliquit; recepit enim illam lectionem, quam ex Mediol. Gronovius profert, sed τὸ *nolebat* eodem loco, quo in Romana exstabat, servavit, quod ita bis perperam exhibuit hoc modo: *subjicere exercitum pugna fessum novo labori nolebat, a persequendo hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis nolebat. Præda omni, &c.* quum eam lectionem secutus verbum *nolebat* posteriori loco expungere debuisset. Quum autem, quæ Gronovio suspecta fuerint, in nullo etiam meo codice reperiantur, omnium eorum ac Gronovianorum fidem secutus eadem illa ex contextu ejeci, interpunctione viri summi recepta. Ut autem 'subjicere exercitum tumulis,' ita XXXVIII. 46. 'In valle inferiore pedibus pene hostium aciem subjecit:' et 'subjectus hostis' apud Frontin. II. 2. ex. 4. 'Dimicaturus, collis proximi planum verticem raptim cum copiarum parte adeptus, in subjectos hostes decucurrit.' Similiter 'valles subjectæ rupibus.' Liv. XXXVIII. 2. Vide etiam hoc lib. c. 35. § 10. Necesse tamen non puto, ut cum eodem Gronov. *opulentum ἀντὶ τοῦ opulentumque* legamus. Probum enim est *exercitus victor opulentusque*. In illis autem 'exercitus victor' ut 'exercitus tyro,' 'populus liberator,' et similia, de quibus vide ad XXXIX. 4. § 1. Similime locutus est Livius IV. 34. 'Aliis sub corona venumdatis, exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit:' et XXI. 5. 'Victor exercitus opulentusque præda Karthaginem novam in hiberna est deductus.'

§ 10 *Dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset, qui ægris consulibus*] *Desiderium senatus fecit* Gaertn. *desiderium fecit senatui* excusi Aldo priores. Deinde *quia ægris* Voss. 1. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *qua* Leid. 1. Tota vox deficit in fragm. Hav. a m. pr.

§ 11 *Reddidit Patribus possessionem pristinam consulatus*] Id est, nomen nullius plebeii comitiis consularibus accepit, ac neminem plebeium consulem fieri passus est, contra quam M. Fabius dictator fecerat. *Sigon. Reddidit Patraribus* mendose Flor. a m. pr. pro quo deinde manu altera factum est *reddidit patriciis:* sed margini adscriptum *reddidit Patribus*. Deinde *possessionem pristini consulatus* Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav.

Collegam Ap. Claudium Crassum dixit] L. Camillus est, qui collegam Ap. Claudium dixit. Est autem legendum *P. Claudium* ex veteribus libris Ciceronis de Senectute c. 12. ubi ait Platonem venisse Tarentum *L. Æmilio, Ap. Claudio consulibus:* cum in veteribus libris legatur *L. Camillo ac Pu. Claudio*. Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic *Claudius P. F.* vocatur. Maximus enim natu filius ferme patris prænomen ferebat. *Sigon.* Ut largiamur Sigonio, quod tamen sæpe fallit, filium maximum patris prænomen ferre solitum fuisse; quis, quæso, Sigonium docuit, Ap. Claudium hujus anni consulem patris filium maximum exstitisse? Nam, quamvis fratris ejus majoris nunc nulla supersit memoria, potuit tamen majorem

Digitized by Google

habuisse, qui, vel ob vitium aliquod corporis, aliamve ob caussam, nullos honores gesserit, vel, antequam honores gesserit, mortuus sit. Præterea monet Gruterus ad loc. Cic. laud. in posterioribus quidem edd. Claudio prænomen *Publii* dari, sed contra Mss. plerosque et primæ ætatis excusos, ideoque se reposuisse *Ap. Claudio*. Quod autem idem Gruter. *P. Claudio* in posteriores edd. etiam contra fastos Capitolinos inrepsisse putet, in eo fallitur. Illi enim, neutri sententiæ faventes, hoc anno laceri sunt, et tantum exhibent, :-:-:-: AVDIVS. P. F. Prænomen *Appii* hujus anni consuli tribuendum esse existimat etiam Pighius in Annal. ad a. CDIV. p. 294. et, præter Cassiodorum, Marianum, et alios, pro hac sententia laudat Gellium, qui IX. 11. refert M. Valerium 'L. Furio, Claudio Appio consulibus,' cum provocatore Gallo pugnasse. An vero indicetur Ap. Claudius dictatorius, qui nempe dictator memoratur hoc lib. cap. 6. uti Pighius ibidem existimavit, incertum arbitror. Cetera nulli codd. Sigonio Claudii prænomen mutanti favent.

CAP. XXV. § 1 *Priusquam inirent novi consules magistratum*] *Priusquam intrent ac ineant* Gaertn. Sed vide ad IV. 55. § 5.

Triumphus a Popillio de Gallis actus] Præpositio *a* deficit in Lov. 2. Tum *populo* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. cum edd. Rom. 1472. et Parm. *Popillio* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 4. 5. et fragm. Hav. *Populio* Gaertn. *Pompilio* Lov. 3. Port. et Hav. *M. Pompilio* Hearnii Oxon. C. Vide ad XXVI. 6. § 1.

Mussitantesque inter se rogitabant, quem nunc plebeii consulis pœniteret] Vetus habet *mussantesque*. Gelen. Nonius: 'Mussare est hominum occulta et depressa voce loquentium, quod celatum velint.' Neque aliter hic Pall. tres codd. Mss. Ideoque hic non ausculto Gelenio, multo minus Campano novatori maximo *mussitantesque inter se rogabant*. Sallustius Oratione Philippi: 'Vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus pacem optatis magis, quam defenditis.' Idem oratione Licinii: 'Mussantibus vobis circumventus erat.' Livius XXVIII. 29. 'Idque consilium haudquaquam primoribus Patrum placeret, ceterique per metum aut ambitionem mussarent.' *Gebh. Mussitantesque* præferebat ex edd. sola Froben. 1531. eademque lectio exstat in Port. a m. pr. et Hav. *mussitantes* Oxon. B. apud Hearnium, qui ita etiam in ed. Rom. principe se invenisse testatur: quomodo etiam habent Mediol. 1480. Tarvisina utraque, et reliquæ usque ad Frobenium. *Mussantesque* Lov. 2. 5. et Gaertn. *mussantesque* codd. reliqui, quibus usus sum, cum edd. Rom. 1472. et Parm. quod non est cur displiceat. Livius XXXIII. 31. 'Soli Ætoli id decretum decem legatorum cum mussantes carpebant:' et Livii imitator Silius Italic. XIII. 261. 'Musset perfidiæ ductorque caputque senatus Virrius.' Vide Jos. Wasse in Indic. Sallust. voc. 'Mussantes,' et Cortium ad Sall. Fragm. Histor. I. in orat. Philipp. § 3. Et ita Gelenius ex vet. lib. laudavit, ac Froben. 1535. ex ejus mente edidit. Postea in notis Gelenii errore operarum *mussitantesque* excusum est; unde factum fuit, ut Gebhardus ipsum ita emendatum voluisse crediderit. Deinde *inter se cogitabant* Gaertn. Ita etiam in quibusdam codd. peccabatur IV. 13. § 12. Præterea *numquam plebeii consulis pœniteret* Port. a m. pr. et Hav. *numquid plebeii consulis pœniteret* Lov. 3. et Harl. 2. Quod non displiceret, si integriores codd. idem probarent. Solet enim Livius *numquid* pro simplici rogatione adhibere. Supra VI. 37. 'Numquid enim socordius ac segnius rempublicam administrari post

Digitized by Google

C. Licinii Calvi tribunatum, quam per eos annos gesta sit?' Aliis tamen omnibus vulgatam lectionem servantibus, eam mutatam nolo.

§ 2 *Legis Licinia spretæ mercedem consulatum*] *Legis Licinii* Gaertn. Male. Vide ad c. 22. § 10. *legis Licinia spreta mercede* Livii sensum non adsecuti librarii Lov. 2. 4. et 5. *mercedem consulatum* per adpositionem Livio familiarem dictum est. Ita XLV. 37. 'Pretium recte facti triumphum haberet L. Paullus pro egregie bello gesto.' Vide ad XXV. 34. § 10.

Privata cupiditate, quam publica injuria, fadiorem cepisset] *Publica injuria* nempe plebeiorum, quos submoverat, creando duos patricios. Et ita recte edd. vetustissimæ: a quibus desciscunt Pall. tres Mss. codd. *publica invidia fadiorem* exhibentes. *Gebh. Publica invidia fadiorem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Port. a m. sec. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Alii, servata voce *injuria*, alteram *invidia*, quam pro varia lectione in margine invenerant, etiam in contextum recipientes dederunt *quam publica injuria fadiore invidia cepisset*. Ita est in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Ut se ipse consulem dictator crearet] *Se ipsum consulem* Lov. 5. Sed vide ad II. 19. § 5.

§ 3 *Annus multis variisque motibus fuit insignis*] *Variisque mortibus* Flor. Leid. 1. et Lov. 2. ac 5. *variisque montibus* Lov. 3. Sed vox *motibus* non adparet in Lov. 4. *Annus hic multis* inserta voce præferunt vett. edd. Eam primus omisit Frobenius 1535. adstipulantibus omnibus scriptis meis.

Per campos maritimaque loca vagi] *Maritumaque* Flor. quam eamdem orthographiam probasse videntur scribæ Leid. 1. et Harl. 1. licet tamen per errorem eorum prior dederit *maritum atque*; posterior *maturitumaque*. Vide ad VI. 31. § 5. Vox *loca* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *nequierant* vett. excusi. Primus *nequiverant* dedit Aldus. Et ita præferunt omnes scripti. Vide ad XXII. 8. § 7.

§ 4 *Oraque litoris Antiatis, Laurensque tractus*] *Litoris Sanctatis* Leid. 1. ultima litera vocis præced. perperam in initio seq. repetita. Vide ad XXXVII. 29. § 8. *Oraque litoris Sannaturæ Actiatis* Flor. Deinde *Laurensque tractus* Hav. *Lavicosque tractus* Lov. 4. *Laurensque tractatus* Flor. de quo errore vide ad XXXV. 32. § 12.

Congressi ancipiti semel prælio decertarint] *Egressi* Lov. 2. Vide ad IV. 24. § 4. Tum *ancipiti simul prælio* idem Lov. 2. et Harl. 2. *ancipiti prælio simul* ed. Mediol. 1505. sollemni scriptorum errore. Vide ad XXIV. 22. § 14. *ancipiti prælio semel* vett. edd. pro quo Aldus dedit, ut nunc editur. Id autem superest in reliquis scriptis. Deinde *decertarent* Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et typis descripti, pro quo Vascos. reposuit *decertarint*.

Dubiique discesserint in castra Galli, Græci retro ad naves, victos se, an] *Dubii* sine particula *que* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 5. Præterea *ad naves, incerti victos* Harl. 2. et Hav. cujus lectionis auctor non advertit, voces 'victos se an victores paterent' pendere ex præcedentibus 'dubii discesserint.'

§ 5 *Inter hos longe maximus exstitit terror*] Vet. lib. *Inter hæc.* Sigon. *Inter hos* Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Flor. Kleckian. et fragm. Hav. quomodo ante Sigonium legebatur. Neque satis justam vulgatum immutandi rationem fuisse puto. Non modo enim incertissimæ tantum fidei codd. stant cum Sigonii vet. lib. sed et *Inter hos* commode intelligi potest 'motus,' quibus multis variisque annum insignem fuisse hoc cap. dixit. Vulgatum igitur, quod Sigonius, ejusque exemplo Gruterus, ac recentiores omnes ex con-

Digitized by Google

textu ejecerunt, pristino loco restituit. Deinde *maximus longe exstitit terror*, transpositis vocibus, edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. *longe maximus* restituit: *longe maximus exstitit error* Harl. 2. solito errore. Vide ad XXIV. 30. § 6. Mox *consilia populorum*, pro *concilia*, Gaertn. Male. Diversorum enim Latii populorum, de communi republica consultantium, erat conventus, quod *concilium* dicitur. Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Præterea vox *Latinorum* deficit in Leid. 2.

Responsumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum] Particula *que* non adparet in Hav. Tum *impetrantibus milites Rom.* Leid. 2. Vide ad IX. 30. § 10. *Imperantibus militibus Rom.* Lov. 2. 4. *imperatoribus Rom.* Hav.

§ 6 *Latines pro sua libertate potius, quam pro alieno imperio*] Primam vocem omittit Leid. 1. Tum *pro salva libertate* Flor. Verum obponuntur recte 'sua libertas' et 'alienum imperium.' Deinde *quam pro imperio alieno* Lov. 4. *quam alieno imperio*, neglecta præpositione, Lov. 2. quam Livius in similibus locutionibus repetere amavit. Vide ad IV. 58. § 4.

§ 7 *Inter duo simul bella, defectione etiam sociorum*] *In duo simul bella* Harl. 1. sollemni errore. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Insuper vox *etiam* exsulat a Leid. 2. vox sequens a contextu Lov. 4.

Extendere omnes imperii vires consules delectu habendo jussit] *Ostendere* fragm. Hav. et ed. Mediol. a. 1505. quod non displiceret, si plures codd. suffragarentur. Nunc unius vel alterius fide vulgatum mutare periculosum puto. Aliter tamen censenti non repugnabo. Deinde *consulem* Harl. 2. et Port. a m. pr. *consul* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Adparet librarios compendiariam scripturam *consl* non adsecutos esse. Vide ad X. 10. § 2. Tum *dilectu habendo* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Civili quippe standum exercitu esse] Prodigiose corruptus est Flor. qui *civili qui prestandum exercitum esset* præfert. Locutionem inlustravi hoc lib. ad c. 6. § 6. Præterea *quidem*, pro *quippe*, Voss. 2. et Lov. 3. Ita etiam librarii in Mss. peccarunt VI. 18. § 8.

Quando socialis cœtus desereret] Optime Ms. *socialis partes desereret*. Vide Scalig. ad Manil. I. II. p. 152. (p. 150. ed. ult. sive ad vers. 543.) *Klock.* Sic quidem libri omnes: fateor tamen me non concoquere 'cœtum' illum 'socialem.' Non enim si 'cœtus' est 'multitudinis magum nomen, coëuntis ex consensu quodam,' ut est apud M. Senecam Exc. Controv. III. 8. aut si 'auxilia coire' apud Justinum dicuntur, IX. 6. ideo permisisse usus videtur, ut 'socialis cœtus deserere,' ubi socii officio desunt, aut exercitus eorum ad condictum non venit, diceretur. Non magis, quam vocabulum 'concursus,' aut 'congressus,' aut 'conventus,' aut 'populi,' eodem loco repudiares. 'Exercitum socialem' solet dicere Livius. Lib. III. c. 4. 'T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti.' VIII. 13. 'Unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque sæpe usi estis.' Satis commode possis legere, *civili quippe standum exercitu esse, quando socialis fœdus desereret*. Lib. V. c. 51. 'Qui, cæci avaritia, in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt.' *J. F. Gron.* Doujatius vulgatum defendere conatur: non enim nomine 'cœtus' exercitum intelligi putat, qui, quum nullus esset, deserere non poterat: sed *socialis cœtus* interpretatur concilium sociorum, ipsa nempe Latinorum comitia: ab his enim Romanos deseri. Nondum tamen effecit, ut *socialis cœtus* etiam eo sensu quo accipi voluit, placere possit. Nihil enim probant loca

Digitized by Google

laudáta vel ex Liv. IV. 13. ubi obvii sunt 'cœtus plebis privata in domo:' vel ex Cic. in Somn. Scip. c. 3. ubi obcurrunt 'concilia cœtusque hominum jure sociati.' Verum, quum toties Livius concilia Latinorum, Etruscorum, aliorumque memoraverit, demonstratum oportuerat, ea alibi vocari 'cœtus Latinorum,' 'Etruscorum:' vel etiam comitia populi Romani *cœtus* dici. Si Gronovianum *fœdus desereret* codicum auctoritate niteretur, ferri posset: ac 'fœdus deserere,' pro non facere quæ fœdere promissa sunt, eodem modo dictum foret, quo 'spem deserere' apud Plin. Epist. I. 22. 'Ne spes nostras voluntaria morte desereret.' Nunc non displicet quod ex Oxon. L. 1. probavit Hearnius, *quando socialis desereret.* Vox enim *cœtus* etiam deficit in fragm. Hav. a m. pr.

§ 8 *Quaternum millium et ducenorum peditum, equitumque trecenorum*] Mire variatum invenimus militum in legione numerum. Anno enim CCCLXXIV. VI. 22. quaternum millium est: hic duceni pedites adjecti. At VIII. 8. sub T. Manlio quinum millium: totidem lib. VI. de secundo bello Punico c. 28. Denique l. IX. ejusdem belli c. 24. senum millium ducenorum peditum, equitum trecenorum. Hæc obiter duntaxat annotare placuit propter quosdam, nimium in hac re curiosos. *Gron.* Vide diligentius conlecta quæ de numero militum in legione Romana traduntur, apud Lipsium de Milit. Rom. II. 5. Ceterum *quaternum militum* Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad XXIII. 41. § 10. Tum copula *et* non est in Leid. 2. Hinc *ducentorum peditum* Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. duo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et vett. edd. et mox *trecentorum* Lov. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et vett. edd. An numerus cardinalis et distributivus jungantur, vide ad XXXII. 28. § 11. Hic vero *ducentorum* et *trecentorum* inde natum videtur, quod voces notis numeralibus scriptæ fuerint. Certe *equitumque CCC.* præferunt adhuc Flor. Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. 5. et fragm. Hav. Id autem quomodo reddi deberet, librarii ignorarunt, quod tamen discere poterant ex præcedenti *quaternum millium.* Recte itaque *ducenorum* et *trecenorum* Frobenius 1531. restituit.

§ 9 *Quem nunc novum exercitum, si qua externa vis ingruat, hæ vires, &c.*] Secundum Clericum, quæ hic habet Livius, sunt hyperbolica; quum non modo Cæsar in Gallia cum decem ac duodecim legionibus bonam millium militum bellum gesserit; dum in aliis provinciis alii exercitus, quamvis non tanti, essent; et sub Augusto legiones viginti tres aut viginti quinque fuerint: at Doujatius Livium agere existimat de scribendo in re subita exercitu, idque ex Urbe aut suburbano agro. Similiter fere de hoc loco sentit J. F. Christius, qui Livium loqui arbitratur de exercitu civium vere Romanorum, id est, ex sola Urbe et suburbanis conscripto, non adhibitis capite censis, nec quoquam ex Italia aliove delecto sociorum: hæc enim omnia ex temporum rationibus atque iis quæ modo a Livio dicta sunt, intelligenda esse. Ceterum vocula *hæ* deficit in Harl. 1. quam tamen recte servant reliqui codd. nisi quod in eorum paucis sit *hee* vel *heæ.*

Contractæ in unum haud facile efficiant] *Continere in unum* sine sensu Port. Ultima autem vox *efficiant* male deficit in Lov. 4.

Adeo in quæ laboramus sola crevimus] *Adeo ut inique laboramus* Gaertn. Tum *laboravimus* Lov. 4. Deinde *sola cernimus* Leid. 2.

§ 10 *Inter cetera tristia ejus anni, consul alter Ap. Claudius*] *P. Claudius*, ut ante. De ejus obitu scriptum est in fragmento Capitolino. *Sigon.* Vulgatam scripturam præferendam esse,

Digitized by Google

vidimus ad cap. præc. in fine. Præterea vocem *cetera* omittit Lov. 2. *tristicia*, pro *tristia*, habent Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sollemni peccato scribarum. Vide ad IV. 52. § 5.

Redierintque res ad Camillum] *Redierant res ad Cam.* Hav. *redierat res ad Cam.* Lov. 5. Harl. 2. et Port. *redieratque res ad Cam.* Hearnii Oxon. C. Ita 'res Clusina,' 'res Romana,' et similia passim obcurrunt. Vide ad II. 9. § 5. 'Res ad interregnum rediit.' Vide ad IV. 43. § 7. Et hoc modo VI. 6. 'Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate rediit.' Stant tamen pro vulgata scriptura optimi codd.

§ 11 *Vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis*] Hoc ait, quia pater ejus Camillus Gallos prælio victos Urbe exegerat: patrem autem L. Furii M. Camillum fuisse, docet ipse post, cum ait 'paternæ virtutis memor.' Itemque Appianus in Celtica, ubi post Popillium a L. Furio Camilli filio Gallos devictos esse scribit. *Sigon.* An 'Furius' minus faustum præbet omen adversus Gallos, quam 'Camillus?' Mallem, si quis adjutaret codex, *vel ob nomen fausti ad Gall. tum. ominis;* vel *ob omen faustum ad Gall. tum. nominis.* J. F. Gron. Nollem hæc conjecturis tentari a viro summo, rogante, an 'Furius' minus faustum præbeat omen adversus Gallos, quam 'Camillus?' Sane vero, mea sententia; quia, qui Gallos antea vicerat et deleverat, solus proprio et peculiari cognomine appellabatur 'Camillus;' 'Furii' nomen cum multis aliis habebat commune. Et ideo Claudianus quoque in consulatu Prob. et Olyb. vs. 149. 'Gallisque genus ferale Camillos.' Immo qui insimulabantur parem illi gloriam affectare, non 'Furii,' sed 'Camilli,' appellatione ab invidis fuerunt insigniti. M. Minucius magister equitum de dictatore suo Q. Fabio apud Livium XXII. 14. 'Novus hic Camillus.' Denique ipse Livius vix usquam, nisi ubi magistratus omnibus, ut solet, nominibus exponit, eum appellat aliter, quam simpliciter 'Camillum;' etiam in orationibus, in quibus ceteroqui rarissime, pene dixerim nunquam, illis temporibus cognomina usurpat: scilicet, quia isto sibi peculiari cognomine solo satis superque poterat cognosci. Magno, ni fallor, hæc omnia sunt indicio, neminem tunc alium fuisse Camillum; certe sine manifesta historiarum auctoritate non temere debere statui. *J. Periz.* Anim. Histor. c. II. p. 44. Doujatius etiam, quamvis utravis harum conjecturarum Gronovii satis ipsi arrideat, tamen verum esse agnoscit, 'Camilli' cognomine magis, quam 'Furii' nomine, inclaruisse hujus patrem. Codd. etiam omnes uno ore in vulgatam scripturam conspirant.

Dictatorem adrogari haud satis decorum visum est Patribus] Non tam adjungebatur, quam imponebatur consuli dictator. Itaque fortassis *irrogari* scripsit Livius. Sed hæc ita, ut facile suum cuique arbitrium relinquamus: nam et II. 18. de dictatore, 'moderatorem et magistrum consulibus appositum.' *J. F. Gron.* Etiam hic vulgatum defendebat Doujatius, quod 'lex,' 'multa,' 'mors' recte dicerentur 'inrogari;' 'hominem' vero 'homini inrogari' se legere non meminerat. Codd. vulgatum probant, nisi quod corrupte *dictatorem abrogari* sit in Lov. 2. 5. et Port. a m. pr. *dictaturam abrogari* in Hav. *dictatorem abrogare* in Lov. 4. *dictatorem arrogare*, vel *adrogare*, in Flor. et fragm. Hav. a m. pr. Recepta etiam lectio commode servari potest. Quamvis enim 'adrogare,' aliquid per rogationem populi in comitiis peragi, innuat, nullusque dictator in comitiis creatus sit; 'adrogare' tamen pro addere, adponere, adscis-

Digitized by Google

cere eodem modo dici potest, quo 'abrogare' et 'derogare fidem' notant fidem demere, minuere. Cic. Acad. Quæst. IV. 11. 'His visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides.' Auctor ad Herenn. I. 10. 'Periculosum est, ne quando plus minusve dicamus; quæ res abrogat fidem oratori.' Livius hoc lib. c. 6. 'Fama rerum standum est, ubi certam derogat vetustas fidem.' Præterea *haud secus decorum* Hav. Tum *jussum est Patribus* Leid. 2. Sed vide ad IX. 24. § 4. *Visum erat Patribus* Harl. 2. Port. et Hav. *visum erat Patribus conscriptis* Lov. 2. in quo vox sequens *Consul* omittitur. *Haud satis visum est decorum Patribus* alio ordine Gaertn.

§ 12 *Octo cum L. Pinario prætore divisit*] *Cum L. Papirio Pinario* Voss. 2. a m. pr. duplici lectione in contextum recepta. *Cum L. Papirio prætore* Lov. 4. Sed alii codd. constanter prætorem *Pinarium* vocant. Vocem etiam *Papirio* adpictis notis delendam esse manus altera in Voss. 2. monuit. Mox transpositis vocibus *Gallicum bellum sibi* Lov. 2.

Extra sortem sumit] Quomodo *extra sortem;* collega, cum quo solo sortiri poterat, mortuo? *Duk.*

§ 13 *In agrum Pomptinum descendisset*] Gallos item in agro Pomptino consedisse his consulibus, tradit Gellius IX. 11. *Sigon. Pontinum* Voss. 1. Lov. 1. 4. 5. Harl. 2. et Port. *Pontinum* Leid. 2. et Hav. *Promptinum* Lov. 2. et fragm. Hav. Vide ad II. 34. § 4. Paullo ante *arceri litoribus*, pro *arcere*, fragm. Hav. Sed librario indocto fraudi fuisse puto præcedens *tutari: arcere a litoribus* Lov. 4. Vide ad V. 8. § 8. *Coarcere litoribus* ed. Parm. Mox *quia neque campis congredi*, pro *in campis*, Leid. 2.

Quos rapto vivere necessitas cogeret] *Cogebat* edd. vett. pro quo primus Aldus dedit *cogeret*, consentientibus scriptis.

Locum idoneum staticis delegit] *Elegit* Voss. 2. Sæpius ita variant codd. scripti. Vide ad XXXIV. 29. § 10. Hic vero nihil mutandum. Cæsar Bell. Gall. I. 49. 'Circiter passus sexcentos ab his castris locum idoneum delegit.' II. 18. 'Loci natura erat hæc, quem nostri castris delegerant.' VIII. 7. 'Locum castris excelsum, inpedita circumdatum palude, delegisse.' Frontin. I. 5. ex. 3. 'Et ipsi castris delegerunt locum.'

CAP. XXVI. § 1 *Quum stationibus quieti tempus tererent*] *Stationibus quietis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Mox hoc cap. 'Hactenus quietæ utrimque stationes fuere.' III. 6. 'Ut non modo ad expeditiones, sed vix ad quietas stationes, viribus sufficerent.' XXV. 26. 'Quum per aliquot dies quietæ stationes utrimque fuissent.' Sed 'quieti tererent tempus stationibus' dictum esse potest, ut hoc l. c. 36. 'Hic lucem quieti opperiantur.' Insuper *tempus terrentur* Hav. *tempus terrerent* Leid. 1. Lov. 1. Port. et fragm. Hav. a m. pr. *tempus tenerent* Lov. 3. Sed passim 'terere,' 'terrere,' et 'tenere' culpa scribarum confunduntur. Vide ad VI. 8. § 10. *Tempus tereret* Lov. 2. De locutione 'terere tempus' vide ad III. 7. § 3.

Quatiensque scutum hasta] Gellius eodem in loco dixit 'manu telum reciprocans;' nimirum ex antiquo aliquo annali totam hanc Galli et Valerii pugnam sumens. *Sigon.* Ammian. XV. 8. 'Nemo post hæc finita reticuit: sed militares omnes horrendo fragore scuta genibus illidentes (quod est prosperitatis indicium plenum; nam contra cum hastis clipei feriuntur, iræ documentum est et doloris) immane quo quantoque gaudio, præter paucos Augusti probavere judicium.' XIV. 11. 'Quibus occurrere bene pertinax miles explicatis ordinibus parans, hastisque ferions scuta

Digitized by Google

(qui habitus iram pugnantium concitat et dolorem) proximos jam gestu terrebat.' XVI. 12. 'Ardoremque pugnandi hastis illidendo scuta monstrantes, in hostem se duci jam conspicuum orabant.' XX. 5. 'Hac fiducia spei majoris animatus inferior miles, dignitatum jam diu expers et præmiorum, hastis feriendo clipeos sonitu assurgens ingenti, uno propemodum ore dictis favebat et cœptis.' XXI. 13. 'Hastasque vibrantes irati.' XXV. 3. 'Incredibile dictu est, quanto ardore miles ad vindictam ira et dolore ferventior involabat, hastas ad scuta concrepans; etiam mori, si tulisset fors, obstinatus.' *Klock.* Infra XXXVIII. 17. 'Ad hoc cantus inchoantium prœlium, et ululatus, et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam morem horrendus armorum crepitus:' ubi similiter, ut hoc loco, de Gallis sermo est.

Quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis] Hic Gallus per interpretem loquitur: at, qui cum T. Manlio pugnavit, Latine scilicet scivit. Si Herodotus talia scripsisset, quam inclamasset impurus Juvenalis, 'Et quicquid Græcia mendax Audet in historia!' Sed hæc non agimus. *Glar.* Vox *fecisset* exsulat a Leid. 2. Deinde legunt *convocat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. et in margine N. *Vocat* Lov. 2. *provocat per interpretem virum ex Romanis* Lov. 4. Supra hoc lib. c. 9. 'Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agedum, ad pugnam.' Ita *viri* et *uni* commutantur IV. 55. § 3. Verum hoc loco *virum* pro *unum* datum est ob similitudinem literarum *ir* et *n*; ob quam causam etiam *iratus* et *natus* commutabantur I. 29. § 4. *ire* et *ne* X. 18. § 3. Eutrop. II. 6. 'Quidam ex Gallis unum e Romanis, qui esset optimus, provocavit.'

§ 2 *M. erat Valerius tribunus militum*] *M. Valerius erat* Gaertn. Tum *tribunus pl.* vel *pleb.* vel *plebis* Voss. 2. Leid. ambo, fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. Neque aliter est in margine Voss. 1. quum corruptius in contextu foret *M. erat Valerius tempore militiæ.* Præterea male *L. Valerius* vocatur apud Florum I. 13. § 20. sive ipsius Flori error sit, sive potius librarii ejus peccarint, et vel cum Stadio ex Jornande *M. Valerius* scribere debeamus, vel prænomen delendum sit, ut erat in Moto antiquo bibliothecæ S. Amandi, cujus scripturam probavit Pighius in Annal. ad a. CDIV. p. 295. *M. Valerius* etiam vocatur apud Gell. IX. 11. verum ex emendatione Lambecii, ante quem ita edebatur vulgo: 'De Maximo Valerio, qui Corvinus appellatus est, &c. haud quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit:' si ex Mss. vel si Mss. conjecturam ejus stabiliunt, de quo tamen silent interpretes, non adversor. Contra, si in aliis omnia eunt codd. exarati, conjecturam illam in contextum admittere, ut postea factum est, rem mali exempli existimo. Nam *De Maximo Valerio* dictum esse potuit, ut 'Pætus Ælius,' et similia apud Livium, de quibus vide ad XXX. 1. § 9. quomodo etiam 'Tiro Tullius' est apud Gellium VII. 3. Infra quidem Corvus se ab eo Valerio, qui reges ejecit, anno primo post illos ejectos consul fuit, et Publicolæ cognomen habuit, ortum dicit VII. 32. 'Fuit, quum hoc dici poterat; Patricius enim eras, et a liberatoribus patriæ ortus; et, eodem anno familia ista consulatum, quo urbs hæc consulem habuit.' Et paullo post, 'Non, si mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus hominesdedistis, Publicolarum vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit.' Nihilominus se existimare tradit Pighius in Annal. ad a. DCV. p. 296. Corvum potius a M'. Valerio Maximo, Publicolæ fratre, genus trahere, quoniam apud Zonar. Annal.

Digitized by Google

VII. 25. vocatur Οὐαλέριος Μάρκος, ὁ τοῦ Μαξίμου ἐκείνου ἔγγονος. Adde quæ idem notat in Annal. ad a. CDX. p. 303. et ad a. CDLII. p. 381. Id si placebit, 'familia' apud Livium accipi debet pro 'gens,' ut l. II. c. 49. 'Fabios ad cœlum laudibus ferunt: familiam unam sublisse civitatis onus.' Eum Valerii dictatoris atnepotem vocat Doujatius. Verum, præterquam quod dictatorem male adpellet *M. Valerium Volusum*, pro M'. Valerio Volusi filio, nullo etiam argumento sententiam firmat. Forte etiam historicorum dissensus statui posset, quorum nonnulli, quos Livius sequitur, Corvum ex familia Publicolarum, alii, quorum sententiam Gellius et Zonaras probant, eum ex familia Maximorum genus ducere credidissent. Id tanto verisimilius fit, quod etiam in alia parte hujus historiæ non convenit inter Gellium ac Livium. Vide hoc ipso §. Insuper mox *adulescens*, pro *adolescens*, Flor. Vide ad VI. 34. § 11.

Haud indigniorem eo decore se, quam T. Manlium] *Eo dedecore* Flor. Forte dare voluit librarius *eodē decore*, quemadmodum est in Lov. 4. ed. Mediol. 1480. et eam secutis aliis, quas vidi, omnibus usque ad Aldum, qui iterum *eo decore* revocavit, ut habent reliqui codd. et edd. Rom. a. 1472. ac Parm.

Prius sciscitatus consulis voluntatem] Nempe L. Furii Camilli; ejus enim collega Ap. Claudius in ipso belli adparatu mortuus erat, ut refert cap. præc. Alios itaque annales secutus est Livius, quam is, cujus libros annales laudat Gellius IX. 11. Si enim hunc sequimur, uterque consul tempore pugnæ Valerii ac Galli adhuc vivebat. Narrat enim, 'Instruebanturque acies a consulibus, de vi ac multitudine hostium satis agentibus:' et deinde, 'Tum Valerius tribunus, inpetrato prius a consulibus, ut in Gallum tam inaniter arrogantem pugnare sese permitterent, progreditur.'

§ 3 *Numine interposito Deorum factum*] *Maximine Deorum*, omissa etiam voce media, male Gaertn. *minime interposito* Lov. 2. et 3. Vox *Deorum* non adparet in Leid. 2.

Corvus repente in galea consedit, in hostem versus] *In galea repente consedit* Harl. 2. et Port. *in galeam repente consedit* Hav. *repente galea consedit* Lov. 3. Præpositio vel addi, vel omitti potest. Quum itaque in reliquis omnibus supersit, eam delendi auctor non sum. Paullo ante *nam conserenti* edd. vett. usque ad Aldum, qui *namque* substituit, concinentibus omnibus scriptis.

§ 4 *Quod primo, ut augurium cœlo missum, lætus accepit*] *Quod primum* Lov. 4. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *ut in augurium* Klockian. et ed. Parm.

Precatus deinde] *Precatus dein* habet Pal. 3. *Gebh.* Vide ad III. 3. § 6. Omnes tamen mei *deinde* servant, nisi quod *precatur Deum* sit in Lov. 2.

Si divus, si diva esset, qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset] Vide Gellium II. 28. et Carrion. Emend. I. 11. ubi etiam legit *qui Soli præpetem*. In Msto est *Si divus est, si diva esset, qui*. De avibus præpetibus vide Gellium VI. 6. et Scaliger. ad Fest. in 'Enubro,' et in 'Præpetes aves.' *Klock. Si dius, si diva esset* Lov. 3. *Si divus, aut diva esset* Leid. 1. Tum *qui præpetem misisset* Harl. 1. *qui sibi perpetem misisset* Lov. 4. *qui sibi præpetere misisset* Lov. 1. a m. pr. *qui sibi præpetem rei misisset* Gaertn. Deinde *volens propitiusque* ed. Mediol. 1480. eamque secutæ recentiores usque ad Froben. qui a. 1535. copulam expunxit. Recte: ita enim etiam omnes codd. Nihil itaque hoc loco mutandum. Primam partem formulæ *Si divus, si diva* inlustrat Brisson. de Formul. l. I. p. 54. *Qui Soli præpetem* laudat quidem Carrio,

Digitized by Google

ut Klockius monet, nihil tamen addit, unde eum ita legendum censuisse adpareat. Quum autem ea lectio idoneum sensum non efficiat, errorem hunc typographorum esse puto, vel certe manum Carrionis in verbis Livii describendis aberrasse: præsertim quum et alio errore ibidem verba hæc ex Livii lib. VIII. laudentur; quem utrumque errorem commisit etiam Brisson. dicto loco; ut eum sua ex Carrione hausisse verisimile sit. Denique ultimam partem *volens propitius adesset* inlustraut quæ habet Brissen. de Form. lib. I. p. 68.

§ 5 *Dictu mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem*] At mirabilius esse Clericus inquit, Livium nulla re significasse, se ejusmodi fabulæ fidem non habere, quod in tam gravi historia par erat. Verum adtendere debuisset ad illa, quæ Livius jam dixerat in Præfat. 'Sed hæc et his similia, utcumque animadversa aut existimata erant, haud in magno equidem ponam discrimine.' Præterquam quod Livius hic caussas habuerit, cur ne verbo quidem historiam hanc, de qua haud quisquam est nobilium scriptorum, qui secus dixerit, teste Gellio IX. 11. falsi arguere voluerit, ne scilicet Augustum Cæsarem offenderet, qui 'statuam Corvino isti in foro suo statuendam curavit. In ejus statuæ capite corvi simulacrum est, rei pugnæque monumentum,' teste Gellio loc. laud. Quantopere autem cavere conatus sit, ne Augustum offenderet, patet ex IV. 20. Ceterum *captam sedem semel* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *captam sil' sedem*, id est, *simul*, Hav. Alibi sæpe hæ voces commutari solent. Vide ad XXIV. 22. § 14.

Levans se alis] Pall. tres et Campani ed. *levans se ales*. Gebh. *Levans se ales* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *levans se alens* Gaertn. *levans se alis* Flor. et Harl. 1. quod superest in editis omnibus, et verius videtur, quum *ales* modo præcesserit. *Levans se alis*, ut contra 'aquila suspensis demissa leniter alis' I. 34.

Os oculosque hostis rostro et unguibus adpetiit] Mss. codd. Pall. 1. ac 3. *appetit*. Sed Campani ed. *rostro et unguibus petit*. Gebh. Prima vox deficit in Lov. 5. Tum *hosti* Harl. 2. et Port. *petiit* Lov. 4. *adpetit* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *rostro appetiit et unguibus* Voss. 1. et Lov. 6. *rostro appetit et unguibus* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

Donec territum prodigii talis visu] Corrupte Pall. duo *donec terr. prodiit ales*. At Pal. 2. *donec terr. prodigio alitis visi*. Gebh. *Donec terr. prodiit alas visum* Flor. *donec terr. prodiit ales visu* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *donec terr. prodit ales visu* Lov. 2. *donec terr. prodigio tali visu* Port. a m. sec. *donec terr. prodigium talis visu* Harl. 2. *donec terr. prodigium visu* Hav. Mox *Valerius* abest a Voss. 2.

Corvus e conspectu elatus orientem petit] Forte *ablatus*. J. F. Gron. Certe usitatius est *ablatus*. IV. 41. 'Postea ab conspectu suorum ablatum.' XXIX. 27. 'Vento secundo vehementi satis profecti, celeriter e conspectu terræ ablati sunt.' Virg. Æn. IV. 389. 'seque ex oculis avertit, et aufert.' Ovid. Fast. v. in fin. Plin. Hist. Nat. XXXI. 2. Flor. I. 1. § 16. Senec. de Clem. I. 21. et apud Comicos, 'aufer te hinc.' *Duk. Ex conspectu* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *elatus* constanter præferunt scripti et inpressi, nisi quod ejus loco *datum* sit in Lov. 4. sollemni errore. Vide ad XL. 28. § 2. Deinde *petat* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Nec Galli se stationc tenuerunt*] *Ne Galli* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 5. Harl. duo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum *statione se tenu-*

Digitized by Google

erunt Voss. 1. Lov. 1. et 5. *se stationi tenerent* Hav. Paulo ante *quietæ utrinque stationes* Voss. 2. et Lov. 3. *quietæ utriusque stationes* Gaertn. At verbum *fuere*, quod in omnibus scriptis et reliquis excusis exstat, in una omittitur ed. Parm.

Romanorum cursus ad victorem etiam acior fuit] Pall. duo 1. ac 3. *ad victoriam:* ut supra c. 23. *pro munitionibus.* Gebh. *Ad victoriam* etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn.

§ 7 *Camillus lætum militem victoria tribuni*] Pall. tres Mss. codd. *lætatum militem victoria.* Gebh. *Lætatum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Verum vulgatum tuetur, quod sequitur, 'lætum tam præsentibus ac secundis Diis.' Solent autem alibi hæ voces commutari. Vide ad Liv. XXIII. 38. § 3. *Camillus lætus vict. tr. militem lætum* Leid. 2. *Camillus lætum vict. militem trib.* Lov. 1. Mox *læti ut præsentibus ac secundis dissidiis* corrupte Lov. 2.

Ostentansque insignem spoliis tribunum] *Insignem etiam spoliis* Lov. 2. Mox *Hunc imitare*, pro *Hunc*, Leid. 2. Deinde *agebat*, pro *ejebat*, Lov. 1. Vide ad VIII. 33. § 23.

Circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas] *Sternere* dederunt indocti librarii Leid. utriusque, Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. credentes fortasse, ita convenire præcedenti *imitare*. Vide ad VI. 3. § 8. Provocatorem hunc Gallum etiam *ducem* vocarunt Valer. Max. III. 2. ex. 6. et Gellius IX. 11. quod adversus Perizon. defendit Dukerus ad Flori I. 13. § 20.

§ 8 *Illi adfuere pugnæ; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis est*] *Adfuere illi pugnæ* Voss. 2. Tum *depugnatumque est haudq. cert. amb. cum Gallis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *depugnatum*, omissa copula *que*, edd. vett. usque ad Aldum, qui eam primus adoptavit, consentientibus omnibus scriptis. Insuper *haudquaquam* male Flor. Leid. 1. Lov. 1. 3. 5, et Gaertn. Ita frequenter lapsi sunt librarii. Vide ad v. 46. § 3. VI. 36. § 3. hoc lib. ad c. 37. § 16. VIII. 8. § 16. c. 12. § 11. c. 29. § 3. et 12. IX. 20. § 2. c. 23. § 17. c. 26. § 6. X. 9. § 7. c. 12. § 9. c. 13. § 4. et alibi.

Utraque acies animis præceperat] Si, ante deorum pugnam, Romanorum quidem erecti, Gallorum vero jacentes animi fuissent, verum esset. Hæc enim vis est τοῦ 'præcipere' pro ante capere, præsumere. Sed loquitur de prælio inter exercitus commisso post Gallum a M. Valerio Corvo prostratum. Ergo repone *perceperat*. Ut apud Plautum Amphitruone v. 1. 66. 'Mihi horror membra misero percipit dictis tuis.' Menæchmis v. 5. 22. 'Primaquam percipit insania.' Terentius Eun. v. 5. 2. 'Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.' Lucretius III. 28. 'His ibi me rebus quædam divina voluptas Percipit atque horror:' sic legendum pro *ubi*, quod habent Mss. estque *ibi* eo sensu quo 'tum.' Etiam eleganter 'percipitur,' quod penitus capitur: 'animis percipitur,' quod animos penetrat, totos occupat, nec alii adfectui aut cogitationi locum relinquit. Nec aliter Aldina et Juntæ edd. *J. F. Gron.* Plerique quidem et optimi codd. *præceperat* servarunt, *conceperat* tamen est in Lov. 4. *perceperat* in Lov. 2. 5. Harl. 2. et Port. a m. pr. quibus codd. quos Oxonii consului, consonare, auctor est Hearnius. Idem illud *perceperat* non tantum in edd. a Gronovio memoratis superest, sed et in omnibus, quas vidi, vetustioribus. *Præceperat* primum inveni in Mediol. 1505. inde in Ascens. 1513. et 1516. Mogunt. Colon. Cervic. reliquisque recentioribus. Eodem sensu 'percipere' usurpatur a Valer. Max. III. 1. ex. 2. 'Tenero ergo animo Cato totius curiæ gravitatem perceperat:' ubi recte

Digitized by Google

Torren. a Perizon. *præceperat* legendum conjiciente dissentit. Etiam usurpatur a Gratio vs. 388. ' Ille, ubi salsa siti percepit viscera longa, Moliturque fugas, et sedem spernit amatam :' ubi vide viros doctos, et Lambin. ad Lucret. III. 80. et IV. 733. Sæpius autem ' præcipere ' et ' percipere ' in Mss. commutantur. Vide Gulielm. ad Cic. in Verr. III. 1. Broekhus. ad Propert. El. IV. 2. 11. et quæ notantur ad Livii IV. 27. § 5. VI. 5. § 4. X. 26. § 4. et XXXVIII. 20. § 1. Donjatius testatur, se non videre, quid obstet, quo minus ' præcipiendi ' verbum menti auctoris conveniat : licet enim duorum pugna nec Romanorum erecti, nec Gallorum animi demissi fuerint ; potuisse tamen eos, ex eventu singularis illius pugnæ capto omine, successum prælii mox inter utrumque exercitum committendi, animo ' præcipere.' Verum, ut Livius inquit, non præceperunt successum prælii, sed eventum duorum militum,' ubi hoc sensu non ' præcipiendi,' sed ' percipiendi,' verbum convenire, ratio docet.

§ 9 *Inter primos, quorum concursus alios exciverat*] *Inter primores* Gaertn. Deinde *conciverat* Lov. 4. *excitaverat* edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, omnesque proximæ usque ad Aidum, qui alterum recte revocavit. Ita sæpe verba ' excire ' et ' excitare ' librarii commutarunt. Vide ad XXVIII. 24. § 4.

Priusquam ad conjectum teli veniret] *Ad jectum teli* Flor. a m. pr. omissa nota, qua prima vocis syllaba *con* vulgo scribi solet. Postea manu altera factum est *ad jactum teli*, quod etiam superest in Lov. 4. invitis reliquis, qui constanter *ad conjectum*, nisi quod perperam *conteetum* sit in Voss. 2. Supra II. 31. ' Priusquam ad conjectum teli veniretur, obstupefacti audacia Romanorum, in adversas valles desiluere :' ubi plura. Deinde *veniretur* fragm. Hav. quæ quidem scriptura modo laudato loco Livii defendi potest, uni tamen testi fidem non habeo, præsertim cum terminatio verbi passivi sæpe a librariis perperam vel addita, vel detracta *sit*. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Per Volscos Falernumque agrum dissipati sunt] *Falernumque agrum* Lov. 5. et Hav. *per Volscum Falernumque agrum* apud Hearnium Oxon. B. Male. Passim enim ita variare Livius amavit. Supra IV. 56. ' Prædas et in Æquis, et in Volsco agro ingentes factas.' Infra VIII. 11. ' Supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romam.' c. 37. ' Ager Apulus Samniumque evastatum :' ita plures ibi codd. X. 20. ' Per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transit :' ubi vide Gronov. c. 21. ' Nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat.' XXVI. 25. ' Inde in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit.' XXX. 1. ' Uter Bruttios adversus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet :' ubi vide Rhenan. XXXVI. 7. ' Etruriam Ligurumque et Gallim Cisalpinæ oram bello ardere audirent.' XLI. 13. ' Quum in senatu de rebus in Istria Liguribusque prospere gestis disseruisset.' c. 19. ' Ob eas res in Gallia Liguribusque gestas.' Similiter etiam Curtius V. 1. ' Quæ interim ductu imperioque Alexandri vel in Græcia, vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt.' Ejusdem fere generis est illud XXXV. 40. ' Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equiti :' ubi vide quæ notantur.

Inde Apuliam ac mare superum petierunt] Quidam meo quidem judicio temere pro *superum* emendarunt *inferum ;* cum Volsci fuerint ad inferum mare, Appuli ad superum. *Glar.* Malim et ipse *superum*, ut Glareanus. Volsci enim ad inferum, Apuli ad superum mare sunt. *Sigon.* *Inde in Apuliam* Lov. 2. sed solus. Deinde *mare*

Digitized by Google

inferum plerique et optimi codd. cum edd. principibus. *Mare superum* primum inveni in Ven. a. 1495. et 1506. tum Ascensianis 1510. 1513. et 1516. atque Paris. 1529. Ex scriptis autem eam lectionem servant tantum Port. in margine, Gaertn. et fragm. Hav. Verum tamen est, ut Glareanus et Sigonius observarunt, *mare inferum* hic ferri non posse. Vel itaque eorum sententiæ, quorumdam codd. auctoritate ac suffragio firmatæ, adsentiendum est, vel legendum puto *inde Apuliam ab mari infero petierunt*. Glareani emendationem probat etiam Wesseling. Observ. II. 26. Præterea *petunt* Lov. 4. Post vocem sequentem *consul* folium deerat in Lov. 5. usque ad verba ' pro salute nostra,' quæ exstant c. 30. § 7.

§ 10 *Decem bobus aureaque corona donat*] *Decem bubus* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et Klockian. quod recepi. Infra VII. 37. ' Aurea corona eum et centum bubus, eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. Militibus, &c. singulis bubus binisque privis tunicis donati:' ita etiam illo loco iidem aliique codd. XXII. 10. ' Præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Diis bubus albis atque ceteris hostiis.' XXVI. 48. ' C. Lælium corona aurea ac triginta bubus donavit.' XXVIII. 38. ' Quum centum bubus votis in Hispania Jovi sacrificaret:' ubi iterum vide. Adde Ciofan. et Nic. Heinsium ad Nason. Ep. Her. v. 116. etiam Oudendorp. ad Frontin. Strateg. II. 4. ex. 17. et Voss. Gramm. IV. 15. Præterea *atque aurea corona* Lov. 4. Mox *jussus a senatu* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 11 *Ibi, quia res trahi segnitia Græcorum non committentium se in aciem videbatur*] *Ibiq; res* Lov. 3. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. sollemni librariorum errore. Vide ad v. 29. § 3. Deinde *segnitie Græcorum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXXI. 6. § 5. Tum *non comitē tm̄ se in acie* Gaertn. De locutione ' committere se in aciem ' vide ad IV. 27. § 6. Denique *res trahi videbantur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Flor. Klockian. Gaertn. Hearnii Oxonienses I. 2. et C. atque edd. principes. *Videbatur* primum obvium fuit apud Vascos. quod præter Gryphium ac Sigonium reliqui editores servarunt. Utrumque dici potest. *Res* enim hic est bellum. Jam vero ' rem ' et ' res gerere ' æque in usu fuit. Vide ad III. 70. § 10. Optimos itaque codd. et vetustissimas edd. secutus *videbantur* restitui. Mox *T. Mallium* Lov. 3. 4. et Gaertn. *T. Manlium* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Prænomen *T.* abest apud Hearnium ab Oxoniensi C.

§ 12 *Consularia comitia habuit, annulumque decoris sui*] Quia T. Manlius, qui comitia habebat, Gallum et ipse singulari in certamine obtruncarat. *Sigon. Comitia consularia* omnes, quos adhibui, codd. uno ore; quare eos audiendos censui. Tum *annulum quamquam decoris sui* Leid. 1. *Æmilianumque sui decoris* Gaertn.

Absentem M. Valerium Corvinum, id enim, &c.] Scribe *Corvum*, non *Corvinum*. Sic enim est in Capitolinis tabulis, et veteribus plerisque libris. Egregie. Ut enim ' Albus,' ' Rufus,' ' Crassus,' ' Luscus,' ' Longus,' cognomina primum inventa sunt, post autem ' Albinus,' ' Rufinus,' ' Crassinus,' ' Luscinus,' ' Longinus ' subsecuta sunt; sic, qui primus cognomen hoc tulit, ' Corvus;' posteri ' Corvini ' appellati sunt. *Sigon. Corvum* Ms. Sed *Corvinum* cognomen uno ore scribunt, et dicunt Marcellin. XXIV. 4. et alii. Poëtæ quoque Claudianus in Eutrop. I. 460. et Manilius I. 780. et Juvenalis Sat. VIII. 5. Vide Muret. ad Propert. El. III. 9. 66. *Klock.* M. Valerii cognomen integrum CORVVS exstat correctissime in fragmentis Capitolinis. Ceterum in

Digitized by Google

omnibus quorumcumque vulgatis auctorum exemplaribus passim recentiori et magis usitato Valeriorum cognomine 'Corvinus' appellatur. Quod, quia posteriorum temporum librariis atque etiam historicis magis notum erat, vetustius illud exclusisse videtur. Nam qui corvo adjutante Gallum occidit, rudi cognomine militari 'Corvum' appellatum potius fit verisimile; velut in antiquioribus Livii exemplaribus reperiri testatur Sigonius, atque item in Cuspiniani tabulis legitur. Posteros vero ejus familiæ ab eodem 'Corvinos' appellatos existimari potest. Sic enim primum 'Albi, 'Crassi,' 'Rufi,' 'Mamerci,' 'Longi,' 'Lævi,' 'Lusci,' inveniuntur appellati; quorum posteri derivativo cognomine 'Albini,' 'Crassini,' 'Rufini,' 'Mamercini,' 'Longini,' 'Lævini,' 'Luscini.' Quapropter non dubitarem in Livio, Cicerone, Gellio, Valerio Maximo, aliisque auctoribus antiquis, qui hujus M. Valerii mentionem faciunt, vulgatum illud cognomen *Corvinus* in *Corvus* mutare. *Pighius* in Annal. ad a. CDV. p. 296. Propert. Eleg. III. 9. 66. 'Et cui cognomen Corvus habere dedit.' Pall. 1. et 2. et hic *M. Valerium Corvum*, et mox *Collega Corvo de plebe M. Popilius Lenas quartum consul futurus datus est*. Iterum c. 27. *M. Valerius Corvus* duo exprimunt Mss. ut et c. 28. c. 39. fin. c. 40. m. VIII. 16. Bis ita quoque lege IX. 17. *Gebh. Corvum* constanter servant omnes, quos consului, codd. scripti hoc loco, et mox hoc cap. tum cap. seq. omnibusque fere locis, quæ Gebhardus indicavit. *Corvum* etiam codd. Oxonienses hic exhibere, Hearne auctor est. Quamvis autem et olim et hodie de vero Valerii cognomine dubitatum fuerit, ac nonnulli exstiterint qui eum *Corvinum*, alii qui *Corvum* dictum esse existimaverint; quorum catalogum vide apud Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 29. § 1. posterius tamen præfero. Ut ita sentiam, primo me permovet marmorum Capitolinorum, quum consularium, tum triumphalium, auctoritas, in quorum fragmentis, ubi, primævam scripturam postea corruptam fuisse, nulla suspicio esse potest, quater CORVVS cognominatur. Deinde unanimis consensus septemdecim codicum, partim quos ipse vidi, partim quorum apud me sunt excerpta, quinque Oxoniensium, quos Hearne censuluit, duorum Pall. Gebhardi, et plerorumque veterum, quos Sigonius adhibuit. His obponuntur aliorum scriptorum Mss. plerumque Valerium *Corvinum* vocantes. Verum vel hi scriptores sunt aut Livio æquales, aut non multo recentiores, in quorum Mss. librarios notius 'Corvini' cognomen, quod Valerii posteri obtinuerunt, alteri 'Corvo' substituisse, Pighio consentio: vel diutius post Livium scripserunt, quales ipsi errare potuerunt. Obponuntur etiam loca poëtarum, quibus aliquid propter metrum concedendum puto, vel quod grandius sonaret. Certe unius vel alterius testimonium efficere nequiit, ut sententiam mutarem.

Id enim illi deinde cognominis fuit] *Id enim belli deinde cogn. fuit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *id enim ille deinde cognitionis fuit* Lov. 4. *id enim illi deinde loco cognominis fuit* Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxoniensis B. Sed nihil muto: 'id cognominis' enim dictum est, ut 'id negotii' III. 15. 'id monumenti' IV. 7. 'id temporis,' vide ad V. 43. § 4. 'id præsidii' XXIII. 17. et XLIV. 21. 'id inopiæ' XXIII. 19. 'id locorum' XXV. 22. et c. 32. 'id hominum' XXX. 12. 'id consilii' XXXIV. 29. et XXXVI. 9. 'id præcipui,' vide ad XLII. 31. § 2. 'id ignominiæ' XLIII. 17. 'id belli,' vide Gronov. ad Epit. Liv. lib. XLIV. Ejusdem generis sunt 'quidquam mandati' et similia, de quibus vide ad XXXII. 37. § 5.

Digitized by Google

Tres et viginti natum annos consulem renunciavit] *III. et XXX. natum annos* Klockian. Male. Valer. Max. VIII. 15. ex. 5. 'Tertium et vigesimum annum ingresso consulatum largiti.' Eutrop. II. 6. 'Propter hoc meritum annorum trium et viginti consul est factus.' Vox *natum* deficit in Leid. 2. ut forte voluisse videri possit *trium et viginti*, seu *III. et XX. annorum consulem*. Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *consulem nunciavit* fragm. Hav. *consulem pronunciavit* Port. a m. sec. Sed 'renunciare' in hac re proprium verbum est. Cic. de Orat. II. 64. 'Quum ex centuria sua renunciaret Acidinum consulem.' in Verr. I. v. c. 15. 'Quum esses prætor renunciatus.' 'Pronunciare,' sed de præcone, usurpat Sueton. in Domit. c. 10. 'Occidit et Flavium Sabinum, quod eum comitiorum consularium die destinatum perperam præco non consulem ad populum, sed imperatorem pronunciavit.'

§ 13 *M. Popillius Lænas quartum consul futurus*] *M. Pompilius* Lov. 2. Harl. 2. Gaertn. Leid. 2. Port. et Hav. *M. Papilius* Lov. 3. *M. Popilius* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. Vide ad VI. 12. § 1. Tum *quartus consul* Voss. 2. et Lov. 3. *quarto consul* Harl. 2. Gaertn. et Hav. Vide ad V. 16. § 1. Mox alio ordine *memorabilis res gesta* Lov. 2. et 4. et *nec Romanus bellator mari erat* vett. edd. usque ad Aldum. *Bellaturus* autem, pro *bellator*, Harl. 2.

§ 14 *Quum litoribus arcerentur*] *A litoribus* Lov. 4. Male. Vide ad V. 8. § 8.

Aqua etiam præter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquere] *Præter necessaria cetera usui* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *præter cetera usui necessaria* Lov. 4. *præter alia necessaria usui* vett. edd. Sed Frobenius primus a. 1535. *cetera*, pro *alia*, substituit, consentientibus scriptis. Tum *Italiam relinquere* Leid. 1. *Italiam liquere* Hearnii Oxon. N.

§ 15 *Cujus populi ea, cujusque gentis classis fuerit, &c.*] Vereor ne classis ea Timoleontis Corinthii fuerit, qui priore anno Dionysium tyrannum Syracusanum vicit et regno exegit, legesque Siciliæ victor dedit, ut scribit lib. XVI. Diodorus; qui idem fortasse Italiæ quoque eram, tanta celatus victoria, classe tentaverit. Idem tamen post Postumii tyranni prædonis, aliorumque quorundam, quos idem Timoleon sustulit, meminit. *Sigon. Cujus gentis classis fuerit*, reliquis omissis, Leid. 1. *Cujus populi ea, cujus gentis* Klockian. *Cujus populi ea, cujusve gentis* legendum ad oram Livii conjecit A. Perizon.

Ulterior Græcia, ea tempestate intestino fessa bello] Voces *ea tempestate* non adparent in Harl. 2. et Port. *ulterior Græciæ tempestate* perperam præfert Leid. 1. Mox *orebat*, pro *horrebat*, Lov. 1.

CAP. XXVII. § 1 *Domi concordia ordinum otium esset, ne nimis lætæ res essent*] *Domi concordia ordinum esset* Harl. 1. Male. Quod hic 'concordia ordinum otium,' supra 'ab seditionibus urbanis otium' vocat IV. 35. Præterea *ne minus lætæ res essent* idem Harl. 2. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXVII. 9. § 7. *Ne nimis res lætæ essent* Lov. 4.

Pestilentia civitatem adorta coëgit senatum imperare duumviris] Legendum *decemviris*. Gelen. Vox *civitatem* deest in Harl. 1. *civitatem adortæ* in Lov. 2. *adorta coëgit senatum imperare* in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Deinde *coëgit Patres* præferunt Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXV. 56. § 3. Mox *imperare duumviris* ex scriptis unus Harl. 1. Ad quam scripturam proxime accedunt Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *his*, vel *hiis*, *viris* præferentes. At, loco *duumvirûm* jam *decemviros* creatos esse, retulit Liv. VI. 42. *imperare decemviros* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Digitized by Google

Eorumque monitu lectisternium fuit] *Eorum monitu lectist. actum* Harl. 2. Port. et Hav. *lectisternium actum* se etiam in Oxon. B. invenisse, auctor est Hearnius. At saltem dedissent *factum*. Ita enim Livius loquitur v. 13. 'Lectisternio tunc primum in urbe facto.' 'Lectisternium habitum est' dicit VIII. 25. et XXII. 10. Vulgatum tamen rectum est. Supra hoc lib. c. 2. 'Tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit.'

§ 2 *Satricum ab Antiatibus colonis deducta*] *Reducta* Leid. 2. quomodo in hac locutione etiam peccabatur II. 21. § 7. Et solent passim 'deducere' et 'reducere' commutari in Mss. Vide ad VI. 26. § 8. *educta* est in Lov. 1. Mox *deruerant*, pro *diruerant*, Port. a m. pr. *diverterant* Lov. 4. et Flor. a m. pr.

Et cum Carthaginiensibus legatis] Prima vocula deest in Hav. Deinde *cum Karthaginensibus*, vel *cum Carthaginensibus*, plerique codd. nostri. Sed vide ad XXVIII. 26. § 1. Mox vox *amicitiam* deficit in Leid. 1. *amicitiam et societatem* habent Gaertn. et vett. edd. usque ad Froben. qui *ac* dedit a. 1535.

§ 3 *T. Manlio Torquato II. C. Plautio consulibus*] Bis antea de hoc Manlio admonuimus: nam quo pacto hic *II. consul* dici potest, qui antea non fuit, nisi a. CCCXCVIII. pro *Cn. Manlio*, legas *T. Manlio*? Alii hoc in loco illud *iterum* ad C. Plautium posuere: qui tamen lib. VIII. ab initio non consideraruut 'iterum consulem' dici, qui tum tertium erat. Duo autem Caii Plautii fuere, Proculus ac Venox, Proculus consul fuit a. CCCXCVII. Venox hoc loco et lib. VIII. ab initio: quare locum ambiguum puto. Et quis hæc omnia persequetur? Quantum errorem attulit historiæ Romanæ ambitio illa et immortalitatis sitis! *Glar.* In veteribus libris nota iterati honoris est adjuncta Torquato, (non Plautio) at abesse tamen ab utroque debet. Nam nec Cassiodorus eam affert, et Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret; quia numquam ante consulatum cepit, quum tamen bis dictaturam gesserit; et post 'iterum, tertiumque consul esse,' non 'tertium quartumque,' traditur. Neque vero Plautius ea nota affici debet, quia non est idem cum eo, qui paulo ante consul fuit; ille enim 'Proculi' cognomen tulit, hic, ut opinor, 'Hypsæi:' qua de re dicam in secundo hujus consulatu. *Sigon.* Iterati consulatus nota adscribitur T. Manlio Torquato in omnibus scriptis meis, præterquam in Lov. 2. qui neutri consuli addidit. Priori consuli adscribitur etiam in Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. ut et in edd vett. Postea Colonienses an. 1525. eamdem notam transtulerunt ad alterum consulem C. Plautium, quorum exemplum deinde imitati sunt Cervic. Ascens. an. 1530. aliique. Quamvis autem Sigonius postea vocem *secundum* sive notam *II.* neutri consuli addendam docuerit, eamque ex contextu ejecerit, nemo tamen recte monentem audire voluit ante Gronovium, qui lectionem Sigonii a. 1665. recepit. Miror autem id non fecisse Gruterum in postrema ed. in qua exprimere emendationes Pighii solitus est. Is autem Sigonio consentit in Annal. ad a. CDVI. p. 297. Hunc autem primum T. Manlii consulatum esse, patet ex illis quæ dicta sunt ad c. 19. hujus lib. § 9.

Semunciarium tantum ex unciario fœnus factum] *Semiunciarium* Voss. 2. Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et plures ex prioribus edd. Non multum hinc abit Lov. 3. transpositis literis *semiunciarium* præferens. Vide ad XXXIV. 1. § 3. Deinde *factum fœnus* editi Aldo priores, qui, adstipulantibus scriptis, ordinem vocum mutavit, et *fœnus factum* vulgavit.

In pensiones æquas triennii, ita ut quarta præsens esset, solutio æris alieni

Digitized by Google

dispensata est] Vet. lib. *in triennium.* Sigon. *Pensiones æquas in triennium* Harl. 2. *in pensiones æquas in triennium* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Optimi codd. aliique omnes in vulgatam scripturam conspirant. Doujatius tamen observat, æs alienum quatuor pensionibus dissolvi jussum esse, ita ut prima quarta pars statim repræsentaretur; quartæ aliæ partes sub finem primi, secundi, ac tertii anni, omnes intra triennium numerarentur. Hac de caussa legi malebat *in triennium*, vel potius *triennio.* Poſset lectio *in pensiones æquas in triennium* recipi, si meliorum codicum auspicio probaretur. Ita enim loquitur XXX. 37. 'Decem millia talentum, descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent.' At tum potius, ut repetitionem τοῦ *in* vitaret, dicturus fuisse videtur Livius, *et pensionibus æquis in triennium solutio æris alieni dispensata est*, quomodo etiam loco laudato extulit. Potuisset etiam dicere 'in pensiones æquas per triennium,' ut XXXVIII. 9. 'Quingenta Euboica darent talenta: ex quibus ducenta præsentia, trecenta per annos sex, pensionibus æquis:' vel 'in pensiones æquas intra triennium,' ut XXXVIII. 38. 'Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus æquis.' Quum tamen non tantum major pars codicum, sed et omnes integriores vulgatum servent, id mutare religio est. *Pensiones æquas triennii*, ut 'pensiones decem annorum' XXXIII. 30. 'Mille talenta daret populo Romano: dimidium præsens, dimidium pensionibus decem annorum.' 'Æquæ pensiones triennii' sunt æquæ ratione non tantum summæ solvendæ, sed et ratione temporis, intra quod solutio erat præstanda. Vox *triennii* male deficit in Lov. 4. Præterea *ut quarta pars esset* non recte obferunt Voss. 2. Lov. 3. et Port.

§ 4 *Fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit*] *Fides tũ publica* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. *Potius ad curam* Harl. 2. *ad curam senatus fuit* Lov. 4. a m. pr. *potior ad curam*, ut apud Cic. in Topic. c. 2. 'Inveniendi vero artem, quæ Topice dicitur, quæque ad usum potior erat, totam reliquerunt.' De Finib. I. 4. 'Judicabit nulla ad legendum his esse potiora.'

Quia tributo ac delectu supersessum] *Dilectu* Flor. Lov. 1. et Klockian. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Quia dilectûs tributo supersessum* Leid. 1. *tributo ac delectui* Voss. 2. Harl. duo, Gaertn. et fragm. Hav. Cic. de Invent. I. 40. 'Sunt autem qui putant, nonnumquam posse complexione et oportere supersederi.' Ad Fam. IV. 2. 'Ut supersedeas hoc labore itineris.' In verbis præcedd. *Levatæ maximæ res* errore operarum edidit Froben. 1535. quæ lectio tamen per reliquas edd. omnes propagata est, donec tandem D. Heinsius in Elzevir. emendaret.

§ 5 *M. Valerius Corvus secundum consul cum C. Petilio factus*] Petilio etiam adjiciendum *II.* quippe qui fuit consul a. CCCXCV. nisi quis alium fuisse contendat: quod ut negari, ita sciri non potest. *Glar.* Quemadmodum ex sententia Glareani sciri nequit, consulem hujus anni C. Pœtelium diverum esse ab illo qui memoratur hoc lib. cap. 11. ita vicissim adfirmari nequit, eumdem esse: quare cautius egisset Glareanus, si non pronunciasset, Pœtelio etiam adjiciendum esse *secundum.* Verum ex mea aliorumque sententia illud *secundum* Pœtelio non est addendum. In nullo enim invenitur codice; ut nec apud Censor. de Die Nat. c. 17. neque etiam in ullis fastis, præsertim autem non in marmoribus Capitolinis, quæ, licet hoc anno lacera, Pœtelii tamen cognomen VISOLVS præferunt, eique iterati consulatus notam *II.* non adjiciunt. Non addo, consules hujus anni et anni CCCXCV. diver-

Digitized by Google

sos videri, quoniam hujus anni consul in marmoribus Capitolinis cognominatur *Visolus*, ab aliis *Libo*; unde Pighius eum duo illa cognomina *Libo Visolus* habuisse opinatur in Annal. ad an. CDVII. pag. 298. at consul an. CCCXCV. Livio c. 11. vocatur *C. Pætelius Balbus*. Dixi enim ad illum locum, verisimilem esse conjecturam Sigonii, qui *Libo*, pro *Balbus*, emendandum censet, quoniam etiam illius anni consul *Libo Visolus* in marmoribus Capitolinis vocetur. Ceterum *Pætilio*, vel *Petilio*, scripti. Vide ad III. 35. § 11. Tum *Corvus secundus consul* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Corvus iterum consul* Lov. 4. In verbis seqq. *quum exultatio nuncia esset*, pro *quum ex Latio nunciatum esset*, præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *quum exultatio nunciatum esset* Leid. 1.

Legatos ab Antio circumire populos] *Legatos Antio* Lov. 4. Male. Vide ad IV. 7. § 4. Tum *circuire* Hav. Vide ad III. 6. § 9.

§ 6 *Nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta est*] *Offensos diutino odio* Leid. 2. et Lov. 2. Vide Burm. ad Suet. Galb. c. 3. *infestos diutino odio* Lov. 1. a m. pr. sollemni scribarum errore. Vide ad II. 46. § 7. *infensos tam diutino odio* Lov. 4. et Neapol. Latinii. Sed 'infensus odio,' ut 'infensus ira' II. 12. 'Rex simul ira infensus, periculoque conterritus:' ubi tamen alii codd. præferunt *incensus*. Deinde τὸ *est* ignorat Lov. 2. Præterea verbis præcedd. *Antiates et alii Volsci* Lov. 4. Tum *si quid a Roma* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn.

§ 7 *Volsci, ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum, gens, certamine victi, fuga effusa*] Non ambigo de hac lectione, quam et vetustissimæ agnoscunt edd. Sed cur tam bona et aperta lectio Pall. membranas non habet assertores? ex quibus Pall. 1. ac 3. *Vulscorum ad rebell. magis, quam ad bell., gens cert. victa fugit.* In Pal. 2. fuerat initio, *Volsci, ferocior ad rebell. gens, cert. victi.* Gebh. Codd. etiam quidam eorum, quos consului, a vulgato discedunt. *Volscorum fer. ad rebell., quam ad bell., gens cert. victa fugit* habet Voss. 2. *Volscorum ad rebell., quam ad bell., gens cert. victa fugit* fragm. Hav. a m. pr. in quo manus altera inter versus adscripsit vocem *ferocior*, et *fugit* mutavit in *fuga*. *Volscorum ad rebell. magis, quam ad bell., gens victa fugit* Lov. 3. Neque inde differt scriptura Lov. 2. nisi quod in eo sit *victi*, pro *victa*. Præterea *ferociter*, pro *ferocior*, præfert Leid. 2. *ferocior ad rebellandum magis* Gaertn. Nihil mutandum est. 'Volsci, gens ferocior' dictum est per adpositionem, ut XXXVIII. 16. 'Galli, magna vis hominum, nullam gentem parem armis rati, in Dardanos pervenerunt:' ubi alia vide. Præterea *effusa Satrici mœnia petiit* fragm. Hav. *effusaque Satrici mœnia petit* Lov. 2. Verum et hic vulgatum *Volsci, &c. certamine victi, fuga effusa petunt* verum est. *Fuga effusa* Nostro frequentissimum est. Vide ad XL. 28. § 4.

Et, ne in muris quidem satis firma spe] Vocula *ne* a librario Hav. omissa est. Tum *satis firma spē* Leid. 1. et Harl. 1. *satis firma spem* Flor. *satis firma spes* Port. Librariis fraudi fuisse videtur, quod non adsecuti sint, hæc dicta esse per ellipsin participii verbi substantivi, quam ob causam alibi etiam sæpe errarunt. Vide ad IV. 47. § 7.

Ad quatuor millia militum, præter multitudinem inbellem, sese dediderе] *Agmen mil. præter mult.* Lov. 2. *ad duum milium præter mult.* Voss. 2. et Lov. 3. sed 'quatuor millia deditorum' mox memorantur. *Ad quatuor millia præter mult.* Harl. duo, Port. Gaertn. omnesque edd. usque ad Jac. Gronov. qui primus, adoptata voce, *ad quatuor millia militum* edi curavit: quomodo etiam præferunt reliqui codd. nisi quod alio ordine *ad quatuor*

Digitized by Google

militum millia sit in solo Flor. Vox *militum* exciderat ob similitudinem alterius *millia*, vel *milia*; unde etiam factum, ut ea omissa in uno et altero Msto *milium*, pro *millia*, scriptum fuerit. Deinde *præter imbellem mult.* Lov. 4. Insuper *esse dedere* idem Lov. 4. *se dedere* edd. Rom. 1472. et Parm. Sed sæpius *dedere* et *dare* commutantur. Vide ad XXXIX. 50. § 9.

§ 8 *Oppidum diruptum atque incensum*] *Diruptum* Voss. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. sed duo posteriores codd. a m. pr. nam a m. altera litera *p* deleta est. Vide ad IX. 45. § 17.

Ab ede tantum Matris Matutæ abstinuere ignem] Ratio forte fuit prodigium memoratum VI. 33. Superfuit itaque adhuc tempore belli Punici secundi, XXVIII. 11. *Abstinuerunt ignem* est in Gaertn.

Extra prædam quatuor millia deditorum habita] *Habiti* Mediol. edd. 1495. et 1505. ac Ven. 1498. Idem etiam in contextum receperunt Ascens. 1513. et 1516. ac Paris. 1529. altera lectione in marginem rejecta. Id ferri posset, si codd. fide niterentur: alibi enim Livius ita loqui solitus est. Vide ad XXXVII. 39. § 12. At recepta lectio in scriptis constanter superest, nisi quod *habitæ* legat Leid. 1. ubi ultima litera *e* perperam adhæsit ex principio vocis seq.

Eos vinctos consul ante currum triumphans egit] *Eos victos* Voss. 1. Vide ad XXX. 12. § 7. *eos victor consul* Port. Sed recepta scriptura proba est. Mox *venditisque*, adscita conjunctione *que*, Port. et Hav.

§ 9 *Idque magis verisimile est, quam deditos venisse*] *Idque magis veris simile* Leid. 1. *idque magis verosimile* Port. a m. pr. *id magis verisimile* edd. principes. Particulam *que* primus addidit Froben. 1535. eamque servant omnes scripti. Præterea *venisse* Voss. duo, Leid. 2. Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. duo, Gaertn. et Hav.

CAP. XXVIII. § 1 *M. Fabius Dorsuo*] *Dorso*, ut supra dixi. *Sigon. Dorsuo* servant Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. et, ut videtur, Flor. ex quo nihil notatum video. Corruptius *Dorsus* habent Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Corruptissime *Drusus* Lov. 2. Harl. 2. et Port. Solus meorum Hav. minimæ auctoritatis codex, hic tamen recte *Dorso* præfert, quam scripturam probat et adstruit Pighius in Annal. ad a. CDVIII. p. 300. Vide etiam ad V. 46. § 2. Vetustæ edd. partim *Dorsuo*, partim *Dorsus* receperunt.

Auruncum inde bellum ab repentina populatione cœptum] *Aruncum* Lov. 2. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. *inaruncum* Voss. 2. *inarum cum* Lov. 3. *Aub cum* Gaertn. cum edd. antiquioribus. Vide ad II. 16. § 8. et mox § 3. *Deinde*, pro *inde*, est in edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Tum *a repentina* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Hinc vox *populatione* deficit in Leid. 2. Deinde *captum*, pro *cœptum*, legit Port. Vide ad VI. 27. § 4.

§ 2 *Dictator velut adversus armatum jam Latium L. Furius creātus*] *Adversum arm. jam Latium* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. 1. et Gaertn. Verum non modo ingratus sonus lectionem hanc rejiciendam probat, sed etiam mos Livii, de quo vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. *Latium* Lov. 1. a m. pr. et Lov. 2. Post eam vocem verbum *esset* inseritur perperam in Gaertn. Denique *vel Furius* Flor. Paullo ante *Latini nominis*, ordine mutato, Lov. 4.

Cn. Manlium Capitolinum] *C. Manlium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Vide hoc lib. c. 3. § 3. *T. Manlium* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Coss. Manlium* Leid. 1.

§ 3 *Delectus sine vacationibus habitus esset*] *Dilectus* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Sine vocationibus* Harl. 2. et ed. Parm. Vide

Digitized by Google

ad lib. v. cap. 8. § 2. Tum *habitus est* Hav.

Legiones, quantum maturari potuit, in Aruncos ducta] *Quantum* exsulat a Leid. 1. Ejus loco *qui tum* præfert Harl. 2. *maturare potuit legiones* Leid. 2. Deinde *in Aruncos* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Port. *in Arruncos* fragm. Hav. *in Aurunctum* Harl. 2. et Hav. Forte dare voluerunt *in Auruncum*, ut se in Oxon. B. invenisse Hearne testatur. At nullus præterea huic lectioni favet. *In aurũ eos* Gaertn. Vide paullo ante ad § 1. et ad VIII. 15. § 3. Præterea *ducit* Lov. 2.

Prædonum magis, quam hostium] *Quam hominum* Lov. 4. sollemni librariorum aberratione. Vide ad XXIII. 37. § 11. Supra III. 7. 'Volscis Æquisque prædonum potius mentem, quam hostium, dedit.'

Prima itaque acie debellatum] *Prima utique acie* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Sæpe ita variant scribæ in codd. antiquis. Vide ad III. 52. § 5. v. 43. § 4. Infra hoc lib. c. 30. § 18. VIII. 13. § 17. IX. 43. § 11. et alibi. Deinde *debellatum est* non modo scripti Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. (in Lov. 5. hic folium deesse supra monitum est,) Harl. duo, Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. sed etiam omnes excusi usque ad Gronovium, qui, nulla hujus mutationis reddita causa, emisit *rè est*, exemplum ejus reliquis recentioribus secutis; quod pristino loco restitui.

§ 4 *Dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant, et sine detrectatione*] *Dictator autem, quia* Klockian. *Dictator tum, quia* Port. Infinitis locis voces *tñ*, id est *tamen*, et *tũ*, id est *tum*, in Mss. confunduntur. Vide ad XXII. 17. § 5. *Dictator tumque* Gaertn. Similiter etiam confundi *rà q;*, id est *que*, et *q*ª, id est *quia*, vidimus ad v. 29. § 3. Tum prior vocula *et* omittitur in Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. Port. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Hinc *intulerat* Voss. 2. *intulerunt* Leid. 1. Deinde posterius *et* omittitur in Hav. Insuper *sine detrusione* Port. *sine detractione* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *sine detractatione* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad lib. XXXIV. cap. 15. § 9.

Se certamini obferebant] *Sine certamine offerebant* Hav. *se certatum offerebant* fragm. Hav. a m. pr. *se ad certamen offerebant* Harl. 2. Sed 'obferre se certamini,' ut 'obferre se concordiæ.' II. 60. § 2. ubi vide quæ notantur.

Ædem Junoni Monetæ vovit] *Junoni monitate* Leid. 1. et Harl. 1. *Junoni Monitæ* Flor. quomodo mox § 6. in eodem Flor. Leid. 1. et Harl. 1. scriptum superest. Vox *vovit* perperam deficit in Port.

Cujus damnatus voti] 'Votum' Cic. de Leg. II. 16. dixit esse 'sponsionem qua Deo obligamur,' ut interim juristarum ac theologorum definitiones prætermittamus. Qui vero vota pro re aliqua a Diis impetranda faciebat, 'vovere,' seu 'vota suscipere' et 'nuncupare vota' dicebatur. Qui vero solvebat, 'persolvere,' et 'signare vota.' Cujusmodi quam passim exstent exempla, satis erit Plinium audire ad Trajan. X. 36. 'Solennia vota pro incolumitate tua et suscepimus et solvimus, precati Deos, ut velint semper ea solvi, semperque signari:' ad quod et illud Juvenalis Satyr. X. 55. spectat, 'Propter quæ fas est genua incerare Deorum.' Nam cereas tabellas literis signatas, quæ votum explicabant, Deorum imaginibus affigebant. At, qui votum susceperat, necdum voti compos persolverat, 'reus voti' appellabatur Virg. Æneid. v. 236. 'Vobis lætus ego candentem litore taurum Constituam ante aras, voti reus:' hoc est, ut Servius interpretatur, 'voti debitor:' quem locum quoque enarrans Macrobius Saturnal. III. 2. 'Hæc vox,' in-

Digitized by Google

quit, 'propria sacrorum est, ut reus vocetur, qui suscepto voto numinibus se obligat.' Qui vero voto suscepto assecutus id, pro quo voverat, nondum tamen soluto voto 'damnatus voti' dicebatur: quod clare Livii dicta XXVII. 45. demonstrant: 'Deos omnes,' ait, 'Deasque precabantur, ut illis faustum iter felixque pugna, maturaque ex hostibus victoria esset, damnarenturque ipsi votorum, quæ pro iis suscepissent:' et v. 25. 'Haud mirum id quidem esse, furere civitatem, quæ, damnata voti, omnium rerum potiorem curam, quam religione se eximendi, habeat:' et XXXIX. 9. scribit, 'Se pro ægroto vovisse, ubi primum convaluisset, Bacchis eum se initiaturam: damnatam voti Deum benignitate exsolvere id velle.' Virg. Ecl. v. 79. 'tibi sic vota quotannis Agricolæ facient; damnabis tu quoque votis:' ubi Servius, 'Quum præstiteris,' inquit, 'quæ homines te oraverint, reddes illos obnoxios ad vota solvenda. Nam sumus voti damnati et obnoxii, antequam reddamus.' Ex quibus patet, Alex. ab Alex. Genial. III. 22. perperam 'damnatum voti' interpretatum, qui voti compos vota exsolvisset; quod præcipue ex præsenti loco dignoscitur. Nam dictator voti damnatus, nondum eo soluto, dictatura se abdicavit. Cui voto subsequenti anno satisfactum, statim subdit Livius. *M. Donatus.* Alia vide apud Brisson. de Formul. II. 102. Adde Aleiat. ad l. 6. ff. de Verb. Signif. Ceterum *ejus damnatus voti* Harl. 2. et Port. Mox *revertit*, pro *revertisset*, Klockian.

§ 5 *Duumviros ad eandem ædem pro amplitudine populi Romani faciendam*] Vet. lib. *ad eam ædem.* Sigon. Flor. Voss. uterque, Rott. *ad eam ædem.* J. F. Gron. *Ad eam ædem* etiam omnes mei, et Oxon. Hearnii codd. Vide ad X. 10. § 6. Præterea *dum*, pro *duumviros*, Lov. A. Deinde *pro amplitudine reip. faciendam* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 58. § 6. *Amplit. pop. Rom. faciendam*, omissa præpositione, Harl. 2. *pro ampl. pop. Rom. faciendo* Hav.

Quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat] *Quæ aurea ædium* Lov. 1. Vox *area* deest in Lov. 4. vox *ædium* in Hearnii Oxon. C. utrumque vocabulum in Gaertn. Tum *M. Manli Capitolium fuerat* legit fragm. Hav. *M. Manlii Capitolini fuit* Port. De æde M. Manlii in Capitolio vide VI. 20.

§ 6 *Exercitu ad bellum Volscum usi, Soram, &c. ceperunt*] *Usis oram*, perperam divisis literis, Voss. 2. et Lov. 3. *versi, Soram* Harl. 2. Port. et Hav. Crediderunt librarii, per compendium scriptum fuisse *u'si*, qui error admodum frequens est. Duplici errore lapsus est librarius Gaertn. *versis oram* præferens. At *exer. ad bell. Vols. verso, coram ceperunt* præfert Lov. 2. Præterea *incautos orti*, pro *adorti*, Lov. 3. *in cautes adorti* Leid. 1. *incautos adorsuti* Harl. 1.

Ædes Monetæ dedicatur] Vide ad § 4. Hanc autem ædem Kalendis Junii dedicatam esse, ex Macrob. Saturn. I. 12. observat Pighius in Annal. ad a. CDIX. p. 301.

C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato secundum consulibus] Quidam codd. utrique *tertium* dederunt, quidam *secundum*, sed utrique errant. Martius enim ter fuit hic consul, Manlius iterum, utcumque in prioribus institutur lectio. *Glar.* Quinam sint, qui utrumque hoc anno tertium consulatum adeptum existimarint, nondum inveni: utrique vero notam *II.* addunt Colon. edd. 1525. et quædam aliæ: vocem *secundum* ed. Cervicorni: vocem *iterum* Ascens. 1530. quæ lectio nullius codicis fide nititur. Unus enim Lov. 4. priorem consulem *quartum*, alterum *tertium* fuisse dicit: annus etiam Lov. 2. priori numerum

Digitized by Google

nullum addit: reliqui omnes Marciam *tertium*, Manlium *secundum* fuisse tradunt, quod recte Glareanus hoc loco probavit. Verum ita admitti nequit conjectura, quam proposuit hoc lib. c. 19. § 2. nempe c. 16. § 1. pro *Cn. Manlio* legendum esse *T. Manlio*. Ceterum posteriori consuli male prænomen *Gn.* tribuitur in fragm. Hav. *M. T.* in Lov. 2.

§ 7 *Simile vetusto montis Albani prodigio*] Hoc prodigium factum est Tullo Hostilio regnante, ut scripsit I. 31. *Sigon.* Paullo ante *dedications secutum* perperam est in Leid. 1. et Harl. 1.

Namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visu intendi] Dodwellius de Cyclis Dissert. x. § 80. scribit, se non facile credere verba hæc ad eclipsin aliquam, quæ A. U. CDXII. Varroniano contigerit, fuisse referenda: nam sibi ægre persuaderi, eclipsium causas hoc sæculo Romanis fuisse explicatas; neque verba Livii eclipsin compertam supponere, et satis apte referri posse ad tenebras, quæ, propter nebulas, vel ullam quamcunque causam, evenerunt. Hic quoque mihi accidit, quod sæpe alibi in legendis illius scriptis, ut, quæ lego, non intelligam: quæ fortasse mea, non illius, culpa est. Primum non scio, quinam illi sint, qui hoc A. U. solem defecisse dicant. Si eorum sententia non alio fundamento, quam his verbis Livii, nititur, adsentior Dodwello, ex his non magis colligi posse defectionem solis, quam ex iis quæ leguntur XXXVIII. 36. 'Luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebræ obortæ fuerunt.' Nam de defectione solis aut lunæ aliter loquitur. Vide XXXVII. 4. et XLIV. 37. Sin autem id ex astronomicis rationibus probatum dederunt, frustra adversus eos verborum argutiis contenditur. Deinde plane non video, quid valeat ratio, ob quam vir doctissimus dicit, se non facile credere, verba Livii ad eclipsin fuisse referenda, 'quia' nimirum 'hoc sæculo Romanis non explicatæ erant causæ eclipsium.' Nam quis unquam ab historico, qui solem aut lunam defecisse, vel terram movisse, vel cometen fulsisse, vel quid aliud rerum naturalium prodidit, exegit, ut rerum illarum causas et rationes cognitas atque explicatas haberet? *Duk. Nam et lapidibus* Harl. 2. quomodo etiam alibi errarunt operæ. Vide ad IV. 56. § 2. V. 22. § 4. et c. 47. § 2. Infra ad cap. seq. § 6; ad VIII. 36. § 2. atque alia loca. Tum *lapidibus pluvit* Voss. 2. et Gaertn. similiterque se in duobus Pall. invenisse, monuit Gebhard. ad III. 10. § 6. Vide ad I. 31. § 1. Vocem *pluit* omittit Hav. Deinde *nox interdiu* Lov. 2. Vide ad V. 44. § 6. *Nox interdiu* Lov. 1. Vocabulum *nox* deficit in Voss. 2. Tum *visu intendi* Voss. 2. qualis varietas alibi sæpe in Mss. obcurrit. Vide ad I. 25. § 2. *visu intende* Flor. sed ultimæ literæ suprascribitur *τὸ r*, quasi vellet *visu intenderet*: at ita legendum foret, *visu se intenderet*, ut I. 57. 'Quo quum primis se intendentibus tenebris pervenissent:' ubi alia exempla notavit Gronov. Obseq. de Prodig. c. 128. 'Circa horam undecimam nox se intendit.' Nihil tamen mutandum, et Florentini cod. librarium lapsum esse, aliorum codicum consensus ostendit. Mox *libris quoque inspectis* Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad V. 27. § 1.

§ 8 *Dictus P. Valerius Publicola*] Prænomen omiserunt Harl. 2. Port. et Hav.

Magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est] *Magister equitum Q. Fabius Ambustus dictus est* Lov. 1. Sed vox *dictus* modo præcessit. Confunduntur autem hæc vocabula etiam III. 31. § 5. et hoc lib. c. 31. § 6. Tò *ei* exsulat etiam ab Hav. cujus loco *et* præferunt Leid. 1. et Gaertn. Ce-

Digitized by Google

terum ultima vox *est* multaque sequentes usque ad finem hujus § desunt in Harl. 1.

Non tribus tantum supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos] *Non tantum tribus* Port. et Hav. Tum *ire supplicatum* Gaerta. Deinde *finitimos populos etiam* Voss. 2. Ceterum *supplicatum ire, &c. quo quisque die* perperam omittuntur in Harl. 1.

Quo quisque die supplicaret] *Qua quisque die* Lov. 2. Hinc *supplicare* Port. *supplicaret* Voss. 2. Lov. 3. Hav. et Hearnii Oxon. N. Male. Vide ad l. II. c. 22. § 7.

§ 9 *Judicia eo anno populi Romani tristia in fœneratores facta*] Abest a Mss. *tò Romani*. J. F. Gron. Eadem vox non tantum abest etiam ab omnibus meis, et Hearnii Oxoniensibus Mss. sed etiam ab omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri; quæ, nescio qua auctoritate, eam recepit. Unde recte a Gronovio iterum expuncta est. *Tristia populi* alio ordine Port. a m. pr. et Hav. *tristicia*, vel *tristitia*, pro *tristia*, Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. et Gaerta. Vide ad IV. 52. § 5.

Quibus ab ædilibus dictæ dies essent] Legendum *ab ædil. dicta dies*. Gelen. *Dictæ dies essent* primus ediderat Aldus, eamque scripturam servant tantum non omnes codd. mei, nisi quod *dictæ dies esse* sit in Leid. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. sec. An ergo ideo numero plurali utitur, quod cuilibet fœneratorum alia atque alia dies dicta sit? Verum vel ita numerum unitatis adhibet Livius X. 13. 'Eo anno plerisque dies dicta ab ædilibus, quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent.' c. 23. 'Ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt.' Gelenio itaque adsentior.

Et res, haud ulla insigni ad memoriam causa, ad interregnum rediit] *Ea res* edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *haud illa insigni* Voss. 2. Vide ad XXV. 11. § 3. Hinc *ad interregnum redit* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVI. 35. § 2.

§ 10 *Ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt*] Priore etiam anno ambo patricii consules fuerunt, cujus tamen rei non meminit: Fabius, inquam, et Sulpicius. *Sigon.* Verum hi non anno priore, sed biennio antea consules creati sunt. Ceterum *Ex interr. id actum videri potest* Klockian. *Ex interr. id actum videri posset* fragm. Hav. a m. pr. *Ex interv. et id actum videri posset* Gaerta. *Ex interr., ut id actum videri posset* Lov. 2. *Ex interr., ut id actum videri posse* Port. *Tò sunt* non adparet in Lov. 3.

M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Cossus] Vocem *tertium* non agnoscunt Gaerta. et Hearnii Oxon. C. Tum *et A. Cornelius* Port. et Hav. *et M. Cornelius* fragm. Hav. Sed Cornelii prænomen exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2.

CAP. XXIX. § 1 *Et longinquitate vel regionum, vel temporum spatio*] Suspectum est ultimum vocabulum, tamquam insertum ab aliquo, qui 'longinquum' de tempore dici non putabat. Vide Observ. IV. 11. Lib. IX. c. 24. 'Et aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset.' *J. F. Gron.* Vox *spatio* haud male meo judicio suspecta est Gronovio. 'Longinquus' enim et 'longinquitas' sæpissime apud Livium non tantum de loci, sed et temporis spatio adhiberi solent. Supra I. 31. 'Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus.' II. 14. 'Inopi tum urbe ab longinqua obsidione.' V. 5. 'Cibi gratia præsentis aut potionis longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat.' c. 6. 'Ut exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere possit.' c. 11. 'Quibus distina militia longinquitasque belli sit gravis.' c. 15. 'Jam per lon-

Digitized by Google

ginquitatem belli commercio sermonum facto.' VI. 8. 'Cohortatus milites, ne, tamquam Veios obpugnantes, in opere longinquo esse tenerent:' hoc lib. c. 16. 'Exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit.' XXI. 23. 'Constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viæ.' XLI. 21. 'Longinquo, maxime quartanæ, implicabantur morbo.' Etiam alios scriptores similiter locutos esse, patebit ex illis quæ notavit Jac. Gronovius ad Cic. de Senect. c. 12. Broekhus. ad Prop. El. I. 6. 27. et quæ dixi ad Silii VI. 628. Pro *longinquitate* Harl. 2. præfert *propinquitate;* et ita m. sec. emendatum erat in Gaertn. et in contextu Voss. 2. exstabat, in quo posteriori inter versus adscriptum erat *longinquitate*. Tum *religionum* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. Harl. 1. Port. a m. pr. et Hav. Alibi hæ voces commutari solent. Vide ad Epit. Liv. lib. II. ad v. 34. § 7. c. 54. § 3. et alibi. Adde Burm. ad Sueton. Aug. c. 90. Deinde *vel temporis* Leid. 2. Paullo ante *Majora dehinc bella* Lov. 4. *Majora hinc bella*, omissa vocula *jam*, Hearnii Oxon. L. 2.

Quibus bellatum est, dicentur] Verbum *est* non adparet in Harl. 2. Port. et Hav. Vox sequens *dicentur* omittitur in Lov. 4. Sed *dicetur*, id est *diceretur*, pro *dicētur*, id est, *dicentur*, præfert Gaertn. Similiter erratum est supra in Mss. VI. 18. § 7. *Diceretur* exhibet Hav. Vide quæ notantur ad II. 56. § 7.

Adversus Samnites, gentem opibus armisque validam] *Adversus Samnitem* Hearnii Oxon. L. 1. et B. reliquis invitis.

§ 2 *Samnitium bellum, ancipiti Marte gestum*] *Samnitieum bellum* Voss. 1. pro varia lectione in margine, Leid. 2. Lov. 1. 2. et Harl. 2. Sed infra similiter, ut hoc loco, X. 31. 'Supersunt etiam nunc Samnitium bella.' *Samnitum bellum* Port. et edd. Mediol. 1495. Ven. 1499. et quædam aliæ. Et ita plerumque alibi multi codd. præferre solent. Male. Vide ad XXIII. 11. § 11. Tum *ancipite Marte gestum est* Voss. 2. et Lov. 3. *ancipiti gestum Marte* Leid. 2. et Lov. 1. *ancipiti Marte gestum est* edd. Rom. 1472. et Parm.

Quanta rerum moles] Sic Mss. non *mole*. J. F. Gron. *Moles* non tantum etiam omnes mei Mss. sed et omnes edd. usque ad D. Heinsium, qui apud Elzevir. *mole* vulgavit, verisimiliter operarum errore.

In hanc magnitudinem, quæ vix sustinetur] *Qua vix sustinetur* Lov. 2. *qua vix sustinet* Leid. 1. Vide ad X. 10. § 1.

§ 3 *Belli autem causa cum Samnitibus, Romanis, &c. extrinsecus venit*] *Belli autem causa Samnitibusque Romanisque* Lov. 3. sed prius *que* delendum esse, subjectis notis librarius docuit. *Belli autem causa cum Samnitibus Romanisque* Voss. 2. non placet; ut nec quod *Romani* legant Port. et Hav. Perperam etiam *Etruscus venit*, pro *extrinsecus*, Leid. 2. Una autem voce auctior Gaertn. *societate amicitiaque invicem juncti* legit. Mox *inter ipsos orta est* alio ordine Lov. 4.

§ 4 *Inopes ad opulentiorum auxilium confugere*] *Ad aux. opul.* Lov. 4. 'Opulentus' autem hic est potens, viribus prævalens. Vide ad II. 21. § 5. Ceterum *opulentorum* est in edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 5 *Magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, quum adtulissent*] Curtius IV. 12. 'Indi ceterique Rubri maris adcolæ, nomina verius, quam auxilia, post currus erant.' Vide ad III. 65. § 9.

Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro] *Fruentes luxu* Port. Infra hoc lib. c. 32. 'Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse.' Cic. de Amic. c. 15. 'Non ergo erunt he-

Digitized by Google

mines deliciis diffluentes audiendi.' Vide Dukerum ad Flori IV. 12. § 65. Deinde *a duratis* Leid. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. *in Sidicino pulso agro* Hav. Vide ad VI. 3. § 8. *In Sidicino agro pulsi* Lov. 4.

In se deinde molem omnem belli verterunt] Præpositio *in* omittitur in Leid. 1. Deinde *omnem belli molem vertere* Lov. 4. *molem omnem verterunt belli* fragm. Hav. a m. pr. *vertunt*, pro *verterunt*, Leid. 2. Vide ad X. 12. § 4. Similiter variant codd. mox § seq.

§ 6 *Namque Samnites ipsam arcem finitimorum Campanos aderti*] *Nam Samnites* Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Vide ad cap. præc. § 7. Hinc *ipsam arcem finit. Campanorum* Leid. 2. Harl. 2. Port. et Hav. Atque ita in optimo Flor. a m. sec. interpolatum est. Male. Ipsi Campani hoc loco finitimorum 'arx' vocantur, id est, eorum præsidium, auxilium. Ita VII. 34. 'Arx illa est spei salutisque nostræ.' Cic. Orat. Philipp. VIII. 8. 'Quum ad nos Cotylam mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum.'

Unde æquo facilis victoria; prædæ atque gloriæ plus esset] *Inde ut facilis victoria, et prædæ atque gloriæ plus esset* Harl. 2. Port. et Hav.

Tifata, imminentes Capuæ colles] *Tifacta* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Tifatam* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. Similiter etiam a m. sec. interpolatum erat in optimo Flor. At *Tifata* nomen montis est numero plurali. Silius Ital. XIII. 219. 'Tifata umbrifero generatum monte Calenum Nutrierant, audere trucem.' Infra XXIII. 36. 'Super Capuam in Tifatis habebat castra.' XXVI. 5. 'In valle occulta post Tifata montem imminentem Capuæ consedit.' Alia loca vide apud Cluver. Ital. Ant. l. IV. c. 5. p. 1178. Præterea *imminentem Capuæ collem* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. et B. *Montem* quidem vocat loco laud. Livius; vulgatum tamen, quod reliqui codd. tuentur, non mutem; quum potuerit esse mons plures colles, sive tumulos, habens. Certe 'tumulos' ei etiam adscribit Silius Ital. XII. 487. 'Tifata invadit propior, qua mœnibus instat Collis, et e tumulis subjectam despicit urbem.'

Descendunt inde... Capuam Tifataque interjacet] *Descenderunt* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Vide ante § præc. Tum *Tifactaque* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Tifatemque* Leid. 2. *Tifatamque* Voss. 1. Leid. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. Vide ad verba præc.

§ 7 *Campani intra mœnia compulsi. Quum robore*] [Vid. Lectt. Varr.] Gronovii emendationi nulli codd. favent, neque etiam illam necessariam existimo, modo mutata interpunctione locus ita distinguatur, quemadmodum in contextu exprimi curavi, et omnes etiam præferunt usque ad Gruter. qui in postumam ed. recepit distinctionem, quæ Gronovio displicuit, et ab omnibus recentioribus servata est. Neque tantum Gronovii emendationem non necessariam, sed ne admitti quidem posse, existimo. Si enim legamus *Campanis intra mœnia compulsis*, non video, quo commode referendum sit, quod sequitur, 'coacti sunt.' At nunc cohærent 'Campani, intra mœnia compulsi, coacti sunt ab Romanis petere auxilium, rebore juv. suæ acciso.' Et ita τὸ *suæ* incommodum non est. Ceterum *inter mœnia* habent Voss. 2. Lov. 2. in contextu, Lov. 3. et Hav. quomodo etiam operarum errore præferunt edd. Basil. 1539. et Curionis. Et ita librarii quoque sæpius in Mss. peccarunt. Vide ad V. 27. § 3. Tum *pulsi* edd. vett. usque ad Aldum, qui *compulsi* dedit, consentientibus scriptis. Paullo ante vox *prælio* non adparebat in Hav. inertia scribæ.

Quum robore juventutis suæ acciso]

Digitized by Google

Accise est in archetypis, non *occise*. Gelen. *Occiso* servant Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. 2. ac 3. *abscise* inveni in Port. Harl. 2. et Gaertn. *abscisso* in Hav. Sed *occiso*, ut Gelenius restituit, præferunt Flor. Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod verum esse judico. Passim enim 'adcisus' nunc in 'occisus,' nunc in 'abscisus' commutatur. Vide ad III. 10. § 8. ubi viri docti pluribus de hac voce egerunt. Adde quæ notavi ad Silii Ital. II. 392. Mox *nulla spes esset propinqua* alio ordine editi ante Aldum, qui, concinentibus scriptis, ut nunc editur, vulgari curavit. Præterea *a Romanis* Voss. ambo, Lov. 1. et Gaertn.

CAP. XXX. § 1 *In hanc sententiam locuti sunt: Populus noe Campanus legates ad vos, Patres conscripti, misit*] Hæc petitio Campanorum expressa est ex lib. I. Thucydidis c. 32. quo in loco Corcyræi auxilium ab Atheniensibus petunt. Quod quisque intelliget, qui utrasque orationes comparabit. *Sigon.* Vocem *legatos* non reperit Hearnius in Oxon. L. 1. qui vocem *conscripti* similiter non invenit in B. Eamdem negligunt Harl. 1. Port. et Hav. Præterea *in hanc sententiam sunt locuti* legit Gaertn.

Amicitiam in perpetuum, auxilium præsens a vobis petitum] In ed. quæ sub nomine Sigonii, sed diu post ejus mortem, prodiit Venet. 1592. editum exstat *auxilium in præsens:* quod qua auctoritate receptum sit, se nescire profitetur Hearnius. Ita vero scribendum esse, etiam A. Perizonius ad marginem Livii conjecit, adscripto hoc loco ex Livii VII. 37. 'Militibus duplici frumento in perpetuum, in præsentia singulis bubus binisque privis tunicis donati.' Ex omnibus autem codd. quos evolvi, ita unus præfert Lov. 2. Et potuit sane illud *in* intercidisse ob similitudinem ultimæ literæ vocis præcedentis *auxilium*, quemadmodum alibi sæpe factum. Vide ad X. 18. § 8. Ita fere loquitur Livius II. 42. 'Nec in præsens modo, sed in venientem etiam annum M. Fabium, Kæsonis fratrem, et magis invisum alterum plebi asensatione Sp. Cassii L. Valerium consulem dedit.' VIII. 7. 'Manliana-que imperia non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent.' XLII. 47. 'Interdum in præsens tempus plus profici dolo, quam virtute: sed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui,' &c. Etiam Cic. ad Brut. Epist. XV. 'Ut et in præsens sceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem, et in posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.' Verum quum omnes alii codd. in editam lectionem conspirent, eam veriorem esse existimo; præsertim quum Livius, qui variandi orationem quamcumque occasionem captavit, eam ob causam hic etiam potius *amicitiam in perpetuum, auxilium præsens* dixisse videatur, quam vel *amicitiam perpetuam, auxilium præsens*, vel *amicitiam in perpetuum, auxilium in præsens*. Sane simili varietate orationem distinguit IX. 3. 'Priore se consilio cum potentissimo populo perpetuam firmare pacem: altero consilio in multas ætates bellum differre:' et XLV. 18. 'Ut et in libertate gentes quæ essent, tutam eam sibi perpetuamque sub tutela populi Romani esse; et quæ sub regibus viverent, et in præsens tempus mitiores eos justioresque respectu populi Romani habere se.' Similia alia vide ad XXXVIII. 39. § 10.

§ 2 *Petissemus, sicut capta celerius, ita infirmiore vinculo contracta esset*] *Petiissemus* Gaertn. Male. Ita restituit V. 39. 'Quum pars major ex acie Veios petisset:' ubi etiam antea edebatur *petiisset*. Vide ad VIII. 2. § 9. Tum *ita firmiore vinculo* con-

Digitized by Google

tra sensum Livii Lov. 2. Deinde *conjuncta esset* Leid. 2. quod ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsisse puto. Paullo ante *secundis nostris rebus* alio ordine edd. ante Aldum, invitis scriptis. Mox verbis seqq. *qui ex quo*, pro *qui ex æquo*, fragm. Hav. a m. pr.

Pariter ac nunc, subjecti atque obnoxii vobis minus essemus] Verba hæc *subj. atque obn. vobis minus ess.* absunt a Pall. 1. ac 3. Pal. 2. exhibet *atque subnoxii*. Gebh. *Pariter*, omissis vocibus *ac nunc*, Lov. 2. Port. Hav. et ed. Parm. *pariter nunc*, omissa media voce, Harl. 2. *pariter at*, omissa particula *nunc*, Gaertn. *pariter ac non* Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *pariter, at nunc* a m. sec. quod etiam est in Lov. 1. *pariter ab nunc*, omissis sex seqq. vocibus, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Neque aliter ab horum codicum lectione differt Harl. 1. quam quod *pariter ac nunc* servet. Præterea *subj., at sub. nimis ess.*, neglecte pronomine *vobis*, Port. a m. pr. in quo *minus* a m. sec. emendatur. *Subj. atque sub. nimis ess.* Harl. 2. et Hav. *Tò vobis* non exstat etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. Ejus loco *novis* præfert Flor. Elegans est vox 'obnoxius' de eo, qui alterius potestati subjectus est, qui alteri paret. Infra XXIII. 12. 'Si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum suæ:' ubi 'obnoxius' dicitur, qui 'suæ libertatis oblitus' est. Similiter, ut hoc loco, 'subjectus imperio et obnoxius' junguntur XXXVII. 53. 'Verbo socios, re vera subjectos imperio et obnoxios habituri sint.' Et ita 'servus et obnoxius' junguntur XLII. 46. 'Quæ serva atque obnoxia fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus.' Et hinc 'pax obnoxia' dicitur, quum populus alterius populi majestatem comiter venerari, eique parere, eum superiorem agnoscere, legibus pacis jubetur. Supra VI. 28. 'Ubicumque esset Latinus hostis, satis scire eum esse, quem, ad Regillum lacum devictum, centum annorum pace obnoxia tenuerint.' Quoniam vero, qui alteri subjectus est, vel servit, eodem illo infirmior, ejus etiam injuriis expositus sit, et timide agat, hinc factum est, ut 'obnoxius' etiam ponatur pro infirmo, injuriis exposito, ac timido; de quibus significationibus agunt Gronov. ad Senec. de Ira III. 8. et Schulting. ad Quinct. Declam. I. 6. *Nimis* autem et *minus* passim in Mss. commutantur ob literarum adfinitatem ac doctorum similitudinem. Vide ad XXXIV. 9. § 7.

§ 3 *Nunc, misericordia vestra conciliati*] *His misericordia vestra* Leid. 1. *his nunc misericordia vestra*, juncta utraque lectione, Harl. 1. *nunc his miser. vestra* Voss. 2. et Lov. 3. *at nunc miser. vestra* Lov. 2. Harl. 2. et Port. *ac nunc miser. vestra* Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *nunc at miser. vestra* Gaertn. *nunc miser. vestra conciliati* fragm. Hav. a m. pr.

Ne ingrati, atque omni ope divina humanaque indigni videamur] Pall. 1. ac 3. *neque gratia*. Gebh. *Ne in gratia* Lov. 2. *ne ingrā* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *ne grā* Leid. 2. *neque grā* Voss. 2. *neque gratia* Lov. 3. Deinde *omni ope, divina atque humana* Gaertn. *omni ope, divina, humana* Port. quod probari posset, si pluriumque, graviorisque auctoritatis codicum consensu firmaretur. Ita enim Livio placere, ut, antecedente voce *omnis*, singula, quæ ei subjunguntur, sine copula proponantur, Jac. Gronovius docuit ad XXIV. 16. § 9. Vocem *indigni* non agnoscit Leid. 2.

§ 4 *Ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur*] Pall. tres, Campani ed. *in amic. accipiamur*. Gebh. Pall. tres, Voss. uterque, ed. Campani *accipiamur*. Nam et sic interdum maluit Livius. Lib. VIII. c. 25, de Lucanis et Apulis: 'Fœdere ergo

Digitized by Google

in amicitiam accepti:' ubi tentarunt etiam nonnulli codd. offerentes *recepti*. Lib. IX. c. 41. 'Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.' XXVI. 32. 'Veniam iis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet:' sic vett. edd. cum optimis. Frustra concutit Sigonius laciniam sui codicis *reciperet*. Cicero ad Attic. II. 22. 'Numestium libenter accepi in amicitiam.' *J. F. Gron. Valere arbitramur* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. quomodo dedisse videntur librarii, quod non unus, sed plures legatos a populo Campano Romam missos esse, ex initio hujus capitis meminissent, ac Livius dixisset, 'locuti sunt.' Id tamen ita accipi debet, ac si dixisset, eorum unus omnium nomine locutus est. Et hinc etiam infra est § 6. 'Haud parva, ut arbitror, accessio.' et § 17. 'Non loquor apud recusantem justa bella, &c. ne bello quidem arbitror vobis opus fore:' etiam § 22. 'Stare omnem multitudinem ad portas, certum habeo.' Præfero itaque receptam lectionem, quam et optimi et plures etiam codd. tuentur. Deinde *suscipiamur* in nullo apud me cod. superest. Nam *recipiamur* habent Harl. 2. Port. et Hearnii B. ac C. *accipiamur* reliqui omnes cum ejusdem Oxon. L. 1. 2. et N. Eamdem etiam lectionem Hearnius se invenisse testatur in ed. Romana principe, quum tamen in ed. Rom. 1472. mihi jam *suscipiamur* obvium fuerit. Exemplis, quibus Gronovius locutionem 'accipere in amicitiam,' quam in contextum recipienti adsentior, firmavit; addi potest illud Livii lib. XXXVIII. c. 39. 'Et Ariarathes rex in amicitiam est acceptus.' Ejusdem generis sunt 'accipere in civitatem,' 'accipere in deditionem,' et similia. Vide ad IV. 3. § 14. Paullo ante *primores*, pro *priores*, Gaertn. Vide ad XXXVII. 43. § 10.

Vetustate et gradu honoris nos præstent] *Vetustate et honore* Lov. 4. *Tum nobis præstent* Klockian. quomodo Livius locutus est XLII. 52. 'Respicerent suum ipsi exercitum, quantum numero, quantum genere militum præstarent tironibus raptim ad id bellum conscriptis, ipsi, a pueris eruditi artibus militiæ:' aliique sæpe. Verum uni huic codici, quamvis eum inter optimos refero, fidem habere non audeo; præsertim quum et altera locutio, pro qua stant reliqui codd. (nisi quod *non*, pro *nos*, sit in Leid. 2. et Hav.) passim apud Livium obcurrat. Supra III. 61. 'Præstate virtute peditem, ut honore atque ordine præstatis.' v. 36. 'Quantum Galli virtute ceteros mortales præstarent.' Infra XXXVII. 30. 'Robore navium et virtute militum Romani longe Rhodios præstabant:' ad quem locum plura notantur.

Neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est] Pall. 1. ac 3. *ne quos in novo jung. fœdere*. Pal. autem 2. *ne qua ope nova jung. fœdera*. Vides quid discrepent libri vulgo cusi et codd. Mss. Quæ tamen lectio prævaleat, facile, qui non obtusum geris pectus, distingues. Certe vulgatæ firmum accommodant consensum edd. vetustissimæ. *Gebh. Neque nova jung. fœdere* Leid. 1. et Harl. 1. *ne qua ope nova jung. fœdera* Voss. 1. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. (qui *jungeritis* habebat a m. pr.) et Hearnii Oxon. N. ac C. Neque aliter erat in Leid. 2. nisi quod *jungentis* præferat. *Ne quos in novo jung. fœdere* Voss. 2. et Lov. 3. *ne qua nova ingeretis fœdere* Gaertn. *ne qua jung. fœdera* Lov. 2. *ne qua nova fœdera jungatis* Lov. 4. Sed recte vulgatum prætulit Gebhardus. 'Jungere fœdera,' ut 'jungere amicitiam,' 'societatem,' 'pacem,' et similia, de quibus vide ad XXXV. 12. § 9.

§ 5 *Velle eum vobis amicum esse*] *Velle vobis eum amicum esse* Voss. 1.

Digitized by Google

Lov. 1. Harl. 2. Port. et Hav. Verbum *esse* non adparet in Lov. 2. Paullo ante voces *semper satis* desunt in edd. Rom. 1472. et Parm. Earum posterior deest etiam in aliis vetustioribus excusis usque ad Aldum, qui addidit. In omnibus vero scriptis utraque constanter superest.

§ 6 *Populo ulli, præterquam vobis, cedentes*] Nescio, quid Clericum impulerit, ut ita ederet, quum non modo omnes edd. priores, sed et omnes codd. præferant *ulli populo*, quod revocavi. Male vero *cedens* præfert Lov. 2.

Haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram] Male sit illorum capitibus, qui perversissime scriptores optimos interpolant: quippe in Pal. 2. hoc modo hic locus mutilatus est: *haud parva (ut arbitror) accessione bonis rebus vestris: si in amic. vest. ven.* Gebh. Paullo rectius, quam codex, de quo Gebhardus queritur, *accessio bonis rebus vestris, si in amic. vest. ven.* præferunt Harl. 2. Port. et Hav. Quæ lectio si placeat, ulterius continuanda erit oratio, atque omnia hoc modo cohærebunt: *Campani, &c. haud parva (ut arbitror) accessio bonis rebus vestris si in amic. vestr. ven., Æquis Volcisque, &c. ab tergo erimus.* Et sane illud *si* facile absorberi potuit ab ultima litera vocis præced. *vestris* et prima seq. *in*. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Verum quum codd. qui ita præferunt, fides admodum dubia sit, aliique omnes dissentiant, vulgatæ lectioni controversiam non movendam esse censeo. *Vestram amicitiam* etiam Lov. 4. Tò *vestram* non adparet in Harl. 1.

§ 7 *Æternis hostibus hujus urbis, quandocumque se moverint, ab tergo erimus*] Pall. tres *alternis hostibus*. Gebh. Ita etiam legunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed recte Flor. Lov. 4. Harl. 2. et Klockian. stant pro recepta lectione. Supra III. 16. 'Tum æterni hostes Volsci et Æqui ad urbem, ut ex parte captam, venirent.' 'Anniversaria arma' Æquorum memorat Livius IV. 45. § 4. 'Æquorum jam velut anniversariis armis adsuerat civitas.' Solent autem 'æternus' et 'alternus' in Mss. commutari. Vide quæ notavi ad Silli Ital. XV. 229. Tum *quumque se moverint* Lov. 2. Hinc *a tergo erimus* Lov. 4.

Quod vos pro salute nostra priores feceritis] *Quod vobis pro salute vestra* Voss. 2. *pro salute vestra* etiam Lov. 3. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Vox *priores* deficit in Gaertn.

Id nos pro imperio vestro et gloria semper faciemus] Pronomen *id* non adparet in ed. Parm. Sed illud in omnibus scriptis superest. *Id vestro imp. vestraque et gloria* præfert Voss. 2. et Lov. 3. *id nos pro vestro imp. et vestra gloria* Lov. 2. *id nos imp. vestro et gloria* Harl. 1. et fragm. Hav. Eadem etiam scriptura exstat in Leid. 1. nisi quod corruptum *nostro*, pro *nos*, legat. Præterea *faciemus semper* Lov. 2. Sed *semper* exsulat a Leid. 2.

§ 8 *Subactis iis gentibus, quæ inter nos vosque sunt*] *Subacti his gent.* Hav. *Subactis gentibus* Harl. 2. et Port. Tum *inter vos nosque* Lov. 2. 5. Port. et Hav. quasi librarii indecens existimaverint, ut supplices Campani se ante Romanos, quorum auxilium impetratum volebant, memorarent. Sed vide ad XL. 10. § 5. Mox *venturum*, pro *futurum*, habet Lov. 2. Vide ad II. 56. § 5. Tum *habeatis*, pro *habebitis*, Gaertn.

§ 9 *Acerbum ac miserum est, quod fateri nos fortuna nostra cogit*] Septem priores voces cum præcedenti *habebitis* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. duæ tantum *fateri nos* in Lov. 5. Deinde *Acerbum et miserum est* præferunt Lov. 5. Gaertn. et edd. vett. Aldus deinde dedit *ac*

Digitized by Google

miserum, quem nemo audire dignatus est præter Jac. Gronovium, et, qui editionem ejus secutus est, Clericum. Ita tamen præferunt reliqui codd. Tum *voägit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Port. a m. sec. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2.

Ut aut amicorum, aut inimicorum Campani simus] *Ne aut amic.* Voss. 2. et Lov. 3. Voces *aut inimic.* non conspiciuntur in Leid. utroque, et Lov. 1. Paullo ante *τὸ est* deficit in Gaertn.

§ 10 *Vestris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate*] *Vestris aut Samn. turibus* Lov. 4. Sed solent passim confundi particulæ *an* et *aut*. Vide ad v. 3. § 7. Similiter etiam vocabula *ius* et *uis*. Vide ad l. III. c. 38. § 13. Similitudo autem literarum *n* et *ui*, quæ præsertim in scriptura Longobardica maxima est, huic errori caussa exstitit. Vide ad IX. 1. § 8. Deinde *accedere velitis* Harl. 2. et Port. Vide ad XXXVII. 54. § 2. Hinc *de libertate*, pro *deliberate*, Lov. 5. Ceterum voces *Cap. ergo et Camp. omnem vest- an Samn. vir.* inertia librarii exsulant a Gaertn.

§ 11 *Vestrumque auxilium æquum est patere*] *Æquum est petere* Voss. 2. Lov. 3. 5. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. N. B. C. et edd. ante Aldum, aliis etiam obvio scribarum lapsu. Vide Gebhard. Crepund. I. 1. et ad Liv. VI. 39. § 5.

Iis tamen maxime, qui etiam implorantibus aliis auxilium dum supra] Pro *etiam*, quidam restituunt *eam*, ut referat 'misericordiam,' regaturque a participio 'implorantibus:' 'auxilium' vero referatur ad verbum 'præstant.' Est tamen impeditus sermo, utcunque ordinemus. *Glar.* Illud *eam*, quod quosdam restituisse Glareanus docet, jam obvium habui in edd. Mediol. 1480. 1495. et 1505. Veneta 1498. Mogunt. Ald. aliisque: cui lectioni non tantum pars major codd. sed etiam integerrimi eorum consentiunt. Tò *etiam* enim in nullo fere loco inveni; at *qui a*, vel *ab se implor. aliis auxilium* præferunt tantum Harl. 2. Port. et Hav. *qui eam ab se implor. aliis auxilium*, duplici lectione recepta, Lov. 5. Præterea *iis tũ maxime* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. Mox *suas* omittitur in Harl. 2. *ipsi* vero in edd. vett. quam posteriorem vocem primus Aldus, concinentibus omnibus scriptis, restituit.

§ 12 *Ubi conflagrassent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse*] *Nisi conflag. Sid.* Voss. 2. et Lov. 3. Compendia scribendi *uⁱ*, id est *ubi*, et *nⁱ*, id est *nisi*, ob ductuum similitudinem facile commutari potuerunt. Vide ad IX. 5. § 3. *Ubi conflag. Sidicinos, ad nos trajecturi illud inc. essent* Lov. 2. ut 'trajecturi essent' pendeat non ex verbo 'videremus,' sed ex particula 'quum.' Ita 'conflagrare' active usurpat Hygin. Fab. CLXXIX. 'Jovis cum fulmine et tonitribus venit, et Semelen conflagravit:' ubi vide Munker. 'Trajecturi incendium' autem, ut 'trajicere exercitum,' 'regiones,' 'copias,' de quibus locutionibus vide ad II. 11. § 2. At nostri nihil mutant, nisi quod *ad nostram jacturam illud incendium esse* præferat Klockian. et *esse* deficiat in Lov. 5. Vulgatum itaque genuinum censeo. Paullo ante *quum viderimus*, pro *videremus*, est in Leid. 2. et Port.

§ 13 *Nec enim nunc, quia dolent injuriam*] *Nunc enim quia dolent* Leid. 2. *Nec enim nunc enim quia dolent* Lov. 1. *Etenim non quia dolent* Lov. 2. Mox *gaudent sibi oblatam esse caussam* edd. vett. usque ad Froben. a. 1535. Tò *esse* exsulat a Leid. 2. et Lov. 1.

§ 14 *Semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere*] Tò *semel* deficit in Leid. 2. Deinde *in Campaniam ipsam* Harl. 2. Port. et Hav. *in Campania prædæ ipsa* Lov. 4. Tum *ipsas legiones vestras cecidere* Lov. 3. *ipsa legationes nostras*

Digitized by Google

cecidere Leid. 1. Vide ad IV. 52. § 7. VII. 40. § 6. VIII. 6. § 10. e. 10. § 11. et alibi. *Ipsa legiones nostre cecidere*, a verbo 'cadere,' Lov. 4. *ipsa legiones nostras ceciderunt* Gaertn. *ipsa legiones nostras occidere* Hearnii Oxon. C. Vide ad XXXVI. 36. § 6. Paullo ante *occasio cup. expletæ esset* Lov. 3. Vide mox ad § 16. *Occasio cup. esset explendæ* Lov. 4.

§ 15 *Ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit*] *Ira, qua per duas acies* Voss. 2. et Lov. 3. *ira, per duas acies* Flor. et Lov. 5. a m. pr. Tum *effusus sanguis* Lov. 4. Deinde *expleri non potuerit* Leid. 2. *explere non potuerat* Leid. 1.

Adde huc populationem agrorum] *Adde huic* Voss. 1. in margine pro varia lectione. Similiter præferunt edd. Mediol. 1480. 1495. et 1505. Tarvis. utraque, Venetæ 1495. 1496. et 1506. Ascensianæ 1510. 1513. et 1516. et Mogunt. Pro quo Aldus iterum revocavit *Adde huc*, quod exstat in reliquis codd. et edd. antiquioribus Rom. 1472. et Parm. Id etiam verius arbitror. Supra I. 33. 'Additi eodem haud ita multo post novi cives:' ubi alia vide XXVII. 22. 'Adderet eo triginta naves, quæ ad Tarentum priore anno fuerant.' Similiter 'impendere eo' IV. 35. 'Eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos speretur:' 'adjicere eo' apud Colum. VI. 17. 'Caminum conteritur, eoque adjicitur exiguum picis liquidæ et axungiæ:' ita præfert cod. Sangerm. Vulgo editur *eique adjicitur*.

§ 16 *Hiscine ira expleri non potuit*] Probo: nihilominus Pal. 2. *Hæccine ira expleri non potuit?* Gebh. *Hæccine ira* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *Hiccine ira* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. J. F. Gronovius eumque secuti omnes recentiores ediderunt *Hiscene*, quum tamen ipsi passim alibi *Hiscine* retinuerint, quod etiam reliqui codd. servant, et quo priorum vestigia ducunt. Tum *explere* Harl. 2. quod idem etiam a m. pr. habent Port. et Hav.

Sed cupiditas explenda est: ea ad obpugnandam Capuam rapit] *Expleta est* Lov. 3. Vide ad § 14. Tò *est* non adparet in Hav. *et ad oppugn. Cap. rapit* fragm. Hav. *ea ad oppugn. Cap. causa rapit* Lov. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ea ad pugnandam Cap. causa rapit* Harl. 2. et Port. *ea ad oppugnandum Cap. rapit* Klockius. Vide ad XL. 49. § 1. Mox *aut ipsam possidere*, pro *ipsi*, Flor. Lov. 4. et Neapol. Latinii.

§ 17 *Quam illos habere per maleficium sinatis*] *Per violentiam* Harl. 2. Port. et Hav. quod ex interpretis glossa, olim margini adscripta, deinde in contextum recepta, natum puto. Paullo ante *Sed potius vos, Rom.* mutato ordine, Hav. Deinde *occupare*, pro *occupate*, Lov. 4.

Non loquor apud recusantem justa bella populum: sed tamen si ostenderitis] Illud *sed tamen* non video ut ad præcedentia cohærent: fortassis autem legendum *sed tantum*. Ego ea de re lectori judicium committo. *Glar.* Glareanus mendose habere putat illas voces *sed tamen*, legendumque *sed tantum*: neque intelligit correctionem hanc esse oratoriam, ita: Quamquam quid dixi bella? neque enim si ostenderitis auxilia vestra, bello ullo opus fore arbitror. ['' Mendose' adverbium non dixit Glareanus. Locum autem lectoris judicio committit.'] *Sigon.* Ms. *sed tantum*. Lego, *Non, loquor apud recus. etiam justa bella pop.* id est, Non loquor bella, non invito vos ad nova bella, quæ pro sapientia vestra etiam justa refugitis, forsan et abominamini: ostendite saltem auxilium, nullo bello opus erit. Vel lego, *Non loquor apud recus. juste bella pop.* eodem sensu, ordine illo: 'Non loquor bella apud populum,' ea 'juste recusantem.' *Klock.* Glareanus, non

Digitized by Google

assequi potis mentem hujus loci, reponendum censet *sed tamen*. Nihil tale in vel Mss. codd., vel cusis. Pall. duo Mss. 1. ac 3. *si tamen ostend. auxilia vestra*. Gebh. Klockii emendationem et expositionem priorum illorum verborum omnino admittere nequeo. Quo colore enim legatus Campanorum senatui Romano dixisset, populum Quiritium etiam justa bella recusare? qui sæpe vel injusta suscipere non refugit. Codd. vulgatum tuentur, nisi quod pro *justa* sit *juxĕ*, id est *juxta*, in Gaertn. sæpius obvio errore. Vide ad VI. 6. § 18. Se *justa bella* suscepisse, sæpe apud Livium fatentur Romani. Infra XXX. 31. 'Tunc Mamertinorum periculum, et nunc Saguntì excidium nobis pia ac justa induerunt arma.' Neque ea ulli populi sibi dedecori putarunt. Achæi fatentur XXXIX. 36. 'Pro vobis igitur justum piumque bellum suscepimus.' Karthaginienses petunt Romanos XLII. 23. 'Permitterent Karthaginiensibus, ut adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello.' Præterea *Si tamen ostenderitis* Voss. 2. et Lov. 3. *Sed tum si ostenderitis* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Sed tantum si ostenderitis* Harl. 2. et Port. plane ut Glareanus conjecit. Sed et hanc lectionem ex errore scribarum, voces *tñ* et *tm* confundentium, natam judico. Vide ad III. 46. § 1. Miror ad hæc verba hæsitasse Glareanum. In præcedd. per ellipsin omittitur *τὸ quidem*, cui respondent *sed tamen*. Ut apud Terent. in Prol. And. vs. 2. 'Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen Dissimili oratione sunt.' Vide virum doctum in Miscell. Observ. tom. III. p. 388. Præterea *ostenderetis* fragm. Hav. a m. pr. In verbis proximis *sed ne bello quidem*, adscita prima voce, legit Lov. 3.

§ 18 *Usque ad nos contemtus Samnitium pervenit, supra non escendit*] *Contemtus Samn.* Gaertn. Vide de hoc scribarum lapsu ad XXV. 38. § 20. Deinde *supra nos non ascendit* Lov. 4. adjectis tamen signis, quibus librarius vocem *nos* delendam esse indicavit. Insuper *escendit* edidit Gronov. an. 1665. quod etiam Jac. Gronov. et Hearnius servarunt, sed postea Donjat. et Clericus in *ascendit* iterum mutarunt. Et quidem Gronovius ad II. 28. § 6. testatus est, vetustissimum Thuanæum ita præferre, quod mihi etiam in Harl. 1. cujus quoque auctoritas non est spernenda, obvium fuit. Rursus itaque in contextum recepi.

Itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus] Pall. duo *Utique umbra vestri auxilii, Romani, tegi*. Pal. 2. *Itaque* (sed superscriptum tamen, *Utique* legendum esse) *umbra auxilii Romani protegi possumus*. Gebh. *Utique umbra vestri auxilii* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo et alibi peccarunt scribæ. Vide hoc lib. c. 28. § 3. Vocem *vestri* omittit Hav. Tum o *Romani* Leid. 1. et Gaertn. Deinde *tegi possimus* Voss. 1. Lov. 1. et Gaertn.

Quidquid ipsi fuerimus, vestrum id omne existimaturi] Tres priores voces deficiunt in edd. Rom. an. 1472. et Parm. Præter primam omnes voces cum seqq. *Vobis arabitur* omittuntur in Harl. 1. Sed *quidquid id ipsi fuerimus* præferunt Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 1. ac 3. Tum *vestrum omne existimaturi*, omissa voce *id*, Lov. 4. *vestrum id omne extimaturi* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Paullo ante *habuimus*, pro *habuerimus*, edd. vett. Rom. 1472. et Parm.

§ 19 *Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur*] *Vobis arabitur ager Campanus, urbs freq.* Hearnii Oxon. B. quasi ex præcedenti repetendum foret 'urbs Campana.' Idem autem Hearnius se in L. 1. invenisse testatur *Vobis arabitur ager Campanus, vobis Campana urbs freq.* Omnes nostri uno ore receptum tuentur.

Digitized by Google

Conditorum, parentum, Deorum immortalium numero nobis critis] *Creditorum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 43. § 1. Deinde *parentium* Flor. Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. et Lov. 1. quomodo etiam quidam scripti legebant VI. 14. § 8. Vide alia ad I. 10. § 15. Deinde *critis nobis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Mox *superat*, pro *superet*, Flor. a m. pr.

§ 20 *Adnuite, Patres conscripti, nutum nomenque vestrum invictum Campanis*] Reperi in sola Campani ed. Nam Andreæ consonans Palat. 2. Ms. legit, *Annuite, Patres cons., nutum numenque vestrum.* At reliqui duo, *Annuite, Patr. cons., meritum numenque invictum Campanis.* Gebh. Sic primus apud me Curio. Priores scripti et editi *numen.* Cicero post Redit. ad Quirites c. 8. 'Qua sanctissimi homines pietate erga Deos immortales esse solent, eadem mé erga populum Romanum semper fore: nomenque vestrum æque mihi grave et sanctum, ac Deorum immortalium in omni vita futurum.' Et in extrema c. 10. 'Vobis, qui apud me Deorum immortalium vim et numen tenetis.' An vero *invictum numen* pejus dicitur, quam 'invictus Jupiter?' *J. F. Gronov. Nutum nomenque* ex scriptis tantum obferunt Lov. 4. et Hearnii Oxon. N. ex edd. autem ante Curionem, præter edit. Campani Gebhardo memoratam, Basileensis 1589. *Meritum numenque* Lov. 3. *invictum numen* Hav. *nutum numenque* reliqui scripti. Quæ quum ita sint, non nisi Gronovio obloquendi, et viri maximi meritis adlatrandi libidine actus fuisse censendus est Doujatius, alteram lectionem *nutum nomenque* defendere conatus. Sed præcipue animadverti debet ratio, qua ei scripturæ patrocinium parare voluit. Opinatur nempe satis esse, semel ab his legatis *numen* dici Romanorum in extrema oratione; hic vero recte *nutum* tantum *nomenque Romanorum*: quasi sufficeret demonstratio solum quædam, et nudum *nomen* sine re; sive, ut paullo ante dictum, 'umbra auxilii.' Sed vix majora infelicis sacordiæ, qua in Gronovii notis perlegendis, et in Livio edendo versatus sit, indicia edere potuit. Quæso enim, unde demum antecessorum Parisiensium primicerius hausit, hos legatos *numen* Romanorum iterum in extrema oratione memorasse, ut hoc loco illud superfluum ipsi visum sit? Sine dubio, ipsi imposuerunt notæ Gronovianæ, qui populo adulantes *numen* ei tribuisse probavit duobus locis ex Cic. orat. post Red. ad Quirites petitis, quorum posteriorem exstare dixit in extrema; quod ita accepit, quasi Gronovius indicasset extremam orationem legatorum populi Campani in senatu Romano; quæ non excusanda est ἀβλεφία. Si enim Livium, quem præ manibus habebat, respicere dignatus fuisset, errorem hunc committere non potuisset; sed vidisset, intelligi extremam orationem Cic. post Red. ad Quir. sive finem ejus orationis. Præterea non intellexit, quid paullo ante sit 'umbra auxilii;' non enim ibi pro re vana et nudo nomine ponitur, sed pro tutela, præsidio auxilii ponitur. Ita IV. 42. 'Sub tribunicia umbra consularem virum delituisse.' XXXII. 21. 'Quia sub umbra auxilii vestri latere volant, in societatem vestram confugiunt.' XXXIV. 9. 'Erant etiam eo tutiores, quod sub umbra Romanæ amicitiæ latebant.' XXXVIII. 51. 'Unum hominem caput columenque imperii Romani esse; sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere.' Ceterum, librarios *nomen* et *numen* commutare solitos fuisse, olim docui ad Silii XVI. 655. Præterea vox *vestrum* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *invinctum*, pro *invictum*, Voss. 2. Harl. 2. et Gaertn. Vide ad XXX. 12. § 7.

Digitized by Google

§ 21 *Qua frequentia omnium generum multitudinis prosequente*] *Hominum*, pro *omnium*, corrupte, sed frequentissimo errore dederunt, librarii Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad III. 54. § 6. Verum, hanc lectionem non efficere commodum sensum, animadvertens librarius Lov. 2. eam interpolavit, *Qua freq. omnium, gementiumque multitudine prosequente.* Sed *Qua ejus omnium freq. gen. mult. prosequente* haud melius ostentat Lov. 1. Mox *votorum et lacrimarum plena* edd. omnes ante Froben. 1535. invitis scriptis.

In qua nunc expectatione senatum populumque Campanum, conjuges, liberosque nostros esse] *Senatum populumque Capuanum* Voss. 1. in marg. Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Ita Grævius ex Msto restituit in Cic. Orat. Agrar. I. 7. 'Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? si luxuries, Hannibalem ipsum Capuana corrupit.' Similiter etiam unus et alter codex præferunt IX. 26. 'Ut quæstioni Capuanæ materia decessit.' Vide etiam ad cap. seq. § 2. et ad IX. 6. § 10. Verum J. F. Gronovius observat ad XXVII. 8. § 1. Livium incolas urbis Capuæ nemquam aliter, quam 'Campanos,' adpellasse. Insuper *conjuges, liberos nostros esse*, omissa copula, Hav.

§ 22 *Viam hinc ferentem prospectantes, certum habeo*] *Viam hinc ferentes* Leid. 1. et Port. a m. pr. *viam hinc inferentem* Leid. 2. *viam hinc referentem* Lev. 5. Harl. 2. et Hav. Sed vulgatum, pro quo stant optimi, verius videtur. Vide ad XXXIX. 27. § 10.

Quid illis nos, Patres conscripti, sollicitis ac pendentibus animis renunciari jubeatis] Et hoc etiam in loco *animi* recte reponit Florebellus. *Sigon.* Omnino *animi*, quicquid in alterum conjurent librarii. Plautus in Mercat. I. 2. 54. 'Obsecro, dissolve jam me: nimis diu animi pendeo.' Cicero de Leg. I. 3. 'Ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus traducor alio.' Cœlius ad Ciceronem l. VIII. ep. ad Fam. 5. 'Quæ cura sit, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo.' Livius hoc l. VII. c. 34. 'Itaque consuli territo animi, videsne tu, inquit.' Vix est, ut aliter quoque scripserit Cicero Tuscul. I. 40. 'Quod si exspectando pendemus animi, cruciamur, angimur:' ubi *animis* tuentur magni auctores, et differentiam nobis constituunt, ut 'pendere animis' dicatur, si de pluribus sermo sit; 'animi' si de uno. Quod tamen confutat Livius l. VI. c. 36. 'Quinque soli erant, et (ut ferme solent, qui a suis desciscunt) capti et stupentes animi.' Sed et VIII. 13. 'Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis.' Et sane ut unius 'animos,' sic et multorum 'animum' et dicimus frequenter, et dictum legimus. Eadem medicina censeo indigere Curtium IV. 5. de Græcis: 'Iidem paullo ante incertæ famæ captaverant auram, ut quocumque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur,' Flor. *animus:* Pall. *animis:* quod possis tenere una cum Ciceronis loco in Tusculanis. Me tamen capit, *quocumque pendentes animi tulisset fortuna.* Tuscul. IV. 16. 'Qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi.' *J. F. Gron.* Terent. in Heaut. IV. 4. 5. 'Clitipho cum spe pendebit animi.' Cic. ad Attic. VIII. 5. 'Pendeo animi exspectatione Corfiniensi, in qua de salute reipublicæ decernitur.' Omnes tamen nostri in alteram lectionem *pendentibus animis* conspirant. Lucret. VI. 49. 'Cetera quæ fieri in terris cæloque tuentur Mortales, pavidis quom pendent mentibu' sæpe.' Ceterum *quid illis vos renunciare* Lov. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

§ 23 *Ominari horreo, quæ ferat*] *Quæ ferum* Voss. 2. et Lov. 2. in quo utroque codice etiam τὸ *Alterum* priori

Digitized by Google

loco omittitur.

Proinde ut aut de vestris futuris sociis atque amicis, aut nusquam] Vocula *ut* non exstat in Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. et Parm. nec sequens *aut* in Voss. 2. Deinde *sociis aut amicis ut nusquam* habent Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *sociis, aut amicis, aut nusquam* Lov. 2. *sociis amicisque ut nusquam* Lov. 4.

Cap. xxxi. § 1 *Quum consultus senatus esset*] *Consulatus* Ms. Forte *consiliatus*. Klock. Eam conjecturam non admittendam censeo. Caussam vide ad Epit. Liv. lib. cxxv. Ceterum *cum consultis senatus esset* Leid. 1. *cum consultū senatus esset* Lov. 2. Verbum *esset* non adparet in Lov. 4. a m. pr.

Urbs maxima opulentissimaque Italiæ, uberrimus ager marique propinquus] *Urbs maritima opulentissimaque* Gaertn. *urbs maxima atque opulentissima* Harl. 2. Port. et Hav. *urbs maxima opulentissima Italiæ* Hearnii Oxon. B. Deinde *uberrimus ager prop. mari* Lov. 4. *uberrimus ager mari prop.* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N.

Horrum populi Romani fore] *pp. Ro. fore* præfert Lov. 2. quod commode *populo Romano* exponi potest. Ambigue multi *po. Ro. fore* legunt non tantum scripti, sed et editi. Vide ad xxxix. 47. § 11. et mox hoc cap. ad § 7. Nescio tamen, an ea legitima caussa sit vulgatum repudiandi? Τὸ *fore* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Tamen tanta utilitate fides antiquior fuit] *Tamen & tanta utilitate*, voce addita, Lov. 5. *tamen utilitate*, voce omissa, Leid. 2. Præterea *fides* omittitur in Harl. 2. Deinde *antiquior considerata fuit* Lov. 5. Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Male. Quid sit 'antiquius esse,' vide ad i. 32. § 2. Mox *ex auctoritate senatus consultus*, pro *consul*, Voss. 1. et Lov. 3. *ex auctoritate senatus consulti* Gaertn.

§ 2 *Ita vobiscum amicitiam institui par est*] *Ita amic. vobisc. institui par est* Leid. 2. *ita vobiscum am. instrui par est* Klockian. quæ varietas in Mss. sæpe obcurrit. Vide ad viii. 38. § 8. Sallustius in Jug. c. 14. 'Familia nostra cum populo Romano bello Karthaginiensi amicitiam instituit:' ubi vide Cortium. *Ita vob. amic. institui parem* fragm. Hav. a m. pr. Sed per compendium scriptum *par* ꝑ, in unum coalescentibus duabus vocibus, librario fraudi fuit. *Ita vob. amic. institui, ne pax neque vetustior amicitia* Harl. 2. *institui par est, neque amicitia* Gaertn. Paullo ante *Capuani*, pro *Campani*, Leid. 2. Vide ad cap. præc. § 21. In verbis seqq. *amicitia atque societas* fragm. Hav.

Samnites nobiscum fœdere juncti sunt] *Fœdere nobiscum* Hav. Sed vocem *nobiscum* omittit Lov. 2. Præterea *Deos prius, quam homines, violaturi*, pro *violatura*, Lov. 5. et Port.

§ 3 *Legatos, sicut fas jusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus*] Prima vox *Legatos* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. quæ etiam abesse potest. 'Mittere' enim per excellentiam notat mittere legatos. Eo sensu hoc verbo Livius usus est i. 56. 'Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit.' vi. 10. 'Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis.' xxxiii. 35. 'Omnia eos æqua impetraturos, si Romam misissent, dixit.' xlv. 11. 'Primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque ejus non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret.' Pari sensu Græcos verbo πέμπειν usos fuisse, adlatis exemplis probat Van Staveren ad Nepot. Them. c. 2. Quum tamen alii omnes codd. in vulgatam lectionem consentiant, eam haud temere mutandam arbitror. Deinde *precatum* transpositis literis, pro *precatum*, a m. pr. errore librarii scriptum erat in Port. cujus loco a m. sec. substitutum est *petitum*. Alibi voces 'precans' et

Digitized by Google

'petens' commutantur. Vide N. Heins. ad Silii XIII. 250. Præterea *mitte*, pro *mittemus*, Hav. In verbis proximis *ne vobis vis fiat*, omissa voce, Gaertn. *ne qua vis vobis fiat* Lov. 2.

Ad ea princeps legationis, (sic enim domo mandatum adtulerat] Omnes libri, qua scripti, qua cusi, *attulerant*. Amplius Ms. Pal. 2. *domum mandatum*. Forte legendum, *sic enim domu mandatum attulerat*. *Domu* ἀρχαϊκῶς. Sic I. 1. 'Æneam ab simili clade domu profugum.' Monuit et ibi cl. Lipsius. *Gebh.* Scripti *attulerant*, ut referatur ad omnes legatos. Melius: nec aliter ed. prima. *J. F. Gron. Ad ea principes legationis* Lov. 1. et 2. Verum ita non convenit, quod sequitur *inquit*: quam vocem propterea etiam omittit librarius Lov. 2. Ut autem ita darent, permoti fuisse videntur, quod invenirent *mandatum adtulerant*, (quomodo præferunt omnes mei, et Hearnii Oxonienses scripti, et cum illis edd. Rom. 1472. et Parm.) quemadmodum contra plurimi editores, quod præcederet *princeps legationis*, etiam *attulerant* mutarunt in *attulerat*. Sed neutri bene. Princeps legationis inquit id, quod ipse aliique legati domo attulerant. Præterea *sic ei domo* Gaertn. errore ex compendio scripturæ nato. In Mss. enim sæpius *eĩ* pro *enim* exaratum obcurrit. Vide ad IX. 19. § 5. Deinde *domi mandatum attulerant* Gaertn. *domum mandatũ attulerant* Harl. 2. Port. a m. pr. et Hav. quod cum Gebhardo *in domu mandatum attulerant* mutandum non existimo. Vide ad III. 29. § 5.

Vestra certe defendetis] Theophylactus in Lucam XII. Ἡ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς οἰκείοις οὕτω ποιοῦμεν, μᾶλλον ἐκείνων φροντίζοντες τῶν ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιδεδοκότων τῇ ἡμετέρᾳ θεραπείᾳ, καὶ τούτων προνοούμενοι, ὡς μὴ προνοουμένων αὐτῶν; *J. F. Gron. Vestra certe defenditis* Leid. 1. *vestra certe do . . . deditis* Flor.

§ 4 *Agros, delubra Deum, humanaque omnia*] Lege addendo *divina humanaque omnia*. Gelen. Vocem *divina*, quam Gelenius addidit, agnoscunt omnes mei. Vide ad verba seqq. Sed antea voce omissa *populum urbemque Capuam* præfert Lov. 2.

Omnia in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus] Pall. duo *omnia in vestra potestate pop. Rom. dedimus*. Pal. 2. *omnia in vestra, Patres conscripti, pop. Rom. potestate dedimus*. Gebh. *In vestrum potestatem pop. Rom. dedimus* Gaertn. *in vestra potestate pop. Rom. dedimus* Voss. 2. Lov. 3. *in vestra, Patres conscripti, pop. Rom. potestate dedimus* Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *in vestra, Patres conscripti, dedimus potestate* ejusdem cod. C. *in vestra, Patres conscripti, senatus populique Romani dedimus potestati* Lov. 2. *in vestra, Patres conscripti, pop. Rom. ditione dedimus* Harl. 1. *didimus*, pro *dedimus*, Klockian. Ita 'deditus' et 'diditus' confuderunt librarii apud Silium Ital. I. 186. Nihil autem hic mutandum esse, et recte verbis præcedd. Gelenium *divina humanaque omnia* emendasse, docet formula in deditione Collatinorum adhibita I. 38. 'Deditisne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem?'

Quidquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri] Pall. duo et Andreæ ed. *deditii vestri passuri*. Pal. 2. *quicquid impatiemur, dediti vestri passuri*. Gebh. *Quicquid inde patiemur* Harl. 1. et Port. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Quum autem per epitomen scriptum esset *quicquid iñ patiemur*, id in *quicquid vi patiemur* mutavit librarius Hav. eadem ratione qua *deiñ*, sive *deinde*, mutatum est in *de vi* III. 33. § 10. Ex eodem etiam fonte natum, quod Pal. 2. apud Gebhardum *quicquid im-*

Digitized by Google

patiemur, sive *inpatiemur*, præferat. Nam *in*, id est *inde*, et *in* commutari sæpissime solent. Vide ad x. 20. § 6. Tum *deditii*, vel *dedicii* Voss. 2. Leid. 1. Flor. Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *dediti* Lov. 2. Vide ad VIII. 13. § 15.

§ 5 *Sub hæc dicta omnes manus ad consules tendentes*] *Sub hujus dicta* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ad consulem tendentes* Lov. 3. et Hearnii Oxon. B. Sed cur ad unum tantum consulem, quum alterum eo tempore abfuisse aliunde non constet? Errori itaque scribarum tribuendum est, de quo vide ad x. 10. § 2.

§ 6 *Commoti Patres vice fortunarum humanarum*] *Commoti sunt Patres* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hearnii Oxon. B. *Commoti Patres sunt* Hav.

Si ille præpotens opibus populus, luxuria potentiaque clarus] Lege *luxuria superbiaque clarus*, non *potentiaque*. Superbiæ Campanorum crebra mentio fit apud Latinos scriptores. *Gelen. Præpotens populus opibus*, transpositis vocabulis, Voss. 2. et Lov. 3. Sed vocem *opibus* omiserunt principes edd. quam a Frobenio 1535. adscitam omnes codd. servant. Deinde *luxuria superbiaque*, quod Gelenius restituit, in omnibus scriptis superest, nisi quod *τὸ luxuria* deficiat in Neapol. Latinli. *Luxuria superbia*, sine copula *que*, præferat Lov. 1. *superbia luxuriaque*, inmutato ordine dictionum, Gaertn. *luxuria potentiaque* tanto minus ferri potest, quod proxime præcedat *præpotens opibus*. Contra, inter vitia Campanorum præsertim memorantur luxuria et superbia. Luxuriæ meminit Liv. XXIII. 8. 'Cœperunt epulari de die, et convivium non ex more Punico aut militari disciplina esse; sed, ut in civitate atque etiam domo luxuriosa, omnibus voluptatum inlecebris instructum.' Sillus XI. 33. 'Luxus et insanis nutrita ignavia lustris, Consumtusque pudor peccando, unisque relictus Divitiis probrosus honor, lacerabat hiantem Desidia populum, ac resolutam legibus urbem. Insuper exitio truculenta superbia agebat.' Superbiæ non tantum eodem illo loco Silius mentionem facit; sed etiam Capuam 'superbiæ domicilium' atque 'luxuriæ sedes' esse testatur Cic. Or. Agr. II. 35. 'Nedum isti ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ, conlocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii.' Utrumque vitium tangit etiam Cic. Orat. Agr. I. 7. 'Quid enim cavendum est in coloniis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capuana corrupit. Si superbia, nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur.' Præterea *elatus*, pro *clarus*, Lov. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sed lectio illa nata videtur ex literarum *c* et *e* atque *r* et *t* similitudine. De prioribus vide ad XXXIX. 35. § 8. de posterioribus ad V. 55. § 3.

Ut se ipse suaque omnia potestatis alienæ faceret] *Se ipse sua omnia* Flor. Paullo ante *gererent animos* fragm. Hav. Et solet quidem 'populus' conlective numero plurali jungi. Vide ad X. 13. § 11. Hic vero Livium *gereret* malnisse, totus orationis contextus docet.

§ 7 *Tum jam fides agi visa*] Non adsequor, quomodo hæc cohæreant *Commoti Patres, &c. tum jam fides agi visa*, et credo locum laborare. In uno Hearnio est *Commoti sunt Patres*. Hoc etsi in vulgata scriptura suppleatur, tamen adhuc quodammodo hiat oratio, nisi hic quoque addatur copula ante *tam*. Dnk.

Non prodi, nec facturum æqua Samnitium populum censebant] Voces *prodi nec* exsulant a Gaertn. *ne facturum æqua* præfert Leid. 1. *neque facturum æqua* primæ edd. usque ad Frobenium, qui, consentientibus aliis om-

Digitized by Google

nibus scriptis, substituit *nec fact. æqua*. Deinde *populum Sam.* Lov. 4. cum excusis iterum usque ad eumdem Frobenium. Tandem *censebat* perperam Lov. 3.

Agrum urbemque per deditionem factam populi Romani obpugnarent] *Per ditionem* Leid. 1. solito lapsu scribarum. Vide ad XXVI. 21. § 17. Tum *factam populo Romano* Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. Port. inter versus, Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *factam populo*, postrema voce neglecta, Lov. 3. et Voss. 2. Errorem ex epitome scribendi profluxisse, patebit ex illis quæ notantur ad XXXIX. 47. § 11. Vide etiam hoc cap. § 1. et infra § 9.

§ 8 *Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit : data mandata*] *Legatosque itaque* Voss. 2. Deinde *ad Samnites exi. mitti* Lov. 2. Tum *dicta mandata* Lov. 3. An librarius evitare voluit cacophoniam, quæ oritur ex earumdem syllabarum repetitione *data mandata*? Verum eam non semper religiose Livius vitavit. Vide ad V. 46. § 3. Alibi etiam *data* et *dicta* commutantur. Vide ad VII. 28. § 8. *Data mandata sunt* Lov. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C.

Responsum senatus amicitiæ Samnitium memor] Voss. 2. *memorum*. Buslid. et Vossiani alterius margo antiqua manu *memoris*, ut referatur ad *senatus*. Et non parum mollius videtur. Responsum senatus tale, ut appareret eum memorem amicitiæ cum Samnitibus fuisse. Quin imo illud *memor* ab Curione est. Omnes priores ab Andrea usque ad Frobenium *memoris*. J. F. Gron. Parendum est libris scriptis et vetustis edd. alioqui *memor* satis defendi posset. III. 36. ' Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset :' et c. 69. 'T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum habuisse.' Virg. Æn. I. 4. ' memorem Junonis ob iram.' Prop. El. I. 11. 5. ' memores noctes.' Tibull. El. III. 2. 25. ' memores lacrimæ :' et IV. 1. 89. ' memor dolor.' Vide Victor. Var. Lect. l. XXV. c. 2. *Duk. Resp. senatus amic. Samn. memorum*, præter Voss. 2. a Gronovio laudatum, præfert etiam Lov. 3. *resp. sen., amicitiæ Samn. memoriam* Lov. 2. ac 5. *resp. sen. amicitiæ Samn. memores* Hearnii Oxon. B. et C. *resp. amicitiæ memoris*, præter Voss. 1. marginem, etiam Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *ut preces Campanorum senatus, amicitiæ Samn. memoris*, omissa etiam voce *responsum*, Lov. 4. Illud *memor* non est a Curione, sed ita jam edidit Frobenius a. 1535. Quæ editio quum ex mente Rhenani et Gelenii emendata sit, non modo huic lectioni æquior esse incepi, sed plane eam adprobandam et loco pristino restituendam esse existimavi, postquam vidi in eam consentire optimæ fidei et quosdam alios codd. Voss. 1. in contextu, Leid. 1. Flor. Harl. 1. Klockian. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. ' Responsum memor amicitiæ ' eodem modo dictum est, quo ' sententia memor moris ' Livio restituit Gronovius XXXIII. 12. ' Quinctius negare, Ætolos aut moris Romanorum memorem, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse :' ubi etiam hujus loci priscam lectionem emendationi suæ adstruendæ adfert. Plura eo loco notantur. Donjatius, qui mira ingenii felicitate infinitis locis a Gronovio dissentit ubi non oportuisset, hic ejus emendationem probat ubi rejicienda erat.

Deditionem postremo factam, Samnitibus exponerent] Omnia hæc verba cum sequenti *Peterent* omittuntur in Gaertn. sed postea inseruntur ante voces *in eum agrum:* sola autem vox *Samnitibus* deficit in Leid. 2. Insuper *deditionem factam postremo*, transpositis dictionibus, legunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *exprimerent* Lov. 1. et

Digitized by Google

5. *expromerent* Harl. 2. et Port. a m. pr. De verbo 'expromere' vide ad XXXIX. 12. § 4. Hic vero reliquis codd. nihil mutantibus consentiendum censeo. 'Exponere' est enarrare. Supra II. 36. 'Quum minas iraasque cœlestes repræsentatas casibus suis exposuisset.' VIII. 18. 'Sicut proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est.' XXV. 8. 'Quum causas consilii sui, et quid pararent, exposuissent.' c. 11. 'Convocatis principibus Tarentinorum omnes præsentes difficultates exposuit.' XXVIII. 9. 'Quum, more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis, postulassent, ut triumphantibus urbem inire liceret.' XXX. 17. 'Quæque in Africa gesta essent, omnia exposuit ordine Patribus.' XXXI. 20. 'Quum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset.' c. 47. 'Expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petit.' XLII. 21. 'Expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoque frustra triumpho.' 'Exponere' autem et 'expromere' sæpe in Mss. confundi solent. Vide N. Heinsium ad Ovidii Fastor. III. 725. et Burm. ad Quinct. Declam. XII. 4.

§ 9 *Peterent pro societate amicitiaque, ut dediticiis suis parcerent, neque in eum agrum*] *Peterentque, ne in eum agrum* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Peterent, neque in eum agrum* Leid. 1. et Harl. 1. reliquis omissis. *Peterentque pro amicitia societateque* Lov. 4. Mox *qui populus Romanus factus esset* Voss. 2. et Lov. 3. Errorem ex compendio scribendi ortum esse, dixi ad § 7. Hic autem potius *populus Romanus*, quam alio modo, dederunt, ut ita conveniret cum sequenti *factus*, et præcedenti *qui*. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 10 *Si leniter agendo parum proficerent*] *Leviter agendo* Harl. 5. Port. et fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXVI. 31. § 8. 'Leniter agere' ut III. 50. 'Leniter agentibus responsum non redditur:' ubi vide quæ notantur. Deinde *populi Romani senatusque urbis* Lov. 1. et ed. Parm. Vide ad l. VI. c. 17. § 8. Voces *Samnitibus populi* exsulant a Gaertn.

Ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent] Particula *ut* non comparet in Leid. 2. quemadmodum nec vox *urbe* in Harl. 2. Port. et Hav. Verum paullo ante habuimus hoc cap. *populum Campanum urbemque Capuam.*

§ 11 *Non solum gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum e curia egressi*] *Gesturos esse dic. id bell.* Lov. 1. Vide ad I. 28. § 5. *Gesturos esse illud bell. dic.* Leid. 2. *gesturos se esse dic. id bell. magistratus eorum, sed curia egressi* Lov. 4. At, Livium præpositionem, cum qua verbum compositum est, in regimine sæpissime repetere, vidimus ad Præfat. § 11. Quum itaque reliqui codd. in lectionem receptam conspirent, eam non muto. Paullo ante *in consilio Samnitium* Leid. 1. et Lov. 5. Sed indicatur conventus populi Samnitium, quod non *consilium*, sed *concilium* vocatur, teste Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5.

Stantibus legatis præfectos cohortium vocarent] Lego *præsentibus legatis*. Klock. *Astantibus legatis* legendum esse, vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit. Deinde *præfectos cohortum* Port. et Hav. Male. Vide Vossium Gramm. IV. 14.

§ 12 *Iisque clara voce imperarent*] Hæc et reliqua usque ad finem capitis omittuntur in Harl. 1. *iisque voce clara imperarent*, transpositis vocabulis, præfert Port. Mox τὸ *Campanum* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1.

CAP. XXXII. § 1 *Hac legatione Romam relata*] *Romam perlata* Lov. 5. et Hav. 2. Nihil muto. Infra XXIV. 48. 'Oravit, ut duo legationem referrent ad imperatores suos.'

Digitized by Google

§ 2 *Consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti*] *Ambo consules* Harl. 2. et Hav. Tum *cum duobus exer. ab urbe profecti* Lov. 4. Sed voces *ab urbe* exulant a Leid. 2.

Ille ad montem Calvum] Servata hoc loco differentia est inter *ille* ac *hic*. Ille Valerius, hic Cornelius. Cæterum pro *Calvum* quidam posuerunt *Gaurum*. Et 'Gauri' Florus etiam in altera Epitome de bello Samnitico I. 16. meminit. Et Plinius III. 5. Gaurranos montes prope Massicos atque Surrentinos ponit. *Glar.* Hujus montis meminit Florus I. 16. Cicero contra Rullum II. 14. Plin. III. 5. *Sigon. Ad montem Taurum* Lov. 5. et Hearnii Oxon. B. *ad montem Thaurum* Harl. 2. *ad montem Clarum* Klockian. *ad montem Carum* Leid. 2. et Lov. 1. *ad montem aureum* Hearnii Oxon. L. 2. *ad montem C. Aurum* Flor. et Leid. 1. *ad montem Caurum* Voss. 1. Lov. 2. Harl. 1. Port. et Hav. *ad montem Gaurum* Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Ita etiam Aldus edidit, quum in prioribus excusis foret *ad montem Calvum*. De notissimo Campaniæ monte Gauro vide Cluver. Ital. Antiq. IV. 2. p. 1142.

Hic ad Satriculam castra ponunt] 'Satricula' oppidum in Samnio, 'Satricum' in Volscis, 'Sutrium' denique in Hetruria. Quamquam an. CDXXXV. 9. 16. genere fœminino in Samnio urbem facit, unde 'Satricanus.' 'Satriculanus' autem a 'Satricula.' Ipse tamen Livius libro eodem c. 21. a. CDXXXVIII. altero pro altero utitur, ni, quod fieri facile potest, codd. errant. *Glar. Saticulam*: sic enim libri veteres, sic Velleius I. 14. sic Diodorus; sic Stephanus; uterque enim Σατίκολαν edit. *Sigon. Satricaulam* Voss. 1. et Lov. 1. *Satriculum* Lov. 4. *Satricalum* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 2. 3. 5. Harl. duo, Port. Gaertn. Flor. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Sed recte Sigonius *Saticulam* scribendum monuit hoc loco, et sæpius infra. Vide ad IX. 21. § 2. XXIII. 5. § 8. c. 14. § 13. et XXVII. 10. § 7. Eamdem lectionem probat etiam Cluverius Ital. Antiq. IV. 5. p. 1183.

§ 3 *Simul in Campanos stimulabat ira, tam promtos*] *Ira stimulabat* Lov. 4. Deinde vocula *tam* omittitur in Voss. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia] *Arcessenda*, non *accersenda*, ut in multis scriptis et editis est, legendum esse, recte docuit Gebhardus ad Livii III. 9. § 13. Deinde *nunc ad fer., nunc arcess.*, vel *accersenda*, Voss. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. Verum, Livium præpositiones potius repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. *Nunc ad fer., nunc arcessendo adversus se auxilia* Leid. 2. varia constructione 'promtos ad ferenda,' et 'promtos arcessendo auxilia,' quemadmodum 'fatalis dux ad excidium illius urbis, servandæque patriæ' V. 19. et XXXVIII. 39. 'Illensibus Rhœteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria,' ubi alia plura vide. Verum hoc loco optimis codd. qui nihil mutandum testantur, adhæreo.

§ 4 *Ut vero castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces poscere*] *Ut mota castra Romana vid.* Hearnii Oxon. L. 2. *Ut vero vid. castra Rom.* Lov. 4. *Ut vero castra Rom. videre* Leid. 2. Hinc vox *ferociter* deficit in Voss. 2. quam reliqui omnes constanter defendunt. Deinde *pro se quisque signum petere cœpit, duces poscere* Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. Sed videntur librarii duas lectiones *signum petere cœpit*, et *signum duces poscere*, quas forte in codd. suis invenissent, hoc modo jungere voluisse; quod eos sæpe in Mss. facere solitos fuisse, dictum est ad III. 44. § 4. Ex

Digitized by Google

his autem unice vera est posterior, quæ in optimis codd. constanter superest: Livius enim verbo *poscere* haud raro duplicem accusativum addidit. Supra I. 24. 'Sagmina, inquit, te, rex, posco:' ubi quædam notata sunt. Hoc lib. cap. 40. 'Quod Deos immortales inter nuncupanda vota expoposci.' Alios etiam ita locutos esse, ut verbis 'petere,' 'rogare,' similibusque duos accusativos addant, patet ex illis quæ notarunt Burmann. ad Ovid. Met. VII. 296. ad Phædr. Fab. I. 16. 3. et Ab. Gronov. ad Justin. XXXIV. 2. § 3. Solent autem alibi quoque *petere* et *poscere* inter se commutari. Vide ad VI. 23. § 8. ubi 'poscere pugnam,' 'signum' exemplis ex Livio illustravi: *capit* tandem additum est ab illo, qui verbum infinitum ab eo per ellipsin omisso pendere docere volnit, vel qui locutionem, infinitivo verbo prolatam, ferre non poterat. Vide ad I. 50. § 5.

Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit] *Campano ferre opem* Hav. Tum pronomen *qua* perperam defit in Lov. 1. Deinde *Sidicino tulit* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Signum pugnæ proposuit*] *Posuit* Hav. Paullo ante *Valerius levis*, pro *levibus*, Voss. 2. Leid. 2. et Gaertn. solito errore. Vide ad XXI. 60. § 7.

§ 6 *Ne novum bellum eos novusque hostis terreret*] *Novum bell. eos novusque hostis terrere* Flor. Tò *eos* deest in Leid. 2. Deinde addita voce *Ne novum bellum eos novusque hostis terr., dicit* Hearnii Oxon. C. Ea tamen non est necessaria. Vide ad XXIII. 45. § 6.

Quidquid longius ab urbe proferrent arma] Notandum et id genus sermonis, *quicquid longius*, pro 'quanto longius.' Verum hæc proprie non sunt hujus instituti. *Glar.* Sic VIII. 39. 'Et quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.' XXXIV. 62. 'Quicquid Byrsam sedem suam excesserint, vi atque injuria partum habere.' Gellius XII. 1. 'Quicquid videntur amare.' *J. F. Gron.* q̃q̃, id est *quamquam*, pro *quidquid*, Lov. 3. *quo longius ab urbe* Hearnii Oxon. C. quod ex interpretis expositione marginali in contextum receptum est. Nihil mutandum esse, exempla a Gronovio laudata evincunt, qui etiam simile huic putabat id quod obcurrit XXI. 54. 'Quidquid auræ fluminis adpropinquabant, adflabat acrior frigoris vis:' ubi vide iterum Gronovium.

Magis magisque in inbelles gentes eos prodire] Prius *magis* deficit in Lov. 3. Gaertn. et Hav. sed a sequenti interceptum est; qui error in scriptis obvius et frequens est. Vide ad XXXIII. 27. § 4. *Magis magisque in belles*, vel *imbelles*, Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. ac 2. Ubi iterum vel præpositio *in* a proximæ vocis syllaba initiali elisa est. Vide ad VIII. 33. § 6. vel primam syllabam seq. vocis præpositio intercepit. Vide ad V. 19. § 4. Alii librarii in codicem incidentes, in quo omissa erat præpositio, et aliquid deesse videntes, id de suo addentes dederunt *magis magisque contra inbelles gentes*; quod superest in Gaertn. et Hav. *Magis magisque tum contra inbelles gentes* voce auctiores præferunt Harl. 2. et Port. *magis magisque tamen contra inbelles gentes* Lov. 3. Denique *promtum*, pro *prodire*, Lov. 3.

§ 7 *Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium æstimarent virtutem*] Omnia hæc verba, præter duo postrema, deficiunt in Lov. 3. *Nec Sidicinorum* præferunt Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad III. 47. § 7. Deinde *extimarent* Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *existimarent* Harl. 2. et Port. Vide ad XXXIV. 2. § 5.

Qualescumque inter se certaverint] *Certaverunt* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *certavere* Gaertn. Ea forma XXIX.

Digitized by Google

17. 'Quod, qualescunque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus.' XLII. 42. 'Hæc, qualiacunque sunt, per legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata sunt sæpe in senatu vestro.' Mox voces *alteram partem* omittuntur in Gaertn.

Nimio luxu fluentibus rebus] *Nimio fluxu* Flor. Lov. 3. 5. Harl. duo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui corruptius *nimio flexu* scripsit. Eodem errore *Fluxerit*, pro *Luxerit*, in Propert. datum esse, docuit olim Broekhus. ad ejus Eleg. II. 25. 34. 'Luxu fluere' obcurrebat cap. 29. 'Fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro:' ubi alia vide.

Mollitiaque sua, quam vi hostium, victos esse] Vet. lib. *quam virtute hostium*. Sigon. Intrusit hanc lectionem Sigonius contra omnes Mss. codd. et cusos, qui *quam vi hostium victos*. Amplius *mollicieque sua* Pal. 2. *Gebh.* Potior apud me, quam Sigonius sustulit, et plurium et meliorum codicum scriptura. Plautus Amphitr. I. 1. 82. 'vicimus vi feroces.' Noster hoc lib. c. 40. 'Bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis.' VIII. 9. in formula devotionis, 'Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis.' Iterum c. 39. 'Nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit.' IX. 2. 'Luceriam omnibus copiis circumsedere, nec procul abesse, quin vi capiant.' Et rursum c. 16. 'Seu virium vi, seu exercitatione multa.' Perinde ut Comicus Plautus loc. laud. vs. 79. 'Cadunt vulneris vi et virium.' XXI. 41. 'Qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore.' Justinus V. 1. de Atheniensibus: 'Consumti magis fortunæ varietate, quam vi victi sunt:' sic enim olim legebatur; nec debuit, opinor, mutare Bongarsius. *J. F. Gron. Mollitiaque sua, quam hostium* fragm. Hav. a m. pr. Sed vocem *ui*, omissam propter ductuum similitudinem, intercepit ultima litera præcedentis *quam*. Reliqui omnes codd. constanter *quam vi hostium* servant; quod recte Gebhardus et Gronovius probarunt. Supra IV. 38. 'Quacunque incedunt, vi viam faciunt.' XXXIV. 46. 'Tertio vi subiere ad vallum, castraque ab omni simul parte adgressi sunt.' XXXV. 1. 'In hoc discrimine ludos Jovi, si vi fudisset cecidissetque hostes, proprætor vovit.' Præterea *mollitieque sua* Harl. 2. Port. et Hav. Similem varietatem in uno suorum codd. Gebhardus etiam invenit V. 6. § 5. Vide etiam ad XXXI. 6. § 5.

§ 8 *Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella*] Voces *Quid autem esse* desunt in Lov. 1. *Quid autem possunt* præfert Leid. 2. Quam lectionem profectam arbitror a librario, cui locutio per verbum infinitum concepta displicebat; de qua vide ad I. 50. § 5. Deinde *in tot secundis* Lov. 3. *inter tot seculis* Hav. solito librariorum errore. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Ceteroquin facile suspicio nasci posset, Livium scripsisse *inter tot secula*; de qua locutione vide ad I. 10. § 7. Verum id nunc displicet ob aliorum codd. vulgatam lectionem tuentium dissensum.

Populi Romani, qui triumphos pene plures, &c. numeret] *Numerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. *numerent* Leid. 1. Lov. 5. Harl. duo, Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quorum multi mox etiam *habeant* et *compulerint*, pro *habeat* et *compulerit*, præferunt. Et quidem 'populus,' tamquam collectivum nomen, sæpius cum verbo plurali construitur. Vide ad X. 13. § 11. Sunt tamen, quæ persuadeant, vulgatum hoc loco verius esse.

§ 9 *Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Æquos, Volscos, Aurunces domita armis habeat*] *Sabinos et Etruriam* Voss.

Digitized by Google

2. et Lov. 3. Tum *Latinos et Hernicos* fragm. Hav. Verum vel non his locis, vel pluribus aliis conjunctio erat inserenda: quorum prius præfero. Antecedente enim voce *omnis*, placere Livio per singula ire sine copula, observat Jac. Gronov. ad Livii XXIV. 16. § 9. Præterea *Hern.*, *Volsc.*, *Aur.*, *Æq.* Harl. 2. Port. et Hav. Tò *Æquos* deficit in Rom. ed. 1472. et, præterquam in Parm. etiam in reliquis, quas vidi, usque ad Aldum, qui ita, ut nunc vulgo exstat, edi curavit. Eam autem omnes recentiores secutæ sunt, nisi quod Paris. 1529. præferat *Æquos*, *Hernicos*, *Volscos*, *Auruncos*. Deinde *Aruncos* est in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad II. 16. § 8. Denique *habebat* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *habeant* Leid. duo, Lov. 1. 5. Port. et fragm. Hav. Vide ad § præc.

Gallos, tot prœliis cæsos, postremo in mare ac naves fuga compulerit] Cap. 26. scribit, Gallos post cladem a Camillo acceptam primo per Volscos et agrum Falernum dissipatos fuisse, deinde Apuliam et mare inferum (vel potius superum, ut ibi Glareanus et Sigonius) petiisse. Hinc quidem non liquet, eos naves habuisse, aut, postquam aliquamdiu vagi erraverant, a Romanis fuga in eas compulsos fuisse. Nec tamen improbabile est, Gallos, qui dudum oram maris Adriatici occupaverant, etiam ibi naves conscisse habere, in quas recipere se ex fuga potuerint. Sed hoc verum est, Valerium in hac oratione more oratorum ad exhortandos militum animos nonnulla dicentem induci, quibus res aliquantum exornatur, et virtus Romanorum exaggeratur. *Duk.* Quum Livius nullo loco scribat, Gallos, a Romanis continente pulsos, naves conscendere coactos fuisse, hinc Doujatius existimat, aliquid omissum, et ejusmodi a Livio scriptum fuisse: *Gallos, tot prœliis cæsos, in extremam Apuliam, Græcos postremo in mare ac naves fuga compulerit.* Hanc conjecturam Doujatii ad examen revocavit Wesseling. Observ. II. 26. ubi observat, Livium quidem hoc lib. c. 26. referre, Gallos 'Apuliam ac mare inferum,' vel, ut Glareanus malebat, 'superum petiisse;' sed tamen eodem loco addidisse, 'cum Græcis nullam memorabilem gestam rem' esse, eosque, 'quum litoribus arcerentur, aqua etiam præter cetera necessaria usui deficiente, Italiam reliquisse.' Hæc itaque directa fronte pugnare Doujatianæ interpolationi. Non enim recte dici, fuga in mare et naves esse compulsos, qui ultro continentem reliquerunt. Melius autem fore existimat, ut recepta scriptura in sede sua maneat; dicamusque potius, Livium, quum Corvini hanc orationem perpoliret, alios annales ob oculos habuisse; atque hinc natam esse qualemcumque hanc discrepantiam. Id autem Livio interdum evenisse, dicendum erit ad XLII. 47. § 6. Ceterum *compulerunt* Harl. 2. a m. pr. in quo emendatur manu altera *compulerint*, quod etiam superest in Lov. 5. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad § præced.

§ 10 *Quum gloria belli ac virtute, sua quemque, fretos ire in aciem debere*] *Tum gloria* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. 2. ac 3. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde *ire in eam aciem* Hav. *ire in eas aciem* Leid. 1. Mox verbis seqq. *dictu auspicioque*, pro *ductu*, Klockian. millies in Mss. obvio errore. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 11 *Utrum qui audiendus dumtaxat magnificus adhortator sit*] Vide num legendum *utrum aud. qui dunt. magn. adhort. sit.* Glar. Glareanus legendum putat *utrum aud., qui dunt. magn. adhort. sit:* quasi vero non optimus sensus eliciatur ex hac lectione, id est, utrum, qui imperat, et cui obediendum est, sit tantum magnificus adhortator. Sic paulo post c. 35.

Digitized by Google

'Hoc silentium in me audiendo servandum est.' *Sigon.* Adsentior Freinshemio emendanti *audendi dumtaxat.* Ammianus XV. 8. 'Fixo gradu consiste inter signiferos ipsos, audendi in tempore consideratus hortator.' Helm. *audientibus:* alius *audiendum.* J. F. Gron. Emendatio hæc Freinsh. *utrum qui audendi dumtaxat* obcurrit in ejus notis ad Curtii IX. 2. § 29. Omnes autem mei constanter *audiendus* præferunt, quod pro 'obedire' accipiendum esse monens Sigonius, male hinc advocavit locum ex c. 35. hujus libri, ubi 'audire' notat 'concionantem audire,' ut Livius inquit I. 28. Et ita forte nunc etiam exponi debet, ut, quemadmodum hoc loco 'audire magnificum adhortatorem,' sic contra 'adhortandi caussa magnifice loqui' sit XXI. 41. nisi quis cum Freinsh. ac Gronov. *audendi* malit. Ceterum *verum*, pro *utrum*, præfert Leid. 2. de quo errore vide ad II. 17. § 3. *qui* deest in Harl. 2. et Gaertn. Vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit legendum esse *utrumque audiendus*, id est, 'et utrum audiendus.' Vide ad III. 30. § 7. Sed pronominis, quod reliqui omnes codd. tuentur, mutandi causssam non video. Mox *expers* scribitur in Lov. 3. quod non improbat Dausquei. de Orthogr. part. sec. in ea voce.

Qui et ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat] Voculam *et* ignorat Voss. 2. *ipsa tela tractare* præfert ed. Parm. *ipse cetera tractare* Leid. 2. et Lov. 1. *ipse bella tractare* Harl. 2. Supra v. 12. 'Seditio intestina majore mole coorta, quam bella tractabantur.' Justin. IX. 8. 'Hic aperte, ille artibus bella tractabat.' XXII. 5. 'Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari.' Liv. XXIII. 28. 'Quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret.' Et ita 'tractare imperium' Justin. I. 2. 'Nec inmaturo ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare:' ubi vide J. F. Gronovium. 'Tractare rempublicam' Sallust. in Cat. c. 51. 'Triginta viros inposuere, qui rempublicam eorum tractarent:' ubi vide Cortium. Uni tamen, et quidem huic, codici fidem habere, nimis temerarium puto. Similiter Ovidius Am. Eleg. II. 3. 7. 'Non tu natus equo, non fortibus utilis armis; Bellica non dextræ convenit hasta tuæ. Ista mares tractent.' Fast. v. 397. 'Dumque senex tractat squalentia tela veneno, Excidit, et lævo fixa sagitta pede est.' Cic. in Bruto c. 2. 'Non auctoritatis armis egere rempublicam, quæ didiceram tractare.' Horat. Epist. I. 18. 52. 'adde, virilia quod speciosius arma Non est, qui tractet.' Ceterum indocte literis, olim continua serie scriptis, in voces divisis, *versa remedia*, pro *versari media*, Flor. *versari media mole*, omissa media præpositione *in*, Harl. duo, et Port. sed ea intercepta est a prima litera vocis seq. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Et amat sæpe Livius præpositiones medias inter substantiva et adjectiva ponere. Vide ad II. 19. § 8. Denique vox *pugnæ* omittitur in Leid. 2.

§ 12 *Facta mea, non dicta, vos, milites, inquit*] Τὸ *inquit* deest in Gaertn. Præterea *Facta media*, pro *mea*, Klockian. cujus librario adhuc obversabatur illa vox, quæ modo præcesserat. Paullo post *ne disciplinam*, pro *nec*, Harl. 1.

Non factionibus modo, nec per concliones usitatas nobilibus] Tametsi paullo ante præcesserit verbum *modo*, tamen, hoc loco quid sibi velit, haud equidem intelligo, cum absque eo sit longe luculentior sensus. *Glar.* Glareanus tollendam vocem *modo* putat, quia eadem quoque præcesserit, 'nec disciplinam modo, sed exemplum etiam a me petere;' neque videt illam 'solum' significare, hanc vero 'nuper:' atque ita utramque locum habere. Cæterum legendum est *per*

Digitized by Google

coitiones, non *conciones*. Quid autem sit in petendo magistratu 'coitio,' supra ostendi, cum alia loca emendavi. *Sigon.* Sigonius legendum pertendit *per coitiones:* incongrue. Pal. 3. *nec per contiones inusitatas nob. is hac dextra.* Valde implexe. Forte extricandum *non fact. modo, nec per contiones usitatas nobilibus: is hac dextra mihi tres cons. sum. laudem pep.* Gebh. Vocalam *modo*, quam Sigonius contra Glareanum vindicavit, servant omnes scripti. Si autem pro 'nuper' accipiatur, jungendum *modo usitatas*. Vide tamen, an non potius *non factionibus modo* positum sit pro 'non modo non factionibus.' Neque offendet quemquam τὸ *modo*, quod verbis præcedentibus præcesserat, iterum repetitum, si adtenderit ad illa quæ plena manu congesta sunt ad I. 3. § 9. Tum *nec per contiones usitatas* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Harl. duo, Flor. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *conciones inusitatas* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. *conciones visitatas* Leid. 1. Unus hic Klockian. veram lectionem *per coitiones usitatas* servat. Solent autem voces 'céntio,' vel 'concio,' et 'coitio' sæpe in Mss. confundi. Vide ad IV. 13. § 9. Corruptius *per conditiones*, vel *condictiones, inusitatas* habet Hearnii Oxon. L. 1. Passim autem vocem *conditio τῷ concio* a librariis subponi, vidimus ad IV. 12. § 7. Mox vocula *sed* deficit in Gaertn. Ejus loco *is hac dextra* est in Voss. 2. quod perperam Gebhardo placuit. *His hac dextra* Lov. 3. *sed hac dextera* Lov. 5. Hav. et fragm. Hav.

Tres consulatus summamque laudem peperi] Lego *summa cum laude pep.* Klock. Cur vulgata scriptura, quam omnes codd. uno ore defendunt, Klockio sordeat, nondum caussam video. Vocem *tres* omittit Harl. 1.

§ 13 *Fuit, quum hoc dici poterat*] *Fuit tempus, quum hoc dici pot.* Harl. 2. et Hav. Verum illud *tempus*, quod olim margini adscriptum fuisse videtur ad indicandam eam vocem hic subintelligendam esse, postea a nasutiore in contextum receptum est. In his autem locutionibus illam vocem per ellipsin omitti, docet Sanctius Minervæ IV. 4. de ellipsi nominum, in voce 'Tempus.' *Fuit, cui hæc dici poterant* habet Lov. 2. Verum non indicat Valerius, unum vel alterum patriciorum fuisse, cui id objici poterat; sed olim, antequam consulatus cum plebeiis communicaretur, similia universo ordini patriciorum dici potuisse. *Fuit, cum quo dici poterat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. altera *Fuit, cum dici poterat* emendatum exstat. *Fuit, cur hoc dici poterat* Lov. 5. a m. pr. *Fui, cum hoc dici potestati* Lov. 3.

Patricius enim eras, et a liberatoribus patriæ ortus] *Patricius enim erat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. fragm. Hav. a m. pr. Neapol. Latinii, et edd. Mediol. 1495. Veneta 1498. et multæ aliæ usque ad Aldum, qui iterum *eras* revocavit; quod etiam præfero, ut ita inducatur plebeius, qui patricio hoc objiciat. *Patricius eras enim* Harl. 2. Hav. et Port. a m. pr. in quo postea emendatum *patricius erat enim*. Deinde *et a liberatoribus ortus patriæ* Leid. 1. Τὸ *et* deficiebat in Voss. 2.

Eodem anno familia ista consulatum, quo urbs hanc consulem habuit] Vox *anno* non adparet in Port. quemadmodum nec *consulatum* in Lov. 4.

§ 14 *Nunc jam nobis Patribus vobisque plebeiis promiscuus consulatus patet*] *Hunc jam vobis* Hav. errore scribarum. Vide ad IX. 9. § 9. *Nunc quoque nostris Patr.* Lov. 2. Librariis displicuisse videntur junctæ particulæ *Nunc jam*. Ita tamen Livius loquitur V. 2. 'Nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire.' cap. 17. 'Nunc jam pro se fortunam suam illis negare.' Lib. X. cap. 19. 'Nunc jam populares orationes se-

Digitized by Google

rere.' Ex Cic. exempla laudat Turscll. de Partic. Latin. Orat. c. 110. Inverso ordine *jam nunc* usurpat XXXI. 32. 'Deliberationis autem ejus tempus ita jam nunc statui posse:' ubi alia vide. *Nunc jam vobis Patr.* Harl. 2. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Deinde *vobisque plebei* Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Klockian. quod Klockius pro *plebi* scriptum existimabat. Hac forma autem eam vocem interdum in Livii Mss. obcurrere, vidimus ad II. 42. § 2. Potuit tamen etiam scriptum esse pro *plebeii*, quemadmodum præfert Flor. Nam similiter etiam *plebeis* pro *plebeiis* præferunt Leid. 2. Port. et fragm. Hav. a m. pr. hoc loco, et infinitis aliis. Sed et vulgatum commode servari potest.

Nec generis, ut ante, sed virtutis est præmium] *Nec gentis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses B. ac N. in quo posteriori et alterum *generis* pro varia lectione adscriptum fuit. Alibi sæpe *gens* et *genus* commutantur. Vide ad XXXIV. 17. § 6. Hic potius vulgatum probo. Supra IV. 4. 'Nobilitatem plerique non genere nec sanguine, sed per cooptationem in Patres habetis.' c. 9. 'Virginem plebeii generis maxime forma notam petiere juvenes; alter virgini genere par, nobilis alter.' Deinde *virtutis præmium est*, trajectis vocibus, fragm. Hav.

Summum quodque spectate, milites, decus] *Exspectate* Leid. 2. *exspectare* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad VI. 33. § 1. De verbo 'spectare' hoc sensu vide ad II. 12. § 13. *Spectare* Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *milite decus* Leid. 1. *militiæ decus* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Duplici lectione juncta *milites, militiæ decus* Gaertn. de quo vide ad III. 44. § 4. Sed, quod vulgo circumfertur, verius est. Quum enim jam Patribus et plebeiis promiscuus consulatus pateat, milites non tantum summum militiæ, sed etiam civilium honorum decus spectare poterant.

§ 15 *Non si mihi novum hoc Corvini cognomen Diis auctoribus homines dedistis*] Pall. duo *novum hoc quorum cogn.* Forte legendum *novum hoc Corvum cogn.* Gebh. *Corvini cognomen* Voss. 1. Leid. 1. Flor. Lov. 1. 4. 5. Harl. duo, Port. et fragm. Hav. idque dare voluisse videtur librarius Klockian. qui tamen scripsit *Corvi is cognomen.* Sed *quorum cognomen* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Corvi cognomen* Lov. 2. et Hav. quomodo primo Sigonius, deinde Gruterus in postrema ed. et post eum reliqui vulgarunt. Vide hoc lib. ad c. 26. § 12. Si cum Gebhardo malis *Corvum cognomen*, epexegesis erit. Vide Gronov. ad Liv. I. 3. § 7. Sed servandum puto *Corvi cognomen.* Vide hoc lib. ad c. 10. § 13.

Vetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit] Vox *memoria* non reperitur in Lov. 4. Ita sane loquitur Silius Ital. XV. 34. 'Cannæne tibi, graviorque palude Mæonius Stygia lacus excessere, Padusque?' At, reliquis codd. vulgatum tuentibus, id mutandum non censeo. 'Excedere memoria,' ut 'excedere vita' sæpissime apud scriptores obvium; et 'excedere animis' apud Curtium VIII. 8. 'Ubi vero reverentia excessit animis.' Præterea *vetustum* non adparet in Hearnii Oxoniensi C.

§ 16 *Militiæ domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque*] Ipse mox exponit, 'æque tribunus, ac consul:' quibus verbis simul indicat se ex eo numero tribunorum fuisse, qui 'comitiati' dicebantur; de quibus c. 5. dixit. Sallustius quoque in Jugurth. c. 63. tribunatum militum 'magistratum' vocat, et Suet. Cæs. c. 5. 'honorem suffragio populi datum.' *Duk. Militiæque domique* Hav. Sed, alterum usitatius esse, patebit ex plerisque eorum exemplorum, quæ, alia quamvis occasione, conlata sunt ad I. 34. § 12. Mox *magistr. magnis parvisque* Lov. 2.

Eodem tenore per omnes deinceps con-

Digitized by Google

sulatus] *Per omnes deinde cons.* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. et Port. Vide ad v. 17. § 4. *Per omnes denique consulatus* Gaertn. Mox *colo ac colui*, pro *atque colui*, Leid. 2.

§ 17 *Novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite*] *Nomen atque int. de Samn. tr.* Port. *novum atque int. de Samn. nunc tr.* Lov. 3. Sed illud *nunc* modo præcessit. Paullo ante *quod in stadiis*, pro *quod instat*, Klockian. *quod justas* Voss. 1. et Lov. 1.

CAP. XXXIII. § 1 *Non alias militi familiarior dux fuit*] *Non alius* Hearnii Oxoniensis L. 1. Tum *multis familiarior* Klockian.

Omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo] Pall. duo *haud gravate minima obeundo*. Gebh. *Aut gravere aut minima obeundo* fragm. Hav. a m. pr. *haud gravare munia obcundo* a m. sec. *haud gravare munera obcundo* Gaertn. *munera* etiam Voss. 1. in margine. Sæpe ita variant librarii in Mss. Vide ad XXXVI. 31. § 12. *Haud gravate miscē obeundo* Lov. 1. *haud gravitate minima obeundo* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *In ludo præterea militari*] Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 14. *Duk.*

Comiter facilis, vincere ac vinci vultu eodem] *Comifacilis* Klockian. *comiter facile* Lov. 3. et Gaertn. Tum *vincere vinci*, omissa conjunctione, fragm. Hav. in quo tamen deinde eadem manu adscripta est. Paullo ante *cū velocitatis virumque* Hav. pro *cum velocitatis*, solito lapsu scribarum. Vide ad IV. 44. § 10.

Qui se obferret] *Qui secum efferret* Gaertn. *qui secum conferret* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Præcedens autem vox *parem* non conspicitur in ed. Parm.

§ 3 *Factis benignus pro re, dictis haud minus, &c.*] Horum verborum sensus mihi non admodum patet, et est totus versus obscurus. Alii aliter distinguunt; sed est nihilominus sensus obscurus. *Glar.* Sensus hujus loci, quem se ignorare Glareanus fatetur, est, Factis, inquit, habita personæ et temporis ratione, liberalis erat; dictis ita cautus, ut non minus aliorum libertatis, quam suæ dignitatis rationem haberet. *Dicta* autem Latini vocant, quæ Græci ἀποφθέγματα. ['Glareanus inquit, non admodum fatetur: Sigonius dicit, Glareanum fateri se ignorare. Ita ubique invertit verba.'] *Sigon.* 'Dicta' hic pro dicteriis. Carrio Emend. I. 4. Sigonius Græcis *dicta ἀποφθέγματα* dici docet. Tu tamen vide Varron. de L. L. v. p. 56. ubi *dicta ducum* Scalig. in Conject. παραγγέλματα et tesseras interpretatur. Adde Godesch. Stewichium ad Vegetii III. 5. nota 2. *Klock.* 'Αποφθέγματα a Latinis sæpe dici *dicta*, dudum docuerunt Manutius ad Ciceronis ad Famil. VII. 32. et IX. 16. Casaub. ad Suet. Cæs. c. 57. et interpretes Phædri ad Prolog. lib. II. Nec tamen puto, 'dicta' hoc loco ea significatione poni, sed in universum 'dicta' hic esse omnia, quæ dicuntur; ut fere ubique, quum 'dicere' vel 'loqui' et 'facere,' item 'dicta' et 'facta' conjunguntur. Infra c. 40. Valerius de se: 'Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis?' VI. 20. 'Facta dictis æquando.' Sueton. Aug. c. 12. 'Dicta factaque quorumdam calumniatus.' Ner. c. 34. 'Matrem dicta factaque sua exquirentem acerbius et corrigentem.' Cic. ad Fam. I. 9. 'Nullum meum minimum dictum, non modo factum, pro Cæsare intercessit.' Adde Boxhorn. ad Tac. Ann. II. 53. *Duk. Factis benignus ac dictis* Lov. 2. 5. Port. et Hav. *factis benignius ac dictis* Harl. 2. et fragm. Hav. *factis benignus præ dictis* Lov. 1. *factis benignus prædictus* Leid. 2. *factis benignis pro re ac dictis* Gaertn. Quod hoc loco Livius *pro re*, Cicero 'pro re nata' dixit ad Attic. VII. 8. 'Animadverteram, posse, pro re na-

Digitized by Google

ta, te non incommode ad me in Albanum venire.' l. XIV. ep. 6. 'Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum.'

Quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat] *Regebat* Leid. 1. transpositis perperam literis. Vide XXVII. 40. § 2.

§ 4 *Universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis*] *Unum suus ex.* Lov. 3. Deinde *prosecutus* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Prælium, ut quod maxime unquam, pari spe, utrimque*] *Prælumque quod maxime unquam* Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxoniensis L. 2. ac B. *Prælium et quod maxime unquam* Hav. Non intellexerunt librarii voces *ut quod maxime*, quæ similiter obcurrunt XXIX. 31. 'Si quis arceat, ut quod maxime opus sit, acie dimicaturum.' Vide etiam Catan. ad Plinii Ep. IX. 22. *ut quod numquam* præfert Lov. 2. *ut quod maxime numquam* Lov. 3. Deinde *pari spe prælium utrimque* Leid. 1. Harl. 1. Lov. 3. et Gaertn. *Prælium, ut quod maximum prælium pari spe utrinque* est in Flor. *sæpe*, pro *spe*, male obfert Hav. Vide hoc lib. ad c. 7, § 6. Deinde *cum sui fiducia* trajectis vocibus Leid. 1. Mox *τὸ est* deficit in ed. Parm.

§ 6 *Romanis contra quadringentorum annorum decora, et conditæ urbi æqualis victoria*] Hic est A. U. C. CDXII. Non enim ubique rotundi postulantur numeri. *Sigon.* Omnia hæc verba deficiunt in Hearnii Oxon. L. 1. cui errori repetitio vocis *victoria*, quæ proxime præcessit, originem dedit. Vide ad IX. 11. § 11. Præterea *conditæ urbi* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 43. § 1. *Conditæ urbis æqualis* Lov. 5. a m. pr. Harl. 2. Port. et Gaertn.

§ 7 *Utrisque tamen novus hostis curam addebat*] Pergit Livius in eodem sensu, et aliud momentum narrat quod pugnam fecerit vehementiorem; sic ut, quum ante narrati stimuli fuerint singulis proprii, hic unus communis fuerit idemque ambobus. Non vero ad diversa quædam discedit auctor, ut necessarium illi fuerit *τὸ tamen*. Lege ex Rott. *utrisque tam novus*. Jac. Gron. Alibi sæpe *τὸ* 'tamen' et 'tam' commutantur. Vide ad XXII. 59. § 13. Quum tamen nullus eorum codd. quos adhibui, Rott. quo Jac. Gronovius usus est, faveat, eidem Gronovio adsentiri nequeo, qui non videtur adtendisse, in præcedentibus per ellipsin omitti 'quamvis,' vel similem particulam; quod frequens esse, videbimus ad XXXVII. 25. § 11. Sensus itaque est; quamquam Samnitibus novæ res gestæ, Romanis tot annorum decora ferociam augebant, novus tamen hostis utrique populo curam addebat. Ceterum *utriusque tamen novus hostis* Leid. 1. et Harl. 1. *utrisque tamen novis hostis* Hav. *utrique tamen novus hostis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad XXXVI. 16. § 6. Deinde *hostis novus* Gaertn.

Ita conflixerunt, ut aliquandiu in neutram partem inclinaret acies] Scripti *inclinarent*. J. F. Gron. Ita sane est in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. 4. a m. sec. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et ed. Mediol. 1505. *inclinaverint* erat in Lov. 4. a m. pr. Quod ante Gronovium edd. obsederat, in uno tantum Harl. 2. mihi obvium fuit; sed proxime accedunt Port. et Hav. *declinaret* ostentantes. Sed 'inclinare' in hac re usitatum. Supra II. 20. 'Tum demum impulsi Latini, perculsaque inclinavit acies.' Tacit. Hist. III. 83. 'Quoties pars altera inclinasset.' Vell. Pat. II. 53. 'Ut primum C. Cæsar inclinatam vidit Pompeianorum aciem.' Præterea *conflixere* Voss. 2.

§ 8 *Trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant*] *quia*, sive *quoniam, vi pelli non poterunt* Hav. sol-

Digitized by Google

lemni errore operarum. Vide ad XXIX. 1. § 7. *Quando ipelli non poterant* Lov. 2. Qui error ex literarum adfinitate ortus est. Vide ad III. 49. § 6. Ita *incepissent*, pro *vi cepisset*, in uno erat cod. hoc lib. c. 9. § 1. *inexpugnatum*, pro *vi expugnatum*, IV. 57. § 7. *intueri*, pro *vi tueri*, X. 3. § 2. *Quando vi pelli non poterat* Lov. 5. Sed verbum pendet ex eo, quod sequitur, 'signa hostium.'

Turbare prima signa hostium conatur] *Turbare pugna prima signa host.* Lov. 1. Deinde *conatus* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. utramque lectionem jungentes *conaturus* legunt Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. Adscriptis enim ultimis literis *us*, qui primus eam lectionem dedit, indicare voluisse puto, non tantum se *conatur*, sed etiam *conatus*, invenisse.

§ 9 *Nec posse aperire in hostes viam*] *Viam in hostes* Harl. 2. et Hav. *in hostes viam in hostes*, utraque lectione adscita, Port.

Revectus ad antesignanos legionum, quum desiluisset ex equo] *Rectus*, pro *revectus*, Voss. 2. et Lov. 3. *revecto* in ed. Aleriensis esse, Hearne auctor est; qui id inde forsan ortum conjicit, quod operæ in Mato *rerect*[a] invenerint, idque non intellexerint. Ed. tamen Rom. 1472. manifeste *revectus*. Deinde *antesignarios* Voss. 2. Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad IV. 47. § 2. Tum *desoluisset* Leid. 1. *dissiluisset* Leid. 2. et Lov. 2. Præterea *ab equo* Lov. 2. *equo* Lov. 4. *ex quo* Port.

§ 10 *Nostrum, inquit, peditum illud, milites, est opus*] *Vestrum, inquit, ped.* Lov. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Tum *peditum, milites, illud est opus* Voss. 1. et Lov. 1. *peditum, milites, illud opus est* Leid. 2. *peditum illud, milites, est opus* Lov. 4. *peditum illud militum est opus* Lov. 2. 5. et fragm. Hav. a m. pr.

Ut me videritis, quacumque incessero, in aciem hostium] Vocula *ut* deficit in Lov. 5. Deinde *qua cum incessero* Leid. 1. *quacumque incessero* Lov. 2. *qua cum incessero* Lov. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quã cum incessero* Harl. 1. Deinde *in acie hostium* Harl. 2. et Port. Mox etiam *ferro* deficit in Gaertn. Ceterum multæ ex recentioribus edd. ita distinguunt, quum mutata interpunctione legendum sit *quacumque incessero in aciem hostium*, ut olim edebatur; quod Hearnius revocavit. 'Incedere in aciem,' ut 'incedere in hostem' VIII. 8. 'Unoque continente agmine in hostem incedebant:' ubi vide.

Illa nunc omnia, qua nunc erectæ micant hastæ] Thuan. Voss. uterque, Helm. ignorant priori loco positam particulam. *J. F. Gron.* Eamdem ignorant etiam omnes mei, Oxonienses quos Hearnius consuluit, et Neapol. Latinii. At posteriori loco defit in ed. Parm. Præterea transpositis vocibus *Omnia illa* præfert fragm. Hav. Tum *quia nunc erectæ micant hastæ* Voss. 2. et Lov. 3. *quæ nunc coacta micant hastæ* Leid. 2. *quæ nunc erecta micant hastis* Lov. 2. *quæ nunc erectæ micant hastæ* Lov. 5. a m. pr. *qua nunc erecta micant hastæ* Leid. 1. *qua nunc oreata micant hastæ* Lov. 1. *qua nunc rectæ micant hastæ* Lov. 4. *qua nunc recte dicant hastæ* Flor. Ceterum librarii, qui *quæ* loco τοῦ *qua* scripserunt partim id fecisse videntur, ut ita conveniret sequentibus *erectæ hastæ*, (vide ad VI. 3. § 8. et sæpe alibi,) partim quod *qua* præcedenti *illa omnia* convenire non posse existimarent. Sed sciendum est *qua* poni pro 'qua parte.' Vide ad V. 37. § 7. Jam autem illud adhiberi posse, licet vocabulum vel numeri vel generis diversi præcedat ad quod referri debeat, dictum est ad V. 47. § 9. Mox *vastata*, pro *vasta*, Venet. 1498. invitis reliquis scriptis et editis. Vide ad XXIII. 30. § 7.

§ 11 *Hæc dicta dederat*] *Hæc edicta ded.* Lov. 5. Harl. 2. et Port. *Hæc*

Digitized by Google

edicta ederat Hav. Sed sæpius 'dicta dare' pro dicere. Supra l. III. c. 61. 'Hæc ubi inter signa peditum dicta dedit.' XXII. 50. 'Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium.' Ita et Ovid. Fast. I. 356. 'Talia non tacito dicta dolore dedit.' Fast. V. 571. 'Ille manus tendens, hinc stanti milite justo, Hinc conjuratis, talia dicta dedit.' In Virgil. sæpius hoc hemistichium obcurrit, 'Hæc ubi dicta dedit:' ut Æn. VI. 628. VII. 323. 471. et alibi. Mox *tum equites*, pro *cum*, Lov. 5. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Tunc equites* Lov. 2. Mox *jussu consulis* Lov. 4.

Legionibusque in mediam aciem aperiunt viam] Thuan. et Voss. ambo per *διόρθωσιν legionibus in mediam*. J. F. Gron. Particula connectens deest etiam in Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. utroque, Portug. Gaertn. fragm. Hav. a manu pr. et Hearnii Oxoniensibus. Unus Hav. *ac legionibus* præfert.

Cum quo forte contulit gradum, obtruncat] *Obtulit gradum* edd. Rom. 1472. et Parm. invitis manu exaratis. 'Conferre gradum' pro cominus pugnare, Silius Ital. XII. 381. 'longumque coire videtur Et conferre gradum.' Tacit. Ann. II. 22. 'Conlato illic gradu certatum.' Histor. II. 42. 'In aggere viæ conlato gradu.' Similiter 'conferre pedem,' 'conferre manus,' obvia sunt.

§ 12 *Accensi, dextra lævaque ante se quisque memorandum prælium ciet*] Forte *cient*. Voss. alter *ejecit*. J. F. Gron. *Ejecit* etiam Lov. 3. *sciet* Klockian. *cient* vero, ut Gronovius conjecit, habent Lov. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Supra hoc cap. 'Agitedum, pro se quisque obvios sternite.' Vide ad II. 22. § 7. et VII. 19. § 2. Similiter igitur hoc loco ex sex codd. quamvis minoris plerumque auctoritatis, rescripsi. Nullus enim tam sublestæ fidei codex est, qui non interdum veriorem sculpturam servat, ubi etiam integerrimi lapsi sunt. Arntzen. tamen ad Aurel. Vict. de Vir. Ill. c. 47. receptam lectionem facile locum suum tueri posse judicat. Præterea *dextera lævaque* Lov. 5. et Hav. Paullo ante etiam pronomen *Hoc* non adpa et in Lov. 3.

Stant obnixi Samnites] *Astant* Flor. *Instant* Lov. 4. et Neapol. Latinii. *Stant obnixi*, ut 'intentus stat' v. 26. 'Alius exercitus prælio intentus stabat:' 'defixi stant' VIII. 7. 'Quum silentio defixi stetissent.' Et ipsum hoc Nostrum apud Virgil. Æn. X. 359. 'Anceps pugna din: stant obnixi omnia contra.' Præterea *obnixi* Flor. *obnexti* Leid. 1. Lov. 2. in contextu, et Harl. 1. Male. De voce 'obnixus' ejusque cum altera 'obnoxius' commutatione vide ad VI. 12. § 8. Mox voces *quam inferunt* perperam exsulant ab ed. Parm.

§ 13 *Atrox cædes circa signa Samnitium*] *Atrox cædes orta circa signa Samn.* Harl. 2. Port. et Hav. *atrox cædes citra signa Samn.* Voss. 2. Vide ad XXI. 48. § 6. *Atrox cædes citra signa Samn.* Lov. 3. *atrox cædes orta circa signa Samn. fuit* Gaertn.

Fuga ab nulladum parte erat] *A nulladum parte erat* Gaertn. et edd. ante Aldum. *Ab nulladum erat parte* Harl. 2. *ab nulla erat parte*, omissa enclitica *dum*, Lov. 5. Port. et Hav. quam tamen fide digniores pertinaciter servant. Ita XXIX. 11. 'Nullasdum in Asia civitates socias habebat populus Romanus:' ubi plura vide.

§ 14 *Itaque Romani quum effusore jam lassitudine vires sentirent*] Pal. duo *cum fluere jam lassitudine*. Pal. 2. vero et Campani ed. *cum et fluere jam lassitudine*. Infra XXXVIII. 17. 'Si primum impetum, quem fervido ingenio et cæca ira effundunt, sustinueris, fluunt sudore et lassitudine membra, labant arma.' *Gebh.* Lege ex Flor. et sex aliis codd. *Itaque Rom. quum et fluere jam lass. vires sentirent*,

Digitized by Google

et diei haud multum sup., accensi ira conc. se in hostem. De verbo 'fluere'. vide ad XXVII. 17. *J. F. Gron. Itaque Romani confluere* Voss. 2. quod datum est pro *cum fluere*, quomodo præfert Lov. 3. Id autem idem est genus erroris, ac *congratulatione* pro *cum gratulatione;* de quo vide ad IV. 24. § 7. Similiter *conquæreretur*, pro *cum quæreretur*, in uno cod. mox est § 16. *Itaque Romani cum effluere* in solis meorum Lov. 2. et fragm. Hav. obvium fuit. *Itaque Romani et eum et fluere* in Hav. *Itaque Romani quum et fluere* præferunt Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. 5. Harl. uterque, Port. et Hav. De errore scribarum, quo *effluere* pro *et fluere* dederunt, vide ad XXXVIII. 49. § 4. Deinde *in lassitudinem* Lov. 1. *in lassitudine* Voss. 1. inter versus, Leid. 2. et Lov. 2. Mox *et diem haud multum superesse* Lov. 2. *et diei haud multum superesset* Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ut *superesset* pendeat ex præcedenti *quum*. Utrumque, *et flueret* ac *superesset* in contextum recepi.

§ 15 *Tum primum referri pedem atque inclinari rem in fugam adparuit*] *Tū primum* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Deinde *et inclinari rem* Harl. 2. et Port. *referri pedem atque inclinare rem in fugam* Lov. 2. ut *rem inclinare* absolute ponatur, de quo vide ad III. 61. § 4. Et ita sæpe passivis subjunguntur activa, atque in vicem. Vide ad VIII. 34. § 9. Verum omnes reliqui codd. *inclinari rem* servant, nisi quod vox *rem* deficiat in Hav. De locutione autem 'inclinatur res,' quod active diceretur 'inclinant rem,' vide ad V. 55. § 4.

Tum capi, occidi Samnis] *Samnites* Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Verum frustra. Infra VIII. 38. 'Totis jam copiis Samnis urguebat.' Eodem cap. 'Jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati.' c. 39. 'Nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit.' IX. 3. 'Omnia æqua ac plana erant Romano, in perfidum Samnitem pugnanti.' c. 4. 'Suis deinde legibus Romanum ac Samnitem æquo fœdere victurum.' Ita 'Pelignus' hoc lib. c. 38. 'Ab Romano in Pelignum vertit bellum:' 'Romanus,' 'Campanus,' 'Sidicinus' cap. præc. 'Eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit.' Vide plura ad III. 2. § 11.

Ni nox victoriam magis, quam prœlium, diremisset] Supra VI. 8. 'Repente ingentibus procellis fusus imber certam magis victoriam, quam prœlium, diremit.' Ceterum *ni nox*, id est *nisi nox*, Lov. 2. Vide ad XXIII. 1. § 8.

§ 16 *Et Romani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoste conflictum*] *Et Romani ferebantur* male Flor. Deinde *numquam pertin. hoste confl.* Lov. 3. *numquam cum pertin. hoste esse confl.* Lov. 4. a m. pr.

Quum quæreretur, quænam prima caussa] *Cum quærerentur* Lov. 1. Harl. 2. Leid. 2. et Port. *cōq̄rerētur*, sive *conquærerentur*, Hav. Vide paullo ante ad § 14.

Tam obstinatos movisset in fugam] *Vertisset in fugam* Hearnii Oxon. C. quod, reliquis omnibus receptam lectionem servantibus, ex ejus expositione natum puto. Proprie 'moveri' dicitur hostis, quum pedem referre incipit. Supra IV. 28. 'Et moverunt victorem, donec dictator pedem jam referentibus suis advenit.' Et ita minus est, quam 'pelli,' vel 'averti.' Hoc lib. cap. 8. 'Inferunt pedem, et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo jam haud dubie avertunt.' Eam ob caussam jam additur 'movere in fugam.'

§ 17 *Oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant*] *Tò sibi* deest in Lov. 4. et Gaertn. *ardere* in Port. Præterea *agebant* Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 33. § 23.

Digitized by Google

Ceterum, illud responsum non hoc tempore, sed post calamitatem ad Furculas Caudinas Romanis inlatam, quum dedecoris abolendi caussa bellum instauraretur, Samnites dedisse, auctor est Florus I. 16. § 12. ubi vide Dukerum. Similiter, Volscos sociosque ardore animi micantem Romanorum vultum ferre non potuisse, Livius tradit VI. 13.

Vesanosque vultus et furentia ora] *Insanosque vultus* Lov. 4. quod ex interpretatione alterius profluxisse puto. Eo etiam utitur IX. 13. 'Omnia ira militaris prope vesano impetu egit.' Cum diphthongo *væsanos* præfert Flor. at, simplici *e* scribendum, probat Dausquei. de Orthogr. part. 2. voce 'Væsanum' et voce 'Vecors.' Quin et infra loco laudato non aliter exaratur in eodem Flor. cujus librarium hic errasse, illud indicio esse potest, quod similiter copulam cum diphthongo scribens dederit *væsanosque vultus*.

Inde plus, quam ex alia ullâ re, terroris ortum] *Quam ulla alia re* Hav. *quam ex ulla alia re* Harl. 2. Port. et Hav. *quam ex alia re* sè in Oxon. L. 1. reperisse, monuit Hearnius. Male. Supra IV. 48. 'Nec se ullam opem cernere aliam usquam.' XXIV. 40. 'Ob nullam aliam caussam, nisi quod imminerent Italiæ, peterentur.' Cic. ad Fam. VII. 13. 'Neque alia ulla fuit caussa intermissionis epistolarum.' Ad Attic. V. 10. 'Quid quæris? non mehercule alius ullus sermo, nisi de te.'

Sed nocturna profectione confessi sunt] Pall. duo, *testati sunt*. Gebh. Ridicule *professione confessi sunt* Harl. 2. et Port. *testati sunt* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod iterum ex glossatoris expositione desumtum videtur.

§ 18 *Quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda effudit*] *Effudit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad I. 56. § 12. Quum autem forte *Campanorum* scriptum fuisset, indoctus Lov. 3. librarius inde *omnes panorum* fecit.

CAP. XXXIV. § 1 *Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio fœdatum est*] *Ceterorum hoc gaud.* male Leid. 2. Tum *magna prop te clade* Gaertn. in quo etiam deficit præpositio *in*. At mutato ordine *magna prope in Samnio clade* Lov. 4.

Ab Saticula profectus Cornelius] *Ab Satricula* omnes codd. quos consului. Sed vide hoc lib. c. 32. § 2. Insuper autem *ad Satriculam profectus* Neapol. Latinii. Male. Supra enim loco laudato retulit Livius, Valerium in Campania ad montem Gaurum, Cornelium in Samnio ad Saticulam castra posuisse; et inde res gestas eorum per partes descriptatus primo narravit victoriam, a Valerio de Samnitibus reportatam; nunc, quid Cornelio Saticula castra moventi contigerit, adjungit. Ceterum quæ Livius hic 'a Saticula' profecto Cornelio evenisse scribit, 'ad Veserim' accidisse innuit Harduinus ad Plinii XXII. 5. ubi de P. Decio Mure duplici corona obsidionali donato agens addit: 'Intelligitur porro ad Veserim pugna Samnitico bello.' Verum prælium ad Veserim non decertatum est bello Samnitico, sed Latino; eoque Decius non honorem obsidionalis coronæ promeritus est, sed se pro salute exercitus devovit. Vide Liv. VIII. 8. et X. 28. Mox *cauti*, pro *incauto*, Flor.

In saltum, cava valle pervium, circaque insessum ab hoste, induxit] Præpositio *in* non est in Leid. 1. Tum *avia valle* Klockian. Sed *avia valle pervium* ferri nequit. Quin et, dum sequentia cogitat, librarius in errorem abductus *avia* scripsisse videtur, pro *cava*. Sæpius 'cava vallis' apud Livium memoratur. Supra III. 8. 'Compulsos in cavas valles circumveniunt.' XXVIII. 2. 'Ibi in cava valle, atque ob id occulta, considere militem, et cibum capere jubet.' XLIV. 5. 'Pos-

Digitized by Google

tere quoque die in tam cava valle opperiri Popillium necesse fuit.' Ovid. Fast. VI. 110. 'Nodosasque cava tendere valle plagas.' 'Cavam rupem' dixit IX. 2. 'In eum campum via alia per cavam rupem demisso agmine.' Hinc *pervium circaque* exsuiant a Leid. 2. *pervium circumsecusum* dedit Hav. *circumquaque insecusum* Hearnii Oxon. L. 1. Præterea *incluserit*, pro *induxit*, Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. in contextu. Alibi 'inducere' et 'includere' commutantur. Vide N. Heinsium ad Nason. Metam. IV. 408. Hic autem id tanto facilius accidit, quod passim litera *d* ob ductuum adfinitatem in scriptura Longobardica abit in *cl*, et vicissim. Vide ad Liv. X. 24. § 2. quemadmodum etiam sæpe commutari solent literæ *e* et *x*. Vide ad Livii XXVI. 19. § 4.

§ 3 *Quoad totum in vallem infimam dimitteret agmen*] Scribo *demitteret:* in eumdem lapidem et alibi non semel impegerunt scribæ. *Gelen.* Sic [*demitteret*] jam Andreas; sic Aldus; sic omnes, quotquot utor: quum scribendum sit *demitterent*, nempe Samnites. Et ita uterque Vossianus. *J. F. Gron. Dimitteret* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. quod recte Gelenio displicuit: id enim admitti nequit, quum agatur de descensu in vallem infimam, quod 'demittere' est. Vide ad IX. 2. § 9. Solent autem 'demittere' et 'dimittere' confundi. Vide ad XXXIV. 50. § 2. *Demitteret* habent excerpta Voss. utrinsque, (ex quibus *demitterent* laudat tamen hoc loco Gronovius,) Lov. 1. a m. pr. Lov. 5. Harl. 1. 2. Flor. Klockian. et Gaertn. Et ita ante Gelenium ediderunt Mediolanenses 1505. eorumque exemplum secuti Ascensius 1513. et 1516. ac Paris. 1529. *demitterent* Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. qui in cod. B. se *transmitterent* reperisse testatus est. Doujatius *demitteret* adversus Gronovium, *demitterent* subtituentem, probat, et refert ad Cornelium consulem Romanum. Livium enim velle opinatur, id moræ esse Samnitibus, ne Romanos invadant, quoad consul totum agmen in infimam vallem demitteret. Ut enim ipsi Samnites descenderent, non multum moræ interponendum esse, atque ita Decio non futurum fuisse tempus superiorem hostium castris collem occupandi. Ejus sententiam veriorem esse puto. Præterea *quod ad* Leid. 1. Sæpe librarii *τὰ quoad* et *quod ad* commutarunt. Vide ad II. 12. § 16. VIII. 2. § 4. c. 13. § 14. et aliis locis.

P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem] Vide an hoc locutionis sit, quod vulgo dicimus 'unus dixit mihi.' At ego *unum* pro 'insigni' positum puto, quasi alii non tam celsi, et item omnes ab hoste insesi. *Glar.* Immo vero 'unus' hic redundat, sive pro eo ponitur, quod vulgo 'aliquis' dicitur. Ita VIII. 2. 'Ex his tot populis unus ingens exercitus duce Latino fines Samnitium ingressus.' XXII. 2. 'Eo vinculo Hispaniam vir unus solerti magis, quam fidelli, consilio exsolvit.' XLV. 39. 'Si L. Paullus in turba togatorum unus privatus interroget.' Statius Theb. III. 604. 'Unus ut e silvis Pholoës habitator opacæ, Inter et Ætnæos æquus consurgere fratres.' Ovid. Epist. Heroid. XV. 162. 'Constitit ante ocelos Naias una meos:' ad quem locum vide Burmann. Ceterum male *tribunus pl.* vel *tribunus plebis*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *aditu arduum impeditis aëo*, sive *animo*, perperam Lov. 2. *aditum arduum impediti agmini* Flor.

§ 4 *Itaque consuli territo animi*] *Deterrito* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 5. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. Vide Modium ad Curtii IV. 10. § 17. Deinde *animo* Voss. 2. Lov. 3. 5. et ejusdem Hearnii L. 2. *animis* Harl.

Digitized by Google

1. ea vox deficit in Lov. 2. Sed nihil mutandum. 'Territus animi' haud magis novum in Livio videri potest, quam 'nimius animi' VI. 11. 'Nimius animi quum alios principes sperneret, uni invideret:' ubi alia vide, etiam 'æger animi' ex ipso Livio laudatum: 'confusus atque incertus animi' I. 7. 'dubius sententiæ' XXXIII. 25.

Videsne tu, inquit, A. Corneli, cacumen illud supra hostem] Asperum editumque locum intelligit, quem 'verrucam' appellat Cato, ubi de simili facto Calpurnii Flammæ tribuni militum bello Punico primo agebat in Originibus, auctore Gellio III. 7. *Sigon. Vides tu, inquit* Leid. 2. *Videsne, inquit* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Nihil mutandum. Supra I. 39. 'Viden' tu puerum hunc, inquit?' ubi vide quæ notantur. Deinde alio ordine *supra hostem cacumen illud* Lov. 4.

Arx illa est spei salutisque nostræ] Prima vox exsulat a Leid. 1. et Harl. 1. exsulat etiam a Lov. 2. 3. Voss. 2. et Gaertn. sed eorum prior insuper præfert *Id est spei salutisque nostræ*, reliqui *Illud est spei salutisque nostræ*. At Flor. jocoso errore legit *Armilla est spei salutisque nostræ*. *Arx* ut VI. 37. 'Consulatum superesse plebeiis: eam esse arcem libertatis, id columen.' III. 45. 'Non si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanæ, duas arces libertatis tuendæ, ademistis:' ubi alia vide. *Arx illa et spei salutisque nostræ* habent Harl. 2. Port. et Hav. Voculas *est* atque *et* inter se commutari, videbimus hoc lib. ad c. 40. § 1.

Si eam, quam cæci reliquere Samnites, inpigre capimus] *Si eum, quem cæci Sam. reliquere* Gaertn. et Oxon. N. apud Hearnium. *si eum, quoniam cæci reliq. Sam.* Lov. 3. *quoniam* præferunt etiam excusi ante Aldum. Et solent hæc vocabula commutari. Vide ad IV. 48. § 15. *Quō*, id est *quom*, vel *quum*, pro *quam*, præfert Harl. 1. quæ et ipsa confunduntur. Vide ad XXVII. 28. § 5. *Si eum locum, quem cæci reliquere Samnites* Lov. 2. Deinde *inpigre* deficit in Lov. 4. Tandem *capiemus* Harl. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. invitis optimis: quare non audio. Præsenti usus fuisse Livius censeri potest, ut nullam moram in hac re nectendam doceat, et mox rem incipiendam esse, si consilium placeat.

§ 5 *Nec tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatos, dederis*] Antiqua scriptura, *Ne tu mihi plus, quem un. leg. pr. hastatosque, dederis*. Gelen. Principes ac hastatos ipse author post VIII. 8. quinis manipulis separat, et hoc triginta manipulorum agmen 'antepilanos' appellatos tradit. Vide ergo an non potius legendum *unius leg. pr. hastatosque dederis*. Porro ipse author numerum certum alioqui nullum exprimit. *Glar. Ne*, pro *Nec*, omnes nostri servant codd. nisi quod in excerptis utrinsque Harl. nihil notatum videam. *Ne* etiam superesse in Oxon. Nr L. 2. et C. Hearne monuit. Quare eam lectionem contextui Liviano reddidi. Præterea *principes hastatosque*, ut viri docti voluerunt, omnes iterum codd. præterquam quod per errorem scribarum *princeps* sit in Lov. 3. et 5.

Cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu] *Uti evas. in summum* Lov. 3. Vide ad VIII. 13. § 9. *Ubi invasero in summum* Lov. 1. Male. Verbum 'evadere' hoc loco inlustrari potest ex illis quæ de significatione ejus tradiderunt Burmann. ad Quinctil. Iustit. Orat. VII. 3. p. 707. et Cortius ad Sall. Jug. c. 14. § 9. et c. 52. § 3. Tum *perge hic omni liber metu* Lov. 3. Vide ad XXVI. 13. § 13. et hoc cap. § 14. *Perge hinc omne liber metu* Leid. 1. et Hav. *pergo hinc omni libri metu* Gaertn. Mox *teque exercitum serva* Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. Sed copulam *et* inter-

Digitized by Google

ceperunt primæ literæ vocis seq. Vide ad XLIV. 43. § 3. Insuper *teque exercitum servat* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Aut fortuna populi Romani, aut nostra virtus expediet*] Vox *Romani* deficit in Leid. 2. *virtus expediret* obfert lapsus librarius Leid. 1.

§ 7 *Nec prius ab hoste est visus, quam loco, quem petebat, adpropinquavit*]. *Ab hoste est usus* Voss. 2. Vide ad XXXVII. 51. § 9. *Ab hoste visus est* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *quam in loco* Port. et Hav. Sed præpositio nata est a vocis præced. litera finali. Vide ad XXXVII. 11. § 4. Paullo ante *a consule* Lov. 2. 4. Gaertn. fragm. Hav. Flor. omnesque edd. usque ad Gronov. qui anno 1665. *ab consule* dedit, consentientibus reliquis scriptis. Præterea *per saltus* primi vulgarunt Basil. 1539. quod præter Sigonium servarant omnes, donec Gronovius eodem tempore restitueret *per saltum*, quemadmodum ante Basileenses vulgo exstabat, et Sigonius a nemine exanditus revocarat; quum ita etiam præferant, quoscumque consului, libri scripti.

§ 8 *Admiratione paventibus cunctis, quum omnium in se vertisset oculos*] Horum duorum alterum Doujatio sufficere videtur, nec satis Livianum putat, post *cunctis* addere *omnium*: aliud etiam esse dicit 'admirationem,' aliud 'pavorem.' Libens itaque resecaret hæc verba *admiratione paventibus cunctis*. Sed quod ad prius adtinet, observari velim, quod notat Festus voce 'Cuncti.' 'Cuncti significat quidem omnes, sed conjuncti et congregati; at vero omnes, etiamsi diversis locis sint:' ut et quod monet Servius ad Virgil. Æn. I. 518. 'Sane *cuncti* non idem significat quod *omnes*. Cicero sæpe ait, 'Cuncti atque omnes,' quia *omnes* non statim sunt *cuncti*, nisi iidem simul sint juncti.' Verum licet ad distinctionem hanc non adtendisset Livius; an vereretur duabus vocibus ejusdem significationis uti paucissimis interjectis, qui exiguo verborum ambitu eamdem vocem bis terve adhibere veritus non est? ut pluribus exemplis probavi ad I. 3. § 9. Quod adtinet ad alterum, ideo *admiratione paventibus* ferre non potuisse videtur, quod 'pavor' ac 'timor' sive 'terror' idem notasse crediderit, et quemadmodum 'admiratione timere' dici nequeat, ita nec dici posse existimaverit 'admiratione pavere.' Ea tamen differunt, et quemadmodum 'metu,' ita etiam 'spe pavere' dixit Ovid. Fast. III. 362. 'Sollicitæ mentes speque metuque pavent.' Videnda sunt quæ notantur ad Silium Ital. XVI. 432. ubi Nic. Heinsius laudat locum hunc ex passione B. Perpetuæ: 'Processerunt de carcere in amphitheatrum, quasi in cœlum, hilares, gaudio paventes, non timore.' Ut autem 'spe,' 'gaudio pavere,' ita etiam 'admiratione pavere' dicere licet. Doujatio itaque, audacissime secanti, adsentiri nequeo: præsertim quum verba hæc, quæ ejecta voluit, sine ulla varietate in omnibus codd. supersint, nisi quod *admirationē paventibus* perperam legat Leid. 2. Præterea *omnium* male deficit in Lov. 4. At *omnium int' se vertisset oculos* præfert Gaertn. frequenti lapsu scribarum, qui passim *in* et *int'*, sive *inter*, commutarunt. Vide ad XXXVIII. 57. § 6.

Spatium consuli dedit ad seducendum agmen] Antiqua scriptura *ad subducendum agmen*, non *seducendum*. Gelen. *Ad seducendum* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *ad sueducendum* Leid. 1. Reliqui codd. mei, ut et Hearnii Oxon. ac Neapol. Latinii cum edd. Rom. 1472. et Parm. *ad subducendum*. Vide viros doctos ad Val. Max. VIII. 2. ex. 3. et Oudendorp. ad Lucani II. 475. quibus locis illa significatio vocis 'subducere,' qua hic accipi debet, pluribus inlustratur.

Digitized by Google

Et ipse in summo constitit vertice] *Et in summo ipse const. vertice* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. *et ipse const. in summo vertice* Lov. 4. *et ipse summo const. vertice* Voss. 2. omissa præpositione, aliis invitis, qui eam constanter servant. Livius VI. 27. 'Nec per otium libertatis meminisse sinant, aut consistere in concione.' IX. 40. 'His dextrum cornu datum; illi in sinistro consistunt:' ubi quædam vide. Ovid. Epist. Her. XXI. 117. 'Non ego constiteram sumta peltata securi; Qualis in Iliaco Penthesilea solo.' Curtius V. 1. 'Magna pars Babyloniorum constiterat in muris.' IX. 6. 'Crediase, adventu magis hostium, ut jam in vallo consisterent, quam cura salutis tuæ, nos esse sollicitos?'

§ 9 *Samnites, dum huc illucque signa vertunt*] Vetusti codd. *Samnites, dum huc illuc signa vertunt*, absque conjunctione. *Gelen.* Pall. duo, *dum huc illucque signa vertunt.* Pal. 2. *dum huc atque illuc signa vertunt.* Probo alterum. *Gebh. Huc atque illuc signa vertunt* Harl. 2. Port. et Hav. Ita mox hoc cap. 'Huc atque illuc signa moveri videtis:' v. 8. 'Quam huc atque illuc signa transferrent.' Verum hanc lectionem non nisi incertæ fidei codd. ostentant. *Huc illucque* præferunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. quam lectionem primus recepit Aldus. Tempore enim priores *huc illuc signa vertunt* sine copula dederunt. Et ita etiam legunt Flor. Harl. 1. et Lov. 4. Ovid. Epist. Her. XIII. 34. 'huc illuc, quo furor egit, eo.' XX. 130. 'Anxius huc illuc illuc dissimulanter eo:' ubi vide Burmann. Male etiam *vertant* Leid. 2.

Utriusque rei omissa occasione] Pall. duo 1. ac 3. et Campani ed. *amissa occasione.* Gebh. *Amissa occasione* Gronovius jam a. 1665. recte in contextum recepit. Nam præter Leid. 2. Lov. 5. Port. Klockian. Hav. et Oxon. C. omnes mei Hearniique codd. lectionem illam firmant. Non tantum huc illuc signa vertendo oportunam 'occasionem omiserunt,' id est, ea usi non sunt; sed eamdem etiam 'amiserunt,' adeo ut, licet quam maxime vellent, tamen nunc uti non possent. Infra IX. 12. 'Et beneficii et maleficii occasione amissa:' ubi etiam similiter variant codd. XXXI. 36. 'Non satis exspectato signo, ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendæ rei amisere.' Terent. in Eun. III. 5. 56. 'an ego occasionem Mihi ostentatam tantam, tam brevem, tam optatam, tam inspératam Amitterem?' Cicero ad Att. XV. 11. 'Multo inde sermone querebantur, atque id quidem Cassius maxime, amissas occasiones.' Pro Cæcin. c. 5. 'Nullam esse rationem amittendi ejusmodi occasionem.' Cæsar Bell. Gall. III. 18. 'Clamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse.' Hirtius Bell. Alex. c. 37. 'Pharnaces, amissa proximi temporis occasione, suos in castra revocavit.' Alibi tamen 'omittere occasionem' non damno, ut apud Val. Max. IX. 3. § 1. 'Primam occasionem pugnandi non omissurum se respondit:' apud Sueton. in Calig. c. 14. 'Ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine:' et in Galb. c. 10. 'Cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent:' ubi tamen Torrent. in libris duobus *amitterent* invenit. Frequentissima autem est commutatio verborum 'amittere' et 'omittere' in Mss. Vide ad VIII. 27. § 11. Præterea *utriusque amissa occasione*, una voce omissa, Hav. *utriusque rei occasione amissa* Lov. 4.

Neque consequi consulem, nisi per eamdem vallem] Vetusti codd. *insequi* habent, pro *consequi*. Gelen. *Insequi* etiam omnes mei, et Neapol. Latinii; neque aliquid ex suis Hearne notavit, licet monuerit, ed. Aler. *consequi*

Digitized by Google

præferre. Supra c. 24. 'Consul non ultra castra insecutus, a persequendo hoste' exercitum 'continuit.' c. 36. 'Nec arma inpigre capere, nec obsistere, nec insequi poterant:' et sæpe. Mox alio ordine *subjectum telis suis eum habuerant* Harl. 2. Port. et Hav.

Erigere agmen in captum super se ab Decio tumulum] *Eripere agmen* Harl. 5. sollto scribarum errore. Vide ad III. 5. § 7. De locutione 'erigere agmen in tumulum' vide ad X. 26. § 8. Tum *in ceptum*, vel *inceptum*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad VI. 27. § 4. Deinde *supra se* edd. Rom. 1472. et Parm. quomodo ante hoc cap. *cacumen supra hostem* dixit. Sed utrumque ferri potest, atque hæ præpositiones passim in Mss. commutantur. Vide ad IV. 22. § 6. Scriptos igitur sequi malo. Hinc *a Decio* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 5. et Gaertn. Denique *tumultum* Lov. 1. a m. pr. Lov. 3. et Harl. 2. frequenti errore. Vide ad VI. 14. § 6.

§ 10 *Sed quum iru in hos magis, qui fortunam gerendæ rei eripuerant*] Vocula *Sed* non est in fragm. Hav. Deinde *tum iru* Flor. a m. sec. Voss. 2. Lov. 3. 5. Gaertn. Port. et Hav. Vide ad VI. 23. § 3. Præterea *iru magis in hos* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. At præpositio *in* deficit in Lov. 2. et 3. vò *magis* in Voss. 2. Mox *perpaucitas* præferunt Harl. 2. Port. et Hav.

§ 11 *Ut a consule Decium intercludant*] *Ab consule* Port. et Hav. *ut tribunum Decium intercludant* Hearnii Oxon. L. 2. et C.

Nunc viam patefacere] *Nunc itinera patefacere* Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quæ lectio ex glossa marginali recepta videtur. Utramque junxerunt Gaertn. *nec viam ac itinera patefacere* dedit. Vide ad IV. 55. § 5.

Ut digressos in eadem adoriantur] *Degressos*, ut ante. *Sigon.* Ita legunt Flor. Lov. 5. et Klockian. Si autem fides excerptis habenda, quibus utor, non aliter fuit in utroque Harl. Certe quamvis hi codd. cum ed. commissi sint, quæ *degressos* præferat, nulla tamen ex illis diversitas adnotatur. Vide ad IV. 17. § 11.

§ 12 *Ex superiore loco se pugnaturum*] *Ex superiori* edd. Rom. 1472. et Parm. *se pugnaturum* Flor. et Harl. 1. *se pugnaturi* Gaertn.

Admiratio incessit, quod nec pugnam iniret] *Qui nec pugnam* Gaertn. Mox *deterrentur*, pro *deterr'entur*, sive *deterrerentur*, librariorum errore Hav. Vide ad XL. 14. § 2.

§ 13 *Quænam illa inscitia belli ac pigritiæ est*] *Quænam, ait, illa inscitia* Lov. 2. qua librarii liberalitate non utor. Vide ad XXIII. 45. § 6. *Quænam illa instita belli* Hav. Tum *aut pigritiæ est* Lov. 2. Vide ad XXI. 53. § 8. *Ac pugna est* Leid. 2. *ac pigritiæ* Flor. Quæ lectio ex eo nata est, quod verbum *est* una litera *s* scriptum voci præcedenti adcreverit. Contrario errore *prodita est res* datum erat, pro *prodita res*, VI. 30. § 6. *Ac pigritiæ*, omisso verbo *est*, Lov. 4. Vide ad II. 33. § 5. Paullo ante *Tunc centurionibus*, pro *Tum*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. Præterea *a se vocatis*, pro *ad se*, Lov. 5.

Quonam modo isti ex Sidicinis] Vet. lib. *aut quonam modo*. Sigon. Ita non modo omnes manu, sed et typis descripti, quos vidi, præferunt. Quid igitur Sigonio ita emendandi occasionem dederit, nescio. Ceterum verba *ex Sid. Camp.*, *&c. signa mov.* deficiunt in Gaertn.

Ac modo in unum conferri, modo educi videtis] *Ac modo educi videtis*, reliquis omissis, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Huic errori causam dedit repetitio vocis *modo*. Vide ad IX. 11. § 11. *Ac modo etiam unum conferre* est in Lov. 2. Male. Supra V. 20. 'Tantumque prædæ fore, quantum non omnibus in unum conlatis ante bellis fuisset.'

Digitized by Google

XXVII. 42. 'Suorum corpora conlata in unum sepeliri jussit.' XXXII. 30. 'Ut et ipsi conlatas in unum vires firmarent.' XXXIII. 19. 'Si in unum ambo simul contulissent vires.' Pariter 'in unum colligere,' 'cogere,' 'compellere,' et similia, de quibus vide ad XXVIII. 3. § 9. Mox *quum jam circumdato*, pro *circumdati*, Lov. 5.

§ 14 *Tum vero nos similes istorum simus*] *Cum nunc nos similes* Lov. 2. Pronomen *nos* abest a Leid. 2. et Hearnii Oxon. B. Præterea *similes istis simus* ejusdem Hearnii cod. C. Vide ad lib. VI. cap. 13. § 3. *Similes istorum summus* Gaertn. et Hav. In verbis seqq. *si diutius hic memoremur*, pro *moremur*, Leid. 1. *si diutius moremur hic* Lov. 3.

Agitedum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest] *Agitedum te mecum* Voss. 2. et Hav. *Agitedum vos mecum* Gaertn. Tum vocula *ut* deficit in Lov. 2. et 3. cujus loco *et* præfert Lov. 4. Vide ad XXI. 28. § 8. sequens vox *dum* exulat a Leid. 2. et Gaertn. tres illæ *dum lucis aliquid* a Lov. 1. Mox *præsidia sonant*, pro *ponant*, legunt Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3.

Qua pateat hinc exitus] Multitudinis numero Andreæ ed. *qua pateant hinc exitus*. Pal. 2. Ms. *quibus locis præsidia ponat, hinc qua pateat exitus*. Gebh. *Qua pateant hinc exitus* non tantum Andreæ, sed et omnes aliæ edd. præferant usque ad Frobenianam 1535. Idque, si codd. accederent, non displiceret. Vide ad III. 8. § 9. Nunc in nullo superest, nisi in Lov. 5. a m. pr. reliqui omnes habent *pateat*, præterquam Lov. 2. qui legit *eat*: et Leid. 1. *quateat*, pro *qua pateat*, obferens. Præterea *quia*, pro *qua*, est in Flor. Vide ad XL. 29. § 8. Tum *hic*, pro *hinc*, idem Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide hoc cap. § 5. Denique *exercitus* Flor. *ex'citus* Lov. 2. Soient etiam alibi hæ voces commutari. Vide quæ supra notantur ad v. 26. § 7.

§ 15 *Sagulo gregali amictus*] Pall. 1. ac 3. *sagulo gregario*. Gebh. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 9. *Duk.* Similiter etiam legunt Lov. 2. et 3. At *sagulo gregariâ ictus* Leid. 1. *sagulo gregali amictus dicit* Hearnii Oxon. L. 1.

Centurionibus item manipularium militum habitu ductis] Pal. 1. *habitu inductus*. At Pal. 3. *centurionibus item manip. mil. habitu indutis*. Videtur mihi tamen vulgaris lectio rectior, a qua ne minimum desciscunt vetustissimæ edd. *Gebh. Centurionum item manip. mil. habitu ductus* Lov. 2. *ductus* etiam Leid. 1. et Gaertn. *indutus* Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *manipularum mil.* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. *manipulorum militum* a m. sec. *manip. habitu mil.* vett. edd. usque ad Frobenianam 1535. Mox *circuire*, pro *circumire*, Voss. 2. Lov. 3. Hav. et quædam ex antiquioribus excusis. Vide ad III. 6. § 9. Adde Cortium ad Plinii Ep. V. 6. § 31.

CAP. XXXV. § 1 *Vigiliis deinde dispositis, ceteris omnibus tesseram dari jubet*] *Deinde vigiliis dispositis* Leid. 2. et Lov. 1. *Vigiliis dispositis*, media voce exsulante, Gaertn. Tum *ceteris hominibus* Lov. 4. solito lapsu scribarum. Vide ad III. 54. § 6. Deinde *dexterum dari* fragm. Hav. a m. pr.

Ubi secundæ vigiliæ buccina datum signum esset] Qui *buccina* in *buccinæ* mutarunt, perperam meo quidem judicio fecerunt. *Glar. Secundæ vigiliæ una* Voss. 2. et Lov. 3. *secundæ vigiliæ buna* Leid. 1. *secundæ vigiliæ bucina* Florent. Lovel. 1. 2. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Utroque modo scribi posse videtur, *bucina* et *buccina*. Certe BVCINATOR et BVCCINATOR in lapidibus antiquis obvium est. Prius apud Grut. p. DLIX. num. 7. alterum ibidem p. DXVI. num. 8. p. DLI. num. 5. et p. MCXVI. num. 4. De ratione scribendi consulendus est Dausquei. in Orthogr. part. 2. in voce 'Bucina:' *buccinæ* autem in nullo

Digitized by Google

scripto obvium est: sed ita præferunt edd. vett. Pro eo postea Mediol. 1505. *buccina* substituerunt; quod deinde receperunt Ascens. 1513. 1516. et 1530. Parisini 1529. et inde reliqui. Insuper trajectis dictionibus *signum datum esset* Lov. 2.

Armati cum silentio ad se venirent] Hoc lectorem morari merito potest, quomodo taciti venerint ad Decium quibus buccina signum detur: nisi quis etiam clamore concurrere solitos post datum signum existimet. *Glar.* Difficultati a Glareano propositæ dupliciter Doujatius respondet. Vel enim, quum hi milites visi hostibus essent, nihil causæ fuisse, cur dando vigiliarum signo abstineretur, quasi sic latere possent: immo id ad fallendos Samnites valere potuisse, qui sic facile in animum inducerent, hanc Romanorum manum eodem loco pernoctaturam: sufficisse autem, ut in motu et congressu ad tribunum silentium observaretur: ne ad motum ac strepitum conventientium excitati hostes intentius vigilias servarent, et ita bene gerendæ rei occasionem eriperent. Vel secundo subtiliorem aliquem suspicari posse existimat, tacentibus Romanorum buccinis, potuisse hos milites ad cantum hostilis buccinæ, secundam vigiliam notantis, tacitos ad conditum venire. Ceterum *armati silentio ad se venirent*, sine præpositione *cum*, Hearnii Oxon. C. Male. Vide ad XXIV. 31. § 9. Deinde *ad se convenirent* Voss. 1. Leid. duo, Lov. quinque, Flor. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. Neapol. Latinii, et edd. omnes, quas vidi, usque ad Frobenium, qui 1531. *venirent* primus vulgavit, recentioribus omnibus ejus lectionem probantibus, cujus loco alteram scripturam tot codicum testimoniis firmatam reduxi. Varro de Re Rust. III. 13. 'Vidisti ad bucinam inflatam certo tempore apros et capreas convenire ad pabulum.' Causa, quæ Frobenium permovit, ut *venirent* præferret, illa fuisse videtur, quod mox sequatur 'convenerunt.' Eam tamen repudiandæ receptæ lectioni legitimam rationem non esse, docebunt quæ notantur ad I. 3. § 9.

§ 2 *Quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt*] Omnia hæc verba inertia librarii desunt in Lov. 1. *Quo ut*, pro *ubi*, legit Lov. 5. Vide ad XXIV. 15. § 1. Tum *sicut dictum erat* Lov. 4. Vide ad VIII. 7. § 15. *Sicut editum erat* Leid. 2. Lov. 5. et Klockian. Vide ad XXI. 62. § 7. *Edictum* nempe tessera. Amm. Marc. XXI. 5. 'Per tesseram edicto itinere in Pannonias.' Deinde *tacite convenere* Leid. 1. Verum mox sequitur, 'In dextram partem taciti transibitis.'

Hoc silentium, milites, inquit] Duo codd. Mss. Pall. unitatis numero *miles*. Gebh. Duo Pall. meliores cum Voss. *Hoc silentium, miles, inquit*. Satis commode. Sic III. 29. 'Consularem exercitum ipsumque consulem increpans, carebis, inquit, prædæ parte, miles, ex eo hoste, cui prope prædæ fuisti.' Hoc lib. c. 36. 'Ostentansque insignem spoliis tribunum, hunc imitare, miles, aiebat, et circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.' XLV. 39. 'At tu, centurio, miles, quid de imperatore Paullo senatus decrevit, potius audi.' Neque impediat, quod mox ut plures appellat. Sic in hac ipsa oratione, cum dixisset, 'Cum eo hoste res est,' &c. mox addit, 'Nos tam paucos tot ipsi millibus hominum nec ascensu arcuerint; nec tenentes locum, quum diei tantum superesset, vallo circumdederint:' sic enim Mss. et Campanus: non *ipse*, nec *circuerit*, nec *circumderit*. *Ipsi* habet et Andreas. Sic XXV. 34. 'Cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentemque ex equo Scipionem vidit,

Digitized by Google

alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt.' Sed de his pluribus infra. *J. F. Gron. Hoc silentium, miles, inquit* Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Supra III. 2. 'His vocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur:' ubi similiter verbis seqq. additur, 'Tum quidem corpora cibo somnoque curant.' IV. 59. 'A cetera præda Fabius militem abstinuit.' VI. 2. 'Prædam militi dedit, quæ minus speratam a minime largitore duce, eo militi gratiorem.' cap. 3. 'Arma secum militem ferre jubet.' c. 7. 'Novus hostis veteri adjunctus commovit animos militis Romani:' quo et præcedenti loco in uno tantum cod. variatur. VII. 37. 'Frumentatum per agros militem ducit:' ubi unus cod. *milites*. XLV. 43. 'Lætior nunc triumphum est secutus miles.' Vide Scheffer. ad Justin. XI. 6. § 1. Eo sensu 'pedes' numero singulari pro peditibus I. 14. 'Quum, velut inter pugnæ fugæque consilium, trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum.' II. 6. 'Valerius quadrato agmine peditem ducit.' c. 20. 'Obtestans, ut, fesso jam equite, descendant ex equis.' c. 25. 'Militem avidum certaminis emittit.' IV. 26. 'Intentior, quam umquam antea, muniendi exercendique militem cura ducibus erat.' c. 49. 'Quum inter oppugnationem prædam militis fore edixisset.' III. 62. 'Verecundiæ erat; equitem suo alienoque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse:' ubi etiam bis 'eques' pro equitibus. De quo vide ad II. 20. § 12. Ita 'hostis' pro hostibus; vide ad V. 50. § 2. 'mercator' pro mercatoribus; vide ad X. 17. § 6. 'Romanus' pro Romanis; vide ad l. III. c. 2. § 11. Utro tamen modo leges, haud multum interest. Neque etiam, quæ vera lectio sit, certum esse puto, præsertim multis primæ auctoritatis codd. pro vulgata scriptura stantibus. Mox *in audiendo servabitis*, omisso pronomine *me*, ed. Parm. *ne audiendo servabitis* Lov. 2. An voluit *me audiendo*, sine præpositione? Sed omnes reliqui libri vulgatum tuentur.

Omisso militari adsensu] Vide Lipsium de Milit. Rom. IV. 9. *Duk.*

Tum, quibus eadem placebunt, in dextram partem] *Cum quibus* Voss. 1. et Lov. 1. Deinde *eadem placebit*, scilicet sententia, Hearnii Oxon. C. *eadem placebant* Gaertn. Hinc *in dexteram partem* Leid. duo, Lov. 4. Hav. fragm. Hav. et quædam ex vett. edd. Vide etiam mox ad § 12.

Quæ pars major erit, eo stabitur consilio] Vet. lib. *ejus stabitur consilio*. Sigon. Quos libros habuerit Sigonius nescio, e quibus legit *ejus stabitur consilio*. Certe et Pall. Mastriga subscribit vulgatæ lectioni: sicut et Andreæ ed. Jam non miror in aliis codd. hunc locum esse interpolatum, quippe et Campanus vulgavit *eorum stabitur consilio*. Gebh. Sigonius *ejus*, approbante Jureto ad Symmachum. At alterum mihi et prægnans et venustissimum. Sensus enim: quæ major pars erit, quod illa secuta fuerit, eo stabitur consilio. Talia veteribus, quia quotidiana erant, et obvium quod supplerent, quamvis curta, nihil præbebant obscuritatis: nobis cum occurrunt, potius scrutanda, quam corrigenda sunt. Facile alioqui posses *qua major pars erit*. Sed vetus scriptura hoc vult; quæ major pars erit, quod dabit vel sequetur, eo stabitur consilio. Tale est Plauti in Curcul. II. 1. 35. 'Quod eis respondi, ea omnes stant sententia.' Quod similiter integrum: Quod eis respondi, quæ ejus responsi sententia est, ea omnes stant. *J. F. Gron.* Lectionem Sigonii ex omnibus meis soli præferunt Harl. 2. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *eorum stabitur consilio* Lov. 4. *stabilior consilio* Port. Sed recte Gronovius receptam lectionem

Digitized by Google

adversus Signonium patrocinio suo dignum censuit.

§ 3 *Nunc, quæ mente agitem, audite*] Omnia hæc verba, quæ constanter Mss. servant, perperam deerant in vett. excusis ante Aldum, qui primus addidit. *Nunc quo mente agitem* præfert Port. *Nunc que mente, agite, audite* Harl. 1. De locutione 'mente agitare' vide ad XLIV. 18. § 1. Mox *fugæ delatos*, pro *fuga*, Hav. *fuga dilatos* edd. Rom. 1472. et Parm.

Nec inertia relictos hic vos circumvenit hostis] *Nec in hericia relictos* Leid. 2. Deinde *hinc vos circumvenit* Harl. 2. Vide ad Livii XXVI. 18. § 18. *hic nos circumvenit* Lov. 2. 5. et Gaertn. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *Hinc nos circumvenit* Port. At sequens 'evadatis,' et quæ eadem forma sequuntur, *vos* legendum esse docent. Mox *oportet, hinc evadatis*, transpositis vocibus, Lov. 2. *hinc, oportet, evadetis* Leid. 2.

§ 4 *Erumpendo hinc vosmet ipsos servate*] J. F. Gronovius ad II. 19. § 5. legendum conjecit *vosmet ipsi servate*. Quamvis autem viri κριτικωτάτου judicium plurimi faciam, quum tamen nullius codicum sententiam ejus juvet, ei ut hic subscribam, a me impetrare nequeo. Causam vide ad locum laudatum. Ceterum verbis præcedd. *Veniendo hunc*, pro *huc*, præfert Leid. 1. At vox illa deficit in Lov. 3.

Pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis] *Pauci opem pluribus* alio ordine Lov. 2. qui idem cum Lov. 3. Voss. 2. et Leid. 1. non habent ultima quatuor verba librariorum inertia omissa. *Egueris* male est in Leid. 2.

§ 5 *Hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit*] *Externo die* Lov. 3. 5. Hav. et fragm. Hav. frequenti admodum in libris exaratis lapsu scribarum. Vide ad XL. 14. § 2. Vox autem *die* deficit in Flor. elisa et seq. syllaba initiali. Tum *dedendi* Voss. 2. et Harl. 4. Vide hoc lib. c. 41. § 4. *Delendi omnes exercitus* Hav. Præterea *per secordiam* Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad VI. 37. § 8. In verbis proxime præcedd. τὸ *est* non conspicitur in Voss. 2. et Lov. 3.

Iminentem capiti suo non ante viderit, quam captum a nobis] *Non ante vidit* Gaertn. Cujus erroris alia exempla vide ad XL. 14. § 10. *Viderint* Hav. Deinde *captum a vobis* Lov. 4. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et, quos Hearnius consuluit, Oxon. B. ac C. quomodo in præcedentibus 'vos circumvenit,' et 'vosmet ipsos servate.' Quum tamen sequatur 'nos tam paucos,' ubi unus tantum Lov. 4. *vos* præfert, et in seqq. modo secunda persona, modo, ut se etiam comprehendat, prima utatur, hic etiam, pluribus et melioribus codd. adsentiens, nihil mutandum arbitror.

§ 6 *Nos tam paucos tot ipos millibus hominum nec assensu arcuerit*] Legendum, ut habent Pall. duo, vetustissimæque item edd. *ascensu*. Porro Pall. tres, et Camp. *ipsi*, &c. *arcuerint*, et mox *circumsederint*. Gæbh. Sexta vox injuriam passa est, quum per notas scripsisset Livius; quæ non ita erat exprimenda, ut vulgo factum, sed *tot ipsi millia hominum*. Non aliter loquitur XXVIII. 28. 'Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro securi percussa sunt.' Ibidemque, 'Vos octo millia hominum.' Ita XXX. 7. vides varietatem inter *millium* et *millia*. Neque ego dubito, quin a Livio scriptum fuerit XXXV. 3. 'Nec in Italia seguius Ligurum bellum crescebat. Pisas jam quadraginta millia hominum, affluente quotidie multitudine ad famam belli spemque prædæ, circumsedebant.' Vulgo etiam *millibus*. Jac. Gron. *Ascensu* omnes præferunt excusi usque ad Grater. cujus primus ἐκδότης habent *assensu* operarum errore, quem ipse Graterus in postrema ed. castigavit. Et tamen *assensu* legunt etiam Leid. 2. Port. et Hav.

Digitized by Google

absensu fragm. Hav. a m. pr. *assensum* Leid. 1. Deinde *tot ipse, &c. arcuerit*, et mox *circumsederit*, primum obcurrit in Froben. 1531. Plerœque enim priorum edd. *tot ipsi, &c. arcuerit*, vel *arcuerint*, et *circumsederit*. Sola Paris. 1529. *tot ipsi, &c. arcuerint*, et *circumsederint*. Et ita non tantum superest apud Latinium in Neapol. et apud Hearnium in Oxoniensibus, sed etiam in omnibus meis; nisi quod *arguerit* et *circumsederit* sit in Klockian. *arcuerunt* et *circumsederunt* in Port. et Lov. 5. *arguerint* et *circumsederunt* in Leid. 1. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *arguerint* et *circumsederint* in Flor. Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. At solito errore *arceo* et *arguo* in Mss. commutare librarii consueverunt. Vide ad VI. 25. § 6. Ceterum *tot ipsi, &c. arcuerint*, et *circumsederint* emendandum esse, monuit jam Gronov. hoc cap. ad § 7. et antea in pr. edit. notarum ad lib. XXXVIII. c. 29. idque etiam a. 1665. recte in contextum recepit. Non displicet etiam Jac. Gronovii conjectura *millia*, quamvis omnes codd. servent *millibus*, vel *milibus*, nisi quod *militibus* sit in Hav. sollemni lapsu, de quo vide ad XXIII. 41. § 10. Nam, ut observat, vox illa per epitomen *M.* vel *CIↃ.* vel ∞. scripta fuerat, in qua exponenda facillime error committi potuit. Vide ad XXV. 9. § 16. Ita *ipsi tot millia* dictum erit per epexegesin, in scriptis Livii sæpius obviam. Vide ad XL. 36. § 8. Præterea *nec cernentes locum*, pro *tenentes*, Lov. 2. *nec tenente locum* Hav. Hinc *dum diei tantum*, pro *quum*, Gaertn. Vide ad I. 40. § 7. *quum dī tantum* Harl. 1.

Quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum, oportet, fallatis] *Vid. atque vig.* Lov. 5. et Port. *videntem atque evigil.* Hav. Tum *eluxeritis* Lov. 5. qui error ex confusione literarum *s* et *x*, alibi sæpe in Mss. obvia, profluxit. Vide ad XXVI. 19. § 4. Deinde *septum*, pro *sopitum*, Gaertn.

§ 7. *In eo enim loco res sunt nostræ*] Concisius Pall. duo meliores *In eo res sunt nostræ*. Gebh. Duo meliores Pall. et Voss. 2. recisis duabus vocibus *In eo res sunt nostræ*: quæ auctoritas vehementer illas mihi suspectas facit. Lib. II. c. 17. 'Et quum, vineis refectis aliaque mole belli, jam in eo esset, ut in muros evaderet miles.' Inserit quidem Sigonius τὸ *res*; sed meliores eo carent, et verbum *esset* respicit militem. Cornelius Nepos in Miltiade c. 7. 'Cum jam in eo esset, ut oppido potiretur.' Idem Pausania c. 5. 'Cum jam in eo esset, ut comprehenderetur.' Servius ad Æneid. III. 286. 'Gestamen Abantis] Cumque in eo essent, ut jam civitatis potirentur.' *J. F. Gron.* *In eo res sunt nostræ* etiam Lov. 3. Ita VIII. 27. 'Jamque in eo rem fore, ut Romani aut hostes aut domini habendi essent.' XXX. 19. 'Non in eo esse Karthaginiensium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant.' XXXIII. 41. 'Quum res non in eo esset, ut Cyprum tentaret.' Similiter apud Græcos locutus est Aristoph. in Plut. vs. 399. *Οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ. Res nondum in eo sunt.* Similiter *ἐν τούτοις* et *ἐνταῦθα* iisdem in usu esse, docuit Doctiss. van Staveren ad Nepot. Miltiad. c. 7. Quædam etiam vide ad II. 17. § 5. Et sane Livius, si in hac locutione vocem per ellipsin omissam 'locus' addat, præpositionem *in* omittere solitus est. Ita II. 47. 'Missis ad consules nunciis, quo loco res essent.' VIII. 35. 'Cujus tibi ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Papirius, gratiam fecisset.' Et ita, qui Livium imitari amat, Silius Ital. I. 598. 'O patria, o fidei domus inclita, quo tua nunc sunt Fata loco?' ubi quædam notavi. Attamen nec vulgatum hoc loco servanti adversor; utpote quod in reliquis, iisque optimæ fidei, codd. constanter superest. Nam et alii ita locuti, et Livius in similibus locutionibus præ-

Digitized by Google

positionem addere non refugit. Terent. in Phorm. II. 4. 6. 'Videtis, quo in loco res hæc siet.' et III. 1. 9. 'Loquere obsecro, quonam in loco sunt res et fortunæ meæ.' Seneca in Hippol. vs. 358. 'Altrix, profare, quid feras: quonam in loco est Regina?' Cato apud Quinctil. Instit. IX. 2. p. 774. 'Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis?' Sallust. Cat. c. 58. 'Nunc quo in loco res nostræ sint, juxta mecum omnes intellegitis:' ubi vide Cortium. Livius autem non tantum 'esse ingenti gloria,' 'esse aliquo statu,' sed etiam 'esse in ingenti gloria,' 'in majore dignitate,' 'in maximo honore,' 'in aliquo statu' dixit. Vide ad II. 22. § 6. et ad XXXV. 8. § 2. Quin etiam ipsum hoc nostrum obcurrit XXXVII. 14. 'Qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, facturus fuerit.' Ceterum *res sunt vre*, id est *vestræ*, Lov. 5.

Ut vobis ego magis necessitatis vestræ index] *Ut vobis g*^{o}, id est *ergo*, Leid. 1. sæpius obvia scribarum aberratione. Vide ad XXXVII. 53. § 11. et mox hoc cap. ad § 12. *Ut ego vobis* editi ante Jac. Gronov. qui voces transposuit; neque ulli meorum ab eo dissentiunt, nisi forte Flor. ex quo nihil notatur. Tum vox *necessitatis* deest in Leid. 2. *vestræ* in Harl. 2. et Port. Deinde *index* præfert Hav. Vide ad V. 26. § 6.

§ 8 *Neque enim maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest*] Particula *enim* exsulat ab Harl. 1. *neque enim man. hic, an ab., delib. potest* habet Lov. 4. *an abeatis hic* Port. Vide ad XXVI. 13. § 13. *Habeatis hinc* Leid. 1. Lov. 3. 5. Klockian. Gaertn. et Hav. Vide ad XXII. 59. § 19. *Beatis hinc* Flor. a m. pr. sed postea litera *a* adscripta est, ut sit *abeatis*.

Quum, præter arma et animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit] *Præter arma animos*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *nihil nobis* Lov. 4. et Gaertn. Hinc *reliqui*, neglecta voce *fecerit*, Lov. 1. *fecerit reliqui* Gaertn. *reliqui peraverit* Leid. 1. Male. Infra IX. 24. 'Quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat.' XXVI. 47. 'Sua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat, restituit.' Cic. in Verr. III. 48. 'Quibus nihil, non modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis, reliqui fecit.' Pro Sulla cap. 32. 'Quod fortuna in malis reliqui fecit, id sibi ne eripiatur, vos obtestatur.' Vide Gifan. Observ. in Ling. Lat. voc. 'Reliqui.' Ceterum post *fecerit* in prioribus edd. duplex *στίγμα* ponebatur; in Elzevir. Heinsii et quibusdam aliis recentioribus *στίγμα τέλειον*. Male. Sequentia enim 'fameque et siti moriendum sit' pendent a præcedenti particula *quum*, unde et hæc verba. Interpunctionem itaque mutavi, et cum Hearnio post verbum *fecerit* minorem distinctionem recepi.

Fame et siti moriendum sit] Iterum iidem codd. adstipulante ed. Campaniana, *fameque et siti*. *Que* particula in Pal. 2. inter lineas inserta est. *Gebh.* Omnes etiam nostri *fameque et siti*, solis tantum exceptis Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. forte etiam Flor. ex quo nihil notatum video. *Fameque* jam Jac. Gronovius in contextum recepit, quem Clericus secutus est.

Plus, quam viros ac Romanos decet] *Viros ac armatos* Lov. 4. Male. Numquam enim, aut certe non nisi locis mendæ suspectis, Livius vocula *ac* sequente alia, quæ a vocali incipit, usus est. Vide ad X. 36. § 17. Vulgatum probum est. Ita I. 59. 'Auctorque, quod viros, quod Romanos decet, arma capiendi adversus hostilia ausos:' ubi quædam vide. IX. 24. 'Vos et decem numero, et, quod plus est, Romani, Romanorumque fortissimi viri estis.' XXII. 60. 'Nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, si nemo tantæ virtutis exstitisset comes.'

Digitized by Google

§ 9 *Id aut interdiu aut nocte faciamus, oportet*] *Illud aut int. aut noct.* Harl. 2. *id autem int. aut nocte* Lov. 5. Vide ad IV. 42. § 6. et mox § seq. *Aut id int. aut nocte* edd. vett. ante Aldum. *Id interdiu aut nocte* Lov. 2. Vide ad XLI. 12. § 8. *Id aut interdiu ac nocte* Voss. 1. et Leid. duo, frequenti scribarum errore. Vide ad XXI. 53. § 3. *Id interdiu aut noctu* Lov. 4. Cujus librarius in ea fuisse videtur opinione, quasi illud *interdiu* requireret, ut eadem forma *noctu* adderetur: quod tamen sæpissime fallit. Exempla ex Livio quædam notavit Gronov. ad XXIX. 14. § 3. Adde I. 47. 'Nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati.' Ita et Sueton. in Cæs. c. 65. 'Subinde observandum se admonens, repente interdiu vel nocte subtrahebat.' Vide Ursin. ad Sall. Jug. c. 38. Paullo ante trajectis vocibus *una salus est* Leid. 2. et *obire*, pro *abire*, Gaertn. Vide ad IX. 9. § 1.

§ 10 *Ecce hoc aliud minus dubium*] Vet. lib. *Ecce autem aliud.* Sigon. Sola Andreæ ed. exhibet hanc lectionem: nam Campan. cum Pall. duobus *Ecce autem aliud minus dubium*: quam scripturam, repertam quoque in Pal. 2. interpolatores corruperunt, substituto *Ecce haud aliud.* Gebh. Sigonii liber, Thuan. duo Pall. duoque Voss. edd. Campanus, Aldus, Juntas, *Ecce autem aliud.* Alludit Pal. 3. *Ecce haud aliud.* Quid moramur? Plautus Menæchm. v. 2. 'Ecce autem litigium.' Cicero ad Attic. XIV. 3. 'Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti.' Eodemque epist. 13. 'Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem.' Lib. II. de Oratore: 'Ecce autem quum te nihil aliud profecisse arbitrarer.' In Verrem I. 6. 'Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis consularibus factis.' *J. F. Gron. Ecce hoc aliud* in solo apud me superest Harl. 2. *Ecce aut aliud* in Gaertn. Sed *aut* et *autem* passim commutantur. Vide ad verba præc. Ex ea deinde scriptura alii ulterius corruperunt, et *Ecce haud aliud* dederunt, quod Hearne se quoque in Oxon. L. 1. reperisse testatus est. Solent enim *aut* et *haud* in scriptis confundi. Vide ad XXVIII. 2. § 11. Reliqui omnes mei *Ecce autem aliud.* Quod recte viri docti Livio reddiderunt. Terent. in Eun. II. 3. 6. 'Ecce autem alterum. Nescio quid de amore loquitur.' Notat autem Ascenius ad ultimum a Gronovio laudatum locum Cic. 'Ecce autem:' 'Proprium hoc Ciceronis est in rebus improvisis: quod cum cura Virgilius et legit et transtulit: ut Æn. II. 203. 'Ecce autem gemini a Tenedo.'' Vide etiam Servium ad laudatum Virgilii locum, Turselli. de Partic. Lat. Orat. c. 48. et Cortium ad Sall. Jug. c. 14. § 11. *Ecce aliud* supra erat II. 36. 'Ecce aliud miraculum.' Donjatius existimat, Livium velle, haud dubie minus periculosum consilium posterius, nempe erumpendi de nocte. Perspicuum itaque magis fore arbitratur, si legamus *Hocce autem illo minus dubium.* Præterea *majus dubium* Port. a m. pr. et Gaertn. De hoc errore vide ad XLV. 26. § 7.

Corporibus suis subjectis undique cinxerit collem] Malim *objectis.* J. F. Gron. Quum tamen Decius cum suis in vertice collis consistant, quem corporibus colli subjectis undique cinxerunt hostes, atque in vulgatam lectionem conspirent omnes codd. nihil etiam mutandum puto. Ita cap. præc. 'Neque enim moveri hostis, subjectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit.' Et paullo post, 'In qua paullo ante subjectum eum telis suis habuerant.' Supra etiam hoc lib. c. 24. 'Subjicere exercitum pugnæ fessum tumulis ab hoste occupatis nolebant:' ad quem locum vide quæ notantur. Donjatius etiam vulgatum præfert, et notat idem hic valere *subjectis*, id est, obpositis ab inferiori loco. Paullo ante *septum hostem*, pro

Digitized by Google

septurum, Harl. 1. *septuri hostem* Gaertn.

Atqui, si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hæc profecto noctis aptissima hora est] *Atque*, vel *Atq*; *si nox* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Male. Sed ita sæpe lapsi sunt scribæ librarii. Vide ad III. 32. § 8. *At si nox* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *tò est* deficit in Lov. 5. Insuper *ut est* præfert Lov. 2. quæ ejusdem potestatis voculæ etiam alibi commutantur. Vide hoc lib. XIII. 13. § 8. Præterea *hoc prof. noctis apt. hora est* Lov. 1. Similiter *h*, per cornu trajecta linecula, pro *hæc*, Lov. 3. Ita fere *hoc solatii* XXX. 13. § 13. ubi alia vide. Sed vulgatum, quod reliqui tuentur, non muto. Denique ultimum *est* deficit in Gaertn. Forte librariis, qui vel primo vel ultimo loco id omiserant, gemina ejus repetitio displicuit. At vide ad XXXV. 1. § 12.

§ 11 *Signo secundæ vigiliæ convenistis*] *Convenistis* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et in margine N. Verum id initio capitis adversatur, unde jam eo tempore convenisse constat. Mox *mortales* deficit in Lov. 2.

Incautos fallentes, vel sentientibus clamore subito pavorem injecturi] *Incautè pallentes* Leid. 1. et Harl. 1. Tum *clamorem inituri* Hav. insulse. Librarii autem animo adhuc inhærebat modo præmissa vox *clamore*.

§ 12 *Ego eamdem, quæ duxit huc, sequar fortunam*] *g*, sive *ergo eandem, quæ huc duxit, sequamur fortunam* Lov. 2. Male. Illis enim, quos, ut se sequerentur, adhortatus erat, indicat, quid ipse facere proposuisset. *Ego* et *ergo* commutari modo vidimus ad § 7. *Ego tandem, quæ vos duxit huc* Leid. 2. *tandem* autem etiam Lov. 3. Ita nonnumquam librariorum inertia peccatum est in Mss. Vide ad v. 26. § 8. c. 53. § 2. et alibi. *Ego eamdem, quam dixit huc* Lov. 1. a m. pr. *ego eamdem, qua duxit huc* Lov. 5. et fragm. Hav. Paullo ante *qui secuti estis*, pro *quem*, Hav.

Quibus hæc salutaria videntur] Similem formulam, in senatusconsulto per discessionem faciendo usitatam, illustrat Brisson. de Formul. lib. II. p. m. 183. Ceterum *in dexteram partem*, pro *dextram*, Leid. 2. Lov. 4. Hav. fragm. Hav. et quædam ex vett. edd. Vide etiam hoc cap. § 2.

CAP. XXXVI. § 1 *Omnes transierunt, cadentemque*] *Omnes transiverunt* Lov. 5. Tum *volentemque* Gaertn.

§ 2 *Jam evaserant media castra*] *Per media castra* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Infra IX. 2. 'Si ire porro pergas, per alium saltum artiorem inpeditioremque evadendum.' At integerrimi codd. vulgatum servantes eam lectionem veriorem esse evincunt. Infra XLV. 41. 'Inter præsidia ejus saltum ad Petram evasi:' ubi vide quæ notavi.

Quum superscandens vigilum strata somno corpora] *Tò quum* male deficit in Hav. *vigilum castra somno corpora* habet Klockian. *vigilum strata somnino corpora* Flor. a m. pr. in quo postea prima litera *tò* somnino erasa est. Sed edita lectio vera est. 'Stratus somno,' ut 'sterni leto' Silius Ital. dixit X. 32. 'Labienus et Oëris Sternuntur leto atque Opiter:' 'sternere ictu cuspidis' Ovid. Met. XII. 74. 'Troaque Peliacæ sternebat cuspidis ictu Agmina:' 'stratus cæde' Liv. IV. 29. 'Messium impetus per stratos cæde hostes extulit ad castra.' Neque multum abit quod obcurrit I. XXVII. c. 47. 'Fessique aliquot somno ac vigiliis sternunt corpora passim.' Quin et ipsum hoc est XXXVII. 20. 'Pars vescentes sub umbra, quidam somno etiam strati.'

Quo excitatus vigil quum proximum movisset, erectique alios concitarent] Meliores Pall. bini *quo exterritus vigil: is cum proximum movisset: exciti alios concitarent*. Gebh. Duo meliores Pall. et

Digitized by Google

Voss. *quo exterritus vigil.* Num fuit *quo expergitus?* Nam quod Diomedes Gramm. I. p. 372. 'expergitum' ait dici, qui satiatus somno sponte evigilat; 'experrectum' autem a quiete impeditum; 'expergefactum' denique, qui per alium a somno excitatur; id equidem tale esse arbitror, qualia multa sunt horum. Festus contra: 'Expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. Experrectus, a porrigendo' (ita scribendum) 'se vocatus, quod facimus recentes a somno.' Censorinus de Die Natal. c. 12. 'Pythagoras, priusquam se somno daret, et cum esset expergitus, cithara, ut ferunt, cantare consueverat:' ex Ms. Modii epistola LXXXIX. Arnobius V. p. 155. 'Expergitosque illos statim perdocuisse regem.' Chifl. *exercitus.* Voss. *exitatus:* sed in margine eadem fere manu *excitus:* quod etiam non incommodum. Mirum vero et eosdem duos Pall. pro *erectique* habere *excitique.* Lib. IV. c. 27. 'Clamor subito ortus, non consulis modo vigiles, exercitum deinde omnem, sed dictatorem quoque somno excivit.' XXIV. 40. 'Ipse rex, sicut somno excitus erat, prope seminudus fugiens.' Sall. Jug. c. 72. 'Interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere.' Tacitus Histor. III. 55. 'Vitellius ut e somno excitus.' *J. F. Gron. Quo exterriti vigiles proximos monent, ut exacti alios concitarent* in Oxon. L. 2. se invenisse, Hearne profitetur: eodem etiam modo in cod. C. nisi quod is obferat *moverunt. Excitatus vigil,* omisso pronomine *quo,* est in Harl. 1. *quo excitatus,* sine *τῷ vigil,* in Gaertn. At duobus optimis Pall. apud Gebhardum per omnia consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. Est enim Voss. 1. in cujus contextu *exitatus,* sed in margine eadem fere manu *excitus* legi, Gronovius monnit: quod idem de Oxon. N. etiam Hearne testatur, nisi quod vox *excitus* scripta sit ab alia manu. *Exterritus,* pro *excitatus,* præferunt etiam fragm. Hav. a m. pr. et Lov. 2. in margine: in quorum priori a m. altera emendatum est *excitatus,* in posterioris autem contextu scriptum fuerat *ex'citus,* id est *exercitus,* quemadmodum exaratum exstat in Leid. 1. *excitus* vero legunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox *proximos movisset* codex N. apud Hearnium. *Proximum movissent* Flor. Deinde *erecti alios concitarent* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Puto vel legendum, ut vulgo editur, *quo excitatus vigil,* vel recipiendum, ut quidam scripti habent, *quo excitus vigil.* Certe passim *excitus* et *excitatus* commutantur a librariis. Vide ad XXVIII. 24. § 4. Tò *excitus* autem deinceps mutatum est in *ex'citus,* vel *exercitus,* ut etiam alibi factum est. Vide ad X. 30. § 1. At pro *exercitus* postea alii dederunt *exterritus,* quæ et ipsæ voces interdum inter se commutantur. Vide Miscell. Obs. tom. I. p. 8. *Exterritus* denique in *expergitus,* ut Gronovius conjicit, mutandum non existimo. Ut enim codicum dissensum taceam, non modo Livius, verum etiam ne ullus quidem æqualium, ea voce usus est. Neque videtur etiam ævi Liviani esse. Non aliunde enim, quam ex antiquioribus Valerio Antiate, Lucilio, Lucretio, et Varrone, vel ex recentioribus, qui obsoleta eorum verba captare gavisi sunt, Apuleio, Arnobio, ac Macrobio exempla Laurenbergius in Antiquario laudavit. Verbum 'excitare' in hac re sollemne esse, docui ad V. 47. § 3. Neque minus usitatum in eadem re est 'excire' et 'excire somno.' Supra I. 7. 'Hercules ad primam auroram somno excitus.' V. 47. 'Clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius.' XLII. 64. 'Media nocte profectus, ut prima luce adgressus falleret. Nequidquam: primæ stationes obpressæ tumultu ac terrore suo ceteros exciverunt.' Alia exempla ex Livio lau-

Digitized by Google

dat Gronovius. Vide etiam Dukerum ad Florum I. 13. § 15. Adde insuper Cortium ad Sall. Jug. c. 70. § 2. ubi, pro *excitus*, alios codd. *exercitus*, *exercitatus* et *excitatus* præferre, notavit. Ceterum Gronovius in priore ed. nott. sicut *movisset* nondum loco movet, ita arbitrandum relinquit, situe melius *monuisset*. Verum quum in posterioribus curis hanc conjecturam omiserit, eam etiam sprevisse videtur.

Ignari, cives an hostes essent, præsidium erumperet, an consul castra sepiesset] *Cives an hostes erumperet*, duabus vocibus neglectis, Lov. 1. *cives an hostes erumperent* Leid. 2. *cives an hostes præsidium erumperent* edd. pr. usque ad Mediol. 1505. quæ eamque secuta Aldina restituerunt, ut nunc recte editur. Præterea *præsidium an erumperet, an consul* Voss. 2. quod non est necesse. Sæpissime enim prior dubitandi particula subticeri solet. Vide ad II. 8. § 8. et IV. 55. § 8. Deinde *ac consul* edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 3 *Decius, quum non fallerent, clamorem tollere*] Vet. lib. *quando non fall.* alii *quoniam non fall.* Sigon. *Quoniam non fall.* habent omnes nostri libri. *Gebh. Qui non fall.* Gaertn. *quem non fall.* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. sec. *quoniam*, sive *qm̃*, *non fallerent* Flor. Leid. 1. Voss. 1. Lov. 3. 4. 5. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et edd. quas vidi, usque ad Frobenianam a. 1531. quæ substituit *cum*. Et *quum* etiam dare voluisse videtur Aldus, ubi tamen errore operarum, ut puto, exstat *quem*. Ita alibi variant codd. scripti. Vide ad IV. 29. § 6. *Qm̃* etiam, sive *quoniam*, et *qñ*, sive *quando*, commutantur in membranis vetustis. Vide ad XXIX. 1. § 7. Præterea *Decius clamorem, q̃m non fallerent, tollere* præfert Lov. 4.

Torpidos somno insuper pavore examinat] Male edidit Campan. *trepidos somno*. Inter lineas habet quoque Pal. 2. *insuper et pavore ex.* Lib. XXXV. c. 28. 'Tum inter tot torpidos somno paventesque ad necopinatum tumultum et inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur.' *Gebh.* Ut hic 'somno torpidus,' ita 'stupore torpidus' XXII. 53. 'Quum stupore ac miraculo torpidos defixisset.' Deinde *insuper et pavore* etiam Harl. 2. *insuper clamore examinat* Lov. 4.

Quo præpediti, nec arma inpigre capere, &c. poterant] *Quo perpediti* fragm. Hav. a m. pr. *quo impediti* excusi ante Aldum, qui, consentientibus reliquis scriptis meis, *præpediti* recte restituit. Est enim hoc Livio amatum sæpiusque usurpatum vocabulum. Vide ad XXVIII. 1. § 6. Tum *unquam*, pro *poterant*, Hav. *desistere* etiam, pro *obsistere*, male Gaertn. Vide ad XXVII. 7. § 3.

§ 4 *Inter trepidationem tumultumque Samnitium*] *Inter tumultum trepidationemque* Lov. 4. Sed copulam *que* omittit Leid. 2. Sequentia ita exhibet Hav. *Samn. præs. Romanus, obv. custod. cæsis, ad castra consul pervadit. Consul* autem, pro *consulis*, etiam habent Lov. 3. et Gaertn. Vide ad X. 10. § 2.

§ 5 *Aliquantum supererat noctis*] Ita primus Aldus edidit, et omnes codd. quos consului, præferunt præter unum Lov. 4. Is autem *aliquantulum* exhibet: cum quo faciunt Aldo antiquiores. Ita XXI. 12. 'Tribus arietibus aliquantulum muri discussit.' c. 31. 'Agri aliquantulum amplexi confluunt in unum.' Sequor tamen potiores scriptos. Vide ad XXI. 28. § 11. Sæpe *aliquantum* et *aliquantulum* in Mss. permutantur. Vide ad I. 7. § 9. II. 30. § 11. V. 21. § 14. VI. 22. § 8. XXXIX. 29. § 1. Torren. ad Val. Max. III. 1. ex. 1. et alios alibi.

Jamque in tuto videbantur esse] Ita Rott. Voss. duo, Flor. editique, non *videbatur*. J. F. Gron. Similiter etiam Hearnii Oxonienses, et omnes

Digitized by Google

mei, excepto solo Port. qui *videbatur* ostentat. Hoc autem manendi occasionem Gronovio dedit ed. Gruteri prior, in qua quum *videbatur* receptum fuisset, idem postea servarunt recentiores omnes, usque ad Jac. Gronovium, qui recte *videbantur* revocavit.

Quum Decius, Macti virtute, inquit, milites Romani, este: vestrum iter] Voces *quum Decius* deficiunt in editis ante Aldum, qui primus addidit. Easdem servant omnes codd. Deinde *inquit, Macte virtute* Lov. 1. *Macte virtute inquit* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 3. 4. 5. Flor. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *Macte virtutis* Lov. 2. Sed, Livium voci *Macte* perpetuo casum sextum junxisse, vidimus ad II. 12. § 14. quamvis etiam alii junxerint casum secundum. Vulgatum vero *Macti* defendit locus, etiam apud lexicographos notus, Plinii Hist. Nat. II. 12. 'Macti ingenio este, cœli interpretes, rerumque naturæ capaces.' Tum *inquit, milites Romani: ecce vestrum iter* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Similiter etiam Gaertn. nisi quod in eo deficiat *τὸ inquit*. Alio ordine *milites Romani, inquit: recte vestrum iter* Lov. 2. *inquit, milites: recte vestrum* Harl. 1. *inquit, milites Romani* desunt in Voss. 2. Lov. 3. et Leid. 1. quorum duo priores præterea legunt *recte nostrum iter:* posterior *recte vestrum iter.* At *inquit, milites Romani. Etenim vestrum iter* edd. vett. ante Aldum. Male. Livius enim omnibus locis, quibus hac formula usum fuisse vidimus ad II. 12. § 14. semper numero singulari dixit 'macte esto,' Plinius autem loc. laud. 'macti este.' *Inquit, milites Romani, acie virtute: ecce vestrum iter* fragm. Hav. a m. pr. in quo *este* emendatur a m. altera.

Iter ac reditum omnia secula laudibus ferent] Ms. *itum.* Sic Suet. in Tiber. c. 26. 'Vota pro itu et reditu suo suscipi passus.' Frequens est in nummis et marmoribus locutio. Vide etiam Nonium in 'Itum.' *Klock. Itum ac reditum* etiam Leid. 2. Ceteri omnes stant pro alia lectione: quare uni aut alteri adsentiri non audeo. Quod autem Klockius locutionem in marmoribus frequentem dicat, verum est; in nummis tamen nondum reperta est. Vox *omnia* deficit in Lov. 3. *Omnia laud. eff. secula* habet Lov. 4. *omnia secula laudibus eff.* Neapol. Latinii. Sed vulgatum satis placet. Supra II. 49. 'Fabius ad cœlum laudibus ferunt.' Mox hoc cap. 'Decium in cœlum ferunt.' IX. 10. 'Eum laudibus ad cœlum ferebant.' VII. 10. 'Miriisque pro concione eam pugnam laudibus tulit.' Adde Cortium ad Plinii Epist. IV. 27. § 2. Male etiam *refert*, pro *ferunt*, Flor.

§ 6 *Ad conspiciendum tantum virtutem, luce ac die opus est*] *Ad consp. tantam virt.* Leid. 2. *ad consp. virt., tantum luce* Leid. 1. Mox, addita voce, *nec vos digni estis, milites, quos, &c.* Leid. 2.

Hic lucem quieti opperiamur] *Quieto opperiamur* Hav. Sed habuimus hoc lib. c. 26. 'Quum stationibus quieti tempus tererent.' I. 26. 'Proximi constitere:' ubi vide. XXII. 19. 'Occultus subsistebat:' ubi etiam alia videri possunt. Præterea *opperiemur* Flor. Lov. 4. et Neapol. Latinii. Similiter centurio ex præsidio revertens inquit V. 55. 'Signifer, statue signum: hic manebimus optime.'

§ 7 *Præmisso nuncio ad consulem in castra, ingenti gaudio concitantur*] Forte *præmisso nuncio ad cons., castra ing. gaudio conc.* J. F. Gron. Gronovii conjecturam probat Lov. 4. Neque multum abit lectio Neapol. Latinii, *ad consulis castra, ingenti gaudio.* Si plures codd. accederent, Gronovio consentirem. Nunc tamen, quum reliqui vulgatum servent, *τὸ in* excl-

Digitized by Google

disse videtur ob vocis præced. literam postremam, ut sæpe factum. Vide ad X. 13. § 3. Paullo ante *atque primum ubi illuxit* Voss. 2. *atque ut primum illuxit* Lov. 5. Harl. 2. Port. et Hav. Ita sæpe variant codd. Vide ad XXIV. 15. § 1.

Incolumes reverti, qui sua corpora] *Quia sua corpora* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Sæpius ita peccasse librarios, ut *qui* et *quia* inter se commutarent, videbimus ad XXXVI. 38. § 5.

Pro se quisque obviam effusi] Hoc quoque tessera data facere jussos arbitror: neque enim injussu consulis licuisset. De usu tesserarum ad varia mandata vide Lipsium de Milit. Rom. V. 9. Adde Livium XXVII. 46. *Duk.*

Singulos universosque servatores suos vocant] Nisi prope et antecessisset, et subsequeretur idem verbi, probarem, quod reperi in Pall. duobus, *singulos universosque serv. suos laudant.* Gebh. Primo sine particula connectente *singulos universos* Flor. et Lov. 4. Deinde *servatores suos laudant* Voss. 2. Lov. 2. in ipso contextu, et Lov. 3. Verum sine dubio, ut jam Gebhardo visum est, id ex præcedenti 'obviam effusi laudant' a librariis repetitum est.

Diis laudes gratesque agunt] Ita omnes codd. ut et edd. principes Rom. 1472. et Parm. At Mediolan. 1480. *laudes gratiasque*, quam lectionem secuti editores servarunt usque ad Aldum, qui iterum *laudes gratesque* restituit. Recte. Vide ad XXIII. 12. § 7.

§ 8 *Hic Decii castrensis triumphus fuit, incedentis per media castra*] *Castrensis fuit tr.* Lov. 2. Tum *incidentis* Leid. 1. quomodo librarii alibi sæpe peccarunt. Vide quæ notantur ad IX. 24. § 10.

Conjectis in eum omnium oculis, et omni honore tribunum consuli æquantibus] *Conj. oc. in eum omnium* Lov. 5. Tum *omnique honore* Lov. 2. *et omnium honore* Lov. 5. Denique *tribunum consilio æquantibus* Leid. 1. et Harl. 1.

§ 9 *Consul classico ad concionem convocat*] *Ad conc. vocat* Lov. 5. Hearnii Oxon. C. et edd. vett. ante Aldum, qui iterum *convocat* revocavit, ut servant reliqui omnes. Verum A. Perizonius ad marginem Livii notavit, erasa præpositione sibi scribendum videri *classico concionem convocat.* Sed manum continuisset, si meminisset eorum quæ Gronovius notavit ad XXVI. 28. § 18. Vide etiam ad II. 56. § 10.

Orumque meritas Decii laudes] Non respiciendum videtur, quod præbent nobis Pall. duo meliores codd. *eorumque merita Decii laudesque.* Gebh. Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte non tantum Gebhardo displicuit, verum etiam Gronovio ad XXVI. 50. § 13. ubi plura vide.

Interfante ipso Decio, distulit concionem] *Interfante ipso Decio* Lov. 3. *interfanto ipso Decio* Leid. 1. *interstante ipso Decio* Leid. 2. *interfando ipso Decio* Lov. 2. et Oxon. C. apud Hearnium, qui testatur se in cod. L. 2. *suadente ipso Decio* inveniesse; quod ex interpretis glossa in contextum receptum videtur. Margini enim adscriptum fuisse puto, Decii interfantis consilium fuisse, ut impediret concionem, eamque in aliud tempus differendam suaderet. Est autem 'interfari' Livio sæpius usurpatum. Supra III. 47. 'Priusquam aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur:' ubi alia exempla notantur.

§ 10 *Auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem*] *Actor* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad Liv. I. 26. § 5. *Auctor omnia posth.* Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. et C. ac Neapol. Latinii: *auctor omnia posthaben-*

Digitized by Google

dum, omissa sequenti voce *dum*, Flor. Præterea *pepulit consulem* Lov. 4. quomodo etiam alibi scribæ errare soliti fuerunt. Vide ad I. 57. § 11. *Compulit* Hearnii Oxon. L. 2. Male. De verbo 'perpellere' vide ad III. 30. § 4.

Et nocturno pavore adtonitos, et circa collem castellatim dissipatos, adgrederetur] *Ac noct. pavore* male Lov. 4. Tum *castellatum* Leid. 2. Vocem *castellatim* illustrat Harduin. ad Plinii XIX. 6. Præterea *adgrederentur* Lov. 4.

Credere etiam aliquos, ad se sequendum emissos, per saltum vagari] Pall. 1. ac 3. *vacare:* lege *vagare*. Aliquoties jam adnotavi, deponentibus istis uti Livium forma seu terminatione agendi amare. Vide Animadversiones nostras ad Propertium. Sic paullo post c. 38. reperi in Pal. 2. *militarem impetum frustrare*. Reperi quoque in Pal. 2. XXVI. 27. *Velut feras bestias per agros vagare*. Sic XXVII. 8. libri omnes præferunt *inaugurare*. Ceterum, quod mireris, Pal. 2. aliquantulum a Sigoniano codice demutat, præferens, *credere etiam al. ad se persequendum amissos per sal. vagare*. Sed fieri potuit, ut hanc lectionem sibi non intellectam pro vitiosa derelictui habuerit Sigonius. 'Amissi' autem milites sunt dimissi atque ablegati. Terent. Heaut. III. 1. 70. 'prius Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium.' Sic Livius IV. 12. 'Legationibus terra marique nequiquam amissis;' ut habet unus e Pall. codd. Mss. *Gebh. Aliquos ad sequendum* Lov. 4. Sed vocula *se* librarii negligentia intercepta est ab initiali syllaba vocis proximæ *sequeretur*. Vide ad XXIX. 21. § 7. *Aliquos ad se persequendum* Hav. quod ex glossemate natum arbitror. 'Sequi' enim hic, ut sæpe alibi, pro persequi, insequi ponitur. Infra XXIX. 32. 'Ala equitum dispersa toto campo quinque hostes sequebatur:' et mox eodem cap. 'Is finis Bocchari sequendi fuit, nec ingredi flumen ausus, nec habere credenti se, jam quoin sequeretur.' XXXVIII. 2. 'Hæc tumultuatio regem, cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos coëgit.' XL. 48. 'Refugientium suorum agmen, post effuse sequentes barbaros conspexit.' XLIV. 43. 'Enm finem sequendi propter difficultatem transitus fore ratus Romanis.' c. 44. 'Dum effuse sequitur hostem.' Curtius IV. 16. 'Instantibus suis impune abeuntem hostem sequi permitteret.' Frontin. I. 6. ex. 2. 'Ut hostes, paucitate contemta, audacius sequerentur.' Nollem deinde *amissos*, quod in nullo meorum inveni, Gebhardo placuisset. Hoc enim sensu 'amittere,' pro dimittere, neque apud Livium, neque apud alios obcurrit. Hinc *per altum* Leid. 2. et Lov. 1. Denique *evagari* Lov. 4. *vacari* Lov. 2. *vacare* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. quod nec ipsum cum Gebhardo in *vagare* mutandum velim. A stilo enim Livii abhorrere videtur, ut deponentia forma activa recipiamus; vide ad I. 17. § 2. quamvis alii ita loqui soliti fuerint. Vide Voss. Gramm. v. 7.

§ 11 *Jussæ legiones arma capere: egressæque castris*] *Jussæ et' legiones* Lov. 2. Tum *arma carpere* Voss. 1. a m. pr. Vide ad VI. 32. § 11. Sed ambo hæc vocabula male omittuntur a librario Leid. 2. Deinde *egressæque a castris* Lov. 4.

Notior jam saltus esset, via patentiore ad hostem ducuntur] *Notior jam salutis esset via, pat.* Voss. 2. *Tò via* deficit in Hav. *via pat. ad viam ducentur* Leid. 1. culpa amanuensis. *Dicuntur*, pro *ducuntur*, Lov. 2. solito errore. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

§ 12 *Incautum improviso adortæ, quum palati passim Samnitium milites*] *Incautum improbo viso adortæ* errans dedit librarius Hav. duplici lectione recepta. De voce *improviso* vide ad VI. 4. § 10. Tum *palati* Lov. 2. *paul-*

Digitized by Google

lati Port. a m. pr. *paullatim* Lov. 5. Male. Vide ad I. 11. § 1. Tum *pastim* deficit in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. ejus loco *passi* præfert Flor. *Possent* Leid. 1. *essent* Lov. 2.

Plerique inermes nec coire in unum] *Ppl'ique inermes*, id est *populique*, Lov. 2. Similitudo ductuum *pl'ique*, id est *plerique*, et *ppl'ique* librario fraudi fuit. Deinde *neque coire in unum* Gaertn. *nec colire in unum* Flor. *nec colligere in unum* Lov. 4. Verum ita dicendum fuisset *nec colligere se in unum*. At æque *coire in unum*, quod reliqui omnes codd. tuentur, ac 'colligere se in unum,' apud Livium obvium est. Vide ad XXVIII. 3. § 9. Nihil itaque mutandum puto.

Nec recipere intra vallum se possent, paventem primum in castra compellunt] Omnes edd. priores præferunt *intra castra compellunt*: neque aliter habent Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Quidam tamen, non forendum existimantes, parvo horum verborum ambitu præpositionem *intra* repeti; partim priori loco dederunt vel *recipere in vallum*, ut præferunt Leid. 1. et Port. vel *recipere inter vallum*, ut Harl. 2. partim posteriori loco *inter castra compellunt*, ut Harl. 1. vel *in castra compellunt*, ut Flor. et Neapol. Latinii, quomodo Jac. Gronovius edidit. Et sane sæpius voces *in* et *intra* a librariis commutatæ fuerunt. Vide hoc lib. c. 11. § 10. 'Compellere in castra,' ut 'compellere in urbem' II. 11. 'Ut non cetera solum ex agris, sed pecus quoque omne in urbem compelleretur.'

§ 13 *Ita magna pars absenti hosti cessit*] *Itaque magna pars* Harl. 2. Port. et Hav. sollemni errore scribarum. Vide ad XXI. 53. § 7. Tum *absenti cessit*, exulante media voce, edd. Mediol. 1480. 1496. et 1505. Veneta 1498. et Ald. in contextu; quarum tamen posterior inter errata, ut et reliquæ, partim vetustiores, partim recentiores, cum omnibus libris scriptis vocem *hosti* tuentur. Paullo ante *Profertur*, loco τοῦ *Perfertur*, Port. Vide ad V. 4. § 12.

Fuere autem ad triginta millia, omnes cæsi] *Ad viginti millia* Lov. 4. Tum *cæsi omnes* Harl. 2. Port. et Hav. In ed. Aldinæ contextu locus ita distinguebatur: *egerat pavor. Fuere autem ad triginta millia omnes cæsi: castra direpta.* Inter errata vero etiam hic error emendatus est.

CAP. XXXVII. § 1 *Consul, advocata concione, P. Decii non captas*] Prima vox non adparet in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *convocata concione* Lov. 2. invitis omnibus aliis. At supra pariter VII. 26. 'Consul, concione advocata, laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat.' IX. 13. 'Prius adloquendos milites ratus, concionem advocari jussit.' XXX. 15. 'In tribunal escendit, et concionem advocari jussit.' XLI. 10. 'Quum, concione advocata, fugam e castris A. Manlii adversis auribus militum jactasset.' Hinc voces *P. Decii* deficiunt in Leid. 2.

Non captas solum ante, sed cumulatas nova virtute laudes peragit] *Non captas modo ante, sed cumul. etiam nova virt.* Harl. 2. Port. et Hav. *sed cumulatas etiam* præfert quoque Gaertn. At sæpe post 'non modo,' 'non solum,' infertur *sed*, pro 'sed etiam.' Supra II. 33. 'Non modo impetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox inrupit.' VI. 2. 'Non aperuit solum incendio viam, sed flammis in castra tendentibus ita consternavit hostes.' VII. 33. 'Quem terrorem non pugnæ solum eventu, sed nocturna profectione confessi sunt.' Vide ad II. 6. § 1. Deinde *laudes pergit* ed. Parm. operarum errore. 'Peragere laudes,' ut 'peragere carmina,' 'postulata,' 'sententiam,' et similia, de quibus vide ad

Digitized by Google

XXXIV. 31. § 19. *Pergam autem, pro peragum*, etiam supra erat in Msto II. 1. § 1.

Aurea corona cum et centum bobus] *Antea corona cum* Gaertn. Sed male. Inter dona enim militaria memorantur coronæ aureæ, quibus vel milites donant imperatorem, vel imperator duces inferioris ordinis ac milites. Vide Livium III. 29. VII. 10. X. 44. XXVI. 48. et alibi. Præterea *centum bubus* Flor. Leid. 1. et Klockian. Vide hoc lib. c. 26. § 10. et mox hoc cap. § seq.

Eximioque uno albo, opimo, auratis cornibus] 'Eximium' sacrificale verbum, 'de hostiis dictum, quæ ad sacrificium destinatæ eximantur e grege.' Auctor Macrob. III. 5. *Sigon.* Etiam Festus in voce 'Eximium:' 'Eximium inde dici cœptum, quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur; vel quod primum erat natum:' ad quem locum viri docti laudarunt verba Donati ad Terent. Hecyr. I. 1. 9. 'Eximia pecora dicuntur, quæ a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. Sed proprie eximii sunt porci majores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Et enim boves, qui ad hoc electi sunt, egregii dicuntur, et oves lectæ.' Eam tamen, quam hic statuit Donatus, differentiam non perpetuam esse, non modo probat hic locus Livii, sed et alius I. 7. 'Bove eximia capta de grege sacrum Herculi factum:' etiam Virgil. Georg. IV. 549. 'Ad delubra venit, monstratas excitat aras: Quatuor eximios præstanti corpore tauros Ducit, et intacta totidem cervice juvencos.' Et quidem Livius innuit, ideo hoc eximio bove Decium donatum a consule esse, ut eum, quod fecit, Marti immolaret; hinc datus est albus, hinc opimus, hinc auratis cornibus; quod, tamquam tironibus notum, pluribus probare abstineo. Male itaque *optimo*, pro *opimo*, præferunt Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVIII. 8. § 9.

§ 2 *Duplici frumento in perpetuum*] Hinc Varroni de Ling. Lat. IV. p. 24. 'duplicarii dicti, quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur, institutum.' *Klock.* Vide ad II. 59. § 11.

In præsentia singulis bobus, binisque tunicis donati] In vetustis codd. legitur *binisque privis tunicis.* Gelen. *Tò privis* abest ab ed. Andreæ Campanique. Pal. 3. legit *singulis bobus, privisque binisque tunicis.* Primus vero assentiens Andreæ editioni *singulis bobus privisque binis tunicis.* Pal. 2. *singulis bobus opimis binisque tunicis donati.* Gelbl. *In præsentia et singulis bobus* fragm. Hav. a m. pr. *in præsentia et singulis bobus opimis* a m. sec. et ita præferunt etiam Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. nisi quod in illis vocula *et* deficiat. Sed importunam hic puto boum 'opimorum' mentionem. Non enim milites eos dono acceperunt, ut, quemadmodum Decius, Marti immolarent, sed ut sibi haberent; quam ob causam Decius, præter unum opimum, similiter centum alios acceperat, qui ab uno illo opimo distinguuntur, licet tamen hos centum boves postea militibus dono dederit. Similiter Valerius Corvus, Gallo interfecto, donatur 'decem bubus' hoc lib. c. 26. et C. Lælius 'triginta bubus' XXVI. 48. ubi 'opimi' epitheton non additum est. *In præsentia singulis bubus* Flor. Leid. 1. Lov. 2. a m. pr. et Klockian. Vide ad § præc. Deinde *prius binisque tunicis* edd. Rom. 1472. et Parm. *privis binisque tunicis* fragm. Hav. a m. pr. *privisque binisque tunicis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. *binisque singulis tunicis* Flor. *binisque tunicis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 2. Gaertn. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. C. At recte

Digitized by Google

Gelenium *binisque privis tunicis* restituisse puto, vocemque *privis*, ut minus obviam ac notam, a librariis omissam esse; quo tamen et Livium alibi usum fuisse, videbimus ad XXI. 18. § 7. Plura de hac voce vide apud Burmann. ad Nason. Metam. IX. 20. et Bentl. ad Hor. Art. Poët. vs. 60. quorum hic ex Festo et Gell. X. 20. ac Gifanius Collect. in Lucret. voc. 'Privus' ex iisdem docent, veteres 'priva' dixisse, quæ nunc 'singula' dicimus: unde intelligi potest, lectionem, quam ex Flor. produximus, ex glossemate natam esse. Eo tamen sensu hic sumi non posse videtur. Quum enim 'binæ,' ergo non 'privæ,' id est singulæ, 'tunicæ' fuerunt: nisi quis 'binis privis tunicis donati' pro binis privi, sive singuli, tunicis donati, accipiendum contendat, qua ratione Lucilius dixit apud Non. Marc. voce 'Priva.' 'Ad coenam adducam, et primum hisce abdomina thenni Advenientibu' priva dabo:' ubi indicat, se singulis, sive unicuique abdomen thynni daturum. Ceteroquin 'binæ privæ tunicæ' sunt binæ propriæ, quas quisque privatim, singulatim acceperit. Nam 'privum proprium uniuscujusque esse,' docet Non. Marcell. in voce 'Privum.' Vide etiam Gifan. loco laud. Denique *donat*, pro *donati*, Lov. 2. *donatis* Flor. ubi ultima litera adhaesit ex principio vocis seq. Vel legendum est *donati sunt*, ut præferebat Lov. 4. a m. pr. Ita enim non raro peccasse librarios, videbimus ad XLV. 17. § 6.

Secundum consulis donationem] *Post consulis donationem* Flor. quæ lectio ex interpretis expositione in contextum recepta est: *secundum* enim pro 'post' apud Livium saepius obcurrit. Vide exempla ad XXIV. 10. § 11.

Gramineam coronam obsidionalem] In vetustis codd. legitur *coronam obsidialem*, quod nihil erat necesse mutare in *obsidionalem*. Gelen. De hac corona Gellius V. 6. itemque de cæteris. *Sigon. Obsidialem* habent Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. 5. Harl. 1. Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. idque monentem Gelenium secutus Frobenius a. 1535. contextui Livii reddidit, quemadmodum exemplo Frobenii plures alii, usque dum Gryph. a. 1554. et a. seqnenti Sigonius alterum *obsidionalem* revocarent. Quid sequendum sit, dubito: ut enim ab 'obsidio' *formatur* 'obsidionalis,' ita ab 'obsidium' formari potest 'obsidialis.' Alibi tamen hac forma vocabulum illud me legere non memini: sed semper apud Valer. Max. Plinium, Festum, Gellium, Aur. Victor. et Ammian. Marcell. exstat 'obsidionalis:' unde etiam hanc lectionem, donec aliunde aliud exemplum proferatur, servandam putavi. Praeterea *legiones gratulantes coronam obsidionalem* legit Hearnii Oxon. C. at junctа utraque lectione *legiones gratulantes gramineam coronam obsidialem* Lov. 5. Quum tamen *gratulantes* ab omnibus aliis exsulet, non recipiendum videtur. Ceterum, coronam obsidionalem fuisse 'gramineam,' tironibus apud nos notum est, ut et factum fuisse ex gramine viridi, fere ex eo loco decerpto, in quo erant conclusi, qui obsidione exemti sunt. De ea late vide Paschal. de Coron. VII. 16. Attamen Aur. Victor ter tribus locis eam 'auream' vocavit in lib. de Vir. Inlustr. c. 17. c. 26. et c. 58. Duobus quidem prioribus locis verba ejus inmutando Aurelium erroris absolvere viri docti conati sunt. Verum, praeterquam quod, eorum emendatione recepta, nondum omnis tollatur vel difficultas, vel error Victoris, potius ipsum Victorem etiam prioribus lapsum fuisse existimo, quoniam certe tertio loco erroris liberari nequeat.

Altera corona, ejusdem honoris index, a praesidio suo imposita est] *Ejusdem honoris index* Gaertn. sollemni errore

Digitized by Google

scribarum ob literarum adfinitatem. Vide ad v. 26. § 6. Tum *a suo præsidio* Harl. 2. *ab suo præsidio* Port. et Hav. qui tres codd. etiam omittunt verbum finale *est*. Præter auream igitur coronam, qua virtutis caussa ab imperatore donatus est, Decius duplicem accepit coronam gramineam obsidionalem, unam a legionibus, alteram a præsidio suo. Id etiam testatur Plinius Hist. Nat. XXII. 5. Corona graminea obsidionali 'quidam imperatores et sæpius donati sunt, veluti P. Decius Mus tribunus militum ab exercitu, altera ab his, qui in præsidio obsessi fuerant:' et Festus voce 'Obsidionalis:' 'Nam et P. Decio datæ duæ sunt: una ab exercitu universo, altera ab iis, qui fuerunt in præsidio obsessi.' Graviter igitur Aur. Viet. peccavit, qui in Viris Inlustr. c. 26. de P. Decio Mure agens, inquit, 'Ob hoc ab exercitu civica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui cives in bello servasset; obsidionali aurea, quæ dabatur ei, qui obsidione cives liberasset, donatus est.' Neque, deletis verbis quæ viri docti glossematis suspecta habent, Victor erroris immunis erit: siquidem Decius ob exercitum servatum non civicam, quæ tantum ob unum civem servatum dabatur, sed obsidionalem accepit. Nam, teste Plinio XXII. 4. 'Graminea numquam, nisi in desperatione suprema, contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta.' Et mox, 'Quod si civicæ honos, uno aliquo ac vel humillimo cive servato, præclarus sacerque habetur, quid tandem existimari debet unius virtute servatus universus exercitus?' In hunc etiam sensum accipienda sunt verba Festi voce 'Obsidionalis:' 'Inter obsidionalem et civicam hoc interest, quod altera singularis signum salutis est, altera diversorum civium servatorum.' Certe ita accepit Paulus Diaconus, secundum quem 'Civica corona singularis salutis signum erat, obsidionalis universorum civium servatorum.' Alteram itaque obsidionalem accepit a suo præsidio, quod ab obsidione hostili exemit; alteram ab universo exercitu, quem, se ac datum præsidium pro omnium salute haud dubio periculo objiciendo, universum servavit. Nam, teste iterum Plinio eodem loco, obsidionalis dabatur non tantum 'liberatis obsidione,' sed etiam 'abominando exitio castris.' Ex his patet, non recte Pighium secutum fuisse errantem ducem Aurel. Vict. quum in Annal. ad a. ODX. p. 304. scribat, Decium ab exercitu per ipsum servato obsidionali graminea corona, et a præsidio suo civica querna donatum fuisse.

§ 8 *Bovem eximium Marti immolavit*] Vocem *Marti* non agnoscunt Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. invitis reliquis, qui eam servant. Meminit et Marti inmolati bovis in hac historia Plinius, verbis mox plenius laudandis. Paullo ante *His decoratis insignibus* Lov. 1. *His decoratus insignis* Lov. 3.

Centum boves militibus dono dedit] Tὸ *dono* abest a Pali. duobus optimis. *Gebh. Militibus dedit*, omissa media voce, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *militibus dona dedit* Leid. 1. quod se etiam in cod. Thuan. a m. pr. invenisse, Gronov. testatur Observ. IV. 14. p. 280. Utraque locutio proba est. Vide quæ notantur ad II. 22. § 6. et IV. 20. § 4. Plurium itaque codd. auctoritate firmatæ lectioni adhæreo. Ceterum secundum Plinium hi centum boves non a consule Cornelio, ut Livius retulit, sed a simul obsessis donati sunt Decio, eosque non militibus, qui secum in expeditione fuerant, dono dedit, sed Marti etiam inmolavit. Ita enim refert XXII. 5. 'Quanta esset ejus honoris' (coronæ obsidionalis) 'auctoritas, confessus religione, siquidem donatus bovem album Marti inmolavit, et

Digitized by Google

centum fulvos, qui ei virtutis causa dati fuerant simul ab obsessis.' Sed in ultimis his verbis mendum latere existimo, quod inspectis integrioribus codd. emendandum est. Cetera verba *mil. dono ded., qui sec. in exp. f. iisdem* non exstant in Harl. 1. culpa librarii, cui repetita vox *militibus* fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11.

Iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt] Singulis singulas. Cujac. Obs. IX. 37. et Gronov. ad Liv. IV. 15. *Duk.* Tota hæc periodus non adparet in edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, ac Venet. 1495. Primum vero obcurrit in ed. Mediol. 1495. et inde in reliquis, præterquam in Venet. 1506. et Ascens. 1410. Eamdem servant etiam omnes scripti, nisi quod, ut modo notavimus, *iisdem* cum multis vocibus præcedd. desit in Harl. 1. et *legiones* in Gaertn. Præterea *contulere* legit Lov. 2. quomodo etiam est in edd. in quibus periodus exstat, usque ad Aldum. Is autem, concinentibus aliis omnibus scriptis, *contulerunt* substituit.

Omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, &c. gerebantur] Tò *ea* deficit in Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. Tum *ingente alacritate* habet Leid. 1. et postea *gerebant* Harl. 2. Lov. 5. Port. et Hav. Vide ad X. 10. § 1.

§ 4 *Tertia pugna ad Suessulam*] 'Suessulani,' ut ex hoc loco patet, Campani erant. *Sigon.* Vide Cluverii Ital. Antiq. l. IV. c. 5. p. 1183. et Cellar. Geogr. Antiq. l. II. c. 9. p. 845. Ceterum *Item alia pugna* præfert Klockian.

Omni robore juventutis domo adcito] Pall. duo optimi *domo accepto*. Gebh. *Omni clamore robore* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *domo accepto* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Alibi voces 'accitus' et 'acceptus' commutantur. Vide ad X. 19. § 1. Paullo ante *fugatus ab M. Valerio* Port. et Hav.

Fortunam experiri statuit. Ab Suessula nuncii trepidi Capuam] Deest hic meo judicio tota narratio Suessulæ a Samnitibus obsessæ. Posset autem sic forte lacuna expleri: *certamine ultimo fortunam inimicæ ejus delendæ urbis experiri statuit.* Klock. Suessulam a Samnitibus hoc tempore obsessam fuisse, ex Livii narratione non constat: eo enim 'sedendo ad Suessulam,' quæ verba hoc capite sequuntur, referenda non videntur. Quin et τὸ 'ultimo certamine experiri' non de obsidione urbis, sed de prælio intelligenda sunt. Eodem sensu 'ultimum dimicationis,' 'ultima dimicatio' apud Livium sæpe obcurrit. VI. 38. 'Principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum.' VIII. 29. 'Discordia tamen prope ad ultimum dimicationis ventum est:' ubi vide. Quod hic 'ultimo certamine fortunam experiri,' brevius 'ultima experiri' Livius dixit III. 2. 'Æquos conscientia contracti culpa periculi ultima audere et experiri cogebat.' Habent vero Lov. 4. et Gaertn. *A Suessula.*

§ 5 *Inde equites citati ad Valerium consulem opem oratum veniunt*] *Inquietes citati* Lov. 2. quod ex non intellecta scriptura, *iñequites* vel *iñ equites*, una transposita litera, profluxit. Male id postea in eo cod. emendatum, ejusque loco, omissa prima voce, margini adscriptum est *equites.* Tum *ad vallum consulem* Leid. 2. et Lov. 1. Verum neque hic compendium *ad Val'i-um* librarii adsecuti sunt. Deinde *opem orantium veniunt* Voss. 1. a m. pr. *opem orantes veniunt* Leid. 2. et Lov. 1. Sæpissime librarii supinum simile corruperunt. Vide ad II. 48. § 4. et ad XXII. 21. § 3. Vide etiam ad hujus cap. § 8. *Opem oratum conveniunt* Hearnii Oxon. L. 2.

§ 6 *Relictisque impedimentis castrorum valido præsidio*] Edd. Tarvis. et Mogunt. *relictis imped.* Lego *relictis imped. castrorumque val. præs.* Klock.

Digitized by Google

Omnes edd. principes præferunt *relictis imped. castrorum val. præs.* Mediolan. deinde 1505. exhibuit *relictisque imped. castrorum cum val. præs.* quæ lectio, si codd. adsentientes haberet, non neglegenda foret. Nam ita etiam Curtius VII. 5. 'Sarcinas et inpedimenta ibi cum præsidio reliquit:' pro eo Ascensius 1513. et 1516. et Mogunt. dederant *relictis imped. castrorum cum val. præs.* Aldus denique id recepit, quod nunc editur. Aldo autem consentiunt omnes scripti. Nescio, quam caussam habuerint viri docti, cur displicuerit inpedimenta castrorum relicta esse valido præsidio. Mihi certe nihil invitis scriptis mutandum videtur.

Nec procul ab hoste locum exiguum] Pall. 1. ac 3. et Campani ed. *locum perexiguum.* Gebh. Quidquid est bonorum codd. *perexiguum.* Cicero in Verrem I. 2. 'Quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguum postularem.' Noster II. 14. 'Pars perexigua, duce amisso, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati sunt.' *J. F. Gron.* Non tantum quidquid est bonorum, verum etiam quidquid est codicum, quos aut ego, aut Oxonii Hearnius consuluimus, *perexiguum* præferunt, nisi quod tota vox in uno meo Lov. 1. perperam omittatur. Infra XLIV. 6. 'Reliquum perexiguum fossa modica valloque claudi poterat.' Cic. in Verr. I. 9. 'Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo tempore.' Tuscul. II. 13. 'Ut omnia præterea, quæ bona corporis et fortunæ putantur, perexigua et minuta videantur.' Cæsar Bell. Gall. V. 15. 'Quum hæ, intermisso perexiguo loci spatio, inter se constitissent.' Bell. Civ. III. 42. 'Omnibus castellis, quod esset frumenti, conquiri jussit. Id erat perexiguum:' et c. 87. 'Perexigua pars illius exercitus superest.' Colum. VI. 30. 'Ut perexigua portione cibi ad justa perducatur.' Similiter composita 'peropportunus' et 'peropportune' sæpius apud Livium obcurrunt. Vide ad X. 45. § 2. et XXIX. 34. § 9. Etiam 'perpaucus.' Vide ad XXXVII. 11. § 3.

Calonumque turba abesset] *Colonumque* Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Lov. 1. a m. pr. et Lov. 3. Hinc *abesse* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. et Harl. 1. *adesset* Lov. 4. Vide ad XXIII. 8. § 11.

§ 7 *Velut haud ulla mora pugnæ futura esset*] Tres codd. Mss. Pall. *mora pugnæ futuræ esset.* Contra vulgatam tuentur antiquæ edd. *Gebh. Velut nulla mora* Lov. 3. *velut haud mora* Lov. 4. Tum *mora pugnæ futuræ esset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. *mora futura pugnæ esset* Gaertn.

§ 8 *Missique ab omni parte exploratum*] *Missisque ab omni parte* Harl. 1. *missi ab omni parte* Port. *missique ab omni parte exploratores* Lov. 2. Vide ad § 5.

Quam in exiguum orbem contracta castra essent] Vet. lib. *quod in exiguum.* Probo. *Sigon.* Produxit e veteri, ut ait, codice Sigonius hanc lectionem *quod in exiguum.* Invenio tamen in Pall. duobus *quamquam in exiguum orbem:* in Pal. 2. *cum in exiguum.* Edd. cascæ habent *quam in exiguum.* Gebh. Lege et distingue: *quam in ex. orbem cont. castra essent, pauc. inde host. colligentes, retulerunt: fremere omnis acies, &c.* Tò *quam*, lectum etiam in vetustis edd. Sigonius mutavit in *quod*, non bene perpensa sententia. Ita enim evolvenda oratio: Ut missi exploratum retulerunt, in quam exiguum orbem essent contracta castra, paucitatem inde hostium colligentes; tum, scilicet, fremere omnis acies. *J. F. Gron.* Sigonii vet. lib. unus consentit Hearnii Oxon. B. sed *quod quam in exiguum* præferunt Lov. 5. a m. sec. et Harl. 2. *quia in exiguum* Klockian. *cum in exiguum* Hav. *quamquam in exiguum* Voss. duo, Leid. 1. Flor. Lov. 1. a m. pr. Lov. 2. 3. 5. a m. pr. Harl. 1.

Digitized by Google

Gaertn. Port. et fragm. Hav. Sed recte Gronovius vulgatum tuetur, quod superest tantum in Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. et Lov. 4. Deinde *contra castra essent* Leid. 1. *contracta essent castra* Harl. 2. Port. et Hav. Mox *paucitatem deinde*, pro *inde*, Lov. 5. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Postea *retulere*, pro *retulerunt*, Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav.

§ 9 *Fremere omnis acies, complendas esse fossas, scindendumque vallum*] *Omnes acies* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. et Hav. At una tantum Samnitium acies, et ea quidem omnis, fremebat. Male etiam *succedendumque vallum* Port. a m. pr. Cæsar Bell. Gall. III. 5. 'Quum vallum scindere, fossasque complere cœpissent.' Tacit. Hist. IV. 28. 'Transrhenanos prælium poscentes ad scindendum vallum ire jubet.' Mox *in castra erumpendum*, pro *irrumpendum*, Lov. 4.

Transactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuissent impetum] Pall. duo meliores, *ni dux continuisset*. Gebh. *Dux continuisset* etiam Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea *transactum ea temeritate* Hav. τὸ *ea* in Voss. 1. a m. sec. tantum adscriptum est.

§ 10 *Commeatibus gravis, et prius sedendo ad Suessulam, et tunc certaminis mora*] *Commeatibus gregariis* perperam Lov. 2. Tum *cedendo ad Suessulam* Leid. 2. De hoc errore librariorum vide ad XXI. 40. § 2. Deinde *et tunc certaminis mora* Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. omnesque excusi vett. *Et cum certaminis mora* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. *et etiam certaminis mora* Lov. 2. *et tunc certaminis mora* demum obcurrit in ed. Froben. 1531. atque inde in reliquis. Verum quum ita nullus codicum præferat, priorem scripturam tum revocandam censui. Mox *procul a rerum*, pro *ab rerum*, Gaertn.

Dum inclusus paveret hostis, frumentatum per agros militem duci] Pall. iterum duo *in agros*. Pessime autem edidit Campanus *dum inclusus maneret hostis*. Gebh. *Dum inclusus maneret hostis* Lov. 4. et Neapol. Latinii. Et ita non tantum Campanus, ut Gebhardus docet, sed et plures alii ediderunt: *paveret* enim erat in edd. Rom. 1472. et Parm. inde vero primum vidi in ed. Mediol. 1505. hinc in Aldina, et postea, excepta Paris. 1529. in reliquis recentioribus. Deinde *frumentatum in agrum* fragm. Hav. et Voss. 2. a m. pr. *frumentatum in agros* a m. sec. et ita etiam Lov. 3. et Gaertn. *frumentatum agros* Leid. 1. ubi illud *in* absorptum videtur a præced. vocis litera finali. Vide ad X. 13. § 3. et mox § 13. Alii, in similiter corruptum ced. incidentes, dederunt *frumentatum agris*, quod superest in Lov. 2. *per agros frumentatum* alio ordine habet Lov. 4. Denique *milites duci* fragm. Hav. Sed vide ad cap. 35. § 2.

§ 11 *Interim et Romano, qui expeditus*] *Interimque et Romano* Lov. 2. et Harl. 2. *interim quia et Romano* Voss. duo, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 3. Harl. 1. Port. et Gaertn. *interim quieto Romano* Lov. 4. Tum *qui expeditis* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *qui expeditum* Leid. 2. *qui expeditos* Flor. *qui expeditius* Gaertn.

Geri posset, frumenti secum adtulisset, defutura omnia] *Geri possit* Port. et Hav. Hinc *frumentum secum adtulisset* Lov. 4. *frumenti cum attulisset* Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *frumenti ex commeatu attulisset* Harl. 1. Tandem *et defutura omnia* Leid. 2. Sed vocula *et* perperam repetita est ex ultimis literis proximæ dictionis. Alia exempla vide ad XXXIX. 18. § 8.

§ 12 *Stationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus*] *Stationes infreq., relictis paucis, mil. adh.* Harl. 1. An indoctior librarius nescivit, *pau-*

Digitized by Google

cis adhortatus dici pro paucis verbis? Vide Sanctii Minerv. IV. 4. de elips. nomin. in voce 'Verba.' Præterea vox *milites* non adparet in Gaertn. Mox *ad castra expugnanda*, pro *oppugnanda*, fragm. Hav. Vide ad XXI. 57. § 6.

§ 13 *Quæ quum primo clamore atque impetu cepisset*] *Quæ quum prima clamore* Lov. 1. a m. pr. quod recte a m. altera emendatum est. Vide ad VI. 4. § 1. *Primore clamore* Lov. 5. a m. pr.

Pluribus hostium in tentoriis suis, quam in portis] *In centuriis suis* Port. a m. pr. Deinde *quam portis* Gaertn. Male. Solet enim Livius in similibus locutionibus præpositionem *in* repetere. Vide ad IV. 58. § 4. Intercepta autem illa hic erat ab ultima litera vocis præced. Vide paullo ante ad § 10.

Relictisque duabus legionibus custodiæ et præsidii caussa] Quis umquam audivit, castris præsidio relictas integras duas legiones, hoc est, integrum consularem exercitum, ut ostendit VIII. 8. alibique appellat? Ergo Valerius solus abiit, nudatus omni suo exercitu? Profecto vitiosum. Supra c. 25. in tumultu Gallico ipsi urbi Romanæ tantum duæ legiones præponuntur. Et XXII. 40. in tanto rerum tumore, tamque abundanti exercitu in castris minoribus ad Geronium tantum dicuntur fuisse una legio et duo millia sociorum. Immo toti Hispaniæ cis Iberum Scipio, aggressurus Novam Carthaginem, reliquit ad præsidium regionis ejus M. Silanum cum tribus millibus peditum et trecentis equitibus XXVI. 42. Nec hic itaque nec uspiam de duabus legionibus somniatum: ut omnino corrupta hæc sint, proque iis substituendum censeam vel *relictisque duabus cohortibus;* ut VI. 24. 'Aliquot validas cohortes in castris reliquerant:' vel *relictisque duobus millibus;* ut XXXVII. 39. 'Et duo millia militum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant, præsidii relicti sunt castris.' XXIV. 19. 'Marcellus duobus militum millibus Nolæ in præsidio relictis.' *Jac. Gron.* In uno Lov. 1. scriptum erat. a m. pr. *relictisque duobus custodiæ et præsidii caussa.* Sed pro *duobus m.* sec. emendatum erat *duabus.* Etiam conjunctio *que* non comparet in Port. quemadmodum nec mox *τὸ edicto* in Gaertn. ita tamen, ut lacuna in Msto relicta fuerit.

§ 14 *Quum præmissus eques velut indagine dissipatos Samnites ageret*] Livius hic 'indaginem' pro 'formidine' posuisse videtur Ulitio ad Nemes. Cyneg. vs. 308. Vix puto. Non dicit Ulitius, quomodo ordinanda sint verba; sed si conjungi voluit *indagine dissipatos*, non probo illius sententiam: nam 'indagine' et 'formidine,' non dissipantur, sed claudantur feræ, ut evadere non possint. Mihi ordo esse videtur, *velut indagine ageret Samnites dissipatos:* in quibus hic sensus est: quum eques præmissus Samnites dissipatos, et, ut paullo superius dixerat, per agros palatos circumvenisset, et velut indagine clausos ac circumdatos ageret. *Duk. Velut in indagine* fragm. Hav. *velut indigne* Leid. 2. Sed male. 'Indago' dici creditur series retium et plagarum, qua venantes circumdant silvas. Vide Duker. ad Flori III. 6. § 11. et quos ibi laudavit: 'indago' autem non tantum retibus, cassibus, et plagis, sed etiam formidine constabat. Per illam autem intelliguntur innexæ indagini variarum avium pennæ plumæque, quæ formidinem injiciant feris, et efficiant, ne propius accedere audeant, aut transcendere, vel alio modo evadere conentur. Vide Titium et Barthium ad Gratii Cyneg. vs. 75. et quos eo loco Barthius laudavit. Pro tali autem formidine Livium hic voce *indagine* usum esse, existimat Ulitius ad Nemes. Cyneg.

Digitized by Google

vs. 368. quem recte refellit Dukerus. Ceterum *agerent* habet Hearnii Oxon. B. Ita *eques* hic more conlectivorum verbum plurale adscisceret. Vide ad VIII. 38. § 4. Omnes autem reliqui codd. vulgatum tuentur. In verbis seqq. *stragem*, pro *cædem*, præfert Lov. 4.

§ 15 *Neque quo signo coirent inter se*] *Neque quo signo coire inter se* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. ut *coire* pendeat ex sequenti verbo 'poterant,' et *neque quo signo* ponatur pro 'neque aliquo signo.' Potius tamen videtur, ut duæ ultimæ literæ *τοῦ coirent* interceptæ sint a primis vocis seq. Attamen non modo eamdem lectionem præferunt etiam edd. princ. verum insuper legunt *neque signa coire inter se*. Sed ibi *quo* interceptum est a præced. vocis syllaba finali. Aldus primus edidit *neque quo signo coire*. Frobenius deinde 1531. *neque quo signo coirent*: quod servant reliqui scripti. Mox *ad longiorem intendēt fugam* Gaertn.

§ 16 *Ad quadraginta millia scutorum, nequaquam tot cæsis*] Tres ultimas voces puto esse a glossatoris manu. *Klock.* Easdem ego puto esse a Livii manu. Nisi enim Livius illas addidisset, ex tot millibus scutorum ad consulem delatis æque colligi posset ingentem eamdem factam esse, quam plurimum fugæ ac formidinis fuisse. Nunc vero, quum monuerit Livius, nequaquam tot cæsos esse quot scuta delata siat, constat Samnites tanta trepidatione ac formidine fugisse, ut passim arma abjecerint, ne eorum onere pressi tardius fugerent, et in fuga a victoribus interciperentur. Ceterum præpositio *ad* deficit in Voss. 2. et Lov. 2. qua tamen hic innuit Livius, non quadraginta millia numero, sed circiter tot ad consulem delata esse, quomodo etiam mox 'ad centum septuaginta' dicit. Vide ad X. 46. § 5. *A quadr. millibus scut.* Gaertn. Præterea *nequamquam* Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 26. § 8. Paullo ante *fugæ ut fortitudinis fuit*, pro *ac formidinis*, inscite Gaertn.

Signa militaria cum iis, quæ in castris capta erant, ad centum septuaginta ad consulem deferrentur] *Signa milit. cunctis, quæ in castris* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. qui error ex literarum similitudine natus est. Præterea *quæ in castris sept. capta erant* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *ad centum LXXX.* iterum fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. B. *ad centum septuaginta milia* Voss. a m. pr.

§ 17 *Tum in castra hostium reditum*] *Cum intra castra host. red.* Gaertn. *Cum* et *tum* sæpissime commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem: similiter etiam *in* et *intra*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 10. Deinde *hostium* deficit in Voss. 2. *reditum* in Leid. 2. et Lov. 1.

Ibique omnis præda militi data. Hujus certaminis fortuna] Perperam Flor. præfert *ibique omnis præda militi dat. ad hujus cert. fortunam*.

CAP. XXXVIII. § 1 *Faliscos, quum in induciis essent, fœdus petere ab senatu coëgit*] Omittunt Pall. duo *in*: ut et fine cap. hujus, *iisdem oppidis et anno post præsidia hibernatura*. Gebh. Duo Pall. et Voss. uterque omittunt præpositionem *in*. Ambigo, an fuerit *quum inducias exissent*: ut I. 42. 'Bellum cum Veientibus (jam enim induciæ exierant) aliisque Etruscis est sumptum.' Nec ignoro, isto modo loqui Livium IX. 9. 'Interea in induciis res fuisset.' Et potuit vocis insequentis prima syllaba particulam haurire. Meliores codd. aliquando forte non explicabunt. Qui si constanter illud servent, me libente hæc conjectura in spongiam incumbet. *J. F. Gron. Quum induciis essent*, omissa præpositione *in*, præter codd. Gronovio laudatos, præferunt etiam Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. et Hav.

Digitized by Google

quæ lectio ansam dedit Gronovio conjiciendi, legendum esse *quum inducie exiesent*. Eo modo sæpius Livium locutum esse, non ignoro. Ita IV. 30. 'Inducie inde, non pax facta: quarum et dies exierat, et ante diem rebellaverant.' XXX. 25. 'Necdum induciarum dies exierat.' XLII. 47. 'Si induciarum dies exisset.' Similiter 'dies censuræ exire' dicitur IX. 34. 'dies stipendii exire' dicitur XXII. 33. et annus dicitur 'esse in exitu.' Vide ad XXXV. 41. § 1. Hic tamen nihil mutandum puto, et potius dicendum est, id quod dici posse etiam Gronovius vidit, in codd. illis, a quibus præpositio *in* exulat, eam interceptam esse a voca seq. syllaba initiali, quomodo etiam peccatum est IX. 9. § 13. ubi alia vide. Cur ita existimem, prima hæc causa est, quod plures, et inter eos optimi codd. vulgatum servent. Deinde quod Livius, ut hoc loco 'esse in induciis,' ita sæpe dixerit 'esse in pace;' de quo vide ad V. 4. § 13. 'esse in victoria,' 'lætitia,' 'supplicationibus,' 'gratulationibus,' 'seditione,' 'terrore,' 'tumultu,' &c. de quibus dicam ad VIII. 33. § 20. Denique quia induciæ Faliscis concessæ nequaquam exierant. Nam, ut Livius narravit c. 22. Falisci 'in quadraginta annos impetraverunt inducias.' Earum autem nunc vix octo elapsi erant anni. Ut autem hoc loco induciæ in pacem mutantur, ita contra Æqui, 'fœdus ab senatu quum petissent, inducias annorum octo impetraverunt' IV. 22. Ceterum *in indiciis* habet Leid. 1. *in iudiciis* Lov. 5. a m. pr. solito errore scribarum; quos pari ratione lapsos esse, vidimus II. 64. § 8. IV. 43. § 9. et alibi. Præterea *a senatu* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn.

Ab Romano in Peligium vertit bellum] *A Romano* Gaertn. et fragm. Hav. *ab Romanum* Leid. 2. *Tum in Pellinum* Leid. 2. et Lov. 1. *in Pelinum* Voss. 1. et Lov. 5. *in Peliginum* Voss. 2. *impetu lignum* Leid. 1. *in Peligno* Port. a m. pr. *in Peligneo* a m. sec. Male. Vide hoc lib. c. 38. § 15.

§ 2 *Neque ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit*] Vocula *ita* deficit in Harl. 2. quam etiam se abesse malle, ad marginem Livii notavit A. Perizon. Eamdem tamen reliqui omnes codd. tuentur. Deinde *se Italiæ finibus tenuit*, alio ordine, Lov. 4.

Carthaginienses quoque legatos gratulatum Romam misere] Primum vocem per literam *K* scribunt Leid. 1. Lov. 4. et Harl. 1. Et sic semper vocem 'Karthago' exaratam ostentavit optimus Silii Ital. codex Colon. quem secutus Nic. Heinsius ita ubique in Silio edi voluit. Vide quæ notavit ad Silii I. 8. Idem etiam passim in Livio recepi. Præterea plerique codd. cum edd. vett. scribunt *Karthaginenses*, vel *Carthaginenses*, secundo *i* extrito. Sed ex optimis præsertim Flor. Klockian. insuper etiam Port. servant *Carthaginienses*, quomodo edi curavit Froben. 1535. et recte. Vide Gronov. ad XXVIII. 26. § 1. Deinde *legatos gratulatos* Leid. 2. Causam hujus erroris vide ad VI. 3. § 8. Denique *miserunt* Harl. 2. Port. et Hav.

Cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Jovis cella ponerentur] *Cum corona aurea, dono quæ, &c. ponerentur* Lov. 2. Vide ad IV. 20. § 4. Verum recte vulgatam lectionem reliqui omnes defendunt. Deinde *in Capitolio in Jovis capella* Flor. quod stupidi monachi glossema videtur. *In Capitolio in Jovis sella* edd. Rom. 1472. et Parm. quomodo etiam variant scripti V. 50. § 6. *In Capitolio Junonis cella* Lov. 5. Port. et Hav. Junonis cellam in Capitolio fuisse, ad loc. laud. docui. Suspicio autem nasci posset, ideo Karthaginienses coronam ponere voluisse in cella Junonis, quæ Romæ in Capitolio colebatur, quoniam eamdem Junonem præcipuæ reli-

Digitized by Google

gione Karthagine venerarentur. Vide Heindreich de Rep. Karthag. lib. II. sect. 1. c. 4. et doctos interpr. ad Virgil. Æneid. I. 15. Quam tamen in alteram lectionem et plures et meliores codd. inspirent, et Karthaginienses, coronam in Capitolio ponentes, id honoris Romanorum causa fecerint, eam potius in cella istius numinis, quod a Romanis, quam quod in patria sua maxima religione colebatur, dedicasse videntur.

Fuit pondo viginti quinque] ℔, pro *pondo*, est in Klockian. per compendium, quod non intelligentes alia dederunt. *Fuit pro viginti quinque* est in Leid. 1. utramque lectionem jungens *fuit ℔ pondo viginti quinque* dedit scriba Lov. 5. et *fuit proinde viginti quinque* Harl. 1. Sed vocem *pondo* omittit Lov. 3.

§ 3 *Consules ambo de Samnitibus triumpharunt*] Pall. duo *triumphare*. Gebhard. Similiter præferunt etiam Voss. 2. et Lov. 3.

Sequente Decio insigni cum laude domique] *Sequente dono* Gaertn. Tum *insigni cum clade* Hav. Mox *condito joco*, pro *incondito*, Lov. 5. Sed primam syllabam in elisit litera finalis m vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Supra IV. 53. 'Alternis inconditi versus militari licentia jactati:' ubi vide.

§ 4 *Campanorum deinde Suessanorumque*] Legendum *Suessulanorum*, a 'Suessula,' ad quam pugnatum est: non a 'Suessa,' quod alia quam 'Suessula' sit. *Sigon.* Satis probabilis est Sigonii conjectura, licet codd. in alia omnia abeant, nullusque ei consentiat. Certe rationem, quam Doujatius dedit, cur illa minus placeat, nondum evincit, vulgatam scripturam præferendam esse. Dicit autem Suessulam, ex sua sententia, in Campano agro sitam præsidium cum Capua accepisse; deinde Suessam paullo remotiorem non minus excursionibus Samnitium oportunam fuisse post subactos ab illis Sidicinos. Verum, si Suessulani eodem tempore, quo Campani, præsidium acceperunt, omnino hic cum Sigonio legendum est *Suessulanorumque*. Campanorum enim et vel Suessanorum vel Suessulanorum legati hoc tempore Romam missi erant precatum, ut in urbes suas præsidium in hiberna mitteretur. Præterea si Suessani demum Samnitium excursionibus oportuni fuerint subactis Sidicinis, inde nunc adhuc immunes, aut certe illis minus expositi erant. Nam victi quidem antea fuisse narrantur, sed non subacti; unde, ad opulentiorum auxilium confugientes, Campanis sese conjunxisse dicuntur c. 29. Infra etiam VIII. 1. Samnites belli jus a Romanis adversus Sidicinos petierunt. Ceterum *Suessariorumque* præfert Voss. 2. litera n in ri dissoluta, ut sæpe alibi factum. Vide ad III. 30. § 3. Sed conjunctio *que* deficit in Gaertn. contra *Campanorumque deinde atque Suessanorum* præfert Lov. 4. *Campanorumque deinde Suessanorumque* ed. Parm.

Precantibus datum, ut præsidium in hiberna mitteretur] Legendum *precantibusque datum*. Gelen. Voculam *que* a Gelenio additam non agnoscunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Hav. quorum ultimus etiam *ei in hiberna* præfert. Tum *in hibernia* Leid. 1. Lov. 5. et Port. Paullo post *excursiones arcerent*, pro *arcerentur*, Leid. 1. Vide ad X. 10. § 1. et mox § seq.

§ 5 *Jam tum minime salubris militari disciplinæ Capua*] Hoc dictum est propter hyberna Annibalia, cujus Capuæ corruptus exercitus est. *Sigon. Militari disciplina* Voss. 1. Lov. 1. 5. Port. et Hearnii Oxon. C. *minime salubris militaris disciplinæ* Lov. 4. Male. Supra II. 3. 'Leges rem surdam inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti.'

Instrumento omnium voluptatum delinitos militum animos avertit] *Instrumentum omnium volupt.* Voss. 2. et

Digitized by Google

Leid. 2. *instrumento omnium voluntatum* Hav. sollemni errore. Vide ad v. 6. § 3. *Instrumento omnium voluptatium* ex duobus Pall. scribendum esse, visum est Gebhardo ad II. 14, § 9. quomodo præfert etiam Flor. Eodem ducunt vestigia cod. Leid. 1. in quo est *omnium voluptium*, ut et Gaertn. *voluntarium* præferentis. Ita *necessitatium* a m. pr. est in optimo Flor. IX. 8. § 4. *difficultatium* in eodem cod. IX. 31. § 14. *simultatium* in optimis codd. IX. 38. § 12. *civitatium* passim. Vide ad XXXIII. 20. § 1. TEMPESTATIVM in lapide apud Sponium p. 76. Quin et Voss. Gramm. IV. 14. ad quartum canonem nominum, quæ genitivum pluralem in ium faciunt, refert polysyllaba in *as*, ut 'utilitas,' 'civitas,' 'hereditas.' Optimorum itaque codd. auctoritatem secutus sum. Deinde *delinitum animos* Lov. 1. *delenitum animos* Leid. 2. *delinitum militem Romanum* Lov. 2. *delenitum milites animos* Leid. 1. *delenitum militum animos* Voss. 1. *delenitos militum animos* Flor. Lov. 3. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Sæpius voces 'delenitus' et 'delinitus,' ut et 'delenimentum' ac 'delinimentum' in Mss. commutari, et tum 'delenitus' ac 'delenimentum' recipiendum esse, ubi placandi, mitigandi significatio requiritur, dictum est ad v. 31. § 1. contra vero 'delinitus' et 'delinimentum' præferendum esse, ubi oblinendi atque imbuendi sensum habet. Vide ad XXXIX. 11. § 2. Jam vero, utra lectio hic probanda sit, *delinitos*, an *delenitos*, ambiguum videtur. Si instrumentum voluptatium consideratur tamquam venenum quo animi militum imbuti a pristina virtute descivere, atque in vitia præcipitati sunt, *delinitos* servari potest; at si consideratur tamquam res qua eorum ferocitas mitigata atque emollita sit, magis placebit *delenitos*. Similiter apud Lactant. Divin. Instit. 1. 1. 'Quia virtutibus amaritudo inest, vitia vero voluptate condita sunt; illa offensi, hæc deliniti feruntur in præceps:' ita nunc editur, sed non minus incertum puto, *delinitis*, an *delenitis*, legendum sit: prius requirere videtur, quod voluptas tamquam condimentum vitiorum consideretur: posterius obposita vox *offensi*: ut enim amaritudo virtutum homines exasperat, efficit ut virtutes displiceant; ita voluptas vitiorum homines emollit, vitiis eos placatos reddit. Lectoris itaque arbitrio relinquo, quid probare malit. Ego tamen, optimis codd. inhærens, *delenitos* in contextum admisi. *Animos qui vertit* Lov. 5. a m. pr. *animos qui convertit* a m. sec.

Inibanturque consilia in hibernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod, &c.] Hac de re IV. 37. 'Capuam Etruscorum urbem Samnites cepere, prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque, accepti; deinde festo die gravatos somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti.' Idem Strabo lib. v. *Sigon. Inibantque consilia* Gaertn. eodem errore, quo § præc. similiter in uno cod. *arcerent*, pro *arcerentur*, scriptum erat. *Inibantur consilia*, sine particula conjungente, Hav. Deinde *adimendis Campanis Capuæ* Gaertn. *adimendæ Campaniæ Capuæ* Port. Mox *cultoribus antiquis*, transpositis dictionibus, Lov. 2.

§ 6 *Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum*] De præterito dicere licebat, *Neque imm. suum ips. ex. in eos versum*: ita de futuro *versurum*, sed impersonaliter. *Glar. Versum* Leid. 2. *versura* Voss. 2. et Lov. 3. quasi referendum ad præcedens *consilia*. Verum et hoc et illo modo scripsisse videntur librarii, quod non animadverterent, *versurum* hic impersonaliter, ut Glareanus inquit, sive tamquam verbum neutrum vel passivum usurpari. Supra II. 62. 'Omnis ira belli ad populationem agri vertit:' ubi plura vide. *Ex. versurum in eos* alio ordine Hav. Præ-

Digitized by Google

terea *suorum ips. ex.* Leid. 2. Male. Vide hoc lib. c. 40. § 9.

Cur autem potius Campani agrum Italiæ uberrimum] *Cur, aiunt, potius* Lov. 3. Erroris origo fuit similitudo ductuum inter *aut*, id est *autem*, et *ait*, id est *aiunt*. Deinde *Campanũ Italiæ agrum ub.* Leid. 1. *Campani agrum ub. Italiæ* Leid. 2.

Qui nec se nec sua tutari possint, quam victor exercitus haberet] *Qua nec se* Gaertn. Vide ad IX. 20. § 1. Tum *tutari possunt* Leid. 1. Quamvis autem ita alibi etiam inveniatur, obliqua tamen oratio plerumque subjunctivum requirit. Vide Dukerum ad III. 71. § 7. *Tutari possent* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses I. 2. ac C. quomodo dedisse videntur librarii, quia mox sequitur *haberet*. Sed præsenti hic opus est: jam nunc se sua tutari non posse ostendebant Campani, qui non modo se suaque populo Romano dediderunt, sed etiam missis legatis petierunt, ut in urbem suam præsidium in hiberna mitteretur, quo Samnitium excursiones arcerentur. Hinc *exercitus victor habet* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 2. *Exercitus victor haberent* Hav. ut respiciat remotius *Campani*. Sed reliqui stant pro vulgato; quibus credo.

Inde Samnites depulsuri] *Samnites inde dep.* fragm. Hav. *inde Samnites depulissent* Lov. 5. et Gaertn. ut *exercitus* hic coalective sumtum construatur cum verbo plurali. Vide ad III. 28. § 2. Sed hic etiam fidem habeo reliquis codd. qui stant pro recepta lectione. Paullo ante *sudore et sanguine* editi usque ad Frobenium, qui *ac sanguine* reposuit, concinentibus omnibus scriptis.

§ 7 *An æquum esse, dediticios suos illa fertilitate atque amœnitate perfrui*] Campani editio, *An jam æquum esse*. Gebh. Similiter scriptum exstat in Lov. 5. Neque multum abit Flor. in quo librarius per errorem dedit *ani æquum esse*. Sed voculam *jam*, invitis reliquis membranis, non puto recipiendam. Deinde *illa felicitate* Harl. 2. Quod non displiceret, si plures codd. accederent. 'Felix' enim interdum est fertilis, fructum ferens. Supra v. 24. 'Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.' Ovidius Fast. IV. 671. 'felicior annus Provenit, et fructum terra pecusque ferunt:' ita enim Nic. Heinsius, pro *fœcundior annus*, ex multis codd. recepit. Contra 'infelices arbores' vocantur, 'quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt,' teste Plinio XVI. 26. et XXIV. 9. Virgil. Georg. I. 154. 'Infelix lolium et steriles dominantur avenæ:' ubi Servius notat, 'Infelix lolium, infœcundum. Contra Georg. II. 188. 'Felicemque trahit limum:'' quem etiam vide ad Ecl. v. vs. 37. ubi idem versus obcurrit. Lectioni huic firmandæ illud etiam conducere potest, quod Campaniam 'Felicis' cognomine adpellet Plinius Hist. Nat. III. 5. 'Hinc felix illa Campania est.' Attamen unius istius cod. fides levior est, quam ut eum tuto sequi possim. Præterea *atque utilitate* Hearnii Oxoniensis C. Verum, præterquam quod ceteri Mss. in alteram lectionem consipirent, sub fertilitate Campaniæ jam comprehensa erat ejus utilitas. Quare et hic vulgatam lectionem sequi præstat. Non tantum enim 'fertilitas,' sed et 'amœnitas' Campaniæ passim laudatur: 'Omnium non modo Italia, sed tote orbe terrarum, pulcherrima plaga' vocatur apud Florum I. 16. § 3.

In pestilenti atque aride . . . luctari] *In pestilentia* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quæ lectio licet sua Venere non careat, et in quasvis mutationes admittendas proniori placere possit, mihi tamen ultima litera voci *pesti-*

Digitized by Google

lentia ex initio sequentis adrepsisse videtur. Vide ad XL. 7. § 8. Quin et præfero unius Flor. lectionem *in pestilente*. Quamvis enim non adverser Vossio Gramm. IV. 12. ubi partim refellit Verrium Flaccum apud Charis. lib. I. p. 101. partim Servium ad Virg. Æn. II. 610. quorum ille nomina in *us* desinentia ablativum dirigere in *e* docet; hic inter participia et nomina distinguit, et participia ablativum in *i* et in *e* formare, nominum vero ablativum tantummodo in *e* exire docet: illi igitur hos refellenti quamvis non adverser, altera tamen terminatio, quam obfert codex præstantissimus, vel ipso Vossio teste, magis frequens est. Deinde *baccari*, pro *luctari*, habet Port. in margine. Quo quid indicare voluerit, qui lectionis ejus auctor fuit, non intelligo. Verbo *luctari* indicatur difficultas, qua laborabant agri Romani cultores, ut in morbida ac sterili regione victum compararent. Ita 'cum finitimis luctantur,' qui difficile bellum cum iis gerunt, et se vix tuentur. Florus in Præfat. 'Circum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus est.' II. 1. 'Prope quingentis annis domi luctatus est.' Similiter vero, ut hoc loco, Plinius XVIII. 5. 'Malus est ager, cum quo dominus luctatur.'

Aut in urbe insidentem tabem crescentis in dies fœnoris pati] Vet. lib. *tabem*. Sigon. *Insedentem* Flor. Vide ad IX. 2. § 3. Deinde *labem crescentis, &c. Hæc agitata* inertia librarii desunt in Leid. 1. *labem* in uno Oxoniensi C. superesse notans Hearnius, reliquos codd. lectionem Sigonii *tabem* probare, tacitus agnovisse videtur. Variant etiam nostri. Nam *labem* servant Voss. 2. Lov. 2. 3. Flor. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. Eam vocem omittit Lov. 4. Alii omnes præferant *tabem*, nisi quod paullum aberrans librarius Hav. *talem* dederit. Quamvis vero *labem* tueantur optimi codd. alterum tamen non displicet. Ita II. 23. 'Æs alienum fecisse: id cumulatum usuris primo se agro paterno avitoque exuisse, postremo velut tabem pervenisse ad corpus.' Vide viros doctos ad Petron. Satyr. c. 119. p. 564. ubi etiam hanc scripturam probarunt. Solent autem voces 'labes' et 'tabes' in Mss. commutari. Vide ad XXXIX. 9. § 1. Præterea *crescentis in diem fœnoris* Voss. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Ita etiam in contextu edidit Aldus, qui postea inter errata *in dies* reponendum monuit. Vide ad XXI. 11. § 11.

§ 8 *C. Marcius Rutilus*] Adjiciendum *quartum*: fuit enim consul annis CCCXCVIII. CDIII. CDXI. atque hoc anno. Quare temere hic quidam pro *quartum* posuerunt *tertium*; quod etiam ante admonuimus. *Glar.* Loco *C.* prænominis *cum* scriptum est in Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad IV. 52. § 4. *Claudius*, ut fere semper, habent vett. edd. Tum *Manlius*, pro *Marcius*, Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *Tullius* Leid. 2. *Tulius* Lov. 1. *Rutulius* Harl. 1. *Rutilius* Voss. duo, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et editi ante Sigonium. Vide hoc lib. ad c. 17. § 6. Ceterum necesse non est, ut Marcio huic quater adepti consulatus nota cum Glareano adjiciatur. Non modo enim numerum repetiti honoris addere Livius sæpius omisit, verum etiam id præsertim hoc loco fieri non debebat, quoniam mox additur 'quippe qui jam quartum consul esset.'

Cui Campania sorte provincia evenerat] *Cui Campana sorte provincia evenerat* Gaertn. *cui Camp. forte provincia evenerat* Voss. 2. Vide ad XXXVIII. 40. § 13. *Cui Camp. sorte ev. prov.* Harl. 2. Port. et Hav. *cui Camp. sorte venerat prov.* Lov. 3. Male. Vide ad V. 12. § 6.

Q. Servilio collega ad urbem relicto] Adjiciendum *III.* quippe qui prius bis fuit, a. CCCXC. et CCCXCIII. Nisi

Digitized by Google

quis intra tam paucos annos alium esse contendat, aut prænominibus variatum. *Glar.* Alium esse contendit Pighius in Annal. ad a. CDXI. p. 305. Putat autem Servilii bis consulis et dictatoris filium fuisse, qui magister equitum memoratus erat c. 22.

§ 9 *Quum omnia ea, sicut gesta erant*] Tò *ea* deest in Leid. 2. Harl. 2. et edd. vett. Frobenius demum addidit a. 1535. *Quum omnia, quæ sic gesta erant* præfert Lov. 2.

Per tribunos comperta et ætate haberet, et usu doctus] Vet. lib. *comperta haberet, et ætate et usu doctus.* Sigon. Voces *et ætate* desunt in Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Reliqui, exceptis Flor. Leid. 1. Lov. 4. et Klockian. ordinem mutanti Sigonio favent. Flor. autem a manu admodum recenti interpolatus male præfert *per trib. comperta et ætatem hab., et usu doctus.* Præterea *aperta haberet* Harl. 2. et Hav. *Itaque quum omnia ea, sicut gesta, erant per tribunos comperta, erat et ætate et usu doctus* perperam ostentat Gaertn. Deinde *usu ductus* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 27. § 4.

Quippe qui jam quartum consul esset] *Quippe quum jam* edd. Rom. a. 1472. et Parm. *qui* et *quum*, sive *cum*, etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad VIII. 33. § 15. Tum *quarto consul* eædem edd. cum codd. Lov. 2. et Port. *quartus consul* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 3. 5. et Gaertn. *quater consul* fragm. Hav. quæ varietas ex notæ numeralis expositione prognata est. Mox *dictatorque ac censor* Lov. 3.

Optimum ratus, differendo spem] *Optumum ratus* Harl. 1. Vide ad III. 17. § 5. Tum *transferendo spem* Gaertn. In verbis seqq. *quandocumque vellet* quædam ex vett. edd. Sed refertur ad milites. Deinde *exsequendi consilii* trajectis vocabulis Lov. 2.

Militarem impetum frustrari, rumorum dissipat, in iisdem oppidis] *Frustrare* se in Pal. 2. invenisse, monuit Gebhard. hoc lib. ad c. 36. § 10. quam eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 5. Harl. utroque, Port. Hav. ut et Hearnio in Oxon. B. et C. Neque aliter edd. Romana princeps, Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. et Tarvis. utraque. Eodem ducunt etiam lectiones, quæ obcurrunt in Flor. et Lov. 2. quorum prior imperitius divisis vocibus præfert *militari impetum frustra rerum eorum*, posterior *militarem impetum frustraretur*, omissa voce *rumorem*. Quamvis autem, hoc verbo eadem forma quam alioe, tum etiam Cæsarem usum fuisse, Vossius observet Gramm. v. 7. Livium tamen aut raro aut numquam verba deponentia forma activa adhibuisse, dictum est ad I. 17. § 2. Præterea monuit etiam Gebhardus hoc cap. ad § 1. præpositionem *in* deesse in duobus Pall. quæ eadem etiam deest in Port. Neque adparet in multis quoque aliis codd. ita tamen ut ejusdem manifesta servent vestigia. Nam *dissipatim hiisdem oppidis* Flor. habet: *dissipatum iisdem oppidis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Contra, duplici scriptura servata, *dissipatum in iisdem oppidis* Gaertn. At reliqui omnes præpositionem expresse tuentur, quam etiam servandam puto. Ab omnibus secedens Hav. solus præfert *dissipavit, in iisdem oppidis.*

Et anno post præsidia hibernatura] Vocula *et* non conspiciebatur in Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensi B. Tum *anno poste* Voss. 1. in contextu, pro quo in margine emendatum est *anno postero*. Eadem autem hæc lectio etiam superest in Leid. 2. et Lov. 1. ‘ Posterus annus ’ est sequens. Cic. in Verr. II. 56. ‘ Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat :’ in fragm. Orat. pro C. Cornelio : ‘ Itaque auspicato postero anno decem tribuni plebis comitiis curiatis creati sunt.’ Pro Cluent. c. 13. ‘ Quum

Digitized by Google

esset adolescens apud mulierculam quamdam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem posterum commoraretur.' Contra 'annus prior' est annus præcedens. Liv. IV. 13. 'Undique primores Patrum et prioris anni consules increparent:' ubi alia vide. An tamen horum codd. auctoritas satis idonea sit ad lectionem receptam mutandam, est quod dubitem.

§ 10 *Divisa enim erunt*] *Divisa jam erunt* Harl. 2. et Port. Mox *omnem. Eo tax.*, *ex. Sann. hab.*, *ex.* desunt in Harl. 1. neglegentia librarii, cui repetitio vocis *exercitum* fraudi exstitit. Vide ad IX. 11. § 11.

CAP. XXXIX. § 1 *Consul, educto in æstiva milite, dum quietos Samnites habebat*] *Consule ducto*, male divisis vocibus, Gaertn. *Consul edicto in æstiva milite* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIX. 15. § 11. Deinde *quietos Samnites habebat* fragm. Hav. a m. pr. *quieto Samnites habebat* Hav. Sed ultima litera *τοῦ quietos* intercepta est a prima seq. quod in litera sibilante sæpissime accidit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Vocem autem *habebat* Lov. 1. transfert post vocem *purgare*.

Exercitum purgare missionibus turbulentissimorum hominum instituit] Ad normam plane veritatis exacta est vulgata hæc lectio. Sed cur Pall. omnes *purgare remissionibus*? Lib. XXIV. cap. 29. 'Legatio peropportuna ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam.' Et ibidem: 'Hi sentinam quamdam urbis rati exhaustam.' *Gebh. Exercitum pugnare* Lov. 5. a m. pr. et Klockian. Tum *remissionibus* Voss. 1. a m. sec. inter versus, Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Sed primam syllabam *re* male librarii ex fine vocis præced. repetierunt; de quo vide ad XXXVII. 41. § 5. Voces *turbulentorum hominum* desunt in Port. sola *hominum* in Lov. 5. *τὸ instituit* etiam non nisi in margine adscriptum habet Port.

Aliis emerita dicendo stipendia esse] Duæ priores voces desunt in Port. quarum secunda margini adscripta est, sed alio ordine. Præfert enim *dicendo stipendia emerita esse*. Ordinem etiam mutat Hav. hoc modo, *dicendo stipendia aliis emerita esse*.

Alios graves jam ætate esse] *Esse* redundat. *Gelen.* Verum *esse* in uno tantum apud me Harl. 2. conspicitur. Reliqui omnes omittunt. Mox autem præcessit.

Aut viribus parum validis] Pall. tres, et editi quoque *validos*. Gebh. *Viribus parum validis* Gruterus ediderat, idque D. Heinsius apud Elsevir. servavit; sed recte Gronovius mutavit. Omnes enim mei præferunt *validos*, nisi quod *viribus parum elatos* sit in Klockian. Male. Supra I. 48. 'Multo et ætate et viribus validior, medium arripit Servium.' Similiter, alia tamen constructione, Tacit. Hist. II. 19. 'Quod colemiam, virium et opum validam, robur ac sedem bello legisset.' Ita 'corpore validus' Liv. VIII. 8. 'Romanus corpore haud quaquam satis validus.' Tacit. Ann. III. 33. 'Gnarum militiæ, corpore validum, et bello suffecturum.' Hist. I. 57. 'Ut quisque corpore, opibus, ingenio validus:' 'ingenio validus' Ann. II. 88. 'Ut quisque amore in Germanicum aut ingenio validus.' Etiam Sall. in Jug. c. 6. 'Pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus:' ubi vide Wasse. Similem errorem etiam a Frobenio commissum esse, mox infra videbimus hoc cap. § 8.

§ 2 *Deinde et cohortes quædam, quia procul ab domo ac rebus*] *Deinde cohortes*, omissa voce media, Leid. 2. et Lov. 4. *deinde in cohortes* Hav. Tum *quia procul a domo* Port. Gaertn. et Hav. *quia ab domo*, neglecto *τῷ procul*, Lov. 4. Alibi Livium *procul* cum hac præpositione *ab* construxisse, quamvis etiam sæpe præpositionem omittat, videbimus ad XXIV. 28. § 1. Tum *ab domo et rebus* edd. vett. Sed *ac rebus* primus substituit Fre-

Digitized by Google

ben. 1535. concinentibus scriptis omnibus.

Per speciem militarium usuum magna pars ablegati] Lego addendo *Per speciem etiam miliarium usuum, quum alii alio mitterentur, ablegati.* Attestantur Mss. codd. *Gelen.* Unus Harl. 2. præter τὸ *etiam* a Gelenio interpositum, reliquas voces ab eo additas *quum alii alio mitterentur* omittit; quæ tamen in ceteris omnibus constanter supersunt non modo, sed et τὰ *magna pars*, (quæ utrum expuncta Gelenius voluerit, an tantum omiserit, quod ad institutum non faciebant, incertum est,) similiter retinent. De locutione, 'magna pars ablegati,' videbimus ad Livii XXVII. 1. § 12. Præterea *quum alii duo mitterentur* Lov. 4. qui idem codex etiam præfert *obligati;* sed Gaertn. *allegati.* Vide ad IV. 58. § 12.

§ 3 *Quam multitudinem consul alter Romæ prætorque, alias ex aliis fingendo moras, retinebat*] *Aliam mult.* Port. Tum vox *Romæ* deficit in Leid. 2. Deinde *figendo moras* Leid. 1. sollemni scribarum errore, qui etiam alibi 'figere' et 'figere,' sive 'fingere,' commutarunt. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Fast. I. 158. et quæ notavi ad Silii Ital. XV. 85. Eadem verba etiam confunduntur VIII. 18. § 12. Tandem *retinendo*, pro *retinebat*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *Retinebant*, nempe consul alter prætorque, fragm. Hav. a m. pr. primigenia scriptura tanta cura deleta, ut, quid antea scriptum fuerit, nunc intelligi nequeat. Utrumque genus loquendi exemplis ex Livio petitis defendi potest. Et quidem *retinebant* illis, quæ notantur ad I. 31. § 7. *retinebat* illis, quæ dicentur ad XXXVII. 29. § 6. Hinc vulgatæ scripturæ, pro qua stant reliqui codd. adhæreo.

§ 4 *Ignari ludificationis, minime inviti domos revisebant*] *Ignari milites ludif.* media voce margini adscripta, Port. Deinde *minime mitti* Hav. Hinc *domos recusabant* Port. et Hav. Mox verbis seqq. *reverti ad primos*, omissa voce *signa*, Lov. 1. *reverti ad exercitus primos* Leid. 2. *reverti in signa primos* Klockian.

Nec ferme alium, quam qui in Campania hibernassent] *Nec ferme aliquem eorum, qui* Leid. 2. *nec ferme alium quem, quum qui* Lov. 2. Deinde *in Campania hibernassent* idem Lov. 2. cum Port. a m. sec. quomodo dedisse videntur scribæ, quod præcedat *alium.* Sed *hibernassent* probat, quod sequitur 'ex iis.'

Præcipueque ex iis seditionis auctores mitti viderunt] Pall. duo *præcipueque ab iis.* Gebh. *Præcipueque ex iis seditionibus* Hav. De quo errore vide ad XXII. 8. § 7. Deinde *viderant* Lov. 2. et Port. *viderent* Hav.

§ 5 *Jam quæstiones, jam judicia, jam occulta singulorum supplicia*] Quid aliud quæstio, quam capitis judicium? Recte Flor. et optimi quique *jam indicia.* Intellige et insontium, qui aliquid comperissent, et magis proprie illorum, qui, ejusdem culpæ conscii, fide publica data, alios protraherent. Ut 'indicium postulare,' 'indicium profiteri.' Vide Asconium in Divinationem c. 11. *J. F. Gron. Jam indicia* etiam Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. Gaertn. et Klock. quod in contextum recepi, quamvis Doujatius vulgatum servet, quod plus aliquid *judiciorum* nomine significetur, unde major præsentiorque metus. Passim ob ductuum adfinitatem voces 'indicium' et 'iudicium' in Mss. commutantur. Vide ad III. 6. § 5. c. 44. § 10. IV. 10. § 6. V. 10. § 3. c. 11. § 13. VI. 15. § 6. c. 16. § 1. c. 20. § 4. VII. 9. § 9. IX. 7. § 3. X. 11. § 7. XXXIX. 8. § 17. ad Epit. Liv. l. CXXVII. aliisque locis: et adde Nic. Heinsium ac Burmann. ad Nason. Trist. II. 79. et Bynkersh. Observ. I. VI. ubi etiam de 'indicio' eo sensu agit, quo hic sumi debet, de quo et vide ad XLII. 41. § 3. Similiter eti-

Digitized by Google

am commutantur 'index' et 'index,' de quo vide ad v. 26. § 6. quemadmodum etiam 'indicare' et 'iudicare.' Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. Ceterum *quæsitiones* Flor. Dein *jam culta sing. supp.* Leid. 1. pro quo *cuncta* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav.

Inpotensque et crudele consulum ac Patrum in se regnum] *Impudens ac crudele* Lov. 4. *inpotens* et *inpudens* etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIII. Vocula *que* omittebatur quoque in Lov. 2. *ac crudele* autem, pro *et crudele*, præferunt et Harl. 2. et ed. Parmensis. Deinde *crudele consilium* Harl. 2. et editi ante Aldum, qui, concinentibus reliquis scriptis, primus *consulum* restituit. Error ex non intellecta epitome scribendi *conſ.* vel *coss.* natus est. Vide ad XXXVI. 35. § 8.

§ 6 *Hæc, qui in castris erant, occultis sermonibus ferunt*] Hearnius ex aliquot scriptis et edd. adnotat *serunt*. Sine dubio recte dicitur 'serere sermones.' Liv. III. 43. 'Tribunorum creandorum, secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem.' X. 19. XXXIV. 37. et alibi. Sic etiam alii; ex quo sæpe factum esse *ferre*, ostenderunt viri docti ad Silium VIII. 266. quod forsitan et huic loco accidit. Nec tamen magis improbandum puto 'ferre aliquid sermonibus,' quam 'ferre fama;' de quo vide Drakenb. ad Liv. l. IV. c. 5. Adde XXVIII. 40. 'Quum Africam jam P. Scipioni destinari homines fama ferrent.' Eadem ratione dicitur 'præ se ferre:' Cic. pro Arch. c. 11. 'Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed præ nobis ferendum: trahimur omnes laudis studio:' et 'aperte ferre' Liv. XXVIII. 40. 'Et ipse acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adversaretur:' in quibus recte suppleri potest 'verbis,' 'sermonibus.' Adde Guyet. ad Terent. Ad. III. 2. 30. Apertissimus foret locus Livii IV. 5. 'Ferte sermonibus et multiplicate fama bella;' nisi in veteri quodam lexico invenissem, ibi quoque in aliis legi *serite*. Duk. Hæc lectio primum obvia fuit in J. F. Gronovii ed. 1665. quam deinde servarunt omnes recentiores, excepta Doujatiana, quæ dedit *sermonibus serunt*, quemadmodum non modo fuerat in omnibus prioribus excusis, sed Hearne etiam in Oxon. suis L. 2. et B. ego vero in omnibus meis invenimus, nisi quod Lov. 3. præferat *ser.* pro *serunt*, Hav. autem *serebant*. 'Serere aliquid sermone,' ut apud Virgil. Æneid. VI. 166. 'Multa inter sese vario sermone serebant:' 'serere orationem' Liv. X. 19. 'Nunc jam populares orationes serere:' 'serere mentionem alicujus rei' III. 43. 'Tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem.' Similia alia Nic. Heinsius et ego notavimus ad Silii VIII. 266.

Nervos conjurationis ejectos arte consulis cernentes] Mirifice hic locus in Mss. Pall. duobus corruptus est: quippe 1. ac 3. *occultis sermonibus ser. nerius. auctoris conj. ejectos*. Campani ed. *nervos conj. ejectos principes arte consulis cernentes*. Ansam autem corrumpendo huic loco dedisse videtur vocula abstrusioris significatus. Legendum profecto *nervos conjurationis electos arte consulis cernentes*. Mutuatus hoc Livius a Lucilio est, qui lib. XXVIII. 'Concedat homini id, quod vult: deleniat, Corrumpat prorsus, ac nervos omnes eligat.' Sicut c. 37. *privum* mutuatur ab eodem satyrico. Est autem 'eligere nervos' Livio, paullatim excerpendo minuere ac dissipare. Gebh. C. Puteanus conjicit *exsectos*: ut Cicero Agraria II. 33. 'Nervis omnibus exsectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt:' et Livius alibi,

Digitized by Google

nervos incidere.' Gebhardus *electos*, ut Lucilius apud Nonium voce 'Eligere:' 'Corrumpat prorsus, ac nervos omnes elegat.' Cicero et *elisos* admittit Tuscul. II. 11. 'Cum accesserunt etiam poëtæ, nervos omnes virtutis elidunt.' Est et tertia Tuscul. extrema: 'Atqui stirpes sunt ægritudinis quam multæ? quam amaræ? quæ ipso trunco everso omnes elidendæ sunt.' Et secundo de Divinatione pariter extremo 'Superstitionis omnes stirpes ejiciendæ.' Sed utrobique corrigunt *eligendæ*. J. F. Gron. Eadem varietas scripturæ est in Cicer. Or. Agr. II. 33. quem locum hic laudat Gronov. Nam et ibi libri quidam habent *ejectis*. Ego et ibi *exsectis*, et hic cum Puteano *exsectos* præfero, quia Græci eadem metaphora ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα et νευροκοπεῖν dicunt. Vide Erasm. in Adag. νευροκοπεῖν. *Duk. Nervis conjurationis ejectos* Leid. 1. pro quo, literis, quæ ductu similes sunt, *n* et *u*, atque *ui* et *iu*, inter se commutatis, *verius conj. ejectos* fragm. Hav. *nervos aüt conj. ejectos* Lov. 2. *nervis auctores conj. ejectos* Lov. 3. *auctores conj. ejectos*, voce *nervos* omissa, Voss. 2. in quo supra vocem *auctores* inter versus adscriptum est *verius*, quod in aliis codd. literarum commutatione et transpositione pro *nervis* exaratum obcurrit. Credo vocem *auctores* ex glossa et interpretatione τοῦ *nervos* natam esse: eam autem interpretationem ex § præc. petitam esse, ubi, qui hic 'nervi conjurationis' vocantur, 'auctores seditionis' dicti sunt. Quum autem in nervis consistat robur corporis, per 'nervos conjurationis' hic non tam ejus auctores, quam illos in quibus vires conjurationis consistunt, indicari existimo; quamvis tamen iidem etiam conjurandi auctores esse potuerint. Eo sensu vocem 'nervus' inlustrat Burmann. ad Albinov. Eleg. ad Liviam vs. 47. Hinc 'enervare' translate notat vires infringere XXXV. 12. 'Ademtis maritimis civitatibus enervatam tyrannidem.' Jam autem *ejectos*, quod in omnibus codd. superest, hoc colore defendi posset, ut Livius dicat, illos milites, in quibus robur conjurationis consistebat, ex castris ejectos esse. Verum ita in metaphorica locutione non persistet Livius. Est et alia τοῦ 'ejicere' significatio, qua poni solet pro luxare, loco suo emovere. Vide Munker. ad Hygin. fab. LVII. quo tamen sensu hic accipi, non placet. Non tam enim nervi, quam membra luxantur. Omnium maxime placeret, quod Puteano in mentem venisse Gronov. retulit, *exsectos*, modo codd. auctoritas accederet. Ut enim 'exsecare nervos,' ita 'incidere,' 'præcidere,' similiaque sæpe obcurrunt. Cic. Orat. in Rull. II. 18. 'Incidant nervos populi Romani, adhibeant manus vectigalibus vestris, inrumpant in ærarium.' Orat. Philipp. l. XII. c. 3. 'Quid? legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus?' Plin. XXIV. 16. 'Boum nervos abscissos vomere solidari ea adfirmant.' XXV. 5. 'Hanc etiam præcisos nervos glutinare faciunt.' 'Exsectus' autem et 'ejectus' etiam commutantur in loco Cic. a Gronovio laudato ex Orat. Agr. II. 33.

§ 7 *Quum haud procul Anxure esset*] *Quum haud procul auxit*, reliquis omissis, Gaertn. *quum haud procul esset* Leid. 2. *quum haud procul Auxur esset* Hav. *quum haud procul Anxur esset* Voss. ambo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 2. et Port. cum edd. quas vidi, Frobeniana 1531. vetustioribus. Neque aliter habet fragm. Hav. a m. sec. quum a manu pr. *Anxir* scriptum esset. *Anxir* etiam præfert Flor. a m. sec. et Lov. 2. *Anxyr* Kiockian. Vide ad XXI. 61. § 8. Potuit tamen ultima litera τοῦ *Anxure* hausta esse a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. De orthographia vocis *Anxur*, pro qua

Digitized by Google

Anxyre hic præfert Harl. 1. vide ad IV. 59. § 3. et 4.

Ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montes consedit, ad excipiendos] *Ad Lautulos* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *Lauculos* Lov. 2. *ad Lauculas* Leid. 2. Λαυστόλας vocari a Diod. Sic. lib. XIX. p. 711. observat Cluverius Ital. Ant. l. III. c. 7. p. 1012. Ejusdem meminit etiam Livius IX. 23. ubi multi codd. *Lausulas* adpellant, unus etiam *Laurulas*. Sed locus dictus erit *Lautulas*, si verum est, quod Doujatius contendit, a 'lavando' ei nomen factum esse. Ad id probandum utitur testimonio Varr. de Ling. Lat. l. IV. p. 37. 'Lautolæ a lavando, quod ibi ad Janum geminum aquæ calidæ fuerunt.' Verum, ibi locum in urbe indicari, ipsa verba Varr. satis indicant; eaque, quorum et ante et postea meminit, aperte docent. Rectius itaque fecissent, si huc advocasset locum Festi ea voc. 'Lautulæ locus extra urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant:' quamvis tamen, Festum innuere locum hunc prope urbem Anxur, quemadmodum Dacierius contendit, adfirmare non audeam. Credo tamen verum ejus nomen esse *Lautulæ*, et similem ob caussam nomen accepisse. Deinde *inter mare et montes* Voss. 2. Port. et Hav. *inter mare et montem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Denique *ad concipiendos* Port. a m. pr. et Hav. *ad excipiendum* Lov. 2. Vide ad XL. 49. § 1. Paullo post *inmittebat*, pro *mittebat*, Gaertn.

§ 8 *Jam valido admodum numero manus erat, nec quidquam*] Vet. lib. *valida*. Sigon. Edd. duæ vetustissimæ *Jam valida admodum*. Ceterum Pal. 1. *Jam valido admodum numero Romanus erat*. Gebh. *Jam valido admodum numero Romanus erat* Lov. 2. et fragm. Hav. *Jam valida admodum numero Romanus erat* Voss. 2. *Jam valida admodum numero Romanis erat* Lov. 3. Sed sine dubio prima syllaba τοῦ *Romanus* adhæsit ex vitiosa repetitione ejus, quæ in voce præcedenti finalis erat. Vide ad XXXVII. 41. § 5. *Jam valida adm. num. manus erat*, ut Sigonius restituit, non modo tuentur reliqui codd. sed etiam omnes, quas vidi, edd. usque ad Frobenianam 1535. quæ prima *valido admodum numero* dedit eodem errore, quo *viribus parum validis*, pro *validos*, Gruterus ediderat hoc cap. § 1. Recte itaque Gruterus, Sigonio dicto audiens, id quod reliqui facere neglexerant, an. 1628. pristinam lectionem revocavit. Tac. XIV. 58. 'Nec milites ad scelus missos aut numero validos, aut manu promtos.' Et recte 'numero validam manum' vocat Livius, qui App. in Excerpt. Peiresc. pag. 550. ὁμοῦ δυσμόριοι γεγόνοτες dicuntur. Præterea *ne quicquam* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 5. et Hav. Vide ad III. 47. § 7. Mox *ac sub jugo Albæ* Lov. 4.

§ 9 *Perfecto inde opere, reliquum diei de imperatore sumendo sententiis decertant*] *Perfecto deinde opere* Lov. 2. 4. Harl. 2. et excusi usque ad Aldum, qui *inde* reposuit, consentientibus reliquis scriptis. Vide ad XXXVI. 14. § 10. Tum *de imperatore c'tamĩ*, id est *certamini*, *sumendo* Lov. 1. invitis aliis. Præterea *sententiis decertati* Lov. 4. In verbis seqq. τὸ *satis*, quod in reliquis codd. constanter superest, in uno deficit Flor.

§ 10 *Quem autem ab domo posse adciri*] *Ab Roma* in Mss. codd. legitur, non *ab domo*. Gelen. Pall. omnes Mss. Campanique ed. *posse exciri*. Gebh. *Ab Roma posse acciri* a Gelenio est, neque hactenus abeunt nostri, cum prius ederetur *ab domo*. Sed Pall. tres, et Voss. uterque, ac Campanus *exciri*. Lib. III. c. 2. 'Indignitas rei magis, quam periculum, consulem alterum ab urbe excivit.' XXVII. 31. 'Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit.' *J. F. Gron.* *Quem ut a Roma* Gaertn. *Quem autem a Roma* fragm. Hav. *Quem autem ex Roma*

Digitized by Google

Leid. 2. Reliqui codd. Gelenio consentientes *ab Roma* præferunt, uno excepto Harl. 2. in quo *ab domo* restat: quem non audiendum arbitror. Tum *possent* perperam Hav. Hinc *acciri* unus iterum Harl. 2. *exiri* Leid. 1. Reliqui omnes recte *exiri*: quomodo se etiam non tantum in Oxoniensibus suis invenisse Hearnius testatus est, sed etiam in ed. Alcriensi; quæ propterea diversa esse debet a Romana 1472. in qua, ut et in reliquis recentioribus usque ad Gronovium, *acciri* excusum esse vidi. Neque lectio cod. Leid. 2. *ex Roma posse exciri* hoc colore defendi debet, quod Livius ad verba cum præpositione composita in regimine eamdem præpositionem repetere soleat. Quamvis enim Livius id sæpissime facere amarit, ut vidimus ad Præfat. § 11. non tamen id perpetuum ei fuisse existimandum est. Certe verbo *exire* præpositionem *ab* addidisse, docent loca a Gronovio laudata. Similiter etiam XXXII. 7. 'Ea res L. Lentulum consulem ab urbe excivit:' et XXXIV. 27. 'A Creta mille delectos juventutis eorum excivit.' Ejusdem formæ est locutio 'exstare ab aqua,' de qua similibusque vide ad XXII. 2. § 10.

Quem Patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens obferat] *Quem Patrum ut plebis esse* Gaertn. sollemni scribarum aberratione. Vide quæ notantur ad IV. 12. § 8. Deinde *qui aut sine tanto periculo* Hav. *qui aut tanto periculo se* Lov. 4. *qui aut se tanto periculo esse* Lov. 1. Tum *scire effert* Lov. 3.

Ex injuria insanientis exercitus causa recte committatur] Non intelligo sententiam horum verborum. 'Ex injuria insanire' dicuntur, qui eam acceperunt. Terent. Adelph. II. 1. 43. 'Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.' At his injuria nulla facta, verum ab ipsis orta erat. Videri possit delendum τὸ *ex*: nam quia sibi conscii sunt, se 'injuria,' id est sine causa et ratione, 'insanire,' desperant se patronum ac defensorem inventuros, quem, si injuriam accepissent, sperare potuissent. Nisi quis hoc ita accipiendum putet, ut Livius significet, hos ex eo genere fuisse, qui quum injuriam aliis fecerint, idque intelligi videant, ipsi nitro, quasi injuria accepta, expostulant: quo ingenio quosdam esse, in eadem fabula Terentii dicit Micio IV. 3. 3. *Duk.* Transpositis verbis *recte causa committ.* Lov. 4. *causa recte committatur* Voss. 2. et Lov. 3. Alibi etiam librarii 'mittere' et 'mutare' confuderunt. Vide Nic. Heins. et Burmann. ad Nason. Heroid. IV. 37. Similiter 'transmittere' et 'transmutare.' Vide Burmann. ad Suet. Calig. c. 10.

§ 11 *Quidam compertum attulerunt, T. Quinctium in Tusculano agrum colere*] *Qui compertum attulerant* Lov. 4. Deinde *in Tusculano agro colere* fragm. Hav. a m. pr. de cujus erroris fonte vide ad VI. 3. § 8. Et quidem eo magis *agrum* in *agro* mutatum erat, ut ita supplereturur ellipsis, quæ tamen Livio aliisque scriptoribus frequens est. Supra III. 7. 'Obvii fiunt descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem.' XXII. 1. 'In Antiati metentibus cruentas in corbem spicas occidisse:' ubi plura vide. *In Tusculano colere*, omissa voce, Lov. 4. quod foret in Tusculano habitare. Eo enim sensu simpliciter 'colere' usurpari solet. Infra XXI. 26. 'Colunt antem circa utramque ripam Rhodani.' Et ita mox Quinctium 'ruri agere vitam' dicit. Forte etiam 'colere' pro agrum colere posset accipi, quo sensu 'cultores' pro agricolis XXVIII. 11. 'Liberis cultoribus bello absumtis, et inopia servitiorum, et pecore direpto, villisque diruti aut incensis.' Ovid. Ep. Heroid. XII. 17. 'Semina jecisset; totidem sensisset et hostes: Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.' Florus III.

Digitized by Google

19. 'Hic ad cultum agri frequentia ergastula catenatique cultores materiam bello præbuere.' Reliqui tamen, quos sequi præstat, vocem *agrum* servant. *Agrum coleret* perperam præfert Harl. 1. *agrum coleretur* pejus Leid. 1. Paullo ante *Postremo die*, pro *Postero*, Lov. 3. Vide ad IX. 7. § 11. Mox verbis seqq. *in memoriam*, pro *immemorem*, Lov. 5.

§ 12 *Agere vitam procul ambitione ac foro*] *Procul ab amb. et foro* Lov. 4. et fragm. Hav. a m. sec. Utraque locutio, et quam hi codd. præferunt, et quæ vulgo circumfertur, proba est, et in Livio etiam sæpius obvia. Vide ad XXIV. 28. § 1. Sana itaque ratio exigit, ut plures et meliores libros sequamur.

§ 13 *Quod bene verteret, adciri jusserunt*] *Quod bene vertent* Hav. Mox *vim abhibere*, pro *adhiberi*, Hav. 2. et edd. ante Froben. 1531.

§ 14 *Itaque silentio noctis quum tectum villæ, qui ad id missi erant, intrassent*] Omnia hæc vocabula, solo ultimo excepto, ignavia librarii desunt in Gaertn. *tectum vile* habet Hav. Deinde *introissent* Lov. 2. Sed hæc voces sæpe in Mss. commutantur. Exemplum habuimus IV. 53. § 11.

Somno gravi Quinctium obpressum] *Somno gravem Quinctium* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Eamdem lectionem se invenisse Hearne testatur in Oxon. L. 1. et B. atque insuper in ed. principe Romana episcopi Alericnsis; quæ propterea diversa esse debuit a Romana 1472. in qua mihi *somno gravi* obvium fuit. Non damno vulgatum *somno gravi*. Ita enim et Valer. Flacc. locutus est 1. 300. 'Mox ubi victa gravi ceciderunt lumina somno.' Ovid. Metam. IV. 782. 'Dumque gravis somnus colubrasque ipsamque tenebat.' Curtius VI. 10. § 12. 'Gravi sopore adquiescebam.' VIII. 2. § 9. 'Quem ut alto et gravi somno sopitum esse sensit uxor:' et ita 'graviter dormitare' Cic. dixit de Divin. 1. 26. 'Ad lucem denique arcte et graviter dormitare cœpisse.' Probe etiam 'somno obpressus' dicitur, qui graviori atque altiori somno devinctus est. Curtius IV. 13. § 17. 'Gravatum animi anxietate corpus altior somnus obpressit.' VI. 8. § 21. 'Illum sive securitate animi, sive fatigatione resolutum somnus obpresserat.' VII. 11. § 17. 'Pariter eos et nox et somnus obpressit.' Neutrum itaque tamquam minus commodum damno. Verum vix tantum ex meis præferunt hanc lectionem Lov. 2. Harl. 2. Hav. et forte etiam Klockian. ex quo nihil notatum video. Quare dubito, utrum hæc lectio satis gravi auctoritate firmata sit, præsertim quum et in altera scriptura, quam reliqui codd. tuentur, nihil etiam sit, quod jure displicere possit. Certe 'gravis somno' supra est IV. 37. 'Graves somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti:' ubi plura notantur. 'Somno' itaque 'gravem Quinctium obpressum in castra pertraxerunt,' id est, somno gravem obpresserunt, obpressumque in castra pertraxerunt. Hanc itaque lectionem in contextum recepi.

Nihil medium, aut imperium atque honorem, aut, ubi restaret, mortem, ni sequeretur, denunciantes] Mss. *aut ubi restitaret*, non *restaret*. Gelen. In altero membro aliquid deest, in altero superest: nam *ni sequeretur* quid aliud est, quam *ubi restitaret*? Fortasse, *nihil medium, imperium atque honorem, si sequeretur, aut, ubi restitaret, mortem denunciantes*. J. F. Gron. *Nihil medium, nisi aut imperium* Voss. 2. et Lov. 3. Sed addita vox aliena est, nec convenit, nata ex ultimis literis vocis proxime præced. Tum *aut imperium aut honorem* Lov. 4. Sæpe voces *aut* et *atque* in Mss. commutantur. Vide Cortium ad Sall.

Digitized by Google

Jug. c. 82. § 2. Ut autem id hoc loco facerent, librarios permoviisse videtur, quod *aut* et præcesserit, et sequatur, atque ita tria distincta proponi crediderint, non videntes ea tantum duplicia esse, quorum prius duabus vocibus *imperium atque honorem* exprimitur. Deinde *restaret*, quod jam Rhenanus mutavit, in nullo apud me cod. superest. Sed *restitueret* habet Klockian. *restiterit* Leid. 2. *resisteret* Lov. 2. 5. Port. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et in margine N. Sed ' restitare ' sæpe pro resistere ponitur. Vide ad VI. 7. § 2. Ex ejus itaque expositione nata est altera lectio *resisteret*, quemadmodum etiam alibi in Mss. erratur. Vide ad X. 19. § 5. Præterea *nisi sequeretur* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXII. 1. § 8. et mox § 17. *Insequeretur* Lov. 4. 5. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVIII. 50. § 1. *Sequeretur*, præcedenti vocula omissa, Lov. 2. Sed eam elisit proximæ vocis litera finalis *m*. Gronovio *ni* in *si* mutanti non nihil quidem favent codd. *nisi* præferentes; attamen quum in ordine verborum nihil varient alli libri, trajectio ejus audacior videtur. Doujatius igitur *ni sequeretur* habet pro glossemate, quod, olim ad explicandum alterum *ubi restitaret* margini adscriptum, in contextum inrepsit, ideoque iterum delendum esse pronunciat. Quamvis autem et hoc violentius videri possit, si tamen vulgatum immutandum placeat, ac nullo modo servari posse judicetur, in ejus, quam in alteram conjecturam pronior forem.

§ 15 *Adveniens adpellatus: insigniaque honoris exterrito*] *Deveniens* Port. a m. pr. *veniens* Hav. Tum *insigni atque honoris* Voss. 2. et Lov. 3.

Et ad urbem ducere jubent] Vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Eorum posterior præterea præfert *ad urbem ducem jubent*, prior *ad urbem ducere jubent ducem*. Sed reliqui vulgatum tuentur.

§ 16 *Suo magis inde impetu, quam consilio ducis, convulsis signis*] *Suo magis in die impetu* Leid. 1. *Suo magis impetu inde* fragm. Hav. a m. pr. *Suo magis impetu*, voce omissa, Lov. 4. Deinde *cum vulsis signis* fragm. Hav. a m. pr. Corruptius inde factum *cum Vulcis signis* in Lov. 1.

Ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia est, pervenium] Rott. *via*; idque haud dubie ab Livio venit. II. 11. ' T. Herminium ad secundum lapidem Gabina via occultum considere.' III. 6. ' Pervenere ad tertium lapidem Gabina via.' V. 49. ' Ad octavum lapidem Gabina via vincuntur.' VII. 9. ' Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere.' *Jac. Gron.* Vulgatum tamen non videtur improbasse J. F. Gronovius de Pecun. Vet. I. 3. *Duk. Via, quæ nunc Appia est* etiam Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. atque Hearnii Oxon. L. 1. et B. Ita locutus est Plinius Hist. Nat. XV. 30. ' Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberi imposita juxta nonum lapidem Flaminia via,' Festus voce ' Pudicitiæ:' ' Item via Latina ad milliarium illi Fortunæ.' Id autem positum est pro *in via*; de quo vide ad Epit. Liv. lib. CVII. Codd. tamen non tantum numero plures, sed etiam integriores, in vulgatum conspirant, quod nec ipsum sine exemplo est. Ita enim locutus est Suet. in Aug. c. 94. ' Ad quartum lapidem Campanæ viæ in nemore prandenti aquila panem ei e manu rapuit.' Simile fere est illud apud eumdem in Galb. c. 20. ' Ceterum truncum in privatis ejus hortis Aureliæ viæ sepulturæ dedit:' ubi etiam Torrent. *Aurelia via* malebat, sed invitis omnibus membranis et edd. antt.

§ 17 *Issentque confestim ad urbem, ni venire contra exercitum*] *Insissentque confestim* Port. a m. pr. *issent con-*

Digitized by Google

festim, sine particula *que*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *nisi venire contra exercitum* Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. et Hav. Vide hoc cap. ad § 14. *Nisi venire exercitum* Port. omisso τῷ *contra*, quod tamen alibi Livius sine casu uti solitus est. Vide ad III. 13. § 4.

Dictatoremque adversus se M. Valerium Corvum dictum] *Dictatorem adversus se* Leid. 2. Tum dictatoris prænomen *M.* deficit in fragm. Hav. a m. pr. Tandem *M. Valerium Corvinum* Lov. 5. *M. Valerium Corvinum* Voss. 1. a m. pr. et Harl. 2. Reliqui recte vulgatum *Corvum* tuentur. Vide ad c. 26. § 12.

Magistrum equitum L. Æmilium Mamercinum] Prænomen deficit in Lov. 2. et Hav. Tum *Manilium Mamercum* Gaertn. *Æmilium Mamercum* omnes mei cum Oxon. N. B. C. apud Hearnium, et cum omnibus edd. usque ad Gruteri postremam, quæ prima *Mamercinum* præfert, secuta Pighium, a quo ita vocatur in Annal. ad a. CDXI. p. 805. Vide hoc lib. ad c. 1. § 2.

CAP. XL. § 1 *Ubi primum in conspectum ventum est*] Lege *in conspectum ventum, et arma signaque*. J. F. Gronov. Vel sic legendum est, ut Gronovius conjecit, vel *in conspectum ventum est, et arma signaque: et* absorberi potuit a præcedenti *est*. Duk. Patris conjecturam probavit, aliisque exemplis inlustravit Jac. Gronovius ad Livii II. 39, § 12. Quamvis autem omnes codd. *ventum est* præferant, nisi quod *ventum* dedit in Gaertn. et *eventum* habeat Voss. 2. Gronovio tamen adsentior, ut verba melius cohæreant. Alibi sæpe *est* atque *et* in Mss. commutantur. Vide ad V. 36. § 3. c. 28, § 10. VII. 34. § 4. XLII. 8. § 5. XLV. 37. § 4. et alibi. Adde Nic. Heinsium ad Nason. Metam. III. 29. et Broekhus. ad Prop. Eleg. III. 9. 66. Præterea *in conspectu* legunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. omnesque, quas vidi, edd. usque ad Vascos. Id autem ferri posse, et sæpius apud scriptores antiquos in antiquis membranis obvium esse, pluribus docuit Burmannus ad Phædri Fab. V. 1. 15. Eo modo *in potestate venire* plures codd. præferunt l. VIII. c. 20. § 6. ubi vulgo etiam *in potestatem* nunc circumfertur: *recipi in urbe*, c. 26. § 8. ubi etiam vulgatur *in urbem*. Eam igitur lectionem revocassem, nisi ex optimis Flor. Harl. 1. et Kleckian. nihil notatum vidissem; unde verisimile fit, eos *in conspectum* servasse.

Signaque agnovere, extemplo omnibus memoria patriæ iras permulsit] *Agnovere* deest in contexta Port. Postea quidem adscriptum fuit, sed tamen post vocem *extemplo*. Deinde *permulcit* Lov. 5. et Port.

§ 2 *Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem*] *Fortis* hic ponitur in deteriorem partem: ergo non audie edictum illius scioli, ad oram interiorem Pal. secundi legere imperantis, *Nondum erant tam feroces*. Juvenalis Sat. VI. 97. 'Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.' *Gebh. Feroces ad sanguinem* etiam Lov. 5. et Port. quod recte Gebhardo displicuit. Propert. Eleg. II. 8, 7. 'Jam libet et fortes memorare ad prœlia turmas:' ubi vide Passerat. sed inprimis Broekhusium. Quinctil. Declam. IV. 22. 'Ad tua nunc genua porrigo, optime pater, hæc ad scelus tantum fortes manus:' ubi vide Barmann. Solent autem 'fortis' et 'ferox' sæpe in Mss. commutari. Vide ad XXVII. 42. § 4. Elegans in his usus est præpositionis *ad*, similis illi XLV. 32. 'Ita factum est, ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur.'

Ultimaque rabies secessio ab suis habebatur] *Secessio a suis* Gaertn. Sed voces *ab suis* desunt in Port. Tum *habeatur* perperam scriptum est in

Digitized by Google

Lov. 1.

Itaque jam duces, jam milites utrimque congressus quærere ad colloquia] Pall. duo *jamque jam duces*. Gebh. *Jamque jam duces* etiam Lov. 3. Alibi hæ voces *jamque* et *itaque* in Mss. confundi solent. Exemplum habuimus II. 50. § 5. *Itaque jam duces tam milites* Leid. 1. et Harl. 1. *itaque tam duces quam milites* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed alibi ita *jam* repeti solet. Supra II. 46. 'Pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat:' ubi alia exempla vide. Deinde *utrumque* Lov. 1. sollemni errore. Vide ad XXI. 45. § 1. Tum *congressi* Leid. 2. Duplicem lectionem præfert Lov. 1. hoc modo: *milites utrumque congressi, congressus quærere*. Vide ad III. 44. § 4. Tandem *congressus quærere ac colloquia* Leid. 1. et ed. Mediol. 1505. ut apud Cic. Orat. Philipp. XII. 11. 'Nempe in Antonii congressum conloquiumque veniendum est.' Solent autem voculæ *ad* et *ac* in Mss. commutari. Vide ad XXI. 32. § 2. Sed nec alterum, pro quo omnes reliqui codd. et excusi stant, temere rejiciendum. Ideo vero *ad colloquia* vel *ac colloquia* addit Livius, ne dubium foret, quid intelligeret voce *congressus*, quæ non tantum pro 'conloquio,' sed etiam pro 'prælio' ponitur, unde similiter 'congressionem prælii' dixit Justin. II. 12. et 'acie congredi' Livius hoc lib. c. 22.

§ 3 *Quem armorum etiam pro patria salutem tenaret, nedum adversus patriam*] Aliter hæc ordinat Pal. 2. *quem arm. etiam pro patria, nedum adv. patriam, salutem teneret*. Gebh. In eumdem, quem Gebhardus memorat, ordinem verba etiam digerentur in Port. et Hav. Illa vero, *nedum adversus patriam*, aberant apud Hearnium ab Oxon. B. Præterea perperam *societas* Voss. 2. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

Corvus omnes caritate cives, præcipue milites, &c. complexus] Primo erat *omnis*: inde factum judico in Pall. duobus *omni caritate*. Gebh. *Omni* etiam Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. quomodo librarios dedita opera scripsisse existimo, non quia antea *omnis* scriptum fuerat, sed ut ea vox casu et numero conveniret cum sequenti *caritate*. Vide ad VI. 3. § 8. Similem ob caussam *Corvinos omnes* scriptum fuerat in Klockian. Reliqui omnes, quorum plerique passim recte *Corvi* cognomen huic Valerio dederunt, hic male *Corvinus* habent, uno excepto Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 26. § 12. et mox hoc cap. § 7.

§ 4 *Cognito ei exemplo haud minor ab adversariis verecundia, quam ab suis silentium datum*] Et sic fuerat initio in Pal. 2. ut est in ed. Andreæ: pro quo suppositum iverunt *cognita ei*. Reliqui vero duo, itidem ex interpolatorum arbitrio, offerunt, primus *quo cognito exemplo*: tertius *quo cognito et extemplo*. Gebh. *Cognita ei extemplo* apud me exhibet solus Port. a m. altera: *quo cognito et extemplo* Voss. 2. et Lov. 3. *cognito et extemplo* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Sæpius voculæ *ei* atque *et* in libris scriptis confundi solent. Vide ad XLI. 15. § 6. Utraque lectione juncta *cognito ei et extemplo* præfert Gaertn. utraque omissa *cognito extemplo* Klockian. *cognito ea extemplo* Leid. 2. qui idem etiam omissa præpositione legit *haud minor adversariis*: at voce addita *haud minor ejus ab adversariis* Leid. 1. quæ lectio tanto verisimiliorem efficit conjecturam, quam Jac. Perizon. margini Livii adscripserat *haud minore ab adversariis verecundia, quam ab suis, silentium datum*. Certe ut orationem quæ sequitur, in medium inter duas acies progressus, haberet, haud minus ab adversariis, quam ab suis silentium ei datum oportuit; et quidem tanto magis ab adversariis, quod eos proprie adlocutus sit. Et quid, quæso, est, 'da-

Digitized by Google

re alicui verecundiam?' Si *minore* vel ab uno codice confirmaretur, in contextum recipiendum existimassem. Ceterum post hæc verba in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. illa addebantur *Colloquium Valerii Corvii*, vel *Corvini*; quæ ex lemmate marginali, vel, quum Livius in quibusdam codd. etiam in capita dividi soleat, ex capitis inscriptione in contextum recepta sunt: quod in codd. Mss. sæpius ab indoctis librariis commissum est. Exempla vide ad II. 17. § 1. cap. 32. § 3. cap. 36. § 3. III. 27. § 2. c. 49. § 5. c. 69. § 3. V. 54. § 5. VI. 8. § 9. c. 12. § 10. c. 14. § 12. cap. ult. § ult. hoc lib. c. 15. § 2. VIII. 9. § 12. c. 20. § 3. c. 23. § 11. c. 31. § 7. IX. 46. § 12. X. 37. § 2. XXXII. 33. § 1. In aliorum scriptorum membranis similia passim viri docti observarunt.

Deos, inquit, immortales, milites, vestros publicos meosque] Vox *inquit* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *nostros publicos* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. Male. Vide ad XXXIV. 2. § 2. et mox hoc cap. § 6. et 16. Donjatius intelligit, dictatorem adorasse Deos militum publicos et suos familiares: quod ambiguum videtur. Potius indicari puto, tum militum tum ipsius dictatoris numina publica. Mox *adoravi ita*, trajectis vocibus, est in Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav.

Ut mihi de vobis concordiæ partam gloriam, non victoriam, darent] *Partæ*, non *partam*, legendum. *Gelen. Concordiæ per te gloriam* Gaertn. *concordiæ partam gloriam* Lov. 4. Harl. 2. et Port. a m. sec. Reliqui non modo scripti Gelenio adsentiuntur, sed eamdem quoque lectionem ex editis ante eum servant Rom. 1472. Parm. Venet. 1495. Mediol. 1495. et 1505. cum Ascensian. 1513. et 1516. Paullo ante *supplex posci*, pro *poposci*, Harl. 1. prioris syllabæ geminatione omissa.

§ 5 *Unde belli decus pariatur; hinc pax petenda est*] *Inde belli decus* Port. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Deinde *huic pax* Port. Vide ad XXV. 40. § 2. Mox *ejus me voti compotem vos facere* Lov. 4. *ejus me compotem voti facere* Leid. 2. Sed emphasis est in voce *vos*, quæ commode omitti nequit.

§ 6 *Si meminisse vultis, non vos in Samnio*] *Τὸ vultis* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *non notum Samnio* Hav. Mox *in Romano solio*, pro *solo*, Lov. 4. et postea *patriæ nostræ esse*, pro *vestræ*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide modo ad § 4. *Patriæ vestræ est* Leid. 1.

Bis legiones Samnitium fudistis, bis castra vi cepistis] *Legationes Samn.* Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 30. § 14. Deinde *castra tria cepistis* Lov. 2. Sed perperam ductus literarum ii pro nota numeri ternarii librarius habuit, quemadmodum alibi *ii* et *duo* commutantur. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Ter quidem anno priori castra Samnitium capta fuerunt, sed bis tantum a Valerio, semel ab ejus collega Cornelio, ut capp. præc. Livius narravit.

§ 7 *Ego sum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem*] Vox *Corvus* deest in Gaertn. *Corvinus* habet Hav. reliqui omnes *Corvus*. Vide hoc cap. ad § 3. Deinde voces *milites, cujus* culpa librarii deficiunt in Lov. 1.

Nullius superbæ in vos legis, nullius crudelis senatusconsulti auctor] *Superbæ contra vos legis* Hearnii Oxon. B. quod ex glossa natum videtur. Deinde *nullius crudelis senatusconsultus auctor* Voss. 2. et Lov. 3. *ullius senatusconsultus auctor* Gaertn. Sed vide ad v. 13. § 5. Recte reliqui codd. vulgatum servant, nisi quod in quibusdam per notas sit *S. C. auctor*, in alijs *SIC*, quomodo est in Flor. Sed in eo facile vulgatæ lectionis vestigia agnoscas. Vide ad XXII. 10. § 1. Etiam vox *auctor* male exsulat a Gaertn.

Digitized by Google

In omnibus meis imperiis in me severior, quam in vos] *In omnibus nostris imperiis* Gaertn. Deinde *in me sevior* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed facile 'sævior' et 'sev'ior' confundi potuerunt, præsertim seculo barbaro, quo diphthongus *æ* et litera *e* fere non distinguebantur. Vide ad Epit. lib. LVII.

§ 8 *Ac si cui gens, si cui sua virtus, si cui etiam majestas*] Legendum *Ac si cui genus*, non *gens*. Gelen. *At si cui* Lov. 1. 4. et Hav. quod, si plures codd. consentirent, non displiceret. Est enim obpositio eorum, quæ Valerius de se verbis proxime præcedentibus prædicarat. Sæpe vero librarios voculas has *ac* et *at* commutasse, vidimus ad III. 61. § 4. Deinde *gens* in uno tantum apud me est Harl. 2. Reliqui omnes præferunt *genus*. Sed sæpius et hæc vocabula in Mss. confundi solent. Vide ad XXXIV. 17. § 6. Hinc *si cui et majestas* Voss. 2. Vide ad XXII. 47. § 9. Alii codd. cum vulgato faciunt, nisi quod errore inmani librarii *scientiam*, pro *si cui etiam*, sit in Kleckian.

Si cui honores subdere spiritus potuerunt] *Spiritus subdere* Gaertn. *subdere spem* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IV. 54. § 8. Deinde *potuerint* Hav.

Iis eram natus, id specimen mei dederam] *His enim natus* Lov. 1. *his eram natus* Hav. *is eram natus* reliqui omnes codd. cum edd. Rom. 1472. et Parm. quomodo etiam ex conjectura legebat Doujatius. Fateor tamen, magis placere vulgatum *iis eram natus*. At cave, ne *iis* cum Doujatio eodem exponas 'genere, virtute,' &c. Nascenti enim Valerio virtus, majestas, et honores tribui nequeunt. Intellige igitur *iis eram natus* scilicet parentibus, majoribus, adeoque eo genere. Nam ita Livius loqui solet 'natus patre,' pro ex patre. Vide ad Epit. Liv. lib. I. Sæpe autem i simplex ac duplex commutantur, et passim simplex pro duplici scribi solet. Ita *subit* et *subiit* similiaque præsentia et præterita tempora multorum verborum confunduntur: vide ad XXXVI. 20. § 3. etiam *regis* et *regiis*, aliaque hujus generis: vide ad XXXII. 6. § 6. ipsa illa quoque *is* et *iis*. Vide ad III. 39. § 8. Præterea *ad specimen mei dederam* Lov. 3. Vide ad XXI. 10. § 12. et mox hoc cap. § 14. *Id specimen unde dederam* Gaertn. *id specimen dederam mei*, vocibus transpositis, Lov. 5.

Tres et viginti annos natus, consul Patribus quoque ferox esse, non solum plebi] *Tres et viginti natus annos* Lov. 4. Deinde *consulibus Patr. quoque ferox esse* Lov. 2. qui error ex non intellecto compendio scribendi *cons.* natus est. Vide ad X. 10. § 2. *Consul Patr. quoque felix esse* Harl. 1. Sed voces *Patribus quoque ferox esse* neglegentia librarii desunt in Lov. 5. Præterea *nunc solum plebi* Voss. 2. et Lov. 3. Sed alibi etiam *nē*, id est *nunc*, et *nō*, id est *non*, inter se commutantur. Vide ad IX. 7. § 5. *Non plebi solum* Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *consulatus adeptus eram*, pro *consulatum*, Leid. 2.

§ 9 *Quod meum factum dictumve consulis gravius, quam tribuni, audistis*] Vox *meum* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Sed omissam puto ab nasutiore, qui non intelligebat construendi genus 'meum factum consulis,' pro factum mei consulis; quod tamen et Livio et aliis optimis scriptoribus familiarissimum est. Supra I. II. c. 8. 'Quas quum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset:' hoc lib. cap. 38. 'Neque inmerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.' VIII. 7. 'Nostro jam hinc duorum eventu cernatur.' X. 16. 'Si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent.' XXX. 20. 'Deos hominesque accusantem, in se quo-

Digitized by Google

que ac suâm ipsius caput estecratum.' XXXVI. 36. 'Quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia vovisset.' XXXVII. 43. 'Fugientibus major pestis intermixtis quadrigis elephantisque et camelis erat, et sua ipsorum turba.' XLI. 23. 'Nostram ipsorum libertatem subrui et tentari patimur?' XLIV. 22. 'Qui de sua unius sententia omnia gerat.' XLV. 21. 'De sua unius sententia rogationem ferret.' Terent. in Heaut. I. 1. 76. 'Tot mea solius solliciti sunt caussa.' Ovidius Epist. Heroid. v. 45. 'Et flesti, et nostros vidisti flentis ocellos:' ad quem locum vide Nic. Heinsium. Justin. XXXVIII. 7. 'Quem sine cujusquam militum auxilio suamet unius opera viderint Cappadociam, cæso rege, cepisse.' Tot exemplis fretus hanc locutionem Livio etiam restituendam conjicio XXXIII. 11. 'Nunc omnium expertes consiliorum esse; suo ipsius arbitrio cuncta agere:' ubi *suo ipsum arbitrio* vulgo editur. Eamdem etiam variis locis Ciceron. aliorumque, ubi librariorum culpa expulsa fuerat, revocare, et exemplis inlustrare conatus est Zinzerl. in Promuls. Crit. c. 35. Adde quæ notavit Gronov. ad Senec. Epist. XCII. Præterea *auditis* Harl. 1.

Eodem tenore duos insequentes consulatus gessi] Legendum ex Pall. melioribus binis Mss. *duo insequentes consulatus gessi*. Supra hoc lib. c. 19. 'Eo nec patricios ambos consules, nec comitiorum curam, publicave studia præ privatis incommodis plebs ad animum admittebat.' Pari opera emendo locum infra VIII. 3. e Mss. codd. 'Prætoras tum duo Latini habebant, L. Annium Setinum et L. Numitium Circeiensem, ambo ex colonis Romanis.' XXV. 9. e Pall. duobus, *Inferentes aprum duo juvenes secutus ipse cum expedito venatore*, reposui. Sic forte legendum l. XXVI. c. 13. *Ambo consules et duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt*. Nam expresse Pal. 3. *ambo*. Lib. XXVII. c. 40. Pall. *Duo celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romam*. Ibid. c. 50. Pal. 1. *Duo Nurnienses equites in castra, quæ in faucibus Umbriæ opposita erant, venisse e prælio*. Ad hunc modum habent Pall. tres et antiqua ed. XXIX. 13. *Ambo præceptantes exilio modicum domi fortunam, &c. ad sese perduxit*. XXXV. 22. 'Consules, quando nihil ab Antiocho instaret, proficisci ambo in provincias placuit.' Libri quoque omnes habent XXXVIII. 58: 'Et ad extremum ambo pro populo Romano morte occubuisse.' *Gebh. Duo insequentes* hic legendum esse auctoritate duorum Pall. et Thuan. etiam Gronov. monet ad XXXV. 21. § 5. eamque lectionem in contextum recepit. Et recte. Eamdem enim constanter præferunt plures ex optimis ac bonitate proximis codd. Flor. Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. Hearne etiam ex quinque Oxoniensibus non nisi N. et B. memorans, in quibus *duos insequentes consulatus* invenerit, reliquos tres *duo* præferre indicare videtur. Plura vide ad d. l. Livii. Præterea vox *consulatus* deficit in Leid. 1. quasi repetenda foret ex præcedenti 'consulatum adeptus eram.'

Eodem hac imperium dictatura geretur] *Geritur* Port. a m. pr. *agetur* Lov. 2. quomodo frequenter variant codd. scripti. Vide ad XXII. 28. § 1.

Mittor, quam in vos, horreo dicere, hostes] *Mittor sim, quam in vos* Lov. 4. et ed. Parm. *militio*, pro *mittor*, Harl. 1. Tum *quam in nos* Gaertn. Voces autem *hor. dic. host.* *Ergo vos pr. in me str. fer. quam in vos* neglegentia scribæ desunt in Leid. 2. Eum autem in errorem abduxit repetitio vocum *quam in vos*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 10 *Istinc signa canent*] Hæc verba deerant in antiquioribus plerisque

Digitized by Google

edd. Prima earum, quas vidi, ea restituit Parm. deinde Mediol. 1505. tum Ascens. 1518. et 1516. atque hinc tantum non omnes reliquæ.

§ 11 *Induciæ in animum, quod non induxerunt patres avique vestri*] Vox *induciæ* socordia librarii exsulat a Voss. 2. Idem cod. etiam præfert *quod non duxerunt*, in quo consentientem habet Lov. 3. Sed *induxere* legit Gaertn. Deinde *avique nostri* Voss. 2. Sed *vestri* servandum est. Plebeii enim fuerunt, qui in montem Sacrum et in Aventinum secesserunt; non itaque patres et avi Valerii dictatoris, qui patricius erat.

In Sacrum montem] In Sacrum montem secessio facta pro libertate plebis, et in Aventinum pro pudicitia. Livius II. 32. et III. 50. *Sigon.* Vide etiam Florum lib. I. c. 23. et c. 24. Perperam autem *mox postea in Aventinum insederunt* Hav. *postea Aventinum insederunt agrum* Lov. 2. Trajectis vocabulis *Aventinum postea insederunt* est in Gaertn.

Matres conjugesque crinibus passis obviæ ab urbe veniant] Affirmant hanc lectionem edd. binæ vetustissimæ: quippe Pall. tres *crinibus sparsis*. Lib. I. 18. *Gebh. Crinibus sparsis* etiam Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 6. Port. Gaertn. et Hav. Similiter quoque Pierius in cod. antiquo olim invenit, ut monuit ad Virgil. Æneid. I. 480. eamque pro lectionis alterius peripurasi habere videtur. Et recte: 'crines' enim 'passi' supplicibus ac lugentibus; 'sparsi' furore divino correptis tribui solent. Vide ad I. 13. § 1. *Passis* etiam constanter superest in plerisque optimis. Præterea *ab urbe veniunt* Leid. 1. Paullo ante *Non expectate*, addita negandi particula, legit Gaertn. *Expectare* Lov. 2.

§ 12 *Volscorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt*] *Legionesque* Hav. Vide ad V. 29. § 8. *Legiones, qp Romanum habebant ducem* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 26. § 4. Præterea *quieverunt* Leid. 1.

Vos, Romanus exercitus, non destiteritis inpio bello] *Vos vero, Romanus ex.* Lov. 5. Port. et Hav. Sed esse solet hæc particula ex numero eorum, quibus scribæ passim verba Livii, quum eorum judicio corrupto male cohærere viderentur, connectere soliti sunt. Vide ad XXI. 13. § 2. *Vos, Romani exercitus* Flor. a m. sec. quasi *vos* jungi non posset singulari *Romanus exercitus*, quum tamen *exercitus* sit conlectivum ex pluribus militibus constans, unde etiam cum plurali construitur. Vide ad III. 28. § 2. Et ita *vos* voci singulari, sed quæ conlective intelligenda est, alibi jungi solet. Silius III. 287. 'Vos quoque desertis in castra mapalibus itis, Misceri gregibus Gætulia sueta ferarum:' quomodo ibi ex Colon. cod. legendum Heinsius docuit: 'Gætulia' vero ibi est incolæ regionis Gætuliæ. Præterea *ne destiteritis* Flor. Voss. duo, Lov. quinque, Leid. 2. Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quod, tot codd. volentibus, in contextum recepi.

§ 13 *Quocumque istic loco, seu volens, seu invitus, constitisti*] *Quoque istic loco* Lov. 2. Tum *constituisti* Hav. Alibi sæpe 'constiti' et 'constitui' commutantur. Vide ad XXVII. 16. § 11. *Constiti* est in Voss. 2. et Lov. 3.

Fugeris etiam honestius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra patriam] *Fugens etiam* Lov. 3. literis *r* et *i* perperam in *n* ob ductuum similitudinem coalescentibus. Vide ad III. 30. § 3. In similem cod. incidens librarius Voss. 2. ejus loco dedit *fugiens*. Cavendum itaque, ne hac lectione abrepti Livium scripsisse credamus *fugiens etiam honestius tergum civi dederis*. Reliqui enim codd. *fugeris* legunt, omnes omnino τὸ *que* tuentur, nisi quod in uno tantum desit Lov. 2. Præterea *cui dederis* Leid. 1. Flor. Lov. 3. et Gaertn. *tui dederis*

Digitized by Google

Voss. 2. Tum voces *quam pugnaveris* exsulant a Lov. 5. Denique *intra patriam* Gaertn. Vide ad VIII. 13. § 7. Scriptum forte fuerat *ĩtra*, quod ab *ĭtra* parum differt. Vide ad X. 5. § 11.

§ 14 *Ad pacificandum bene atque inter primos stabis*] *Id pacificando* Lov. 2. *ad* et *id* commutari, modo vidimus hoc cap. ad § 8. Tum *inter primos stabilis* Harl. 1. Mox *int' pres*, pro *interpres*, Hav. quasi vellet *inter patres*, nullo sensu.

Postulate æqua et ferte] *Postulare æqua* Lov. 4. *Postulate æque* Gaertn. *Postulat ea equa* male divisis vocibus Flor. Supra III. 53. 'Adeo æqua postulatis, ut ultro vobis deferenda fuerint.' Deinde *et conferre* Lov. 4. *et conferte* Neapol. Latinii. Male: 'ferre' enim hic est offerre, sive, ut Doujatius exponit, proponere. Supra IV. 10. 'Victis conditiones accipiendas esse, non ferendas, respondit.' X. 19. 'Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator, sed imperator, uter sit melior.' Epit. Liv. lib. VIII. 'Missis legatis ad senatum conditionem tulerunt.' Plaut. in Menæchm. IV. 2. 24. 'Conditiones tetuli tortas, confragosas.' Eo sensu 'ferre judicem' dixit III. 24. 'Ni ita esset, multi ferebant Volscio judices:' ubi vide. Alia de verbo 'ferre,' pro offerre, dicentur ad XXXIV. 59. § 2.

Quamquam vel iniquis standum est potius] Id est, vel quantumvis iniqua conditio accipienda est. *Sigon.* Id est, quamvis vel iniqua, quæ forsitan postulabitis ac feretis, probanda sunt. 'Stare iniquis,' ut 'stare fama rerum' VII. 6. 'stare fœdere' XXI. 19. quibus locis alia vide. *Iniquius* præfert Lov. 5. a m. sec. Verbum autem *est* deficit in Harl. 2. et omnibus, quas vidi, edd. ante Froben. 1535.

Inpias inter nos conseramus manus] *Conferamus* Hav. quæ voces sæpissime commutantur. Vide ad III. 17. § 10. Utrumque in usu fuit, 'conserere' et 'conferre manus.' Vide ad VI. 42. § 5. Vulgatum itaque, quod reliqui codd. tuentur, præferendum puto.

§ 15 *Si quis usus mei est, meliorem pacis, quam belli, habetis ducem*] *Mei usus est* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Idem etiam voluit librarius Leid. 1. qui tamen non recte divisis vocibus dedit *me iussus*. Deinde *meliorem pacem, quam belli habetis duces* idem Leid. 1. *meliore pacis* Gaertn. Tum *habebitis* Leid. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. Paullo ante *Me quoque, inquit ad milites* Flor.

§ 16 *Non enim illa modo Volscus aut Samnis*] *Tò modo* non adparet in Port. Tum *Volscis aut Samnis* Hav. *Volscus aut Samnius* fragm. Hav. Mox *noster consul, noster imperator* Lov. 5. et Gaertn. Vide hoc cap. ad § 4.

Cujus auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri] *Pro nobis* Gaertn. Sed ita etiam *adversus nos* legendum foret. Vide paullo ante ad verba præcedd. Deinde *expetit* Harl. 2. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venet. 1495. ac quædam aliæ. *Expertæ* Leid. 1. *experta* Voss. 2. Lov. 2. 3. et edd. Mediol. 1495. et 1505. Ven. 1495. Ascensii 1513. ac 1516. atque non nullæ aliæ: quod, si plures graviorisque auctoritatis codd. firmarent, placere posset, quia alibi etiam Livius participio 'expertus' passive usus est. Supra V. 54. 'Quæ (malum) ratio est, expertis alia experiri?' ubi vide. Sed reliqui codd. constanter *experti*; neque aliter edd. Rom. 1472. et Parm. quod etiam Aldus revocavit. Id itaque præfero. Præterea *nolite, nolite adversus vos velle experiri* Leid. 1. In qua repetitione verbi *nolite* eadem emphasis esse potest, quam in simili observavit Jac. Gronovius IX. 9. 'Dedite interea, dedite, inquit, nos profanos:' ubi alia vide. Uni tamen codici, quamvis inter optimos non minimo, hoc loco vix credere audeo. Insuper *adversus velle experiri*, pronomine *nos* omisso, Voss. 2.

Digitized by Google

§ 17 *Qui pugnarent vobiscum infestius, et alios duces senatus habuit*] *Qui pugnaverint* Harl. 2. *Qui pugnarent vob. inf. contra alios duces sen., hunc, qui maxime, &c.* Lov. 2.

Qui maxime suis militibus placeret] Sincera lectio *qui maxime vobis, suis militibus, parceret.* Gelen. *Parceret* omnes etiam scripti mei. Iidem etiam interponunt *vobis*, exceptis Lov. 4. et Harl. 2. in quorum priori non tantum deest pronomen, sed et *pareret*, pro *parceret*, obvium fuit.

Cui plurimum vos imperatori vestro crederetis, cum elegit] Tò *vos* non adparet in Harl. 5. Port. et Hav. Deinde *crederitis* Voss. 2. Lov. 3. et ed. Tarvis. prior. *credideritis* Lov. 5. Port. et Hav. Præterea *elegit eum*, trajectis vocibus, Flor.

§ 18 *Quid nos velle oportet*] *qp nos velle*, id est *quod*, Gaertn. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Sed si hic sensus fuisset, potius Livius dicturus videtur *quam nos velle.* Ad hæc *quid vos velle* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Hav. Hearnii Oxonienses, et editi, quos vidi, usque ad Aldum, cum quo reliqui sentiunt.

Quin, &c. nos ipsos nostraque omnia cognitæ permittimus fidei] *Qui*, pro *quin*, Leid. 2. *quando* Lov. 3. Deinde *vos ipsos nostraque omnia* Port. *nos ipsos vestraque omnia* Gaertn. Hinc *quin permittamus* Lov. 5. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. C. Non sequor. Supra 1. 57. 'Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia:' ad quem locum plura exempla ex Livio notavimus.

CAP. XLI. § 1 *Adprobantibus clamore cunctis*] *Multis* edd. principes usque ad Mediol. 1505. quæ prima *cunctis* dedit; ex ea deinde id Ascens. 1513. et 1516. in margine, Aldus vero et postea reliqui in contextu ostentarunt. Neque aliter in omnibus scriptis inveni. Mox *fore milites dixit* Lov. 4.

Oravit, ut causam miserorum civium susciperet] Vet. lib. *oravitque, ut causam.* Sigonius. *Oravitque* Sigonius. Nostri, ut prius vulgabatur, *oravit, ut causam.* Videtur legendum *orare, ut causam.* Nempe eosdem milites. *J. F. Gron.* Paucissimi tantum sunt meorum codd. qui Sigoniano consentiunt, neque alii, quam Port. et Hav. At contra suos omnes eidem favere Hearnius monuit. Ceterum *curavit, ut causam* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et Harl. 1. Conjectura Gronovii non displicet. Sed vellem codd. auctoritas accederet, ut in contextum etiam recipi posset.

Susceptumque eadem fide, qua rempublicam administrare solitus esset, tueretur] *Suspectamque eadem fide* transpositis literis Leid. 1. Vide ad XXVIII. 6. § 12. *Susceptamque eandem fide* Lov. 2. Tum *quam rempublicam* Lov. 1. Hinc *ministrare* Voss. 2. Denique *solitus erat* Leid. 2.

§ 2 *Nolle alibi, quam in innocentia, spem habere*] *Quam in innocentiam* Flor. et fragm. Hav. *quam innocentia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. et Port. Sed præpositio vel intercepta est a litera ultima vocis proximæ, (de quo vide ad X. 18. § 3.) vel a prima syllaba vocis seq. de quo agetur ad VIII. 33. § 6.

Semel plebi, iterum legionibus cautum sit, ne fraudi secessio esset] *Semel plebis* Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *semel plebis est* Voss. 2. Deinde *fraudi secessi esset* Lov. 1. sed *esset* deficit in Lov. 3.

§ 3 *Quinctio conlaudato*] *Quinctio laudato* Leid. 1. fragm. Hav. a m. pr. et ed. Mediol. 1505. 'Conlaudari' sive de uno dici, qui plures, sive de pluribus, qui unum laudant, vidimus ad VII. 11. § 9. hic vero usurpatur de uno dictatore Valerio, qui unum etiam Quinctium laudat. Ita VIII. 25. 'Conlaudatus ab imperatore tria millia militum accepit.' XXXV. 11. 'Conlaudatum eum consul spe præmiorum onerat.' Unus Gnatho 'con-

Digitized by Google

laudat' Thrasonem apud Terent. in Eun. v. 9. 59. 'postquam eis mores ostendi tuos, Et conlaudavi secundum facta et virtutes tuas.' In Adelph. III. 4. 4. 'conlaudavit filium: Mihi, qui id dedissem consilii, gratias egit.'

Dictator, equo citato ad urbem revectus] Pall. duo, 1. ac 3. *dict. cit. ad urbem directus.* Sed 'dirigere' eo significatu Livii ætate non in usu erat. De eo aliquid notavi in Crepundiis III. 21. *Gebh. Dictatorē quo citato* Florent. *dictatorque equo citato* fragm. Hav. a m. pr. *dictator citato*, media voce omissa, Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad III. 28. § 3. Sed *equo citato*, ut reliqui servant, genuinum puto. Supra I. 27. 'Eques citato equo nunciat regi.' c. 57. 'Citatis equis advolant Romam.' II. 47. 'In eam partem citato equo advectus.' XXVI. 15. 'Inde citato equo Cales percurrit.' XXXIV. 20. 'Equo citato subter murum hostium ad cohortes advehitur:' et alibi. Silius Ital. X. 248. 'Tum vero incumbunt Libyes super, ipse citato Ductor equo, qua flatus agit, qua pervius ensis.' XI. 407. 'Ac ponat ritus vescendi, sæpe citato Dum residet sub casside equo.' vs. 526. 'vidi, quum Varro citato Auferretur equo, projectis degener armis.' Deinde *ad urbem directus* Lov. 3. quod rejicienti Gebhardo adsentior. *Ad urbem reversus* Lov. 4. Sed alibi etiam hæc vocabula in membranis confundi solent. Ita III. 70. § 6. ubi etiam locutionem 'revehi equo' inlustravi. Adde XXXIV. 15. 'Ipse ad secundam legionem, quæ in subsidio posita erat, equo revehitur:' ita Mogunt. cod. et ex eo Aldus. Priores vocem *equo* similiter, ut hoc loco, omiserant; quæ eadem etiam in codd. scriptis aliis non adparebat.

Tulit ad populum in luco Petilino] Lib. VI. c. 20. 'Petelinum lucum' appellavit. Plutarchus etiam in Camillo p. 148. Πετηλίνου ἄλσους: apud Varronem de Lingua Latina lib. IV. pag. 15. est *Petilius*, pro *Petelinus*, per mendum. *Sigon. In luco Petillini* Flor. Voss. duo, Leid. 1. et Lov. 3. ac 5. *in luco Petullini* Lov. 1. *in luco Pelletini* Lov. 2. *in luco Petellini* Harl. 1. *in luco Petelini* Harl. 2. *in luco Petilini* Leid. 1. Lov. 4. Hav. et fragm. Hav. *in loco Petillini* Gaertn. et edd. priores. Sed alibi sæpe *locus* et *lucus* commutantur. Vide ad XXI. 48. § 4. *In luco Petillini* deinde substitutum est in Venet. 1495. *in luco Petellini* in Aecens. *in luco Petilino* in Froben. 1531. quod in uno apud me superest Port. et ab eo, qui primus ita emendavit, desumtum videtur ex VI. 20. Verum si lucus hic ab aliquo ex gente Pœtelia nomen accepit, quod verisimile esse ibidem dixi, non casu patrio *Petelini*, ut habent hic tantum non omnes codd. sed *Petelino* legendum erit.

Ne cui militum fraudi secessio esset] *Superunti*, pro *fraudi*, Voss. 2. et Lov. 3. *fraudis* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ultima litera finl vocis adhæsit ex principio sequentis. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Ne cui militum seditio fraudi esset* Lov. 4.

Oravit etiam bona venia Quiritus] Sic VI. 40. 'Puta me ex media concione unum civem succlamare: Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse.' *Sigon.* Terent. in Phorm. II. 3. 31. 'Adolescens primum abs te hoc bona venia peto:' 'cum bona venia' Livius etiam dixit XXIX. 17. 'Cum bona venia, quæso, audiatis, Patres conscripti, id quod invitus dicam.' Quomodo etiam 'cum bona pace' sæpius Livius dixit. Vide quæ notantur ad XXVIII. 37. § 4. Deinde *oravit enim* Port. solito scribarum errore. Vide ad XXXVI. 41. § 3.

Ne quis eum rem joco seriove cuiquam

Digitized by Google

exprobraret] *Joco scribunt* Gaertn. *joco se movet* Lov. 3. ubi non tantum voces indocte distinctæ, et diphthongus *æ* pro simplici *e* scriptæ, sed et literæ *ri* in *n* coaluere, ut sæpe alibi factum est. Vide ad III. 30. § 3. Deinde *exprobaret* ex minus distincta verba præcuntis pronunciatione Voss. 2. Lov. 2. 3. Hav. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 4 *Lex quoque sacrata militaris lata est*] Hanc legem cum nuper jurisperitus inter cæteras Romanas leges edito de his libro allegasset, ne uno quidem verbo dignatus est eam explicare, cum ex proposito id in plerisque aliis legibus fecisset. Nos id non agimus. Admonendus tamen est lector, ut consideret, quare id nolmerint milites, videlicet haud dubiam infamiam denotante hac deletione. *Glar. Est lata* Gaertn. Verum *rò est* deficit in Port. et Hav. Mox *ne cui militis scripti nomen* Hav. *ne cui militi scripti nomen* Leid. 2. Sed ultima litera *vοῦ militis* intercepta est a prima seq. vocis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. In eodem etiam Leid. 2. vox *nomen* non adparet. Præterea *deberetur*, pro *deleretur*, fragm. Hav. a m. pr. *deleretur* Lov. 4. quomodo etiam peccabatur a librariis hoc lib. c. 35. § 5.

Ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset] Hoc cum additur, 'tribuni' nomen honoris fuisse existimo, at 'ductoris ordinum' officii. Sed de hoc attigimus nonnihil II. 27. ubi de primipilo M. Loctorio diximus. *Glar.* Paullo ante *addictumque legi* Leid. 2. Vide ad VI. 15. § 9. *additum legi*, omissa copula, Lov. 2.

§ 5 *Sed id propter Salonium postulatum est ab conjuratis*] *Sed* redundat. *Galen. Sed id propter* servant Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses; primusque editorum id Aldus admiserat, quum ab antiquioribus exusis et reliquis scriptis exularet. Non male. Videtur enim repetitum esse ex proxime præcedentis vocis syllaba finali, quemadmodum etiam interdum alibi peccarunt librarii. Vide hoc lib. c. 6. § 7. *Pro id propter* habet Klockian. Deinde *P. Salarium* Lov. 5. a m. pr. *P. Salanium* Port. et Hearnii Oxon. B. non tantum hic, sed et bis infra § 7. ubi in Lov. 5. *Solonius* vocatur, reliquis recte tribus illis locis vulgatum tuentibus, nisi quod *Salonum* sit hic in Lov. 4. Tandem *a conjuratis* idem Lov. 4. cum Gaertn. et fragm. Hav. ut et editis ante Aldum.

Et tribunus militum, et primus centurio erat, quem nunc primipilum adpellant] Molins in vetustis codd. legitur *primi pili*, quam in vulgatis codd. *primipilum*. Gelen. Primum *et* deficit in Leid. 2. Voss. 1. et Lov. 1. Sed vide ad II. 44. § 3. *Et tribunus militum etiam centurio erat* Gaertn. *Tò erat* non adparet in Leid. 2. Deinde *primipilum* tantum inveni in Leid. 2. Lov. 2. 4. et Harl. 2. Hearnius etiam in uno Oxon. C. *primumpili* in Harl. 1. Reliqui recte *primi pili*. Vide ad II. 27. § 6.

§ 6 *Quod semper adversatus novis consiliis fuisset*] Voces *adversatus* et *fuisset* deficiunt in Lov. 2. *novis consiliis aversatus* præfert Leid. 2. Verum ita *nova consilia* dicendum fuisset. Est itaque error librarii, voces 'aversari' et 'adversari' confundentis, ut etiam alibi factum est. Vide ad IV. 12. § 8. et mox hoc cap. ad § 8. *Adversarius novis consiliis fuisset* Lov. 4. quod eodem modo dictum foret, quo 'inimicus populo Romano,' 'hostis Patribus,' 'inimicus imperatori,' et similia plura dicuntur, de quibus vide ad XXXIX. 47. § 11. Sed et hoc potius errantis librario adscribo. Similiter enim etiam alibi in Mss. peccatur. Vide ad VI. 40. § 3.

Et ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent] Obscurus est sen-

Digitized by Google

sus, quem ego hercle non intelligo. Haud dubie dicere vult, eum cum illis conjurare nolnisse, ideoque illos nolle eum in futurum suum esse primum centurionem. Cæterum Lautularum antea mentio habita: at de fuga ab Lautulis nihil prorsus. Ego locum mutilum puto, ac illud *et* ante *ne* tollendum esse. *Glar.* Vet. lib. *nec particeps eorum esset:* placet. *Sigon.* Ab Sigonio est *nec particeps*, qui vulnus vulnere aggravavit. Mss. et prius editi, *et ne particeps.* Qui sunt autem, qui fugerunt ab Lautulis? Adolevisse et prorupisse conjurationem per illos, qui substitissent ibi, aliosque ab consule missos excepissent, cognovimus. Si qui anfugerant, recte fecerant; quorum consilii ac fugæ qui participes esse noluerunt, videntur sensisse cum conspiratis, neque illis odio esse posse. Licet opinari, Salonium ipsum exceptum cum aliis, quod tum quoque flagitium illud improbaret, ab tumultuantibus fuga se subduxisse, eosque habuisse offensos. Scripsit Livius, *quod semper adversatus novis consiliis fuisset, et, ne particeps eorum esset, ab Lautulis fugisset.* Hoc etiam me monuit Alb. Rubenius. *J. F. Gron. Nec particeps eorum esset*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, præferunt soli apud me Port. et Hav. apud Hearnium vero Oxon. L. 2. et C. *Et particeps eorum esset* Lov. 2. et ejusdem Hearnii B. qui illud forsan rectius esse judicavit. Et sane eo sensu fere est apud Terent. in Heaut. 1. 1. 98. 'Nisi ubi ille huc salvus redierit mens particeps.' Id tamen huic lectioni obstat, quod res quidem casu secundo, sed persona plerumque casu tertio exprimi soleat. Vide loca laudata Gronovio ad Senec. Herc. Fur. vs. 369. Reliqui codd. vulgatam ante Sigonium lectionem probant. Si quis Glareani *et* ante *ne* tollentis conjecturam veram putat, voculam illam ex ultimis literis præcedentis *fuisset* repetitam existimare poterit; quod alibi non raro factum est. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Verum illam minus adhuc, quam Hearnii emendationem probo. Displicet enim non modo propter illud, propter quod sententia Hearnii, sed etiam propter rationem quam huc adtulit Gronovius. Accedit, *ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent*, considerari non posse, tamquam legitimam caussam, 'cur novis consiliis adversatus fuisset.' Quum enim, hac lectione recepta, per hos qui ab Lautulis fugerunt, intelligendi sint auctores novorum consiliorum, qui nova consilia probarunt, Livius diceret, adversatus est novis consiliis, ne cum aliis nova consilia probaret, ne particeps esset eorum qui nova consilia probabant. Voces *qui ab Lautulis fugissent* desunt in Voss. 2. quibus deletis posset probari Sigonii lectio, *quod semper adversatus novis consiliis fuisset, nec particeps eorum esset.* Sed neque illud verum judico. Posset etiam legi *quod, semper adversatus novis consiliis, ne particeps eorum esset, ab Lautulis fugisset.* Certe *fuisset* in uno deesse antea vidimus. Huic tamen conjecturæ illa Gronovii præstat, quod minus a vulgato recedat, et sensus eodem redeat. Nihilominus, ut de vera lectione constet, codd. integriores exspectandos censeo. Interim, ejecta Sigonii lectione, eam, quæ antea obtinebat, reduxi.

§ 7 *Obtestatus Patres conscriptos, ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, æstimarent*] *Obtestatus Patres conscriptos* Hav. *obtestatus Patribus conscriptis* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. quem errorem iterum inde ortum puto, quod per literas singulares scriptum fuerit *obtestatus P. C.* quæ quomodo reddendæ forent, indocti librarii non intelligebant. Vide ad X. 10. § 2. Deinde *plus, quam concordiam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ut *plus* adverbialiter sumatur pro 'ma-

Digitized by Google

gis.' Sed alterum est elegantius. Insuper *extimarent* Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Paullo ante *imperaretur*, pro *impetraretur*, Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. solito scribarum errore. Vide ad IX. 30. § 10. *Imperatore* Gaertn. Similis ferme locus, quod ad sensum adtinet, est IV. 44. 'Nec senatui tanti se civem aut quemquam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat:' ubi illud *tanti* hic etiam *pluris* firmat.

§ 8 *Ut de stipendio equitum (merebant autem triplex ea tempestate) æra demerentur*] Lego *æra diruerentur*, quomodo video Msto jam confirmari. Vide Festum in 'Diruptum,' et Nonium in 'Ære diruti.' *Klock.* Recte *ea tempestate*, non sua et Cæsarum ætate. Dilucide hoc expedivit Schelius in Dissert. ad Polybium c. 4. Vidit etiam aliquid Lipsius de Milit. Rom. v. 16. sed quasi per nebulam. *Duk. Et de stipendio* Lov. 2. Vide ad XXI. 28. § 8. *Ut nec de stipendio* Leid. 2. Jac. Gronovius edidit *ut stipendio equitum, &c. æra demerentur*; eamdemque lectionem servavit nupera ed. Amstelæd. Sed præpositionem *de* servant omnes libri. Et ita Livius loquitur III. 33. 'Ut demtum de vi magistratus populi libertati adjiceret.' Horat. Od. 1. 1. 21. 'Nec partem solido demere de die Spernit.' Ovidius Epist. Her. XVIII. 103. 'Deque tuis demtos humeris mihi tradis amictus:' ubi vide Burmann. Cum præpositione *ex* construit Livius XXXIV. 54. 'Demtum ex dignitate populi, quidquid majestati Patrum adjectum esset:' ubi vide. Deinde *merebat autem triplex ea tempestate*, id est *merebatur*, Lov. 4. solita varietate. Vide ad l. XXXVIII. c. 40. § 1. *Merebant ut autem triplex ea tempestate* Leid. 1. *merebant autem ut triplex ea tempestate* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. In illo τὸ *ut* repetitum esse potuit ex ultimis literis vocis præced. *merebant*: quale exemplum etiam habuimus ad VI. 3. § 3. et ita IX. 34. § 25. in his vero eadem particula nata forsitan est ex vocis seq. *triplex* nota *III.* et deinde utrumque *ut* et *III.* vel *triplex* simul in contextum receptum fuit. *Merebant autem triplex ea ætate æs* Gaertn. et Hav. Similiter etiam legit Lov. 2. sed in eo vox sequens *æra* omittitur. At τὸ *æs* pro librarii glossemate habendum est. 'Triplex,' nempe 'stipendium,' quod modo præcessit; supra v. 12. 'Tribunus militum priore anno fuerat, triplexque stipendium equitibus dederat.' Intellige vero triplex ejus, quod pedites accipiebant. Vide Lipsium de Milit. Rom. v. 16. Vox *autem* deficit in Leid. 2. Alibi sæpe eamdem particulam librarii interponere soliti fuerunt. Vide ad XXI. 40. § 11. Hic tamen cum reliquis codd. servanda est. Infra XXVIII. 24. 'Concitatis popularibus (Lacetani autem erant) et juventute Celtiberorum excita.' Tandem de locutione 'diruta ære' vide Lipsium de Milit. Rom. v. 18. et Manut. ad Cic. in Verr. v. 18. Klockii tamen conjecturam non probo. Antiqui enim scriptores potius militem 'ære dirui,' quam 'æs dirui' dixerunt, ut ex locis quæ viri docti modo memorati adduxerunt, constat; quamvis non ignorem, apud Fest. l. l. ubi locutio hæc exponitur, dici, 'quod æs diruebatur in fiscum.' Præterea 'ære diruta' miles secundum Fest. ibid. dicebatur, 'cui stipendium ignominiæ caussa non erat datum:' hic vero non 'ignominiæ caussa,' sed ut lucrum minueretur, de stipendio equitum demtum pedites volebant. Præterea cod. quem Klockius consuluit, non legebat *diruerentur*, sed, ut sua manu ex eo excerpsit, *deruerentur*: in qua scriptura nihil aliud commissum, quam quod litera *u* in literas *ru* dissoluta, eaque ratione ex *demerentur* factum sit *deruerentur*. Solent autem passim literæ *u* et *ru* in Mss. commutari. Vide ad IX. 14. § 9.

Digitized by Google

Quod adversati conjurationi fuissent] *Qui aversati* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 35. § 4. *Quod aversati* Leid. 1. et Gaertn. *quod adversarii conjurationis fuissent* Lov. 4. Vide hoc cap. § 6.

CAP. XLII. § 1 *Præter hæc invenio apud quosdam, L. Genucium*] *Præter hoc* Voss. 2. et fragm. Hav. *Prater h'* ambigue Lov. 3. Deinde *L. Henucium* Gaertn. *L. Genitium* Lov. 3. et fragm. Hav. *L. Gemicium* Hav. *L. Genutium* Lov. 2. 4. et Leid. 1. Sed vide ad II. 52. § 3.

Tribunum plebis tulisse ad populum] *Tulisse ad plebem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sed, reliquis editam lectionem propugnantibus, eam non mutandam censeo. Sæpe enim 'populus' pro illa parte populi, quæ Romæ proprie 'plebs' dicebatur, et ad quam ferendi potestas tribunis competebat, poni solet. Infra X. 13. 'Tribunique plebis nihil id impedimenti futurum siebant, se ad populum laturos, uti legibus solveretur.' III. 9. 'Legem se' (C. Terentillum Arsam tribunum plebis) 'promulgaturum, ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis. Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum.' Martial. Epigr. VIII. 50. 'Vescitur omnis eques tecum, populusque, Patresque.' Et ita sæpius ipse alliquo.

Ne fœnerare liceret] *Fœnerari* Lov. 4. 5. Port. a m. pr. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. atque ita hunc locum laudat Salmas. de Modo Usur. c. 7. p. 292. quam tamen alterum in omnibus edd. supersit, nisi quod in una vel altera *fœnorare* legatur, de quo vide Dausquei. in Orthogr. part. II. hac voc. Grammatici plerumque distinguunt, ut *fœnerare* sit δανείζειν sive fœnore dare, *fœnerari* autem δανείζεσθαι sive fœnore accipere. Quæ distinctio si vera foret, vulgatum servandum esset. Non enim tam Genucius ad populum tulisse videtur, ne fœnore accipere, quam ne fœnore dare liceret. Nam ita sæpius fœneratores, id est, qui pecuniam fœnori dabant, multati fuisse leguntur, non autem qui fœnori acceperant. Verum grammaticos falli, et 'fœnerare' ac 'fœnerari' eodem sensu usurpari, docuit Salmas. de Usur. c. 1. Vide etiam ad Epit. Liv. lib. LXXIV. Utrum igitur legatur, sensus erit idem, atque interdictum fuisse Livius narrabit, ne quis fœnori daret. Quum autem plerique et optimi codd. vulgatum servent, ab eorum lectione discedendi nullam legitimam causam video.

§ 2 *Neu duos magistratus uno anno gereret*] *Ne duos magistratus* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *nec duos magistratus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Verum omnes optimi recte stant cum vulgato. Vide ad II. 15. § 2. Deinde *uno anno ageret* Lov. 2. 3. quæ verba sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXII. 28. § 1. Paullo ante vox *aliis* deest in Gaertn. et tum *annos* in Voss. 2. et Lov. 1. ac 3. quasi illa ex sequentibus repetenda foret. Sed reliqua Matorum turba eam optime servat.

Utique liceret consules ambos plebeios creari] *Utque liceret* Leid. 2. Sed *utique* hic ponitur pro 'et uti.' Vide ad III. 30. § 7. *Uti* autem sæpe usurpatur pro 'ut,' cum quo etiam frequenter in Mss. commutatur. Vide ad XXXVII. 46. § 10. Voces *utique liceret* exulant ab Gaertn. quemadmodum etiam *plebeios* ab Harl. 2. Paullo post *appareret*, pro *apparet*, Hav. cujus librarius *appar'et* scriptum se vidisse credidit. Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 3 *Aliis annalibus proditum est, neque dictatorem Valerium dictum*] *Aliisque annalibus* Hav. Tum *dictatorem Valerium dixit* Port. a m. pr. Mox *per consulem*, pro *per consules*, Harl. 2. omnesque exensi usque ad Frobenium, qui a. 1535. vulgavit *per Coss.* Ex reliquis scriptis nonnulli quidem

Digitized by Google

per conē. vel *per consē.* at plerique et optimi diserte *per consules.* Vide ad x. 10. § 2. Præterea *omnium rem,* pro *omnem rem,* Hav. Vide ad vi. 22. § 6. Ceterum verba *neque dictatorem, &c. rem actam* non adparent in Leid. 2. omissa librarii inertia ob repetitionem vocis *neque.* Vide ad ix. 10. § 11.

Ad arma consternatam esse] 'Consternari' est erigi et concitari, hoc loco: ut viii. 27. 'Tumultu sanos etiam consternante animos:' et xxxiv. 2. 'Consternatio muliebris,' pro seditione mulierum. Sic Nonius Marcellus. *Sigon.* Vide ad x. 43. § 13. Paullo ante *Roma venirent,* pro *Romam,* Lov. 4. et Leid. 1.

§ 4 *Nec in T. Quinctii villam, sed in ædes C. Manlii, nocte impetum factum*] *Ne in T. Quintii villam* fragm. Hav. a m. pr. *nec initi Quintii villam* Harl. 1. *nec in T. Quintii villa* Hav. Tum *sed in ædis* more antiquo Flor. Voss. 1. Leid. 1. Harl. 1. Lov. 1. 4. et Klockian. *sed in ædem* Lov. 2. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Deinde *T. Manlii* Voss. 2. et Lov. 3. *C. Manili* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Harl. 1. *C. Mallii* Lov. 3. et Gaertn. Vide ad xxxiv. 53. § 2. Denique ordine mutato *impetum nocte factum* Port. et Hav.

Eumque a conjuratis comprehensum] *Ob conjuratis* Port. a m. pr. *ab conjuratis* a m. sec. quod etiam præfert Hav. Sed præpositio deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Tum *comprensum* Voss. 2. Lov. 3. et Port. Mox τὸ *ut* non adparet in Gaertn.

§ 5 *Repente, cum in aciem armati exercitus processissent*] *Repente tecum in atia est armatis exercitus* prodigiose corruptus Leid. 1. in *tecum* autem prima syllaba repetita est ex ultima syllaba vocis præced. Vide ad Livii xxxvii. 41. § 5. Voces *in aciem* omittuntur in Lov. 2. In verbis præcedd. *a ducibus* præfert Gaertn. *ortam* vero deficit in Hav.

§ 6 *Permixtos dextras jungere, ac complecti*] *Permixto dextras jungere* Leid. 1. *permixto dexteras jungere* Hav. *permixtos dextras injungere* fragm. Hav. Virgil. Æn. l. i. vs. 408. 'Cur dextræ jungere dextram Non datur, ac veras audire et reddere voces?' ubi Servius: 'Majorum enim hæc fuerat salutatio: cujus rei τὸ αἴτιον, id est, caussam, Callimachum secutus, exposuit; asserens omnem eorum honorem dexterarum constitisse virtute: ob quam rem hac se venerabantur corporis parte.' Tum *et complecti* Lov. 4. *ac completi* Voss. 1. et Lov. 1. a m. pr. in quo manus sec. in margine adscripsit *complexi,* quod etiam præfert Leid. 2.

Quum viderent aversos a dimicatione militum animos] *Adversos a dimicatione* Voss. 2. Lov. 1. 3. 5. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad ii. 31. § 6. *Aversos ab dimicatione* Port. et Hav. *aversos ămiratione* Gaertn. Paullo ante *coaptosque* fragm. Hav. a m. pr. *coatosque* Lov. 1.

Retulisse ad Patres de concordia reconcilianda] *Ad Patres retulisse* Leid. 1. Insuper *de concordia conciliandа* Port. a m. pr. Vide ad ii. 41. § 8.

§ 7 *Eamque compositam fuisse inter antiquos rerum auctores constat*] *Eamque positam fuisse* Lov. 1. quomodo 'posito legis certamine' est iii. 30. 'positi furores' apud Ovid. in Rem. Am. vs. 497. 'ponere metum' vs. 544. 'ponere amorem' Propert. l. i. el. 9. vs. 8. ubi vide Passerat. Sed vulgatum verius est. Non tantum enim inter rerum auctores constat 'seditionem positam,' id est omissam, esse, sed etiam compositam, id est, ea omissa, concordiam reconciliatam esse. Suet. Cæs. c. 4. 'Composita seditione civili.' Deinde vox *rerum* deficit in Lov. 4. Eamdem etiam omisit Cælius Secundus Curio, cujus deinde errorem adoptarunt Lugdun. 1553. et Basil. 1554. ac 1555. Sed recte reliqui codd. et edd. vocem ser-

Digitized by Google

vant. 'Rerum scriptores' ut XXI. 1. 'Licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores.' XXXVIII. 56. 'Nec inter scriptores rerum discrepat solum.' XXXIX. 50. 'Ab scriptoribus rerum Græcis Latinisque tantum huic viro tribuitur.' Præterea *stat*, pro *constat*, Lov. 4. a m. pr. Male. Vide ad XXXVI. 35. § 8.

§ 8 *Ab Romana societate avertit, et præter Latinorum infidum jam diu fœdus*] *A Romana societate* Gaertn. et edd. ante Aldinam. *Ab societate Romana* Leid. 2. Tum *jam diu infidum fœdus* Lov. 4. Paullo ante τὸ *bellum* deest in Leid. 2.

Privernates etiam Norbam atque Setiam finitimas colonias Romanas] Locus hic in scriptis plerisque mire est corruptus. *Priv. etiam Norbe atque Setiam fin. colon. Rom.* præfert Harl. 1. cum ed. Rom. 1472. unde non differt Parm. nisi quod *Norbē* habeat. Conveniunt etiam Harl. 2. et Flor. nisi quod in illo sit *Norbani*, in hoc *Sediam*. *Priv. etiam Norbe atque etiam fin. col. Rom.* Voss. 1. a m. pr. Sed alibi quoque *Setiam* et, litera initiali omissa, *etiam* in Mss. commutantur. Vide etiam ad VI. 30. § 9. Pro hac tamen scriptura manu sec. ita interpolavit, *Priv. etiam orbe atque situ etiam fin. col. Rom.*; quomodo etiam legit Lov. 1. *Priv. etiam orbe atque sed etiam fin. col. Rom.* Leid. 1. *Priv. etiam Norbe etiam fin. col. Rom.* Leid. 2. *Priv. etiam Norbæ atque Secii fin. col. Rom.* Lov. 2. *Priv. etiam Norbamque fin. col. Rom.* Voss. 2. *Priv. etiam sed jam* (volnit librarius scribere *Setiam*) *Norbamque fin. col. Rom.* Lov. 3. *Priv. Norbaque etiam fin. col. Rom.* fragm. Hav. a m. pr. *Priv. Setiam Norbamque fin. col. Rom.* a m. sec. ut et Gaertn. *Priv. etiam non Ardeates tantum sed etiam conscientiam* (forte librarius dare volnit *Consentiam*, sed male) *Norbamque col. Rom.* Hav. *Priv. etiam non Ardeates tantum, sed etiam Sutrum col. Rom.* Port. *Priv. etiam non Ardeates tantum sed et Sutrium col. Rom.* Lov. 5. *Priv. etiam non Ardeates tantum sed etiam Sutrium colonia Rom.* Oxon. B. apud Hearnium, qui scriptum ita credidit pro *coloniam Romanam*. *Priv. atque Ardeates non tam Norbæ* (pro *non tantum Norbam*) *sed et Sutrium et fin. col. Rom.* codd. L. 2. et C. apud eumdem. Solus tantum meorum Lov. 4. nihil mutat: ut nec forte Klockianus, ex quo nihil variantis scripturæ notatur. Et sane, vulgatam lectionem verissimam esse, docet initium libri sequentis: 'Setini Norbanique Romam nuncii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptæ cladis venerunt:' ubi tamen non nulli etiam codd. turbant.

Incursione subita depopulati sunt] Hearnius testis est, in Oxon. B. legi *populati sunt*. Sed omnes mei vulgatum servant. Non raro autem hæ voces in Mss. commutari solent. Vide ad II. 62. § 2.

Digitized by Google

LIBER VIII.

Cap. I. § 1 *Jam consules erant C. Plautius secundum*] C. Plautius bis antea consul fuit, a. CCCXCVII. et CDVIII. lib. VII. c. 12. et c. 27. hic igitur III. Sed id ita quidam defendunt, quod, qui a CCCXCVII. consul fuerit, 'Proculus' dicitur: qui vero a. CDVIII. atque hoc anno, 'Venox.' Hæc nominum confusio a quibusdam, ut exigua nihilque ad rem pertinens, ridetur: mihi etiam non prorsus agelasto facile ad eum modum erat ridere. Sed interim cum tot loca depravata viderem, non potui non dolere Latinorum auctorum tantam jacturam. Voluissem abesse prorsus magistratuum nomina ab historia Romana; plus enim lucis illi adesset. Sed quomodo id possibile? Pone, qui IIII. consul fuit, iterum, Dii boni quantum flagitii admiseris etiamnum nostra ætate? quid faceres Livii tempore, quando vivebant adhuc familiæ, quorum majores in magistratu fuere? Sed judicet lector. *Glar.* Glareanus *C. Plautius tertium* legit, atque hunc C. Plautium Venocem esse censet, in quo multiplex error est. Primum quod C. Plautii Proculi consulatum, quem ille gessit anno CCCXCVII. huic C. Plautio tribuit: deinde quod hunc Venocis cognomine afficit; cum Hypsæus potius appellandus sit. De Proculo scriptum est in Capitolinis tabulis: de Hypsæo in nummis argenteis. Hic enim C. Plautius Privernum in hoc consulatu cepit, auctore Livio: itaque est apud And. Lauredanum nummus cum his literis. Ab una parte C. YPSAEVS COS. PRIV. CEPIT. Ab altera parte P. YPSAEVS S. C. Videtur autem P. Hypsæus is fuisse, qui nummum cudendum curavit: qui, nobilitandæ familiæ causa, unum ex suis majoribus clarissimi tituli virum ab altera, ut fiebat, parte nummi incuderit. *Sigon.* Errores Glareani recte refellit Sigonius. Qui enim a. CCCXCVII. consulatum gessit, C. Plautius Proculus dictus fuit; qui vero anno CDVIII. et hoc, C. Plautius Hypsæus, adeoque recte *consul secundum* dicitur. Cognomen autem 'Venocis' gens Plautia demum adepta est, quum C. Plautius censuram cum Ap. Claudio Cæco gereret. Frontin. de Aquæd. lib. I. in princ. 'Collegam habuit C. Plautium, cui ob inquisitas ejus aquæ venas Venocis cognomen datum est.' In fastis etiam Capitolinis hoc par censorum ita describitur: CENSS. AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS. C. PLAVTIVS. C. F. C. N. QVI. IN. HOC. HONORE. VENOX. APPELLATVS. EST. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CDXII. p. 367. Ceterum *Cor.* pro *C.* est in Lov. 2. *Plulatius*, pro *Plautius*, in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, et Lov. 1. ac 5. Iterati autem consulatus notam omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C.

L. Æmilius Mamercinus] Conjunctionem *et* inter duorum consulum nomina interponit Hav. Vide ad II. 17. § 1. Deinde *T. Æmilius* Leid. 2. Lov. 4. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *Titus Æmilius* Flor. Lov. 1. 5. Klockian. et Gaertn. Sed *Λεύκιος* etiam vocatur Diod. Sic. lib. XVI. p. 553. Et recte ita vocari, patebit ex illis quæ dicentur ad c. 20. § 3. Præterea *Mamercus* codd. scripti et editi

Digitized by Google.

usque ad Gronov. qui a. 1665. *Mamercinus* dedit. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Ceterum hæc et præcedentia omnia verba deerant in Harl. 1.

Quum Setini Norbanique Romam] *Cum Ardeates, Consentini, Norbanique Romani* Hav. *cum Ardeates, Consentini, Norbanique Romam* Port. et Gaertn. *Consentini Norbanique Romam* Lov. 5. *cum Sentini Norbanique Romam* fragm. Hav. *cum Sedini Norbanique Romam* Flor. *Sentini* et *Sedecini* se in Oxon. N. invenisse, Hearne testatur. Vide ad lib. præc. cap. ult. § 6. Deinde mox *Privernatum*, pro *Privernatium*, Leid. 2. Male. Vide ad v. 15. § 11. et VII. 16. § 2.

Cum querimoniis acceptæ cladis venerunt] *Cunque nimoniis* Lov. 3. *Tum ac cede cladis* Voss. 2. *accepta cladis* Leid. 1. Denique *veniunt* Leid. 2.

§ 2 *Utrumque bellum Plautio sorte evenit*] *Sorte venit* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. et editi usque ad Jac. Sobium, qui a. 1525. *evenit* reposuit. Utrumvis admitti potest, præsertim quum optimi codd. illud *sorte venit* firment. Vide ad VII. 6. § 8. Paullo ante *Volscorum quidem exercitum*, pro *item exercitum*, Klockian. Deinde τὸ *est* exsulat a Lovel. 4.

§ 3 *Prius ad Privernum profectus*] Vet. lib. *Prius Privernum*. Sigon. Sigonius, nescio quo ex codice, *Prius Privernum profectus* legere se ait, contradicentibus omnibus nostris qua scriptis, qua cusis, nisi quod Pal. 2. a m. interpolatoris *Prius autem ad Privernum profectus*. Gebh. Sigonius delet præpositionem, quam vindicant omnes nostri. Helm. etiam ac Rott. *ad Privernum bellum profectus*. Unde suspicor fuisse quondam, *utrumque bellum Plautio sorte evenit. Prius ad Privernas profectus*. Cui superposuit aliquis explicandi gratia τὸ *bellum:* quod dein alius cum voce corrupta inseruit contextui. Infra c. 19. 'Eodem anno Privernas bellum initum.' *J. F. Gron.* Præpositionem vindicant etiam omnes nostri, nisi quod *Prius autem Privernum* sit in Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Unde patet in Pal. 2. apud Gebhard. qui ex interpolatione legebat *Prius autem ad Privernum*, duplicem lectionem junctam esse, ut sæpe fieri solet. Si codd. consentirent, Gronovii conjectura *Prius ad Privernas* non displiceret. Ita 'bellum Fidenas' I. 15. 'Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi: bellum Capenas' V. 24. 'Cornelius Faliscum bellum, Valerio ac Servilio Capenas sorte evenit.' Ita 'Arpinas municipium' emendandum in Valer. Max. II. 2. ex. 3. existimat Torren. Quum tamen *Privernum* in omnibus omnino scriptis et editis constanter supersit, nihil nunc mutandum puto, et *ad Privernum* intelligo 'ad urbem Privernum.' Jac. Perizonius etiam receptam scripturam tuebatur, ad marginem cod. sui adscriptis seqq. locis, ut Livium nominibus urbium præpositionem addere solitum fuisse probaret. Ita hoc lib. c. 12. 'Ad Pedum exercitum duxit.' c. 16. 'Ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus.' IX. 12. 'Ad Luceriam pergit:' et 'Nec ad Luceriam ire, nec manere, satis audebant.' c. 13. 'Profectos inde ad Luceriam inopia vexavit.' c. 37. 'Exercitus ad Sutrium venit.' c. 39. 'Ad Longulam pervenit.' X. 35. 'Quum ad Luceriam duceret legiones.' Similia plura coacervari possent, nisi res foret notissima. Idem et alios fecisse, docet Sanctius in Minerva IV. 6. quod est de ellipsi præpos. et Perizon. ad eum locum, Vossius etiam Gramm. VII. 42. Deinde *provectus* Leid. 1. et fragm. Hav. ex vitiosa pronunciatione verba præeuntis nato errore. Vide ad XXI. 2. § 4.

Agri duæ partes adeptæ] *Adepta* Lov. 1. sollemni scribarum errore. Alia ejusdem peccati exempla vide ad II. 56. § 16. IV. 2. § 14. c. 24. § 3.

Digitized by Google

IX. 2. § 12. aliisque locis. In verbis præcedd. *reditumque*, pro *redditumque*, præfert fragm. Hav. Vide ad X. 25. § 7. Eodem peccate passim 'aditus' et 'additus' confundi solent; de que vide ad IV. 57. § 11.

§ 4 *Magna utrimque cæde atrox prælium fuit*] *Utrique magna cæde* Lov. 3. *utrimque magna cædes* Voss. 2. sed ultimæ literæ vocis *cædes* adjecta erat nota, qua librarius eam delendam ac perperam scriptam indicatum voluit. *Magna utrimque cædes* fragm. Hav. a m. pr. Deinde *atrox bellum fuit* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vide ad III. 61. § 2.

Eos, neutro inclinata spe, dimicantes diremisset, Romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi] *Eos numen neutro inclinata spe dimicantes deremisset* Flor. *eos neutro inclinata spe dimicatos diremisset* Lov. 3. Deinde *nihil Romani eo certamine* Leid. 2. et Lov. 1. *Romani eo nihil certamine* Hav. *Romani nihil ex certamine* Lov. 5.

§ 5 *Quos viros in acie amisissent*] Vet. lib. *quot viros.* Sigon. Non est vera lectio, quam produxit Sigonius, servatque solus Pal. 2. *quot viros in acie amisissent:* quippe quum non numerum amissorum recensitum a Volscis velit Livius, sed virtutem desideratam. *Gebh. Quot viros in acie amisissent* etiam Lov. 5. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. et B. neque aliter Gaertn. a m. sec. qui antea habuerat *quod viros.* Sed *quos in acie viros amisissent* alio ordine Lov. 4. Mox *haud quamquam* Lov. 2. 3. 6. fragm. Hav. et ed. Parm. Tum *ad iterandum id periculum*, addita tertia voce, Voss. 2.

Nocte pro victis Antium agmine trepido] Fuldenses membranæ *nocte profecti Ant. agmine trepido, &c.* Modius. *Nocte pervinctis Ant.* Voss. 2. et Lov. 3. *nocte profecti Ant.* Lov. 5. et Port. in contextu: *nocte devectis in agmine trepido* Klockian. *nocte prævecti Ant.* Hav. *nocte provecti Ant.* Lov. 2. Salvinius in ora Livii legendum conjiciebat *nocte provectis Ant. agmine trepido saucius.* Mihi valgatum *pro victis* non displicet. Supra II. 7. 'Ita certe inde abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis.' IV. 39. 'Ut, relictis sauciis et magna parte impedimentorum, ambo pro victis exercitus se in montes proximos reciperent.' XXI. 9. 'Pœnus, quia non vicissèt, pro victo esset.' *Pro victis* eodem modo, ut 'pro perfuga' XXVII. 15. 'Pro perfuga jussus Tarentum transire:' ubi vide. *Pro victis Antiumagne trepido* Flor. in quo *u* a manu altera mutatur in *o*, ut sit *Antiomagne trepido;* ad vocem autem *magne* adscripta est glossa *maxime. Agmine trepidos* Leid. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera voci *trepidos* adcrevit ex initio vocis seq. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Mox *saucii ac parte impedimentorum relicta* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *abirent*, pro *abierunt*, Hav.

§ 6 *Armorum magna vis tum inter cæsa corpora hostium, tum in castris inventa est*] Mutili hic sunt Pall. 1. ac 3. Videtur tamen legere Pal. 1. *copia*, non *vis*, quod irrepsit ex glossa. Lib. XXX. cap. 4. 'Frumenti vim ingentem, &c. diviserunt.' XXXV. 3. 'Cum coacta magna vis pecorum prædæque esset.' *Gebh.* Lib. I. cap. 51. 'Ut in deversorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret.' XXIX. 36. 'Ingentem vim frumenti advexit:' et alibi sæpe. *Magna vis armorum*, trajectis vocibus, præfert Leid. 2. Deinde *cum inter cæsa hostium corpora* Lov. 4. et Hav. *cum inter cæsa hostium*, omissa voce *corpora*, Lov. 2. *cum inter cæsa corpora hostium* Exc. Pithœi apud Hearnium. Vide ad VI. 28. § 3. *Tum inter cæsa hostium corporum* Voss. 2. *tum inter cæsa hostium corpora* Lov. 1. Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *tum inter cæsa corpora*, voce *hostium* omissa, Leid. 2. Quod vero de

Digitized by Google

Pal. 1. et 3. Gebhardus questus est, eos mutilos esse, id quibusdam meorum etiam accidit. Sex enim priora vocabula *Armorum magna vis tum inter cæsa*, cum duobus ultimis periodi præcedentis *relicta abierunt*, desunt in Leid. 1. Eadem ut et duo sequentia *corpora hostium* non adparent in Lov. 3. vox *hostium* etiam exulat a Leid. 1. Præterea *tum castris inventa est* sine præpositione in Port. Hav. et multæ veterum edd. *copiatum quæ in castris inventa est* post voces omissas legit Lov. 3.

Ea Luæ matri dare se, consul dixit] *Ea luce matris dare se* edd. Rom. 1472. et Parm. *Ea Luæ Marti dare se* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *Ea Luæ mari dare se* Flor. a m. sec. *Ea Luæ Marti se*, omissa voce *dare*, Lov. 5. *Ea Marti dare se* Port. *Marti dare se* Gaertn. et Hav. *Calvæ Matri dare se* Voss. 2. et Lov. 3. *Ea luce Martis consul se dare dixit* Lov. 2. Verum de Lua matre vide ad XLV. 33. § 2. Mox *fines hostium* Lov. 5. *hostiumque fines* Lov. 2. *fineque hostium* Flor. in quo, suprascripta litera *m*, emendatum est *finemque hostium*.

§ 7 *Ingresso Sabellum agrum*] *Ingressos ad bellum agrum* Leid. 1. *ingresso ad bellum agrum* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Hav. *ingresso ad Sabellum agrum* vett. edd. usque ad Froben. qui a. 1535. præpositionem *ad* omisit. De Sabellis vide Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 9. p. 1061. et lib. IV. c. 7. p. 1191.

Legati Samnitium pacem orantes adeunt] *Legati Samnitum* Hav. quomodo præferunt paullo ante non modo idem cod. sed et Port. Lov. 1. et Harl. 2. Vide ad XXIII. 11. § 11. *Legati Samn. ad consulem pacem orantes adeunt* fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensis N. Vox *orantes* deest in Leid. 1. *ademit*, pro *adeunt*, præfert Gaertn.

§ 8 *Pacem sibi ab Romanis, bellique jus adversus Sidicinos petierunt*] Sex priores voces inertia librarii desunt in Hav. *a Romanis* habent Voss. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. quemadmodum contra *ab quo rejecti*, pro *a quo*, Port. et Hav. Deinde *bellique sibi jus adversus Sidicinos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. *bellumque uis adversus Sedicinos* Gaertn. *bellique usa reversus Sidicinos* Leid. 1. cujus librarius subjecto signo syllabam *re* delendam esse monuit. Tandem *petiere* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn.

§ 9 *Quæ se eo justius petere, quod in amicitiam populi Romani*] Flor. Rott. Helm. Voss. 1. satis mihi persuadent, scripsisse Livium *quod et in amicitiam*. J. F. Gron. Voculam *et* adduunt insuper Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 1. et Port. Vide ad II. 44. § 3. Præterea *in amicitia* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Insuper τὸ *eo* deficit in fragm. Hav. *justitius* autem, pro *justius*, exhibet Voss. 2. Vide ad VII. 15. § 8.

Non adversis, ut Campani, venissent] *In Campaniam venissent* Voss. 2. et Lov. 3. *ut Campani, venirent* fragm. Hav.

Sumerent arma, suos semper hostes, populi Romani numquam amicos] *Arma sumpserant* fragm. Hav. Tum *populi Romani non amicos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Nec in fide populi Romani nec ditione essent*] Malim *nec in fide pop. Rom. aut dit. essent*. J. F. Gron. 'Id est, qui neque æquo fœdere, ut Samnites, neque deditione, id est, iniquissimo fœdere, ut Campani, in amicitiam populi Romani essent susceptí.' Ita Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 1. Posterius recte; de priore dubito. Facit eadem 'in fidem populi Romani venire,' et 'in societatem populi Romani æquo fœdere accipi;' quæ diversa sunt. Qui in fidem aliorum veniunt, eo ipso se aliis inferiores fatentur, quod ad eorum fidem, id est, tutelam et clientelam, confugiunt: nam in hac phrasi 'fides' nihil aliud est, quam defensio et clientela ex fide expressa, vel tacita: unde

Digitized by Google

'fides' et 'clientela,' 'fides' et 'patrocinium' sæpe conjunguntur. Vide ad Flori III. 1. § 8. Et hi quidem etiam dicuntur fœdere facto in societatem et amicitiam accipi, sed non fœdere æquo: quia iis, quorum in fidem venerunt, aliqua re subjecti et obnoxii sunt ad præstandum, quod polliciti sunt. Livius c. 19. 'Legati ex Volscis Fabraterni et Lucani Romam venerunt, orantes ut in fidem reciperentur. Si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros.' c. 25. 'Lucani atque Apuli in fidem venerunt, arma viresque pollicentes: fœdere ergo in amicitiam accepti:' et c. 27. 'Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas cœpta est) in fidem populi Romani venisse adlatum est.' Unde 'fœdere' et 'æquis legibus' amicitiam jungere distinguuntur XXVIII. 34. Nam qui æquo fœdere in societatem et amicitiam veniunt, hos nulla re iis, cum quibus fœdus ineunt, inferiores, subjectosve, aut obnoxios, sed omnibus rebus pares esse ostendit Livius VII. 30. et XXXIV. 57. Jam vero Samnites, quo tempore primum societatem cum Romanis fecerunt, æquo fœdere in amicitiam receptos fuisse, ex iis constare potest, quæ Livius lib. VII. capp. 19. 30. et 31. scribit. Nam res illorum tum florentissimæ, neque eo loco erant, ut se, nisi fide et opibus Romanorum, adversus alios tueri non possent, aut non posse putarent. Non possunt ergo Samnites dici tum in fide Romanorum fuisse, et verba hæc Livii, 'qui nec in fide populi Romani essent,' potius de aliis sociis Romanorum accipienda sunt, quos illi et adversus hostes defendere solebant, nec facile patiebantur, suis viribus consiliisque bella gerere, ut II. 30. et 52. et VIII. 4. et alibi. Porro ex hoc Livii loco liquet, discrimen inter eos esse, qui 'in fide,' et qui 'in ditione' sunt: quod etiam significat XXXIX. 54. ubi Galli, qui Romanis se dediderant, in senatu dicunt, 'dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem, populi Romani:' et XXXVI. 28. in oratione Phænem Ætoli ad consulem Romanum: 'Non in servitutem, sed in fidem tuam, nos tradidimus.' Adde Val. Max. VI. 5. ex. 1. Cujacius Observ. XI. 23. et XXVII. 33. hæc verba Livii laudans, scribit, fœderatos, qui populi Romani majestatem comiter conservare debent, non 'in fide,' sed 'in ditione' populi Romani esse. Sed magis est, ut hi 'in fide' populi Romani esse dicantur. Vide Salmas. Observat. ad Jus Att. et Rom. c. 26. pag. 600. et seqq. Etsi autem hic, qui 'in fide' sunt, ab illis distinguuntur qui 'in ditione' sunt; tamen iidem, qui 'in ditione' sunt, ut dedititii, etiam 'in fide esse,' 'in fidem venire,' et 'accipi' dicuntur. Livius VII. 31. in oratione legatorum Campanorum ad senatum Romanum: 'Populum Campanum, urbemque Capuam, &c. in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus:' et VIII. 2. senatus de iisdem: 'Campanos non fœdere, sed per deditionem, in fidem venisse.' Sallustius Histor. lib. IV. in Epistola Mithridatis ad Arsacem: 'Persen apud Samothracas Deos acceptum in fidem:' et in Jug. cap. 62. ubi vide Cortium. *Duk.* Potius reducendam puto lectionem, quam tantum non omnes mei, omnesque apud Hearnium Oxonienses præferunt *nec in ditione.* Eam primus mutavit Gruterus in ed. postrema, quem reliqui recentiores perperam secuti sunt. Livium præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Vox *essent* male omittit Leid. 2. In verbis præcedd. *in bello auxilium* alio ordine legunt Lov. 1. et 4. quomodo scribæ transposuisse videntur, quod eodem ordine paullo ante dixerat Livius 'in pace amicitiam.'

Digitized by Google

CAP. II. § 1 *T. Æmilius prætor*] *Ti. Æmilius.* Nam Diodorus lib. XVI. p. 557. hunc in consulatu Τιβέριον nominat. Supra etiam II. 61. alius *Ti. Æmilii* meminimus ex Dionysio. *Sigon. Tiberius* etiam vocatur Pighio in Annal. ad a. CDXII. p. 307. Sigonius vero ad Livii VII. 21. § 6. cum iudicari Ti. Æmilium existimasse videtur, qui ibi quinquevir mensarius fuisse dicitur; ubi vulgo similiter peccatur. Passim prænomina 'Titus' et 'Tiberius' in Mss. commutantur, sive illud pro hoc subponi solet. Vide ad XL. 44. § 12. Deinde *P. R.* pro *prætor*, hic et mox verbis seqq. præferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *populusque Romanus* Lov. 3. Idem hic error, ex non intellecta vocis *prætor* nota *pr.* ortus, alibi sæpissime committitur in codd. calamo exaratis. Vide ad XXXI. 10. § 4. Vox *prætor* non adparet in Klockian.

Senatum consuluisset, reddendumque his fœdus Patres censuissent, prætor] Omnia hæc verba desunt in Hav. et Hearnii L. 1. quorum librarios in errorem abripuit repetita vox *prætor*. Vide ad IX. 11. § 11. *Et reddendum his fœdus* exstat in Gaertn. Deinde *consuluissent*, pro *censuissent*, dederunt scribæ Voss. 2. et fragm. Hav. nondum obliti verbi, quod modo præcesserat. Mox *respondet*, pro *respondit*, Gaertn.

§ 2 *Nec, quo minus perpetua amicitia esset, per populum Romanum stetisse*] Vet. lib. *perpetua cum eis amicitia.* Sigon. Non aliter patitur Latini sermonis norma. Quare male duo Pall. codd. *per pop. Rom. fecisse.* Gebh. Voces *cum eis* a Sigonio additas agnoscunt non modo omnes mei, sed et Hearnii codd. Oxonienses ac Neapol. Latinii. Deinde *per pop. Rom. fecisse* Voss. 2. et Leid. 2. *pop. Rom. fecisse* Lov. 3. Sed alterum optimi codd. tuentur, et Livio frequens est. Supra II. 31. 'Quominus per eum non stetisset, quin præstaretur.' III. 61. 'Non per milites stetisse, ne vincerent.' VI. 33. 'Nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur.' IX. 14. 'Per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis.' XLIV. 14. 'Per quos stetisset, quo minus belli finis fieret.' c. 19. 'Nunciare, ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.' XLV. 23. 'Ne præstaremus, per vos stetit:' et alibi sæpe.

Quoniam ipsos belli culpa sua contracti tædium ceperit] *Si ipsos belli* Lov. 2. Deinde *belli sua culpa contracti* Lov. 4. sed τὸ *sua* exsulat a Lov. 5. Mox *reconsilietur*, pro *reconcilietur*, Leid. 2.

§ 3 *Quod ad Sidicinos adtinet*] In sola ex editis apud me Sigoniana reperio *attineat:* postea spreverunt. At ita Flor. Rott. Helm. Voss. duo. *J. F. Gron.* Præter codd. a Gronovio laudatos, *attineat* etiam Lov. quinque, Leid. duo, Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum omnium auctoritate revocavi. In ed. Jac. Gronovii 1679. in nota paterna *attinet* lapsu operarum datum est. Id Hearnium in errorem protraxit, ut moneret *attinet* etiam Sigonium edidisse, et Gronovium e Mss. restituisse, consonantibus codd. suis, quum alii *attinet* omittant: quæ omnia contra sunt.

Nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit] *Nihil interdici* Lov. 5. et Hearnii Oxon. N. in contextu. Deinde *quo minus sacramenti populo* Voss. 2. et Lov. 3. *quo minus Sanni populo* Port. Tum *pacis belli liberum arbitrium* sine copula Lov. 5. *pacis bellique arbitrium liberum* Lov. 4.

§ 4 *Extemplo inde exercitus Romanus ductus*] Vet. lib. *deductus.* Sic paullo post c. 16. 'Reductæ Romam legiones:' ut fortasse recte, *Romam deductus*, legi possit. *Sigon.* Pall. tres Mss. codd. et Campani ed. *exercitus Romanus deductus:* unde conjicit Si-

Digitized by Google

gonius legendum *Romam deductus*. Gebh. *Deductus* etiam omnes mei, exceptis solis Leid. 1. et Harl. 2. quare id recte emendatum puto. Quod vero Sigonius insuper conjicit *exercitus Romam deductus*, a Liviana quidem loquendi ratione non discedit. Vide ad VI. 26. § 8. et c. 33. § 12. An tamen invitis libris ita legendum sit, valde dubito. Certe similiter loquitur Livius hoc lib. c. 17. 'Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus.' Ceterum *Romanus exercitus*, vocibus transpositis, legit Lov. 4. ut cap. 6. 'Ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpisset.' Paullo ante *jam quum domum revertissent*, addita prima dictione, Hav.

Et trium mensium frumento accepto, quod pepigerat consul] In Pall. 1. ac 3. hæc ita concipiuntur: *trium mensium frumento accepto, quod pepigerant. Consul ut tempus indiciis daret, quoad legati redissent.* Quasi in pactum oblatum esset, non postulatum Romanis. *Gebh.* Vocula *et* non adparet in Hav. Deinde *trium mensum frumento* Leid. 1. et Gaertn. Vide ad XXIX. 3. § 5. Tum *quod pepigerant, consul ut tempus inducias daret* Voss. 2. et Lov. 3. Sed alii omnes stant pro vulgato.

Tempus induciis daret, quoad legati redissent] *Inductis tempus daret* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. Præterea *quod ad legati* Leid. 1. Vide ad VII. 34. § 3. *Quod legati* ed. Parm. Vide ad VI. 38. § 13. Tum *rediissent* Harl. 2. Vide hoc lib. ad c. 26. § 6.

§ 5 *Copiis iisdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant*] Cupio doceri, an hoc usquam alibi legatur. Mihi insolens genus loquendi esse videtur. Vox *bellum* fortassis ex glossa est, et ab aliquo profecta, qui non cogitabat *adversus Romanum* dici pro 'adversus Romanos.' Certe aliquid vitii in hoc loco esse suspicor. *Duk.*

Haud in dubia spe erant maturæ urbis hostium potiundæ] Pall. 1. et 3. *haud in dubio erant*. Sic III. 10. 'Nisi dum in integro res sit.' Vide ibidem nostras notas: c. 6. hoc libro: 'Mihi quoque in incerto relictum sit.' *Gebh. Haud in dubio erant* etiam Voss. 2. et Lov. 3. de qua locutione egi ad III. 8. § 9. Aliorum tamen vulgatum servantium consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Unus Klockian. omissa præpositione, *haud dubia spe erant* præfert: quod nec ipsum placet. Infra l. XXXVII. c. 28. 'Primo in magna spe fuit:' ubi alia vide. Tum *hostium urbis potiundæ* edd. vett. usque ad Frobenianam 1535. *urbis potiundæ hostium* Lov. 4. *urbis hostium potiti* Gaertn. *urbis hostium potiri. Unde tum* Voss. 2. et Lov. 3. duplici lectione *potiri* et *potiundæ* (quod exprimitur τῷ unde) simul in contextum recepta. Sed et hic vulgatæ lectioni controversiam non movendam esse arbitror. Nam optimi quidem auctores *potiri* cum casu secundo junxerunt. Vide Voss. Gramm. VII. 31. et Cortium ad Sall. Jug. c. 25. § 10. Livium tamen alibi ita loqui non memini.

§ 6 *Ab Sidicinis deditio prius ad Romanos fieri cœpta est*] *A Sidicinis* Gaertn. et fragm. Hav. Hinc vox *prius* deficit in Leid. 1. Tum *fieri cœpta est* legunt Lov. 2. et Gaertn. *cœpta feri est* Harl. 1. *cœpta ferri est* Lov. 1. Vide ad v. 54. § 6.

Dein, postquam Patres] Ita edidit Jac. Gronovius, quum priores constanter præferant *deinde*, quod etiam servant Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 2. Port. Gaertn. Flor. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 3. § 6.

Ut seram eam ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur] Τὸ *eam* ignorat Lov. 3. Tum *ultima tandem necess. expr.*, sine copula *que*, Gaertn. *ultimamque tandem necessitatem expressam* Klockian. *ultimaque necess. tandem expr.* Lov. 4. *ultimaque tandem necess. oppressam* Lov. 5. Livius III. 30. 'Expressit hoc necessitas Patribus.' Et eo sensu sæpe hoc

Digitized by Google

verbum a Livio usurpatur.

§ 7 *Ne Campani quidem*] *Nec Campani quidem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. vett. usque ad Frobenianam 1535. Vide ad I. 10. § 3. In verbis seqq. *his se, ut æquum erat, abstinuere* præfert Klockian. Sed quibus se abstinuere?. Receptam lectionem omnes codd. recte tuentur.

§ 8 *Ex his tot populis ingens exercitus, duce Latino, fines Samnitium ingressus*] Vet. lib. *unus ingens ex.* Sigon. Quod monuit Sigonius, reperi in Pall. tribus: *Ex his tot populis unus ingens ex.* Neque ab hoc loquendi modo abhorrent optimi auctores, ut vulgo putant. Catullus Carm. XXII. 'Hæc cum legit, tum bellus ille et urbanus Suffenus, unus caprimulgus aut fossor Rursus videtur.' Ipse Livius XXVIII. 35. 'Ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam.' *Gebh. Unus ingens exercitus* etiam Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Neque Hearnius, qui eam lectionem recepit, ex Oxoniensibus suis aliam lectionum diversitatem notavit, nisi quod L. 2. et C. præferant *simul ingens exercitus*, ut reliquos etiam *unus ingens* servasse verisimile sit. Sane eo sensu 'unus' est VII. 34. 'P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem.' At hoc loco *unus exercitus*, ut obponatur præcedenti *Ex his tot populis*. Alibi autem Livius uni substantivo duo adjectiva jungere solet sine media copula. Vide ad I. 14. § 7. Tum *duce Latinos fines Samnitium* Lov. 1. Sed sibilus in voce *Latinos* adhæsit ex similitudine literæ initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10. *Duce Latino fines ănitium* Hav. Sed hic literam initialem vocis *Samnitium* intercepit finalis vocis præced. Vide ad XXX. 3. § 8.

Plus populationibus, quam prœliis, cladium fecit] *Populationibus plus* Lov. 4. Tum *quàm prœdiis cladem fecit* Gaertn. *qŧam prœliis claudium fecit* Lov. 1.

Quamquam superiores certaminibus Latini erant] Si superiores certaminibus erant Latini, quin bellum perficiebant? Nec satis mihi facit, quæ subjungitur ratio; 'ne sæpius dimicandum foret' scilicet. Fieri etiam potest, ut locus sit mutilus, quod suspicor, non etiam assevero. *Glar. Certaminibus Latini superiores erant* Lov. 4. Vox *Latini* deficit in Hav. Deinde *essent* legunt Port. Gaertn. et Hav. Sed et alterum probum est. Vide ad II. 50. § 5. Locus inmerito Glareano suspectus est: quanquam superiores certaminibus Latini bellum tamen non perficiebant, quia forte Samnites in casum universæ dimicationis non veniebant. Si autem addidisset Glareanus causam, cur subjuncta ratio displiceret, cujus ea ponderis fuisset examinari potuisset; nunc eo tacente illam divinare nequeo. Certe locum mutilum esse, nihil persuadet.

Ne sæpius dimicandum foret, agro hostium excessere] *Ne se prius* Hav. Deinde *agro host. cessere* Port. quomodo 'cedere pugna,' 'civitate,' de quibus vide ad II. 10. § 5. Verum et alterum probum est, ac reliquorum codd. auctoritate defenditur. Supra II. 13. 'Exercitum ab Janiculo deduxit Porsena, et agro Romano excessit.' c. 19. 'Ælutius pugna excessit.' IV. 28. 'Ictus saxo, perfracto capite, acie excessit.' X. 14. 'Recepti post signa prœlio excesserunt.' XXVII. 20. 'Quum Scipio, rediens jam Tarraconem, saltu Castulonensi excessisset.' Paullo ante *haud invicti*, pro *haud inviti*, Hav. Alibi passim ita scribæ lapsi sunt. Vide ad Epit. Liv. lib. III.

§ 9 *Qui quum adiissent senatum*] *Audiscnt senatum* Leid. ambo, et Gaertn. Vide ad X. 12. § 2. Neque aliter Voss. 1. a m. pr. in quo postea ad-

Digitized by Google

dita nota indicat, legendum esse *adissent;* quo modo etiam præferunt Flor. Voss. 2. Lov. quinque, Hav. fragm. Hav. et editi ante Aldum, qui *adiissent* dedit. Priscam igitur lectionem revocavi. Amat enim Livius has contractiones. Vide ad VII. 20. § 3. Alia similia vide ad XXVII. 19. § 10. In verbis præcedd. *His spatium Samn. datum est Rom. leg. mittendos* habet fragm. Hav. scribæ aberratione.

Eadem se fœderatos pati, quæ hostes essent passi] *Pati fœderatos* Gaertn. Deinde *hostes passi essent* Leid. 2. et fragm. Hav.

§ 10 *Ut satis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus*] Aliter hæc in Pall. binis, 1. ac 3. constituta sunt: *ut sufficeret Romanis victoria:* absque dubio ab sciolo, lectionem legitimam interpretante. *Gebh.* Si 'satis ducere' hic idem est, quod 'satis habere,' id est, contentum esse, (nec puto aliter accipi posse) non satis adsequor sententiam horum verborum; quod non video, quomodo Romani possint dici contenti victoria, quam Samnitibus quidem eripuerant, sed ante eam ereptam nullam ipsi ex Samnitibus tulerant. Si quid Mss. adjuvarent, mallem *ut satis duc. Rom., victoriam Samn. ex Campano Sidicinoque hoste eripuisse.* 'Satis habere' ita ubique cum infinitivo vel conjunctione *si* ponitur. Vide Gebhardum ad Cornel. Nep. Epamin. c. 8. et Cortium ad Sall. Jug. c. 31. § 20. *Duk.* Eadem lectio, quæ Gebhardo, mihi quoque obvia fuit in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. quam recte ex interpretis expositione natam putat. Vide ad hujus lib. c. 24. § 17. 'Romani ducerent victoriam satis,' scilicet esse, id est, eam sufficere. Vide ad IV. 30. § 15. Præterea τὸ *ut* deest in Lov. 2. quod post verbum 'petere' sæpe omitti solet. Vide ad XXXII. 35. § 5. Unius tamen cod. fides levior videtur, quam ut ei obtemperemus. Deinde *quam de Samnitibus* Hav. et Hearnii Oxon. B.

Ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent] *Nec vinci etiam se* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. *ne vicisse se etiam* Lov. 4. *ne unici etiam ab ignav.*, literis transpositis et pronomine omisso, Hav.

§ 11 *Arcerent Samniti agro: sin imperium abnuerent, armis coërcerent*] *Samnitum agro* Hav. Deinde *si imperium abnuerent* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad IV. 5. § 6. *Si imperium abnuerent* Lov. 1. quasi librarius duplicem lectionem *imperio* et *imperium* reperisset, eamque simul referre voluisset. Tum *coarcerent* Flor. et Gaertn. quomodo 'abarceo' Festus memorat: ubi tamen *aberceo* in Mss. esse Vossius Etym. Ling. Lat. in voce 'Arceo' testatur.

§ 12 *Adversus hæc responsum anceps datum*] *Adversus hoc* Voss. duo, Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Adversus hunc* Hav. Tum *anceps responsum* alio ordine Lov. 4. Mox etiam *jam Latinos non esse* idem codex.

Timebantque, ne arguendo abalienarent] Voculam *que* omittit Leid. 2. Deinde *alienarent* est in Harl. 2. et Hav. At cui bono? 'abalienare' Livio usitatum est. Ita cap. seq. 'Campanos metu abalienavit.' XXVI. 38. 'Neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi.' XXII. 60. 'Deminuti capite, abalienati jure civium.' XXXV. 31. 'Ne spes incisa Philippum abalienaret.' XLV. 6. 'Omnium ab se abalienavit animos:' et alibi. *Abalienarentur* legit Lov. 4. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Abalienaret in Camp. aliam conditionem*, erasa a m. sec. voce *esse*, Flor.

§ 13 *Non fœdere, sed per deditionem in fidem venissent*] Quemadmodum Livii verba accipienda sint, docet Græv. ad Flori I. 16. § 2. Ceterum *pro*

Digitized by Google

deditione in fidem Voss. 2. et Lov. 3. *pervenissent fidem in ded.* Lov. 4. *per ded. in fidem dedissent* Hav. Male: 'venire in fidem,' ut 'venire in deditionem,' 'venire in jus ditionemque.' Vide ad IX. 20. § 4. et ad XXXIII. 37. § 4. Ipsum illud 'in fidem venire' est VIII. 25. *Lucani atque Apuli in fidem venerunt:* ubi alia vide.

Quieturos: in fœdere Latino nihil esse] *Quiet. in fœd. Latinos* Harl. 1. *in fœdere quiet. Latinos* Lov. 4. *prohibere posset*, pro *quieturos*, Leid. 2. Sed *quieturos* in hac re probum est. Vide ad XLV. 37. § 2. Verba *quieturos: in fœdere, &c. quibus ipsi velint* desunt in Lov. 1.

Quod bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur] Perspicuum est, legi debere, *in fœdere Latino nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur.* Et sic alter Voss. Antiquior tamen *quod*, ut forte fuerit etiam *prohibeat*. J. F. Gron. *Quod bellare* non tantum servat Voss. antiq. verum insuper Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. At *cur pugnare* Leid. 2. quod est ex glossa interpretis. Certe alibi *pugnare τῷ bellare* subponitur in codd. scriptis. Vide Nic. Heins. et Burmann. ad Nason. Ep. XIII. 69. *Quo bellare* præter unicum Gronov. laudatum cod. habent etiam Lov. 3. et Harl. 2. Tum *cum quibus volunt* Leid. 2. Deinde *prohiberentur* fragm. Hav. *prohibeant* Lov. 4. et Harl. 1. unde juvari posset altera Gronovii conjectura *quod prohibeat*. Sed priorem in contextum recepi, eamque modo memoratorum Mstorum fide servavi.

CAP. III. § 1 *Sicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit*] *Sicut si dubios* Lov. 1. *sicut duobus* Klockian. Tum vox *Samnites* deest in Gaertn. Hinc *quodnam fact. Rom. cens.* Port. a m. pr. *quidnam futurum Romani cens.* Lov. 5. Sed passim 'facturus' et 'futurus,' ut et 'fecî' ac 'fui,' in Mss. confundi solent a librariis. Vide ad XXXI. 45. § 2. Deinde *remisit* Lov. 4. Vide ad IX. 11. § 9. *Divisit* Voss. 1. quomodo alibi sæpe peccarunt librarii. Vide ad XXXVII. 45. § 19. Prima etiam capitis hujus vox *Quod* deest in Lov. 2.

Ita Campanos metu abalienavit] *Itaque Campanos* Voss. 2. et Lov. 3. ac 5. Solent hæ particulæ in membranis vetustis commutari. Vide ad XXI. 53. § 7. *At Campanus* Flor. in quo *ita Campanos* recte a m. pr. scriptum fuisse videtur. Tum *metus abalienavit* Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed referendum est ad præcedens 'responsum;' quod Campanos *metu abalienavit*.

Nihil jam non concedentibus Latinis] Perperam Pall. duo *nihil jam non contendentibus Romanis.* Gebh. Similiter errant etiam Voss. 2. et Lov. 3. 'Concedere' et 'contendere' etiam supra in Mss. commutabantur v. 46. § 10. at *nihil jam non credentibus* Klockian. cujus librarius scribere forte voluit *cedentibus.* Alibi autem voces 'cedere' et 'concedere' permutantur. Vide ad II. 47. § 3. Sed aliorum vulgatum servantium consensum sequor.

§ 2 *Crebra concilia indicentes*] *Consilia* Leid. 2. fragm. Hav. et ed. Parm. Sed indicatur hic communis conjunctorum populorum Latii respublica; quod non *consilium*, sed *concilium*, vocari, docet Gronov. ad Liv. XLIV. 2. § 5. Supra v. 5. 'Hæc tam crebra Etruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis.' In verbis præcedd. *Ita per speciem* habent edd. usque ad Frobenium, qui a. 1535. *Itaque*, consentientibus omnibus libris, substituit. Vide ad § præced.

Principes occulte Romanum coquebant bellum] Vox *occulte* deficit in Lov. 4. Tum *conquerebant bellum* Hav. Scriptum credidit librarius *cōqu'ebant.* Sed

Digitized by Google

coquebant probum est. Vide ad XL. 11. § 2.

Huic quoque adversus servatores suos bello Campanus aderat] *Huc quoque* Leid. 2. *hinc quoque* Lov. 5. Gaertn. et fragm. Hav. quomodo frequenter errarunt librarii. Vide ad XXV. 40. § 2. Hinc *adversus senatores* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. *adversatores* Leid. 1. *adversus conservatores* Lov. 4. Sed simplex sufficit. Infra XXXIV. 50. 'Prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque adclamantibus.' Tum *suo bello* Harl. 1. vox *bello* deest in Lov. 4. Tandem *Campanus erat* Leid. 1.

§ 3 *Priusque, quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant*] *Plus, quam moverentur* Leid. 2. *prius, quam moverentur* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. duo, Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. omnesque Hearnii Oxonienses. Id aliquo modo ferri posset, si totam hanc periodum parenthesi includamus. Potius tamen est, ut dicamus, vocalem *que* ob literarum similitudinem interceptam esse a sequenti *quam*, quemadmodum etiam intercidit ante vocem *quamquam* III. 51. § 1. Alii, qui in similes codd. incidentes conjunctionem tamen necessariam videbant, eam hoc modo restituerunt, *et prius, quam moverentur*; quæ lectio fuit Klockian. Mox *tolli* deest in Leid. 2. Tum *a tergo* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. 5. Deinde *Samnitum hostem* Port. a m. pr. *Samnitium* a m. sec. Paullo ante *celebrantur* Voss. 2. Lov. 3. et Klockian.

Tamen per quosdam, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos] Eædem membranæ Fuldenses *privatis hospitiis necessitatibusque*. Modius. Nullibi reperi lectionem membranarum Fuldensium. Nisi quod Campanus *privatis auspitiis necessitudinibusque conjunctionis* ediderit. Quid autem illum moverit, divinare non possum. *Gebh. Tu per quosdam* creberrima librariorum aberratione Gaertn. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. Tum *privatis auspiciis* Lov. 4. et fragm. Hav. quomodo etiam passim scribæ lapsi sunt. Vide ad XXI. 2. § 5. Deinde *necessitudinisque conjunctos* Harl. 2. Vide ad XXI. 60. § 8. *Necessitudinibusque conjunctis* Leid. 2. et Lov. 1. *necessitatibusque*, quod in membr. suis invenit Modius, in nullo etiam meorum exstat. Neque id verum puto. Quamvis enim dudum docti docuerint, veteres *necessitatem* pro *necessitudine* dixisse; id tamen etiam Livium fecisse, nondum observavi. Quin contra 'privatum hospitium' et 'necessitudinem' jungit etiam XLII. 38. 'Privati maxime hospitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab hujus necessitudinis commemoratione orsi:' et mox, 'Amicitiam hospitiumque cum Philippo fulsse: minime inmemorem necessitudinis ejus legationem eam suscepisse.' Solent autem librarii voces 'necessitas' et 'necessitudo' in Mss. commutare. Vide ad II. 43. § 3. et Davis. ad Cæsar. Bell. Gall. VIII. 53. et ad Bell. Civ. I. 8. etiam viros doctos ad Suet. Claud. c. 15.

Indicia conjurationis ejus] *Conspirationis ejus* Leid. 2. quod ex glossa puto. Vide ad XXXIX. 17. § 6. Mox addita voce *Romam omnia emanarunt*. Klockian.

§ 4 *Jussisque ante tempus consulibus abdicare se magistratu*] Uterque consul bello strenue se gesserant; Plautius adversus Privernates, Latinos inquam (si quid hoc ad rem attinet) ac Antiates; Æmilius etiam pacem ex Samnio attulerat. Mirum igitur, quare hi magistratum abdicare coacti fuerint: hoc, mea quidem sententia, Livio diligentius explicandum erat. Dionysius non tacuit, si modo eum haberemus. Excellentia etiam horum duorum, Torquati ac Decii, quantum M. Valerii ac Cossi virtutem anteibat? cum a. CDXX.

Digitized by Google

postea ipse Livius VIII. 16. fateatur, M. Valerium maximum ea tempestate imperatorem. *Glar.* Caussam, cur ante tempus abdicare coacti fuerint, indicat Livius verbis seqq. 'quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur.' Ea tamen non satisfacit. Licet enim maturius consules crearentur, non necesse tamen erat, ut anni proximi consules magistratu se abdicarent. Certe Sempronius 'comitiis consularibus habitis in hiberna rediit' XXI. 57. L. Valerius consul 'comitiis perfectis in provinciam rediit' XXXIV. 42. Inlustrare Livii verba conatur Dodwell. in notis ad Chronol. Græco-Rom. post Dionys. Hal. p. 101. at mentem tam perplexe proponit, ut, quid velit non intelligam. Ceterum vox *tempus* deficit in Leid. 2. edd. Rom. 1472. et Mediol. 1495. ac 1505. quam reliqui scripti et edd. agnoscunt. Tum *se abdicare* Gaertn. Mox *adversus tantam belli molem* Lov. 4. Deinde *inminutum imperium cessit, initia haberi* Flor. in quo ad vocem *initia* inter versus adscriptum *eo*, ut indicetur emendandum esse *comitia*.

§ 5 *Itaque interregnum initum: duo interreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius*] *Interregnum itaque* Lov. 5. et Port. *Itaque per interregnum*, omissa voce *initum*, Lov. 4. *Itaque interregnum initum, quo interreges* operarum errore ed. Ven. 1498. Tum *interreges fuere* Flor. Leid. 2. Lov. 3. 5. Harl. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Deinde voculam *ac* inter utriusque interregis nomina omittunt edd. antiqq. quam demum adscivit Aldus, et, uno excepto Harl. 2. servant omnes codd. Passim modo eam librarii atque operæ typographorum addidere, modo omisere. Vide ad II. 17. § 1. Denique *M. Favius* Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. 2. ac 5. Vide ad VII. 22. § 2.

Creaverunt consules T. Manlium Torquatum tertium, P. Decium Murem] Lege *Creavit*, videlicet posterior interrex Fabius. *Gelen.* Vet. lib. *Is creavit consules.* Recte, ut de posteriore interrege Fabio intelligatur. *Sigon. Is creavit consules* correctio est doctorum virorum. Ceterum habetur in Pall. duobus optimis, *Creavere consules Titium Mallium Torquatum tertium, P. Decium Murem.* At in Pal. 2. plane diversa stat lectio: *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium, P. Decius Capatius.* Super ultimum vero nomen scriptum *Murena.* Vetustæ edd. adhærent Pall. illis duobus codd. *Gebh. Is creavit consules* solus Sigonianus: quod Gelenius *Creavit*, ut apud me Voss. 1. Olim edebant *Creavere*, quod habuerunt et duo Pall. Helm. *Creant consules.* Suspicor scribendum *Creati consules T. Manlius Torquatus III, P. Decius Mus.* Et sic Pal. 3. *J. F. Gron. Is creavit*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, in nullo apud me cod. supereat. Si autem, ut Sigon. ait, in vet. lib. ejus exstiterit, id librariis errantibus adscribendum est, qui passim connectendæ orationi pronomen hoc inseruerunt. Vide ad XXXVII. 17. § 5. Sed nec *Creaverunt* in ullo obvium est, nisi in Gaertn. at *Creavere* in Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 2. et fragm. Hav. *Creavit* in Flor. Leid. utroque, Lov. 1. et Harl. 1. *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium, P. Decius Mus* habent Lov. 2. et plerique Hearnii Oxonienses. *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium, P. Decius Capatius*, vel *Capucius*, Lov. 5. Port. Hav. atque unus et alter ex Hearnii Oxoniensibus. Præferendam puto Gronovii conjecturam jam tot libris confirmatam: quam etiam in contextum recepi. Olim vero ipse in priori ed. notarum ad Liv. XXXIV. 56. Gelenii emendationem secutus fuerat, quam postea deseruit. Inter utriusque consulis nomina conjunctionem *et* interponit fragm. Hav. Sed vide ad II. 17. § 1.

Digitized by Google

§ 6 *Eo anno Alexandrum*] Livium non bene calculos ponere, disputat Dodwellus de Cyclis Dissert. x. sect. 73. *Duk.*

Italiam classe adpulisse] Lege *in Italiam* cum præpositione, contra quam in vulgatis edd. *Gelen.* Vet. lib. *classem:* probo. Non enim 'appellere navi,' sed 'navim,' Latine dicitur. Sic IX. 38. 'Classis Romana cum appulsa Pompeios esset.' Hunc Alexandrum 'Molossum' vocat Gellius XVII. 21. ubi de hoc ejus in Italiam adventu ait. *Sigon.* Diffitetur Sigonius, recte ac Latine dici 'classe appellere.' Ideo e codice suo præfert *classem appulisse constat.* Neque aliter quoque Pall. codd. omnes, ut et Campani ed. excepta vetustissima Andreæ, vulgatam tuente scripturam. Cicero in Verr. I. 18. 'Cum Persæ mille numero navium classem ad Delum appulissent.' *Gebh.* Ex iis, quæ Gronov. ad XXX. 10. adnotat, intelligi potest, eum hic in libris suis invenisse *classe.* Neque id Latine dici negat, ut Sigonius, sed potius dici *classem* ait. Vorstius quoque de Latinit. Merito Susp. c. 16. defendit 'appellere classe,' sed ex hoc uno dubiæ scripturæ loco. Tamen illi adsentior. Lucretius VI. 751. 'Quo numquam pennis appellunt corpora rancæ Cornices.' In Cic. quoque Or. Philipp. II. 11. omnes libri Ferrarii, 'Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, navi appulisset.' Quod ille aperte rectum esse pronunciat, sed dissentientibus plerisque, qui e suis libris *navis* legunt, pro *naves.* Duk. *In Italia* Lov. 5. *in Italiam* non modo reliqui codd. sed et plerique excusi. Præpositionem enim, a Gelenio restitutam, tantum omissam vidi in Mediol. 1480. 1495. 1505. et Froben. 1531. Deinde *classe appulisse* unus Voss. 2. reliqui omnes *classem*, quod et exstat in ed. Parm. Id itaque verum judico. Non tamen alterum, tamquam Latine non diceretur, damnare audeo. Certe id Livio ex optimo cod. Put. restituere veritus non est Gronovius XXX. 10. 'Sub occasum solis in portum classe adpulere:' ubi vide quæ notavit; ut et Jac. Perizonius ad Sanct. Minerv. IV. 4. de Ellips. Nomin. voce 'Navem,' ubi hujus locutionis exempla laudat ex Suet. in Tit. c. 5. et Cic. in Verr. v. 16. Similiter 'adplicare navicula' Florus dixit IV. 2. § 51. 'Superstes dignitatis suæ vixit, cum majore dedecore per Thessalica Tempe æquo fugeret, ut una navicula Lesbon adplicaretur.' Mox *si primo satis prosperum fuisset* Hearnii Oxon. C.

§ 7 *Eadem ætas rerum Magni Alexandri est*] *Eandem ætas rerum* Hav. *Eadem res* Leid. 2. Tum vox *Magni* deficit in contextu Port. Mox *sorore ejus ortum*, pro *hujus*, Gaertn.

In alio tractu orbis] In Asia ad Orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater vivebat, nec in Asia res gerebantur, sed in Græcia: auctor Diodorus. *Sigon. In alio tracto* Flor. Sed vide ad I. 15. § 7. Mox *invictum bellum juvenem* Port. *invictum bello juvenem* Hav. Sed reliqui *bellis* servant.

§ 8 *Decem principes Latinorum Romam evocaverunt*] *Vocaverunt* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. *evocarunt* Leid. 2. et Lov. 3. Mox *quibus impetrarent*, pro *imperarent*, Hav. Vide ad IX. 30. § 10.

§ 9 *Prætores tum duos Latini habebant*] *Duo* Voss. alter. *Latium habebat* Flor. Rott. Helm. Voss. 1. *ambo* omnes, et editi ab Andrea ad Moguntinos: *ambos* primus Aldus; in Modiana video reductum *ambo.* Scribas igitur censeo, *Prætores tum duo Latium habebat, L. Annium Setinum et L. Numicium Circeiensem, ambo ex coloniis Romanis.* Sic X. 37. *J. F. Gron. Prætores tum duo* Lov. 3. et Harl. 1. et ita Gebhard. etiam ex Mss. emendabat ad VII. 40. § 9. ac Gronov. ad

Digitized by Google

XXXV. 21. § 5. Tum *Latium habebat* Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Port. et Gaertn. quod in contextum admisi.

L. Annium Setinum et L. Numitium Circeiensem, ambos ex coloniis Romanis] *L. Numisium* quidam legunt, quod mihi non probatur. *Circeiensem* autem a Circeis intelligo, quam L. Tarquinius Superbus coloniam deduxit. *Ambo* autem pro *ambos*, ut quidam legunt, Livius nulla necessitate dixisset, ut Virg. de *duo* Æn. XI. 285. 'Si duo præterea taleis Idæa tulisset Terra viros.' Quidam tamen in vetustis Livii codd. subinde ita inveniri aiunt. *Glar. Numicium.* Græci enim Νομίκιον. *Sigon.* Pal. 1. *Crotonensem*, alluditque Pal. 3. At Pal. 2. *L. Minisium Circeiensem:* additumque super *Ceretensem.* Gebh. *L. Antium Sestinum* Gaertn. *L. Amnium Septimium* Port. *L. Annium Septimum* Lov. 5. et Hav. *L. Annium Servium* Voss. 2. *L. Annium Secinum* Leid. 2. et Lov. 2. Tum *L. Minusium* Lov. 5. Port. et Hav. *L. Numitium* Harl. 2. et edd. ante Sigonium. Verum non modo nomen fluvii Numicii per literam *c* scribitur I. 2. sed ita etiam *T. Numicius Priscus* consul memoratur II. 63. ubi similiter peccant prìscæ edd. et quidam codd. *L. Numissium* Lov. 1. a m. pr. in quo postea emendatum est *L. Numisium*, quomodo etiam præferunt Voss. duo, Flor. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et ed. Ald. ac paucæ eam præeuntem secutæ. Illam vero lectionem, quamvis sibi non probari Glareanus profiteatur, ego tamen rejicere non audeo. Ita enim codd. plerique etiam præferunt hoc lib. c. 11. § 6. ubi recentiores editores, qui hic Sigonium secuti sunt, eum relinquentes *Numisius* retinuerunt, pro quo is *Numicius* vulgarat. Idem tamen, qui hic, etiam illo loco indicari videtur. Certe nomen gentile 'Numisius' alibi obcurrit. 'C. Numisius' prætor memoratur XLI. 8. 'T. Numisius Tarquiniensis' unus decem legatorum in Macedoniam missorum XLV. 17. 'Numisius Tiro' apud Cic. Orat. Phil. II. 4. et XII. 6. In lapidibus vero literatis ejus gentis plures reperiuntur. Id igitur recepi. In cognomine etiam non convenit inter codd. *Crotoniensem* vocant Voss. 2. et Lov. 3. *Cretensem* Port. *Creciensem* Leid. 2. *Certeniensem* Lov. 2. *Ciretiensem* Lov. 4. *Ceretciensem* Gaertn. *Certeiensem* Harl. 1. et fragm. Hav. *Certiensem* Harl. 2. *Circiensem* Hav. *Cerceiensem* Voss. 1. Flor. Lov. 1. 5. et Klockian. Sed vulgatum rectum est. Vide ad VI. 12. § 6. Deinde *ambo* plerique et optimi codd. quum *ambos* tantum hæreat in Lov. 2. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Post Aldum autem ante Modium *ambo* etiam variæ edd. receperunt. Idem ex Mss. probavit Gebhard. ad Liv. VII. 40. § 9. et Gronov. non modo ad verba præc. verum etiam ad Livii XXXV. 21. § 5. Denique *ex coloniis Romanis* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 3. 4. 5. Harl. ambo, Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad V. 33. § 9.

Per quos, præter Signiam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas] *A quibus* Klockian. Hinc *præter signa* Lov. 5. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. etiam Voss. 1. in contextu. *Præter Signia* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *præter Siginam* Hav. *Velitras*, omissa vocula *que*, Port. *vel litteras q̃* Gaertn. Deinde *in ipsas colonias* Hav. Mox *ad arma exciti* alio ordine Gaertn.

Eos nominatim evocari] *Eos n̄ minatim evocari* pro varia lectione Lov. 1. in marg. *eos nominatim vocari* Hearnii Oxon. C.

§ 10 *Haud cuiquam dubium erat, super qua re adcirentur*] *Haud quaquam dubium erat* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Haud quamquam dubium erat* Lov. 5. et Gaertn. Tum *et super qua re*, inserta priori voce, Port.

Digitized by Google

Hinc *accurrentur* Lov. 3. *accerentur* Leid. 1. *excirentur* Port. et Hearnii Oxon. B. *acciperentur* Flor. Quæ verba aliquoties in Mss. confunduntur. Vide ad Livii x. 19. § 1.

Itaque, concilio prius habito, prætores, quam Romam proficiscerentur] Omnia hæc verba exsulant ab Hearnii Oxon. B. *consilio* legit Port. Male. Rationem vide hoc cap. § 2. Præterea *proficiscentur* Harl. 1. Sed quum per compendium *proficisc'entur* scriptum fuisset, compendii notam librarius neglexit. Vide ad II. 56. § 7.

Evocatos se ab senatu docent Romano] Quid si *Romam* legas? *Sigon.* Pall. 1. et 3. *docent Roma.* Sigonii conjectura est *Romam.* Ego vero existimo, sincerissimam esse lectionem vulgatam. *Gebh. Roma* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Sed mihi quoque vulgata lectio proba videtur. Præterea *et vocatos* Flor. Tum *a senatu* Gaertn.

Quæ actum iri secum credant] *Quæ actum iri in senatum credant* Hav. *quæ acturum in senatum credant* Port. *quæ agenda secum credant* Lov. 2. *quid actum iri secum credant* Harl. 2. Adparet, indoctos librarios non adsecutos esse infinitivum futuri passivi, quod minime mirum est, quum videam etiam nostro tempore viros doctos in eadem re obfendisse. Naturam ejus exponit Voss. Gramm. v. 17. et VII. 54. Mox *et quidnam ad ea responderi,* addita prima vocula, Lov. 2. *quodnam ad ea responderi* edd. Rom. 1472. et Parm. *quidnam ad ea respondere* Port. a m. pr.

CAP. IV. § 1 *Quamquam ipse ego retuli, quid responderi placeret*] Pall. duo, *et quid responderi.* Gebh. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 3. Tum *quam ipse ego retuli* Lov. 1. Similiter peccat cod. scriptus hoc lib. c. 13. § 6. c. 29. § 3. Vide etiam viros doctos ad Suet. Galb. c. 3. Contra alibi *quamquam,* pro *quam,* datum est. Vide ad IV. 12. § 8. *Quam q ipse ego retuli* Gaertn. *quamquam ego ipse retuli* Lov. 4. Insuper *quid respondere placeret* ed. Parm. *quid responderi placeat* Lov. 2. qui idem in verbis præcedd. alio ordine præfert *alii aliud censerent.*

Tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere] *Tu magis* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Ab summa rerum pertinere* Hav. Vox *nostrarum* non adparet etiam in Port. ejus loco *vestrarum* præfert Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Mox quoque *agendum vobis* Lov. 2.

Facile erit, explicatis consiliis] *Facile erat* Flor. quomodo etiam Hearne, eumque secuti nuperi Londinenses, sed, ut arbitror, errore librariorum, ediderunt. Prior certe in Var. Lectt. nihil monuit. Tum *explicatis consiliis* Lov. 1. cujus librarius duplicem lectionem *explicitis* et *explicatis* hac ratione simul proponere voluisse videtur.

§ 2 *Si etiam nunc sub umbra fœderis æqui servitutem pati possumus*] *Etsi etiam nunc* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Præterea *pati possimus* Flor. Voss. 1. Lov. 1. 5. et Harl. 1. *facere possumus* Hearnii Oxon. L. 2.

Quid abest, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus] Quamvis omnes sic scripti, non ambigo tamen, quin ex perpetua veterum consuetudine dictarit Livius *quin, prod. Sid., non Romanis solum, sed Samnitibus quoque dicto pareamus.* Est enim 'alicui parere dicto,' ut 'alicui audientem,' vel 'obedientem esse dicto.' Vide ad XXIX. 20. *J. F. Gron.* Si concedamus Gronovio ad l. h. et ad XXIX. 20. ac Vorstio de Latin. Merito Susp. c. 12. 'dicto audiens' semper dativum, non genitivum, adjunctum habere, tamen inde non consequitur, idem de 'parere dicto' dicendum esse: nam in his diversa ratio est. Ibi est participium, et *dicto* semper priore loco ponitur, nec licet dici *dictis audiens,* ut contendit Vor-

Digitized by Google

stius; hic nihil illorum est. 'Parere dicto' sæpe dicitur, non addito casu. Liv. II. 18. et 20. XXXII. 3. XXXVI. 31. et Cic. pro Rabir. Post. c. 11. 'Parere dictis' cum genitivo est in Virg. Æn. I. 689. 'Paret amor dictis caræ genetricis.' Nec dubito quin 'parere dicto alicujus' æque recte dici possit, ac 'parere imperio alicujus,' ut apud eumdem Æn. IV. 238. 'ille patris magni parere parabat Imperio.' *Duk.* Vulgatum adversus Gronovium tuetur Doujatius, inter alia laudato hoc Virg. loco ex Æn. I. 689. 'Paret amor dictis caræ genitricis.' Quæ autem insuper ex Cic. de Nat. Deor. I. 8. 'parere voluntati architecti,' et ex Ter. Hec. I. 1. 49. 'meis dictis parere' laudat, non conveniunt. Tueri etiam videtur Periz. ad Sanct. Min. IV. 4. num. 45. Ceterum voces *quid abest* deficiunt in Lov. 5. Deinde *cum perditis Sidicinis* Voss. 2. Sed 'prodere' et 'perdere' etiam alibi a scribis confunduntur. Vide ad XXVI. 36. § 9. *Cum proditis Sidicinis* Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *quin cum proditis*, utraque lectione juncta, Gaertn. Insuper *si Samnitium*, pro *sed*, Hav. Tandem *τὸ quoque* exulat a Lov. 4. *sed Samnitiumque dicto* exhibet Lov. 2.

Nos, ubi innuerint, posituros arma] *Vos* fragm. Hav. Tum *ubi invenerint* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. et ed. Parm. *ubi inuerint* Lov. 4. *ubi nuerint* Lov. 5. Verum quum *inuerint* scriptum fuisset, prima litera ab ultima vocis præced. *ubi* elisa est.

§ 3 *Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos*] *Si autem tandem* Hav. Tum *desid. libertatis remordet* Lov. 4. *libertatis remordet desid.* Lov. 2. Ad hæc *mordet* pr. edd. pro quo Aldus *remordet* substituit, consentientibus scriptis.

Si fœdus est, si societas æquatio juris est] Falsa definitio societatis: multi enim obnoxia pace et impari fœdere in societatem venlebant. Putem, non de quavis societate, sed proprie de illa quæ Latinis erat data, extulisse hæc verba Livium, scripsisseque, *si societas æquati juris est*; nempe nobis cum Romanis. Lib. XXIV. c. 1. 'Societas eo jure staret, ut Pœnus Locrensem, Locrensisque Pœnum pace ac bello juvaret.' XXXIX. 37. 'Si fœdus ratum est, si societas et amicitia ex æquo observatur.' Justinus XXIII. 1. 'Auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, et pacem cum his æquis legibus fecerant.' Mox eodem cap. 'Cum pacem æquo jure fecissent.' *J. F. Gron. Si fœdus est societas æqualis juris est* Leid. 2. *æquatio juris esset* Gaertn.

Si socialis ullus exercitus iis est] Vetus lectio *si socialis illis ex. is est.* Gelen. Ita et Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. At *si soci ullus exercitus iis est* Flor. et supra vocem *soci* adscripta est litera u, ut sit *socius.* Neque multum abit Lov. 4. *si socius exercitus illis is est* præferens. Verum 'socialis exercitus' etiam vocatur XXXI. 21. 'In alas divisum socialem exercitum habebant:' 'socialem cœtum' vocat VII. 25. 'Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret:' ubi vide Gronov. *si socialis ullus exercitus iis est* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. sec. qui *illis* a m. pr. habebat. *Si socialis ullus ex. est* Lov. 2. *si socialis ullis ex. iis esse* Leid. 1. *si socialis ille ex. is est* Port. et Hav. *si socialis illis ex. hiis est* Gaertn. *si socialis illis ex. is esse* Harl. 1.

Quo adjuncto duplicent vires suas] Lego *driplicent*, pro *triplicent.* Vide III. 22. *Klock.* Male. Nihil enim mutandum. Infra hoc lib. cap. 8. 'Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis: alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur.' Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 7.

Quem secernere ab se consules bellis

Digitized by Google

propriis ponendis sumendisque nolint] *Quæ secernere ab se* Voss. 2. et Lov. 3. *quem secernere a se* Port. *quem sese cernere a se* Hav. *quem secernere ad se* Gaertn. *quem secernere consules ab se* transpositis vocibus Harl. 2. Tum *consul, &c. noluit* Lov. 3. et Gaertn. *consul, &c. nolint* Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. *consules, &c. noluit* Hav. *consules, &c. velint* Port. Denique *sumendis ponendisque* Harl. 2. et edd. vett. usque ad Frobenianam 1535. quæ verba in eum ordinem composuit, quo nunc leguntur.

§ 4 *Cur non alter ab Latinis consul datur? ubi pars virium ibi et imperii pars est*] Tres priores voces desunt in Lov. 1. *a Latinis* habent Gaertn. et editi ante Aldum. Hinc *et ubi pars virium* fragm. Hav. a m. sec. *ubi pars iurium* edd. Rom. 1472. et Parm. Deinde *et ibi imperii pars est* Flor. Supra vocem autem ultimam in eodem cod. inter versus adscripta est vox *esse*. Τὸ *est* exsulat a memorata ed. Rom. Vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit *ibi et imperii pars sit*. Cui conjecturæ occasionem dedit, quod in antiquioribus edd. post verbum *est* legatur στίγμα τέλειον, cujus loco recte Gruterus in postrema ed. notam interrogationis recepit: ut ad verba hæc ex præcedentibus repetendum sit *cur non: ubi pars virium, ibi et imperii pars est?* atque ita nulla mutatione opus est.

§ 5 *Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum*] *Equidem nobis* Hav. Sed scriptum fuerat *ē quidem:* ex quo, coalescentibus literis, et omissa nota compendii indice, factum est *equidem*. Contrario errore *ē gestum*, sive *est egestum*, pro *egestum* habebimus IX. 31. § 5. Τὸ *est* non adparet in Lov. 3. Tum *hæc*, pro *hoc*, Port. et Hav. *Est quidem hoc nobis par, sed haud nimis amplum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *per se audivimus amplum* Lov. 2. *per se haud minus amplum* Lov. 5. et Hav. Alibi sæpe *nimis* et *minus* ductuum similitudine commutantur. Vide ad XXXVI. 9. § 7. *Est quidem hoc nobis per se haud minus*, omissa voce *amplum*, Gaertn.

Romam caput Latio esse] *Caput Latii* Flor. et Lov. 4. quomodo alibi sæpe Livius loqui solet. Quamvis autem multum tribuam codici priore loco memorato, ejusque lectionem non inprobet Salvinius, cujus opera cum editis commissus est; vulgatum tamen movere non audeo, quia verisimile non videtur, reliquos tanto numero librarios in id conspirasse, ut passim obvium *caput Latii* in *caput Latio* mutarent. Similiter XXIII. 10. 'Pollicitus, brevi caput Italiæ omni Capuam fore:' ubi plura vide. *Caput Latio esset* Gaertn. *caput Latio est* Hav. et fragm. Hav.

Diuturna patientia fecimus] *Diuturnam patientiam fecimus* Flor. *diutina patientia fecimus* Lov. 4. sollemni scribarum commutatione. Vide ad XXVIII. 24. § 6. *Diuturna patientia facimus* Lov. 2. 5. Port. et Hav.

§ 6 *Atqui, si quando umquam*] *Atque vi. Si quando umquam* Hav. *Atque ui si quando* Lov. 1. *Atque uisi umquam* Voss. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Atque nisi quando* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. *Atque si quando* Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad III. 52. § 8. *At si quando* multæ ex vett. edd. Mox *optatis*, pro *optastis*, Leid. 1.

En hoc tempus adest, et virtute vestra, et Deum benignitate vobis datum] *An hoc tempus adest* Gaertn. *hem hoc tempus adest* Lov. 4. *en hoc tempus abest* Voss. 2. Vide ad XXIII. 8. § 11. Tum prius *et* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. Hinc *virtute nostra* Voss. ambo, Lov. 3. 5. et Gaertn. Deinde *benignitate Deum* Harl. 2. et editi ante Aldum. Denique *nobis datum* Voss. 2. Lov. 3. 5. Gaertn. et Hav. Ceterum omnia hæc verba simul cum sequenti *Tentastis* desunt in Harl. 1. Cujus li-

Digitized by Google

brario glaucoma objecit similis terminatio vocum *optastis* et *Tentastis*.

§ 7 *Quum plus ducentorum annorum morem solverimus*] Vetus lectio *CC. annorum morem solveremus*; non *solverimus*. Gelen. Elatorie loquuntur Latini: non enim nisi CLX. anni numerantur a pugna ad lacum Regillum, qua victi a Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, nisi a fœdere cum L. Tarquinio icto initium sumas. *Sigon.* Ad fœdus post pugnam ad lacum Regillum initum respici nequit. Cap. enim sequenti fœdus, quod L. Tarquinius cum Latinis iniit, distinguitur a pugna apud Regillum lacum. Quum autem paullo pauciores, quam ducenti anni sint a fœdere, quod Tarquinius Superbus cum Latinis composuit, et tamen Annius hic Latinos suos *plus ducentorum annorum morem* solvisse fateatur, forte respicitur ad fœdus quod Tarquinius Priscus cum Latinis icit; de quo vide ad VII. 12. § 7. Nescio tamen, an legibus ejus fœderis convenerit, ut Latini Romanis militem darent. Eum autem morem non nunc demum solverunt Latini, sed et antea multis intermiserant annis, ut Livius docet VII. 12. 'Solatio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex fœdere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta.' Ceterum *solverimus*, ut ante Gelenium vulgo exstitit, superest tantum apud me in Lov. 2. 5. Port. et Gaertn. Paullo ante *Temptatis*, pro *Tentastis*, Leid. 1. *Tempestatis* Leid. 2. Tum *quis dubitet*, pro *dubitat*, Harl. 1. In verbis seqq. pronomen *hunc* exsulat a Lov. 4.

§ 8 *Qui ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum jus antea dabant*] Ms. Fuldens. *nobis per nos tuendorum*: quod probo. *Modius.* Immittendum erat provocabulum *nobis* ante *per nos* e membranis Fuldensibus judicio Modii, quod nunc quoque repeto e Pall. tribus Mss. codd. atque adeo ed. Campani. *Gebh.* Pronomen *nobis*, quod Gronovius in contextum recepit, servant etiam omnes mei, præter solum Harl. 2. in quo deficit: præterea id inveni etiam in ed. Parm. Ceterum *qui nostr. quidem finium nobis per nos tuend. jus antea non dabant* est in Port. Neque inde differunt Gaertn. Hav. et Lov. 2. nisi quod eorum primus præferat *neutrorum*, pro *nostrorum*, et *uis*, pro *ius*; secundus *per vos*; tertius omittat negationem *non*. Præterea paullo ante alio ordine *cum Pelignis nostro nomine* habet Lov. 4. In verbis seqq. *intercesere*, pro *intercesserunt*, legunt idem Lov. 4. et fragm. Hav.

§ 9 *Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse*] *In finem receptos* Leid. 1. Vide ad VIII. 24. § 15. *In fide receptos* fragm. Hav. Deinde *ad nos ab se* Harl. 2. et edd. ante Frobenianam 1535. *a se* Gaertn. *ad se* Lov. 2. Tum *ad vos* Lovel. 5.

Exercitus nos parare adversus Samnites] *Exercitus nos paratos* Flor. unde nasci posset conjectura, legendum esse *exercitus nostros paratos*. Sed præferenda est vulgata lectio, in quam reliqui conspirant.

§ 10 *Unde hæc illis tanta modestia, nisi conscientia virium et nostrarum et suarum*] Præpositio intercidit, cum veteres codd. indicent, scripsisse Livium *nisi a conscientia virium*. Gelen. Solus Flor. *Unde, unde hæc illis tanta mod.* In qua vocis repetitione emphasis haud inelegans statui potest. Vide ad IX. 9. § 1. *Unde hic illis tanta modestia* Gaertn. Deinde vox *nisi* deest a Voss. 2. quæ etiam salvo sensu abesse potest; ut ita hæc verba tamquam responsio sint ad præcedentem interrogationem. Quum tamen in ea conservanda consentiant reliqui codd. ei controversiam movendam non censeo. Tum præpositionem *a*, quam Gelenius revocavit, servant omnes mei, excepto solo Harl. 2. quæ stat cum priscis edd.

Digitized by Google

Insuper *virum*, pro *virium*, Harl. 1. Vide ad II. 1. § 10. Hinc prius *et* deficit in Leid. 1. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Tandem *suarum et nostrarum* alio ordine dictionum Port. et Hav.

Ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile adpareret] *A sen. esse Rom.* Gaertn. *ab senatu esse*, una voce omissa, Leid. 2. *ab senatu Romano est* Hav. Tum *et facile appareret* Lov. 2. Vide ad XXI. 28. § 8. *Ut facile apparet* Leid. 2.

Ne ipsos jam quidem postulare, ut Latium sub Romano imperio sit] Vocem *quidem* non agnoscunt Harl. 2. et edd. Romana 1472. ac Parm. Lectionem illam admitti posse, non nego. Alibi enim *ne* pro 'ne quidem' invenitur. Infra XLIV. 36. 'Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam:' ubi plura vide. Verum quum alii codd. constanter τὸ *quidem* tueantur, eam etiam vocem genuinam judico. Præterea *ut Latium sub Romano sit*, una voce omissa, Lov. 5.

Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt] *Usurpare modo* Gaertn. *Usurpate modo et quod illi* Lov. 4. et, excepta ed. Rom. 1472. reliquæ ante Aldum. *Usurpate modo id, quod illi* Lov. 2. *Usurpate modo postulando id, quod illi* Port. Klockian. et Hav. *Usurpate modo postulando, quod illi* Flor. a m. sec. et ed. Basil. 1539. Alterutram harum duarum lectionum ex conjectura reponendam existimabat A. Perizonius in ora cod. quo uti solebat. Sed non video quid displicere possit in recepta scriptura, quæ et in Flor. et in aliis membranis optimis superest. Nam *postulando eo* eodem modo dictum est, ut 'divendenda præda,' quod inlustravi ad I. 53. § 3. Hinc *quod illi nobis taciti* Gaertn. et Hav. *quod vobis illi taciti* fragm. Hav. *quod illi vobis tacite* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3. Non probo. *Taciti concedunt*, ut 'occultus subsistebat;' de quo vide ad XXII. 12. § 7. Denique *taciti non cedunt* Harl. 1.

§ 11 *Si quem hoc dicere metus prohibet, ego ipse, audiente*] Lego addendo *en ego ipse*. Gelen. *Hæc*, pro *hoc*, Voss. 2. et Lov. 2. Tum *metus dicere prohibet* omnes scripti omnesque edd. ante Frobenianam 1535. quæ prima voces in alium ordinem digessit. Priorem itaque ordinem revocavi. Præterea *hem ego ipse* Lov. 4. Gelenii lectioni favens: nam supra etiam § 6. *hem* pro *en* in eodem cod. scriptum erat. *En go ipse* Flor. In reliquis scriptis meis (excepto uno Harl. 2.) atque in Hearnii Oxoniensibus illud *en* a Gelenio additum non adparet: quod itidem aberat ab ed. Froben. 1531. quum in aliis omnibus, quas vidi, ut et in Harl. 2. omittatur vox *ego*. Mox *non modo populo Romano*, trajectis dictionibus, Gaertn. Deinde *sed Jovi ipsi*, quasi referendum foret ad vocem *dicturum*, idem cod. Male. Denique ipsum illud *dicturum* deficit in Lov. 5.

Ut si nos in fœdere] *Ut in fœdere* fragm. Hav. *ut si in fœdere* Voss. 2. et Lov. 3. *ut si vos in fœdere* Lov. 2. *ut si non in fœdere* Leid. 1. *ut si nos non in fœdere* Voss. 1. a m. sec. et Lov. 1. a m. pr. Mox *consulem alterum a nobis senatus partem accipiant* Port. Neque aliter Hav. nisi quod insuper præferat *accipiat*. *A nobis* etiam fragm. Hav. et Gaertn. Vocis *partem* ultima litera erasa est in Flor. Denique *recipiant* est in Harl. 2.

§ 12 *Ut ageret diceretque, quæ e republica nominis Latini fideque sua viderentur*] Non opus est accurate persequi hæc in Pal. 3. codice Ms. quia ipsa se vestigia illico ingerant: expressaque hæc lectio in ed. vetustissima Andreæ. Pal. 1. *ut ageretque, quæ re p̃. nominis Lat. fideque sua digna vid.* Ita ferme quoque Pal. 2. nisi quod præpositionem *e* locet ante *rep.* Pessime autem Campanus, *quæ ad remp. nominis Lat. fidemque suam*

Digitized by Google

attinere vid. Gebh. *Ut ageret diceret*, sine particula *que*, Hav. Deinde τὸ *e* non adparet in Leid. 1. et Flor. a m. sec. Sed præpositio excidit, quod vox præcedens eadem litera finiebatur. Alia vide ad III. 61. § 8. et v. 13. § 10. *Quæ e republica nominis Lat. fideque sua digna vid.* Port. *quæ republica nominis Lat. fideque sua digna vid.* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. et Gaertn. *quæ ad rempublicam nominis Lat. fidemque suam attinere vid.* Lov. 4. et Neapol. Latinii. Nihil mutandum; lectiones enim illæ, a vulgata dissentientes, ex interpretum expositione ac glossis natæ videntur. Ita Perizon. emendat XXII. 39. 'Omnia e republica fideque vestra faceretis:' ubi plura notavit. XLV. 14. 'Ipsum relinquere exercitum, non esse e republica populi Romani, senatum censere.' Paullo ante *hoc ferociter*, pro *hæc*, Port. Ultima verba *sua viderentur* omittebantur in contextu Lov. 1.

CAP. V. § 1 *In Capitolio ei senatus datus est*] Flor. Rott. Helm. Voss. uterque *eis*: hoc est Annio et Numicio: ut mox *egisset cum eis*. J. F. Gron. Ita etiam Leid. uterque, Lov. 1. 4. 5. Harl. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. C. ut ultimam literam interceperit prima vocis seq. Vide ad lib. XXXVII. c. 29. § 5. *Eis* autem intelligo decem principibus Latinorum Romam evocatis, inter quos Annius et Numicius nominatim adciti erant. Vide c. 3. Et ita c. 6. memorat Torquatum missum ab senatu 'ad dimittendos legatos,' et 'legatos proficiscentes.'

Ibi quum T. Manlius consul egisset cum eis] *Ubi quum Manlius* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. Similis varietas in Mss. frequens est. Vide ad XXVII. 5. § 2. Deinde *cum eis egisset*, transpositis dictionibus, Lov. 4.

§ 2 *Non legatus jure gentium loqueretur*] Lego addendo *jure gentium tutus loq.* Gelen. *Tutus* superest in omnibus scriptis meis, ut et in Neapol. Latinii et ed. Parm. In quibusdam tamen calamo exaratorum alio loco ponitur. Nam *tutus jure gentium* habent Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *non ut legatus* addita voce Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *loquitur* Lov. 2. 5. Port. a m. pr. Gaertn. et Hav.

§ 3 *Tempus erat, inquit, T. Manli, vosque Patres conscripti*] *Tempus erit, inquit* Lov. 4. *Tempus, inquit, erit* Neapol. Latinii. Tum *Patres consulti* Hav. Vide ad III. 52. § 6. In verbis seqq. *jam* deerat in Lov. 2. sequens *vos* in Lov. 5. qui idem *vobiscum* exhibet, pro *nobiscum*. Insuper *pro imperio nihil agere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav.

Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis] *Sidicinisque Campanisque* Hav. Tum *sociis* deficit in Hearnii Oxon. B. Lov. 5. et in Port. in contextu; in cujus margine quidem a m. altera adscribitur, sed ita tamen, ut inseratur post vocem *adjunctis*. Præterea *nunc et Volscis* Lov. 5. Port. et Hav. Vide ad XXII. 47. § 9. *Nunc et jam Volscis* Lov. 3. Vide ad IX. 18. § 4. Contra, alibi *etiam*, pro *et jam*, sæpe datum fuisse, videbimus ad XXXIX. 10. § 6. Tum *videritis* Lov. 5. et Port. Paullo ante τὸ *quum* deest in Hav. et *tunc Latium*, pro *nunc*, præfert Flor. Vide ad XXXVII. 4. § 9. In verbis seqq. *pertulisse*, pro *prætulisse*, legit Voss. 2. Vide ad XXXVIII. 28. § 8.

§ 4 *Regno inpotenti finem ut inponatis*] *Finem imponatis*, voce media emissa, Hav. *finem ut inponamus* Flor. *finem ut inpotentis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem] *Quamquam armis possimus* Lov. 4. quod necesse non est. Vide ad II. 50. § 5. *Tamquam armis possumus* Gaertn. Deinde

Digitized by Google

Latium asserere in libertatem fragm. Hav. *adserere Latium in libertate* Flor. nota, quæ plerumque litera *m* iudicari solet, omissa, ut innumeris locis in codd. scriptis accidit. Mox *tū hoc dubimus*, pro *tū* sive *tamen*, Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *tamen hæc dubimus* Voss. 2. et Lov. 3.

Quoniam vires quoque æquari Diis immortalibus placuit] Vet. lib. *quando vires*. Sigon. Ex meis ita unus Hav. Sæpe quidem *quando* pro 'quoniam' usurpat Livius. Vide ad XL. 9. § 1. Sæpe etiam ejus loco *quoniam* ex interpretis glossa marginali in contextum irrepsit. Vide ad IX. 8. § 5. Hic tamen, quum reliqui codd. vulgatum tueantur, tam dubiæ fidei codicibus credere non sustineo, ac potius puto, librarios compendia *qđ* et *qñ*, quibus utraque vox olim notari solebat, confudisse. Deinde *vires quoque æquandas immortalibus placuit* Lov. 4. Paullo ante *condecens*, pro *conditiones*, Gaertn. *paucis*, pro *pacis*, Leid. 1. *utriusque*, pro *utrisque*, Lov. 2. Vide mox ad § 6.

§ 5 *Consulem alterum Roma, alterum ex Latio creari*] *Consulum alt.* Hav. quomodo Liv. etiam alibi loquitur. Vide ad IX. 32. § 2. Ambigua autem lectio est, quod olim quocumque casu ac numero vox illa per epitomen *COS* scriberetur, unde passim errandi ansa indoctis scribis præbita est. Vide ad X. 10. § 2. Quum tamen reliqui codd. vel compendium illud scribendi servent, vel expresse *consulem* præferant, eorum consensui unius istius auctoritatem præferendam non puto. Præterea voces *Roma alterum* desunt in eodem Hav. quod vox *alterum* modo præcesserit. Vide ad IX. § 11. Sed *Romæ*, pro *Roma*, habent Lov. 2. et Port. *Romæ* Leid. 1. Tum *a Latio* fragm. Hav.

Senatus partem æquam ex utraque parte esse] Melius vetus *ex utraque gente*. Gelen. Si unum excipias Harl. 2. *ex utraque parte* servantem, reliqui omnes constanter præferunt lectionem a Gelenio probatam. Eandem ante Gelenium reperi etiam in Mediol. a. 1495. et 1505. Ascens. 1513. 1516. et 1530. Mogunt. Colon. 1525. Cervicorni, et Paris. 1529. Interim tamen Ascens. 1510. Aldus, et Froben. 1531. *ex utraque parte* revocarunt; unde Gelenio, qui posteriorem edit. ob oculos habuit, quum notas conscriberet, ejus lectionem emendandi occasio nata fuit. Præterea *senatum partem æquam* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Quoniam ab alterutra parte concedi necesse est*] *Ab altera utra parte* Leid. 1. et Flor. Vide Jac. Gronov. ad Livii XXVIII. 41. § 10. *Ab altera parte* Hav. *ab alterutra parteque* Harl. 2. *ab alterutraque parte* edd. vett. usque ad Mediol. 1505. quæ prima vulgatum admisit; eamque recentiores editores secuti sunt, nisi quod Ascensii prima præferat *ab altera utraque parte*. Paullo ante *ut* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1.

Sit hæc sane patria potior, et Romani omnes vocemur] *Sic hic sane patria* Gaertn. Deinde *vocemus* Klockian. *vocentur* Port. Adparet, librarios non adsecutos esse locutionem *omnes vocemur*, pro 'nos omnes vocemur;' de qua vide quæ notantur ad XXXII. 21. § 16. In verbis præcedd. *utriusque*, pro *utrisque*, præfert fragm. Hav. Vide modo ad § 4.

§ 7 *Forte ita accidit, ut parem ferociæ hujus et Romani consulem T. Manlium haberent*] *Sorte ita accidit* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 40. § 13. Tum *ut partem ferociæ hujus* Voss. 1. Leid. 2. et Harl. 1. *ut partem ferociæ hæc* Voss. 2. Sed *pars* et *par* culpa scribarum etiam alibi commutantur. Vide ad XXXVI. 24. § 8. *Ut parem ferocitate hujus* Harl. 2. Deinde *rb et* deficit in Voss. 2. et Lov. 2. Præterea *consulum te Manlium haberent* fragm. Hav. *consulē T. Manlium haberent* Leid. 2. Sed corruptissime *consulum*

Digitized by Google

te Manlium habent Leid. 1. *consulum* pro *consulem* ex numero illorum errorum est, de quibus ago ad x. 10. § 2. *Habent* pro *hab'ent*, sive *haberent*, ex numero illorum, de quibus vide ad XL. 14. § 2.

Ut si tanta dementia Patres conscriptos cepisset] *Ita ut si tanta dem.* Voss. 2. a m. pr. *et si tanta dem.* Port. et Hav. Vide ad XXI. 28. § 8. *Ut si dem.* Leid. 2. *ut si tanta clementia* fragm. Hav. litera *d* in *c l* divisa. Vide ad x. 24. § 2.

Ut ab Setino homine leges acciperent] *Ab se uno homine* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ab Sentino homine* Voss. 2. et Lov. 3. *ab septio homine* Hav. *ab sevo homine* Lov. 2. *ab Latino homine* Lov. 5. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. I. 1. ac B. Sed Annium *Setinum* etiam vocavit hoc lib. c. 3.

Gladio cinctum in senatum venturum se esse] *Gladium cinctum* Leid. 1. Tum τὸ *esse* deficit in Lov. 5. Port. et Hav. Sed in Harl. 2. hoc modo transponitur *esse venturum se*: in edd. vett. ante Frobenianam 1535. *se esse venturum*. Deinde *dicere*, pro *diceret*, Hav.

Et quemcumque in curia Latinum vidisset] *Ut quemcumque* Voss. 2. et Harl. 1. *et quecumque* Lov. 2. *ubi quocumque* fragm. Hav. *et ubi quemcumque* Gaertn. *et quacumque* Hav. Hinc *audisset* Lov. 5. quæ verba et alibi in Mss. confunduntur. Vide ad I. 56. § 7. Adde Burm. ad Suet. Aug. c. 94.

§ 8 *Audi, Jupiter, hæc scelera, inquit, audite, jus fasque*] Exempla omnia, quæ Modius ad hunc locum laudavit, ut probaret in precibus solemne esse ut Dii rogarentur 'audire,' mutua sumsit a Brisson. de Formul. l. I. p. 80. qui liber quum in omnium manibus sit, notam ejus omisi. Testimoniis, quæ ibi obcurrunt, adde hæc ex Livio I. 24. 'Audi, inquit, Jupiter, audi, pater patrate populi Albani, audi tu, populus Albanus.' c. 32. 'Audi, Jupiter, inquit, audite fines, audiat fas:' et mox eodem cap. 'Audi, Jupiter, et tu Juno; Quirine, Dique omnes cœlestes, vosque terrestres, vosque inferni, audite.'

Peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Jupiter] Vocula *et* exsulat a Leid. 2. Contra *Peregrinosque consules et peregr. sen.* præfert Lov. 5. Deinde, inserta voce, *in tuo, inquit, Jupiter* Voss. 1. a m. pr. Lov. 5. Port. Gaertn. et Hav. Tum in verbis seqq. *ipse* deficit in Lov. 4. et fragm. Hav. quorum prior etiam omittit vocem *visurus*. At Flor. legit *visurus est*.

§ 9 *Hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis, patribus vestris, Latini*] *Hæcine fœdera* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Hæccine fœderis* Lov. 4. in quo omittuntur etiam verba *rex cum*. Tum *patribus nostris* Hav. Denique *Romani*, pro *Latini*, Leid. 1.

Hæc L. Tarquinius vobiscum postea fœdera fecit] Quorsum attinebat hic repetere hanc vocem *fœdera*? Gelen. Vocem illam servat unus meorum Harl. 2. Reliqui omnes non agnoscunt. Ceterum *T. Tarquinius* est in Lov. 4. *nobiscum* autem in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum*] An non *pugnæ*? ut apud Ciceronem pro Sulla c. 6. 'Cum mihi patriæ, cum vestrorum periculorum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem:' ad Fam. VII. 3. 'Solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus una.' In Verrem: 'Non dubito, quin in tanto tuo periculo tuorum tibi scelerum veniat in mentem.' Sed et ad Atticum XV. 11. 'Dicebam ea, quæ tibi profecto in mentem veniunt.' Et sic ipse Livius v. 54. 'Quotiescumque patria in mentem veniret.' Tamen optimus Flor. *pugnam*, quas literas pro *A E* redditas sæpius observavimus. *J. F. Gron. Pugnã*, sive *pugnam*, etiam Harl. 2. De varia constructione hujus locutionis vide Manut. ad Cic. ad Fam. II. 18. et VII. 3. Locutionem cum geni-

Digitized by Google

tivo, quam Gronovius hic restitutam volebat, pluribus exemplis ex Cic. conlectis inlustrat Hadrian. Cardin. de Serm. Lat. p. 384. Doujatius ad hunc locum existimat, *venire in mentem* cum nominativo cogitationem dumtaxat indicare, cum genitivo autem præteritæ rei recordationem. Quæ si differentia perpetua foret, hic omnino *pugnæ* legendum esset. At *pugna* superest in omnibus reliquis codd. neque alibi etiam Livium τῷ *venire in mentem* gignendi casum jungere memini. Præterea utraque constructione sine discrimine usus est Terent. et quidem cum nominativo de rei præteritæ recordatione in Heaut. v. 1. 18. 'Servi venere in mentem Syri calliditates:' cum genitivo autem de sola cogitatione in Phorm. I. 3. 2. 'Patrem extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit.' Insuper *ad Regillum locum* Lov. 1. a m. pr. sollemni scribarum errore. Vide ad III. 20. § 6. VI. 28. § 7. et alibi.

Et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum] *Vestr. vet.* Harl. 2. et edd. omnes usque ad Gronovianam 1665. quæ ordinem mutavit, consentientibus reliquis scriptis. Mox posterius *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ejus loco *ad* præfert Voss. 2. Tum *nostr. benef.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav.

CAP. VI. § 1 *Quum consulis vocem subsecuta Patrum indignatio esset*] *Quum consulis iram* Leid. 2. Sed τὸ *vocem* omittitur in Lov. 1. quasi ex sequenti hic repetendum foret 'indignationem.' Sed recte reliqui omnes in vulgatum conspirant. Deinde *indignatio Patrum* Lov. 4. Mox in verbis seqq. *proditum memoriæ*, pro *proditur*, Gaertn. Tum *invocabunt*, pro *invocabant*, Flor. et *Aninii* Port. *Anni* Flor. a m. pr. Leid. 1. et Harl. 1.

§ 2 *Certe, quum commotus ira se ab vestibulo templi citato gradu proriperet*] Virgil. Ecl. III. 19. 'quo nunc se proripit ille?' Sed Pall. duo Mss. codd. 1. ac 3. *citato gradu prorumperet*. Sic c. 30. Pal. 2. *Misso itaque repente senatu, se ex curia prorupit*, habet. *Gebh. Ecce quum commotus ira* Voss. 2. Tum *a vest. templi* Voss. ambo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Hinc *prorumperet* Voss. 2. et Lov. 3. Quamvis autem *prorumpere se* apud optimos scriptores obcurrat, aliorum tamen codd. in receptam lectionem conspirantium auctoritas persuadet, eam genuinam esse. Vide quæ notantur ad II. 23. § 8. Mox *lapsu per gradus*, pro *lapsus*, Lov. 4.

Inpactus imo ita est saxo] *Inpactus uno* Voss. duo, Lov. 3. 4. 5. Port. et Hav. Sed passim ob ductuum *im* et *un* simillitudinem voces *imus* et *unus* commutatæ sunt. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. v. 3. et ad XV. 590. Adde ad Livii VII. 10. § 10. IX. 24. § 12. c. 40. § 2. viros doctos ad Sueton. Aug. c. 64. ad Nason. Metam. X. 33. Fast. I. 257. Trist. II. 100. et ad Val. Max. I. 6. § 4. Eadem varietas obcurrit apud Colum. v. 9. 'Omnis deinde soboles, quæ ex uno stirpe nata est, quotannis exstirpanda est:' ita nunc editur; sed optimus cod. Sangerm. exhibet *ex imo stirpe*, quod sine dubio verum, et ad exemplum illius Virgiliani effictum est Æneid. XII. 208. 'Quum semel in silvis imo de stirpe recisum Matre caret.' *Inpactus imo ictus saxo* male Port. in marg. *inpactus imo est ita saxo* Gaertn.

§ 3 *Mihi quoque in incerto relictum sit*] *Mihi quoque incerto relictum sit* Leid. 1. Harl. 2. et Hav. Sed præpositio intercepta est a vocis seq. syllaba initiali. Vide ad v. 28. § 5. *Tum quoque incerto relictum sit* Gaertn. *mihi quoque in incertum relictum sit* fragm. Hav. *mihi quoque in incerto relicto sit* Lov. 5. *mihi quoque in incertum relicto sit* ed. Ven. 1498. *In incerto relictum sit*, ut 'in incerto esse' l. v. c. 28. 'Adeo ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent:' ubi vide. Paul-

Digitized by Google

lo ante *Examinatus auctores* Flor. Tum *qui non omnes*, pro *quoniam non omnes*, Gaertn. Tò *sit* deficit in Leid. 2. quemadmodum etiam mox *ruptorum* in Hav.

Vera esse, et apte ad repræsentandam iram Deum ficta possunt] *Aperte* Port. a m. pr. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXI. 22. § 8. Sed *apte* deest in Harl. 2. 'Apte fingere,' ut 'apte firmare' supra II. 31. 'Parum apte introrsum ordinibus aciem firmarant:' 'apte tegere' XXII. 4. Vide Corte ad Plinii Ep. v. 17. § 2. Tum *ad reputandam iram* Gaertn. *ad repræsentiendam iram* Leid. 1. *ad præsentandum iram* Leid. 2. quomodo et peccatum erat II. 36. § 6. *Ad repræsentandum iram* Port. et Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde *si ita*, pro *ficta*, Leid. 2. *post sunt*, pro *possunt*, Harl. 1. *potit* Lov. 4.

4 *Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos*] *Torquati missus* Leid. 1. Tum *a senatu* Gaertn. Postea *ad mittendos legatos* Lov. 5. Mox *vidisset*, pro *vidisset*, Lov. 3.

Ita ut populo Patribusque audita vox pariter sit] Prior vocula abest ab ed. Parm. Hinc *ut a populo Patribusque* Lov. 5. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. Non tamen necesse est præpositionem addi, quam constanter nesciunt melioris notæ codd. Vide ad VI. 11. § 4. *Ut Patribus populoque* Leid. 1. cujus librarius existimasse videtur, contra dignitatem senatus futurum, si populi ante senatum mentio fieret. Verum ad similia Romani adtendere non consueverunt. Vide ad XL. 10. § 5. *Ut populo Patribus* omissa copula Hav. Tum *pariter* non adparet in Lov. 4.

Bene habet. Dii, pium movete bellum] Omnes Mss. codd. et cusi, *Dii pium movere bellum*. Gebh. Flor. omissa prima voce *Bene*, exhibet *Habent Dii pium movere bellum*. At *Bene habent Dii pium movere bellum* Lov. 1. Male. Sollemnis enim hæc formula est, quam inlustravi ad VI. 35. § 6. *Bene hab'et* id est *haberet*, Gaertn. De quo errore vide ad XXXIX. 52. § 6. Deinde *Diis pium movere bellum* Lov. 2. *Dii pium movere bellum* omnes reliqui codd. quibus usus sum, et edd. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1505. et Ascens. 1513. et 1516. Quod ideo forsitan ab omnibus aliis editoribus spretum est, quod non viderunt, *movere* hic dictum esse pro *moverunt*; qua de causa etiam alibi sæpe peccarunt: nisi potius dicendum sit, in ed. quæ prima *movere* exhibuit, lectionem illam errore operarum inrepsisse ob similitudinem literarum *r* et *t*. Vide ad V. 55. § 8. Priorem itaque scripturam, tot codd. et edd. consensu firmatam, revocavi; quæ etiam, quam altera, potius convenire videtur. Quum enim Torquatus, ad dimittendos legatos missus, Annium jacentem videret, quem adversus crebram inplorationem Deum, quos testes fœderum sæpius invocarat ipse et collega, Jovis Romani numina sprevisse audierat, et ita Deos fœderum perfide ruptorum, Jovem autem numinis spreti pœnam exigere incepisse cerneret, non tam Deos orabat ut pium bellum moverent; quam gratus fatebatur eos id jam movisse.

§ 5 *Est cœleste numen, es, magne Jupiter*] Sic III. 56. 'Dum pro se quisque Deos esse, et non negligere humana fremunt.' *Sigon.* Pal. 2. *Cœleste numen es, magne Jupiter*. Gebh. Eandem lectionem servant Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. Gaertn. et Hav. Male. Non enim Torquatus agnoscebat Jovem revera Deum esse, sed, sollemni formula usus, visa Annii pœna, fatebatur non omnia fortuito agi, sed divina providentia gubernari. Vide Brisson. de Formul. l. 1. p. 80. unde quum Modius ea descripserit, quæ ad hunc locum, Brissonii nomine dissimulato, notavit, ea omittenda duxi. Similiter Statius Silv. 1. 4. 1. 'Estis, Io,

Digitized by Google

Superi; nec inexorabile Clotho Volvit opus:' ubi plura notavit Barthius. Ceterum *Es, cœleste numen, es, magne Jupiter* Flor. Lov. 4. et Neapol. Latinii. Quæ lectio probari potest. Potest tamen et vulgata: Livium enim omni modo orationem variasse, sæpius supra dictum est.

Haud frustra te patrem Deum hominumque hac sede sacravimus] *Aut frustra* Flor. Male. Quamvis enim hæc ita capi possent, ut Torquatus diceret, aut esse Jovem, aut frustra eum Capitolio sacratum esse; magis tamen convenit, ut adfirmet eum esse, et haud frustra ibi coli: adeoque *aut* pro *haud* scriptum est sollemni errore librarii adspirationem omittentis. Vide ad XXVIII. 2. § 11. qua eadem aberratione etiam *ac* pro *hac* in his iisdem verbis præferunt edd. Rom. 1472. et Parm. De quo vide ad XXXV. 26. § 7. cujus loco *hæc sede* legit Harl. 1. Deinde *te patrum Deum hominum* Leid. 1. copulam *que* omiserunt etiam Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. in Flor. quoque tantum inter versus addita legitur. Præterea *consecravimus* Hearnii Oxon. B. sed, a vulgato discedi, necesse non est. Ovid. Fast. I. 257. 'Quum tot sint Jani, cur stas sacratus in uno?'

§ 6 *Vosque, Patres conscripti; arma capere Diis ducibus*] *Ppti' consult'* Gaertn. *Patres consulti* edd. vett. de quo errore vide ad III. 52. § 6. Alii deinde edidere *P. C.* cujus loco demum Frobenius recte substituit *Patres conscripti*. Tum *Deis ducibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Flor. pro quo *de his ducibus* substitutum est in Leid. 1. et Klockian. Vide modo ad § 10. Mox *Latinorum* deest in Lov. 2. *legatum* in Leid. 2.

§ 7 *Adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit*] *Accepta* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. et ed. Parm. Non sequor. Supra II. 28. 'Res tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione Patrum.' Voces autem 'excipere' et 'accipere' librarii passim commutare consueverunt. Vide supra notata ad II. 47. § 7. Adde ad VI. 11. § 12. Deinde *tantum ardoris animi fecit* Leid. 2. Vide ad IV. 33. § 11. *Tantum ardoris ad id animis fecit* Lov. 4. Mox dictio *cura* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. Leid. 1. et fragm. Hav. Ejus loco *quem* præfert Gaertn. Præterea *quam jussu*, pro *qui*, Lov. 2. et 4. Tum *prosequeretur*, pro *prosequebantur*, Lov. 2.

Quam jus gentium, ab ira impetuque hominum tegeret] *Quamvis gentium* ed. Parm. Sed *uis* et *ius* ob ductum adfinitatem sæpissime confunduntur. Vide ad III. 38. § 13. *Quamvis ius gentium*, utraque lectione juncta, Lov. 2. Tum *ab ira impetumque* Leid. 1. *ab ira impetum quæ* Flor. *ab impetu iraque* Gaertn. Verbum denique *tegeret* non adparet in Leid. 2.

§ 8 *Consensit et senatus bellum*] *Consensit autem et sen. bell.* Lov. 4. Sed vocula *autem* ex numero earum est, quibus sæpe librarii orationem Livii, ut putabant, male cohærentem melius connectere soliti sunt. Vide ad XXI. 40. § 11. *Consensit et senatus bello* Klockian. A. Perizonius scribendum conjicit in margine Livii *Consensit et senatus in bellum*; cujus locutionis plura exempla vide apud Gronov. ad Livii IV. 35. § 4. Verum ejus filius, expuncta conjectura paterna, adscripsit videndum Livium I. 32. Sane vulgatum reliqui codd. tuentur. Verbum 'consentire' interdum casum adscivisse, constat ex ejus usu forma passiva apud Gell. XV. 25. 'Syllogismus est oratio, in qua, consensis quibusdam et concessis, aliud quid, &c. necessario conficitur.' Vel 'consentit bellum' elliptice dictum est; ita supplendum: consentit bellum fieri, consentit, ut bellum cum Latinis fieret; ut plene locutus est Liv. lib. I. cap. 32. 'Senatus populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bel-

Digitized by Google

lum cum priscis Latinis fieret.' Eadem ratione dictum est *bellum alicui jubere*, pro alicui fieri jubere. Vide ad XXVII. 24. § 3.

Consulesque duobus scriptis exercitibus, &c. profecti] *Consuleque duobus* Leid. 2. *consules duobus* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. *quoque duobus* Flor. *consules cum duobus* Klockian. At, præpositionem interseri non necesse esse, patebit ex illis quæ notabuntur ad l. XXII. c. 9. § 6. Tum *exercitibus scriptis* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *conscriptis exercitibus* Gaertn. Verum nec huic lectioni persuadendæ satis gravis est unius cod. auctoritas, quum et alterum, quod reliqui defendunt, probum sit. Vide ad VI. 28. § 5. Mox *Samnitum*, pro *Samnitium*, Port. et Hav. Vide ad XXIII. 11. § 1. Præterea *quam*, pro *quo jam*, Klockian.

§ 9 *Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri*] *Utrisque consulibus*, vel per compendium *utrisque cos.* aut *utrisque coss.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Hav. fragm. Hav. Gaertn. et Port. Alibi ita Livium locutum esse, constabit ex illis quæ dicentur ad XXXVI. 16. § 6. Hic tamen optimi codd. vulgatum præferunt, quos sequor. Tum *dicitur* non adparet in Port. et Hav. Præterea *visi species viri* Klockian. *visa spes viri* Lov. 5. sollemni aberratione. Vide ad III. 9. § 13. *Visa species vires* Lov. 1. a m. pr. pro quo *viris* emendatum est a m. sec.

Majoris, quam humano habitu, augustioriseque] Major hic injuria, quam pro numero literarum, elegantissimo scriptori facta est. Exstat in Mss. sincera lectio *majoris, quam pro humano habitu*. Gelen. Omnes etiam nostri Gelenii lectionem probant, præter solum Harl. 2. vulgatæ ante Gelenium scripturæ adhærentem. Præterea *angustioriseque* Lov. 1. a m. pr. Lov. 2. 3. Gaertn. et Hav. quomodo librarii frequenter lapsi sunt. Vide ad v. 41. § 2.

§ 10 *Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus matriqué Terræ deberi*] *Eximia acie* Gaertn. Tum *ex altero* idem cod. Hinc *Deis manibus* Flor. Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. pro quo *de his* Leid. 1. quomodo etiam peccabatur hoc cap. § 6. Deinde *matrique certe debere* Port. pro *certe* vero in margine emendatum erat *Terræ*. 'Tellurem' pro 'matre Terra' Livius memorat c. 9. et x. 28. Voces *Terræ deberi* desunt in Leid. 2.

Utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset] *Utriusque exercitus* Lov. 2. et Hav. quomodo etiam mox peccatum est in quibusdam codd. § 13. Tum *legationes hostium superque eas* Leid. 1. Vide ad Livii VII. 30. § 10. *Legiones host. aggrederetur, superque eas* Hav. Voces *legiones hostium superque eas* exsulant a Leid. 2. sequens pronomen *se* a Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. mox autem conjunctio *que* ab Harl. 2.

§ 11 *Nocturnos visus inter se consules contulerunt*] *Nocturnos visos* Gaertn. Tum *inter cons. cont.* Hav. *inter se cons. tulerunt* Leid. 1. *contulere* Leid. 2. et Lov. 1.

Placuit ad averruncandam Deum iram victimas cædi] Et hic mutatam Livii linguam indicant iidem codd. ubi legitur *averruncandæ Deum iræ*. Gelen. Intrusit Andreæ ed. post *iræ* nihili vocabulum *caussa*. Pal. vero 2. *Ms. gratia*: uterque malo exemplo: at pessimo Campanus audaciam nobis testatam reliquit suam, edita scriptura, *placuit ad avertendam Deum iram victimas cædi*. Lib. X. c. 23. 'Prodigiorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit.' *Gebh. Ad averruncandam Deorum iram* Lov. 4. *ad averuncandam Dei iram* Harl. 2. quomodo etiam, unica nempe litera *r*, hoc nomen scribitur apud Fest. voce 'veruncent:' ubi tamen *verruncent* in Mss. esse Vossius testa-

Digitized by Google

tur. *Causa averruncandæ Deum iræ* Leid. 2. *averruncandæ Deum iræ gratia* Hav. *averruncandæ Deum iræ causa* edd. Rom. 1472. et Parm. ex qua ipsa varietate, vocem *causa* vel *gratia* a librariis insertam, non a Livio profectam esse, satis constat. Similiter autem alibi interpolare soliti sunt. Vide ad XXXI. 12. § 4. *Avertendæ Deum iræ* Lov. 2. 5. Port. Gaertn. Klockian. et Hav. *avertendam Deum iram* fragm. Hav. a m. sec. cujus loco quid a m. pr. scriptum fuerit, deprehendi non potest. Videtur tamen id fuisse, quod Gelenius probavit, et nunc receptum est. Sed *avertendæ* ex glossa atque enarratoris expositione receptum est: 'averruncare' enim vulgo avertere; et 'verruncare,' vertere exponuntur apud Varr. Fest. Nonium, et alios. Pari modo etiam variant codd. X. 28. § 1. Vide de ea voce Vossii Etym. Ling. Lat. voce 'Averruncare,' et Brisson. de Form. l. 1. p. 57. Eadem voce utitur etiam Cato de Re Rust. c. 142. 'Uti tu morbos visos invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque, prohibessis, defendas, averruncesque.'

Eadem, quæ somno visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata impleret] *Somnio visa fuerant* Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. sollemni scribarum variatione. Vide ad II. 36. § 4. ad IX. 9. § 14. Viros doctos ad Sueton. Cæs. c. 45. et Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Iulustr. c. 7. § 10. 'Per somnum videre' dixit. Justin. 1. 4. 'Per somnum vidit, ex naturalibus filiæ vitem enatam:' 'per quietem videre,' quod tantumdem valet, I. 9. 'Per quietem vidit; fratrem suum Smerdim regnaturum:' et Curtius IX. 8. § 26. 'Per quietem vidisse se exponit speciem draconis:' 'in quiete videre' Livius XXI. 22. 'in somnis videre' Valer. Max. I. 7. ex. ext. 10. 'Vidit in somnis comitem suum orantem:' ubi vide Vorstium, et Torren. ut et ad II. 4. ex. 5. Apud Ciceronem locutio illa sæpius obcurrit. *Somno visa erant* Lov. 4. *somno visa fuerat* Gaertn. Tum *portenderetur* Leid. 1. Lov. 1. et Harl. 1. *partemderetur* Flor. *portendantur* Gaertn. Deinde *alterutrum consulum* Voss. 2. et Lov. 3. *alterius consulum* Hav. et a m. pr. Port. in quo tribus ultimis prioris vocis literis notæ adjectæ indicant, librarium emendandum censuisse *alter consulum*. Tandem *facta impleret* Lov. 1. 5. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. de quo scribarum lapsu vide ad III. 40. § 9. *Facta in plebe* Flor. *fata imploret* Hav. Liv. 1. 7. 'Accipere se omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata, ait.' Paullo ante *simul* deficit in Lov. 2. Tum *ex eis*, pro *extis*, legunt perperam edd. ante Mediolan. 1505. cujus lectionem *extis* deinde Aldus recepit.

§ 12 *Responsa aruspicum insidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt*] *Aruspicum responsa* Lov. 2. *responsa aruspicum* Lov. 2. 3. et Port. *aurispicum* Lov. 5. *arispicium* Leid. 1. *haruspicum* Flor. Vide Corte ad Sall. Cat. c. 47. § 2. et ad Plinii Ep. II. 20. § 4. quæque notantur hoc lib. c. 9. § 1. De vera orthographia vocis vide Voss. in Etym. Ling. Lat. et Dausquei. in Orthogr. utrumque in voce 'Aruspex.' Hinc *tam*, pro *jam*, Voss. 2. et Leid. 1. Vide ad Livii XXI. 11. § 12. Deinde *taciti* Hav. Præterea *congruerentur* Harl. 2. Mox *trinisque*, pro *tribunisque*, Harl. 1. Hinc vocula *et* exsulat a Port. et Hav. quorum prior etiam *impiis*, pro *imp'iis* id est *imperiis*, præfert. *Etiam periis* habet Flor. a m. pr. *etiam peritis* a m. altera. Vox autem *Deum* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm.

Ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret] *Mors vol. alterius consulum* Port. Gaertn. et Hav. *mors vol. consulis alterius* Lov. 2. *mors vol. consulum* Voss. duo, Leid. 2. et Lov. 1. 3. ac 5. de quo lapsu vide ad X. 10. § 2.

Digitized by Google

Insuper *in acie* Port. et Hav.

§ 13 *Comparant inter se, ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset*] *Comparavit inter se* Lov. 4. Tum *ab utraque parte* Leid. ambo, Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide paullo ante ad § 10. et hoc lib. c. 10. § 8. etiam IX. 40. § 8. et X. 19. § 9. Hinc *exercitus Romanus* Lov. 2. Vide ad c. 2. § 4. Sed nihil interesse puto. Tandem *exercitus cum coepisset* fragm. Hav. a m. sec.

Inde se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque] *Sese consul dev.* Lov. 3. *sese consules devoverent* Voss. 2. *consul devoveret*, pronomine omisso, Leid. 1. *se consul devovere* Gaertn. et fragm. Hav. *se consul devovisset* Harl. 2. Deinde *pro populo Romano Quiritibus*, sine conjunctione *que*, Lov. 1. et Klockian. quomodo hic absque vitio scriptum esse, testatur Brisson. de Formul. l. i. p. 62. At reliqui copulam *que* servant, licet in aliis quidam eorum aberrent. Nam *populo Romano Quiritibusque*, neglecta præpositione, legunt Lov. 3. et Gaertn. *pro bello Romano Quiritibusque* Hav. *pro rep. Quiritibusque* Lov. 2. De hoc errore vide ad XXXVIII. 58. § 6.

§ 14 *Agitatum etiam in consilio est*] Ita, pro *in concilio*, Gronov. scribendum monuit XLIV. 2. § 5. eamdemque lectionem a. 1665. in contextum recepit, cujus auctoritatem recte Hearne secutus est. Neque aliter, uno Gaertn. excepto, præferunt codd. mei, nisi quod *Agitatumque etiam in consilia est* habeant Port. a m. pr. et Hav. *in consilio* etiam edd. Rom. 1472. et Parm. pro quo postea demum *in concilio* substitutum est.

Ut, si quando unquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti] Vide in eadem sententia posita, cum unum sufficeret, *ut* et *uti*. Quod si bene habet, certum indicium est, auctores non tam anxie locutos: quemadmodum id quoque, quod continuo sequitur, in accusativo ait, 'quod adversus Latinos bellandum erat.' Reliqua, quæ sequuntur, in nominativo dixisse videtur. Quamquam, ubi eam distinctionem incipias, merito hæsites: neque enim satis clarum est. *Glar.* Malim *tunc utique*, quod est, 'tunc omnino,' 'tunc maxime:' alioquin vacet necesse est aut *ut*, aut *uti*. Sigon. Hæc est omnium Mss. codd. et editorum scriptura. Contra tamen censet aut legendum *tunc utique*, aut alterutram particulam demendam Sigonius. Falso: nam tales particulæ sæpius in prolixiore sententiæ tractu iteramtur. Sic reperi XXX. 43. in Pal. 1. ac 2. Mss. *ut uti præter Romanis hiis imperaret*. Gebh. *Ut* vacat, quemadmodum sæpe alibi. Vide quæ ad Florum II. 6. § 19. notata sunt. Adde Livium V. 21. leg. 6. § 1. D. de Contrah. Emt. Malasp. ad Cic. ad Attic. III. 5. et Gronov. ad Liv. III. 64. *Duk.* Utramque particulam *ut* et *uti* constanter agnoscunt omnes scripti; quare posterior cum Sigonio in *utique* mutanda non est, neque Glareano mirum esse debuerat, ambas in eadem sententia poni, aut inde efficiendum erat, auctores non tam anxie locutos esse. Sæpe enim scriptores perspicuitatis caussa particulam *ut* repetiisse, cum inter illam et verbum ad eam referendum multa interjiciuntur, soliti fuerunt; quod inprimis Livio familiare est. Vide ad XXII. 11. § 4. Pro ea autem loco posteriori hic usurpatur *uti*, quemadmodum illo lib. XXII. c. 11. 'Edictoque proposito, ut, quibus oppida castellaque inmunita essent, uti in loca tuta commigrarent:' ita enim ex optimorum codd. fide ibidem legendum videtur. Contra pro ea priori loco *uti* adhibetur III. 64. 'Hi tum uti, quos sibi collegas cooptassent, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint.' Ceterum *severo illo imperio bellum* Flor. pro quo manu altera factum est *illud*. Tum *administra-*

Digitized by Google

tratum esse Gaertn.

Disciplina militaris ad priscos redigeatur mores] Nec pejus foret *exigeretur*. Suetonius Julio c. 65. 'Non enim ubique ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coërcebat, tum maxime exactor gravissimus disciplinæ.' Tiberio c. 19. 'Disciplinam acerrime exegit.' *J. F. Gron.* Non moveo *redigeretur*. 'Redigere' ubique dicitur de rebus quæ in pristinum statum restituuntur. Cæsar B. Civ. I. 76. 'Rem ad pristinam belli rationem redegit.' Liv. III. 9. 'Quam placatam reconciliatamque Patribus de integro in antiqua redigeretur mala.' Florus II. 18. § 11. 'Redacto in disciplinam milite.' Suet. in Aug. c. 25. 'Senatorum adfluentem numerum deformi et incondita turba ad modum pristinum et splendorem redegit.' *Duk. Disciplina militari* Leid. 2. Tum *reduceretur* Voss. 1. Lov. 1. 5. Port. et Hearnii Oxoniensis N. in marg. Vulgatum, pro quo stant alii codd. mutare non sustineo.

§ 15 *Curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat*] *Cura acuebat* Lov. 2. Tum *adversus Latinos bellum erat* Lov. 5. Mox *moribus ac morum genere* Gaertn. Ceterum incertum putat Glareanus, ubi majori interpunctione distinguendum sit. Illos tamen sequi malo, qui eam voci *congruentes* subjiciunt, priora præcedentibus *adversus Latinos* cohærere existimantes.

Collegæque iisdem præsidiis, sæpe iisdem manipulis permixti fuerant] *Collegæ æque* Lov. 2. et 3. *collegaque* fragm. Hav. Deinde voces *præsidiis, sæpe iisdem* deficiunt in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Cui errori causam præbuit τοῦ *iisdem* repetitio: voces tantum *sæpe iisdem* non adparent in Hav. Paullo ante *centuriones centurionibus* Lov. 2. Port. et Hav. dictionibus alio ordine propositis, quod magis convenire forte existimarunt, quod eodem ordine præcedat 'milites militibus,' et mox sequatur 'tribuni tribunis:' quasi id variare Livio integrum non foret.

§ 16 *Ne quo errore milites caperentur*] *Neque errore* Flor.

CAP. VII. § 1 *Inter ceteros turmarum præfectos*] *Inter exteros* Lov. 4. Tum *pugnarum* Lov. 5. et Port. in contextu. Deinde *præfectis* Leid. 1. *prefectos* Port. In verbis proximis *missi*, pro *dimissi*, Hav. Vide ad XXXVIII. 13. § 10. Tum *supra castra hostium*, pro *super*, Leid. 2. et ed. Parm. Vide quæ notantur ad XXIII. 36. § 6.

Ut vix teli jactu ab statione proxima abesset] Pall. codd. Mss. tres *ita ut vix teli jactu*. Gebh. Particulam *ita* addidimus ex Thuan. tribus Pall. duobus Voss. Helm. *evasit ita, ut vix*. J. F. Gron. Eamdem particulam defendunt ex meis Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et omnes Hearnii Oxon. Tum *teli ictu* Voss. 1. et Leid. 1. sed ambo a m. pr. in utroque enim suprascriptum est *jactu*. Vide ad XXVI. 40. § 10. *Jactu* nunc quidem exstat in fragm. Hav. sed in fine ejus vocis erasa penitus est litera, ut olim *jactus* sive *jactum* scriptum fuisse videatur. Deinde *a statione proxima* Gaertn.

§ 2 *Præerat Genutius Metius*] Quidam ex Valerio Max. II. 7. ex. 6. restituerunt *Geminius*; at haud scio, quam bene. Neque enim codicum fides magnopere me movet vel hujus vel illius auctoris. *Glar.* Meminit hujus etiam Valerius. Sic *Geminius Metius* vet. lib. *Sigon.* Expresse ita *Geminius Metius* vocat hunc Pal. 2. In Pall. 1. ac 3. *Geminus* appellatur, Andreæ editioni *Genutius*. Campani *Gemmius*. Gebh. Flor. *Geminus Marcius*. Rott. et Helm. *Geminus Mettius*. Voss. uterque *Geminus Metius*. In quo consentiunt, id non videtur insuper habendum: etsi apud Valerium

Digitized by Google

Maximum quoque *Geminio Metio*. J. F. Gron. *Geminus Metius* Leid. 2. Lov. 1. 3. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *Geminius Mecius* Lov. 3. *Geminus Mecius* Leid. 1. *Genuti Metius* Harl. 2. *Gemicius Metius* Lov. 2. Reliqui *Geminius Metius*, quomodo primus Aldus edidit; licet autem in seqq. *Genutius* retinuerit, atque inter errata hoc loco ita etiam emendandum docuerit, recentiores tamen *Geminius* servarunt. *Geminus*, quod tot libris, et quidem plerisque optimis, defenditur, in contextum recepi; quamvis in his aliquid mutare anceps sit, quod nominum apud Latinos alia, quam apud Romanos, ratio sit. Vide ad I. 49. § 9. *Metius* etiam vocatur apud Oros. III. 9. 'Manlius enim Torquatus filium suum, juvenem victorem, interfectoremque Metii Tusculani, nobilis equitis, et tum præcipue provocantis atque insultantis hostis, occidit.' Paullo ante *Tusculani ierant* Lov. 2. sed ibi illud *i* initio vocis *erant* adrevit ex fine præced. dictionis. Vide ad v. 37. § 7.

Vir tum genere inter suos, tum factis, clarus] Vox *vir* deficit in Leid. 2. *vi tum genere* præfert fragm. Hav. a m. pr. *virtutum genere* Hav. *vir tamen genere* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXII. 17. § 5. *Vir cum genere* Voss. 1. Lov. 4. et Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3. *Vir cum gemine* Flor. a m. pr. pro quo deinde emendatur *germine*. Præterea *fatis* Leid. 1. Vide ad III. 43. § 9.

§ 3 *Omnes inter se, utique inlustres viri, noti erant*] *Uti illustres* Lov. 2. Tum *noverant* Harl. 2. omnesque edd. usque ad Mediol. 1505. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 4 *Unane, ait, turma Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis*] *Unave* Lov. 5. Vide ad v. 28. § 5. Tum *turma Romanorum* Voss. 2. a m. pr. Deinde *cum Latinis sociis*, omissa conjunctione *que*, Lov. 3. Mox *quid intra consules*, pro *interea*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide mox ad § 7.

§ 5 *Aderunt in tempore*] *Aderunt et tempore* Harl. 2. et priscæ edd. pro quo recte *in tempore* substitutum est Mediolani 1505. et ita reliqui codd. Recte: *in tempore* est 'tempore commodo,' 'opportuno:' quæ locutio Livio familiarissima est. II. 47. 'Spreta in tempore gloria interdum cunctatior redit.' c. 48. 'Ni K. Fabius in tempore subsidio venisset.' IV. 40. 'Consulem aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem.' IX. 23. 'Et in tempore magister equitum hostium terga invadit.' c. 37. 'Telum aliud occultum scituros in tempore.' XXII. 25. 'Se in tempore et sine ignominia servasse exercitum:' ubi etiam quædam exempla vide. XXXII. 16. 'Nuncios mittebat, se in tempore adfuturum.' XXXIII. 18. 'In tempore mille Achæi pedites cum centum equitibus supervenerunt.' c. 19. 'In tempore Punicum bellum terminatum erat.' XXXIV. 18. 'Nisi in tempore subventum foret.' c. 29. 'In tempore Quinctio rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt.' Vide quæ notavi etiam ad Silii Ital. XI. 8. Omissa præpositione, *tempore* est apud Ovid. Epist. Her. IV. 109. 'Tempore abest, aberitque diu Neptunius heros.' Utrumque etiam Græcis in usu fuit, vel τῷ καιρῷ, ut apud Euang. Marc. XII. 2. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον· vel ἐν καιρῷ apud Lucam Euang. XII. 42. Διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. Καιρὸς enim temporis opportunitatem notat. Auson. in ludo septem Sapient. 'Et Pittacum dixisse fama est Lesbium Γίγνωσκε καιρόν. Tempus ut noris, jubet. Sed καιρὸς iste tempestivum tempus est.'

Et cum illis aderit Jupiter ipse, fœderum a vobis violatorum testis] Pall. duo 1. ac 3. *et tum aderit Jupiter*. Gebh. *Tecum illis aderit Jup.* Flor. *et cum aderit Jup.* Leid. 1. *et tum ade-*

Digitized by Google

rit Jup. Lov. 3. *et cum illis erit Jup.* Voss. 1. ac Lov. 5. *et cum illis Jup.* Leid. 2. ac Lov. 1. *et Jupiter*, reliquis omissis, Voss. 2. Mox voces *a vobis* non comparent in Leid. 1.

§ 6 *Efficiamus profecto, ne nimis acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint*] Vet. lib. *ne quid minus, quam acies vobis, &c.* Sigon. Redolet hæc lectio [*ne quid minus, quam acies*] officinam Sigonii, quam tamen ipse non infitiatur. Pall. duo, item totidem edd. priscæ *ne nimis acies vobis et collata signa, &c.* Gebh. Quicquid bonorum codd. videre licuit, *ne nimis acies vobis et collata signa nobiscum cordi sint.* Quod quidem longe antefero vulgato commento libri Sigoniani. Cicero ad Fam. VII. 16. 'Quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuisti, plane non reprehendo.' In Verrem II. 28. 'Monet hominem, ne nimis judicio sacerdotis et causæ confidat.' *J. F. Gron.* Quæ lectio Sigonio, eadem etiam Hearnio obvia fuit in Oxon. B. et L. 2. Sed eamdem in nullo meorum inveni; quamvis tamen pauci quidam non longe ab ea discedant. Nam *efficiemus, ne quid profecto minus acies* legunt Lov. 5. et Port. *efficiemus, ne quid profecto ne minus acies* Hav. *efficiemus, ne quis profecto nimis acies* Leid. 2. et Voss. 1. *efficiemus profecto, ne quis nimis acies* Lov. 1. *efficiemus profecto, ne quid nimis acies* Gaertn. quæ lectio non displiceret, si plures aut integriores codd. eam probarent. Elegantor enim τὸ *quid* additur particulæ *ne* per pleonasmum, etiam apud Livium. Ita III. 21. 'Patres quoque, ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quinctium consulem reficiebant.' XLII. 24. 'Deprecaretur senatum, ne quid communibus inimicis criminantibus se crederent:' et alibi. Huc etiam pertinet *ne quid nimis* apud Terent. in Andr. I. 1. 34. Deinde *signa nobis concordi sint* Leid. 1. De locutione 'cordi esse' vide ad XXX. 17. § 12. *Signa nobiscum cordi essent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Verba *hic quoque efficiemus* desunt in Klockian. Paullo ante *ad societatem vestram* Gaertn. et fragm. Hav. *ad satietatem nostram* Voss. 2. Lov. 3. 5. et Hav.

§ 7 *Ad ea Geminius, paullulum ab suis eo provectus*] *Gemi* Lov. 1. *Genutius* Harl. 2. *Gemitius* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. cujus codex L. 2. præfert *Geminus;* neque aliter etiam Voss. duo, Leid. 1. Lov. 3. 5. Harl. 1. Flor. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad § 2. Tum *paullum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *paullo* Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. Hinc *a suis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *eo provectus* primum inveni in edd. Jac. Gronovii, sive ita edi voluerit, sive lectio illa ex errore operarum admissa sit; quod eo verisimilius videtur, quod nullam mutationis rationem in notis proposuerit, et non tantum *equo* servent omnes priores excusi, sed et Leid. duo, Flor. Lov. quinque, Harl. ambo, Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Ex reliquis codd. nihil variantis lectionis adfertur, licet collati sint cum ed. Clerici, qui Jac. Gronovii scripturam recepit. Infra XXIII. 47. 'Provectusque ante stationes equo, Tauream nomine compellavit:' unde etiam patet, neque lectionem Leid. 2. *profectus* recipiendam esse: hoc lib. c. 38. 'Quum, turma una longius provecta, accepissent, impedimenta Romanorum procul ab armatis stare.' Sæpe autem eas voces in Mss. commutari, videbimus ad XXI. 2. § 4.

Dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis] Iidem codd. Pall. duo Mss. *exercitus moveritis.* Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *ista dies venit, qua magno conatu* alio ordine fragm. Hav. *dies iste venit, qua magno conatu* Lov. 5.

Digitized by Google

dies ista venit, quū magno conatu Lov. 3. *dies ista venit, antequam magno conatu* Lov. 2. *dies ista venit, qua magno conato* Flor. Vide ad I. 15. § 7. Mox *intra*, pro *interea*, Voss. 2. et Lov. 3. Vide paullo ante ad § 4. Tum *ingredi*, pro *congredi*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Nostro duorum jam hinc eventu certatur, quantum eques Latinus] *Nostrum duorum* Lov. 4. et Neapol. Latinii. Male. Vide ad VII. 40. § 9. *Utero duorum* Gaertn. *nos duorum* Flor. Tum *hinc* deficit in Lov. 2. Deinde *quantum equis Latinus Romano præstet* Hav. *præstat* Lov. 4. *præstetur* Gaertn. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 8 *Seu detrectandi certaminis pudor*] *Detrectandi* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. Vide infra notata ad XXXIV. 15. § 9. Mox *inexsuperabilis vis facti*, pro *fati*, Leid. 1. Harl. 1. et Flor. a m. pr. Vide ad III. 40. § 9. et mox hoc cap. ad § 12. *Inexsuperabilius facti* Gaertn.

Præceps ad id certamen agitur, quo, vincerer, an vinceretur] *Ad id præceps cert. agitur* Port. Et ita etiam Lov. 5. nisi quod *præcos* habeat. *Præces in cert. agitur* Hav. *præceps adii cert. agitur* fragm. Hav. Præterea *quod vincerer, an vinceretur* Flor. Vide ad XXXVI. 33. § 3. *Quo veniret, an vinceretur* Leid. 1. *quo vinceret, aut vinceretur* Neapol. Latinii. Non probo. Supra IV. 40. 'Desertus sis, an deseruerit consulem exercitumque? victi denique simus, an vicerimus?' V. 28. 'Adeo ut in incerto fuerit, et apud ipsos exercitus et Romæ, victi essent, victine essent.' Ita sæpe altera dubitandi particula subprimi solet. Vide ad lib. II. cap. 8. § 8. et Cortium ad Plinii Ep. III. 10. Tum *inter se*, pro *interesset*, Klockian. Paullo ante *oblitus itaque imperii consulum edicti*, reliquis omissis, Lov. 1.

§ 9 *Spatio, quod parvi interjacebat campi, adversos concitant equos*] Mss. habent *quod vacui interj. campi*; non *parvi campi*. Gelen. Præter Harl. 2. *parvi* defendentem, reliqui omnes *vacui campi* probant. Neque aliter legunt edd. Rom. 1472. Parm. Tarvis. utraque, ac quædam aliæ. Silius Ital. IV. 273. 'vacuo poscebat prœlia campo.' Deinde *adversus concitantem equos* Flor. *adversus concitant equos* Voss. 2. *aversos concitant equos* Port. et Hav. Vide ad II. 31. § 6. Paullo ante *militibus*, pro *equitibus*, Hearnii Oxon. C. quod forte ex interpretatione profluxit. Vide ad X. 29. § 10. Dein *velut spectaculum summotis* sine præpositione Flor. Infra XXIII. 47. 'Jam Romani ad spectaculum pugnæ ejus frequentes exierant.'

Metii trans cervicem equi elapsa est] *G. Metii* Port. quasi vellet *Geminii*, aut *Gemini Metii*. Sed *C. Metii* Gaertn. et Hav. *Mœcii*, vel *Mecii* Flor. Leid. 1. Lov. 5. Harl. 1. et Gaertn. Vide ad § 2. Præterea *lapsa est* Flor. Male. Neque melius paullo ante *subter galeam*, pro *super*, ed. Mogunt. aliæque paucæ. Vide ad cap. 9. § 5.

§ 10 *Quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset*] *Cum surrexisset* Lov. 1. *concurrisset* Lov. 2. quasi nempe 'consurgere' haud recte de uno dici posset. At ita XLV. 7. 'Consurrexit consul, et, jussis sedere aliis, progressusque paullum, introëunti regi dextram porrexit.' Ita 'consalutare' pro salutare illustravi ad I. 7. § 1. 'conlaudare' ad VII. 41. § 3. Ejus autem generis similia sæpe obcurrunt. Mox *in aures equi*, pro *inter*, Leid. 2. et Lov. 5. Vide de hoc errore ejusque origine ad XXXVIII. 57. § 6. Tum *confixit*, pro *fixit*, unus Hav.

Ad cujus vulneris sensum quum equus, pristinis pedibus erectis] *Sensus* Hav. *a cujus vulneris sensu* Lov. 4. et ita Flor. a m. sec. quum *a cujus vulneris sensum* antea scriptum fuisset. Illud

Digitized by Google

autem *a sensu* exponi possit 'ob sensum.' Vide ad XXIV. 30. § 1. Reliqui tamen vulgatum servant, quod et ipsum probum est. Deinde sequens vox *quum*, sive *cum*, deficit in Port. quam intercepit similitudo ultimæ syllabæ vocis præced. Hinc *equis* Lov. 1. et 5. *equum* Gaertn. Tum *pedibus ereptis* Lov. 1. frequenti librariorum lapsu. Vide ad III. 5. § 7. Mox *caput* non adparet in Hav. *extruxit* autem, pro *exeussit*, est in fragm. Hav. Curtius III. 11. 'Jamque, qui Darium vehebant, equi, confossi hastis et dolore efferati, jugum quatere, et regem curru excutere cupiebant.' Silius IX. 596. 'Exstimulata gravi sese fera tollit ad auras Vulnere, et erectis excussam cruribus alte Pone jacit volvens reflexo pondere turrim.'

§ 11 *Cuspide parmaque inmixtum, adtollentem se ab gravi casu*] *Parma cuspideque inmixtum* Lov. 4. *cuspide parmaque inmixtum* Voss. 2. et fragm. Hav. Hinc *tollentem se* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *attollentemque se* Flor. a m. sec. Lov. 4. et Hav. *tollentemque se* Hearnii Oxon. N. in margine. Livius X. 36. 'Manus ad cœlum adtollens.' Silius X. 209. 'Sic ait, atque ægrum cœptanti adtollere corpus Arduus insurgens totum permiscuit ensem.' Præterea *a gravi casu* Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. et fragm. Hav. qui iidem codd. ultimo tamen excepto, mox etiam præferunt *a jugulo*. *A gravi casu* etiam editi usque ad Gronov. *a jugulo* autem iidem Aldo antiquiores.

Ita ut per costas ferrum eminceret, terræ adfixit] *Ita ut hastæ ferrum* Lov. 2. *ita ut costas ferrum* Leid. 1. vox *ferrum* deficit in Port. Tum *imminceret* Harl. 2. et fragm. Hav. *eminus* Flor. a m. sec. *emitteret* Lov. 2. 4. et Neapol. Latinii. Sed nihil mutc. Quod Livius 'emincre,' Silius dixit 'exstare' VII. 627. 'Exstabat fixo quod forte cadavere ferrum.' Deinde *terræ* emittitur in Lov. 4. Male. Supra IV. 19. 'Adsurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque supinus cuspide ad terram adfixit.' XXIX. 2. 'Circa regem pilo terræ adfixum.'

§ 12 *Spoliisque lectis ad suos revectus*] *Spoliis lectis* Lov. 1. Deinde *ad suos revectis* Lov. 2. et Leid. 1. Mox *ut castra*, pro *in castra*, Port. Tum *deinde*, pro *inde*, Harl. 2. et edd. Frobeniana 1535. antiquiores. Vide ad Livii XXXVI. 24. § 10. Insuper *ad prætorem*, pro *ad prætorium*, Lov. 4.

Ignarus fati futuri, laus an pœna merita esset] Malui sequi veterem lectionem, nempe sic: *ignarus facti futurique, laus an pœna merita esset*. Gelen. *Ignarus facti futurique* vet. lib. At *fati* malim, hoc sensu: ignarus fatalis futuri supplicii, sive laus, sive pœna ei se merita esset. Sic etiam ante hoc cap. 'Præceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, an vinceretur, haud multum interesset.' Et 'Movet juvenis animum inexsuperabilis vis fati.' *Signa*. *Ignarus fati futurique* verissime habent Pall. duo, nisi quod τὸ *que* culpæ librariorum non nihil divulsum sit. Paullo superius 'Movet ferocem animum juvenis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati.' Male ergo vetustiores edd. *ignarus facti futuri, quæ laus an pœna merita esset*. Gebh. *Facti* defendunt Gelenius, Donjatius, et Hearnius. Non scio, quomodo defendi possit. 'Nescius' et 'ignarus fati' vel 'futuri' nusquam non leguntur. Virgil. Æn. X. 501. 'Nescia mens hominum fati sortisque futuræ.' 'Fatum' et 'factum' sæpissime permutari, notum est. *Duk. Ignarus facti futurique, laus an pœna* Leid. duo, Harl. 1. Klockian. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ignarus facti futumque, laus an pœna* Flor. *ignarus facti futuri, quæ laus an pœna* Lov. 4. et fragm. Hav. *ignarus fati futuri, quæ laus an*

Digitized by Google

pœna Harl. 2. et Hav. *ignarus fati futuri, laus an pœna* Lov. 2. *ignarus futurique, laus an pœna* Voss. 2. Eadem lectio, quæ Gelenio, placuit etiam Doujatio, qui hoc argumento illam defendebat, quod 'fatum' a 'futuro' non differat; at 'factum' ac 'futurum' recte obponantur. Verum 'fatum' et 'futurum' hic non obponuntur, sed conjunguntur eodem modo, quo 'fatum' et 'sors futura' in loco Virgilii a Dukero laudati. 'Fatum' autem et 'factum' infinitis locis in libris scriptis commutantur. Vide hoc cap. ad § 8.

§ 13 *Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent*] Pall. duo, *ortum referrent*. Pal. 2. *ortum vere referrent*. Gebh. *Ortum referrent* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. et Hav. *ortum vere referrent* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed prima syllaba *voũ referrent* adscita est ex fine vocis præced. Vide ad XXXVII. 41. § 5. 'Ferre' hic est dicere, prædicare. Vide ad IV. 45. § 8. *Ortum vere ferant* Oxon. C. apud eumdem Hearnium.

Equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto] *Eques tria hæc spolia*, voce una perperam in duas divisa, Lov. 1. et 2. Tum vox *capta* deficit in Harl. 2. Port. et Hav. Præterea alio ordine *ex cæso hoste* Harl. 2.

§ 14 *Extemplo, filium aversatus*] *Adversatus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et fragm. Hav. solita scribarum aberratione. Vide ad III. 12. § 9. c. 50. § 5. IV. 12. § 8. VII. 41. § 6. hoc lib. c. 12. § 1. et Burmann. ad Ovidii Fast. I. 5. Mox *avocari*, pro *advocari*, Lov. 2. quæ et ipsa verba sæpe confunduntur. Vide ad I. 6. § 1. IV. 61. § 3. VII. 2. § 11. hoc lib. c. 23. § 11. et aliis locis.

§ 15 *Quandoquidem, inquit, tu, T. Manli*] Voss. recentior, *quando, inquit*. Sed Flor. Rott. Voss. 1. *quandoque, inquit*. Id haud dubie Livianum. Vide IX. 10. *J. F. Gron. Quando, inquit* Leid. 2. Lov. quinque, Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *quandoque, inquit* Leid. 1. quæ lectio quidem superest etiam in Voss. 1. ut Gronov. monuit; ultimæ tamen syllabæ *que* adjectæ postea sunt notæ, quibus librarii indicant, aliquid perperam exaratum atque inducendum esse: ut in eo quoque a m. sec. emendatum sit *quando, inquit*. Quod servari posset, quum passim *quando* pro *quandoquidem* apud Livium obcurrat. Vide ad XL. 9. § 1. Quum tamen id, quod Gronovius probavit, ab integrioribus codd. defendatur, etiam verius esse existimo; præsertim quoniam Livius illud *quandoque* sæpius hoc sensu usurparit. Vide ad I. 24. § 3. et c. 30. § 4. Præterea *tu, inquit, T. Manli* Lov. 4. *inquit, tu, L. Manli* fragm. Hav.

Neque majestatem patriam veritus, adversus edictum nostrum] *Majestatem patriæ* Voss. 1. et Lov. 1. *majestatem patris* Leid. 2. 'Paterna majestas' dicitur Justin. X. 2. 'Pœnas parricidii Diis paternæ majestatis ultoribus dedit.' *Nec majestatem patriam* Lov. 4. Deinde *adversus dictum nostrum* Leid. 2. quomodo etiam peccatum erat in uno cod. VII. 35. § 2. Vide etiam ad IX. 14. § 2. At supra dixit c. 6. 'Edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.' *Edictum* autem prætoris et imperatoris esse, observat Donat. ad Ter. Eun. IV. 7. 36. Mox *in hoste pugnasti* Harl. 2. et edd. vett. usque ad Mediol. 1505. quæ *in hostem* restituit, quemadmodum non tantum eam secuti editores receperunt, sed et reliqui codd. præferunt. 'In aliquem pugnare' Livio familiarissima est locutio, passim apud eum obvia.

§ 16 *Qua stetit ad hanc diem Romana res*] *In qua stetit* Lov. 3. Male. Supra IV. 40. 'Hæc pro virtute tua fideque, qua una hoc bello respublica stetit, dicenda tibi sunt hodie:' ubi alia exempla vide. Ennius in Fragm.

Digitized by Google

p. 127. 'Moribus antiquis res stat Romana virisque.' Deinde *usque ad hanc diem* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. in margine: quod ex glossatoris interpretatione natum esse, nullus dubito. Sæpius enim *ad* pro 'usque ad' a Livio aliisque usurpari solet. Exempla vide ad Epit. Liv. lib. CII. Insuper *ad hanc diem Romanam persolvisti* Flor.

. *In eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicæ mihi, aut mei meorumque obliviscendum sit*] *In hanc necess.* Port. et Hav. Tum *aut reip. inde, aut mei* Voss. 2. et Lov. 3. *aut reip., aut mei* fragm. Hav. Deinde *mei meorumve* Harl. 1. *mei meorum* Leid. 1. Lov. 5. et Harl. 2. Tandem *obliviscende sit* Lov. 2.

§ 17 *Nos potius nostro debito plectemur*] Tò *debito* etiam ed. Tarvis. præfert: forte legendum *nostro merito plectemur*. Ms. habet *nostro delicto*. Klock. *Nostro debito* est in edd. antiquioribus, pro quo Mogunt. Aldus, omnesque recentiores *nostro delicto* substituerunt; quod mihi itidem in omnibus codd. scriptis obvium fuit, nisi quod alio ordine *delicto nostro* sit in uno Lov. 2. Id vero probum est, quare suam Klockio conjecturam relinquo. Præterea *plecteremur* Lovel. 5.

§ 18 *Quum ingenita caritas liberum, tum specimen istud virtutis*] *Tum ingenita caritas* Voss. duo, Lov. 1. 2. 3. 5. et Port. Vide ad VI. 23. § 3. *Tum ingenti caritas* fragm. Hav. a m. pr. pro quo deinde emendatum est *tum ingens caritas*. Male. Infra XLI. 18. 'Ne in metu quidem feritatis ingenitæ obliti, sæviunt in prædam.' Tum *caritas liberorum* Lov. 2. Sed vide ad XXII. 22. § 5. Deinde *te speciem istam virtutis* Flor. a m. pr. pro quo interpolatum deinde est *te specie ista virtutis*. *Speciem* etiam perperam ed. Parm. Vide ad XXXVIII. 17. § 19.

. *Deceptum vana imagine decoris in te movet*] *Una imagine* Lov. 1. a m. pr. et quædam ex antiqq. edd. sollemni aberratione. Vide postea hoc lib. c. 27. § 2. Tum *decoris mei* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *moveret* Lov. 2. Vide ad XXXIX. 52. § 6. *Monet* Voss. 2. Vide ad XXXV. 35. § 5.

§ 19 *Sed quum aut morte tua sanciendæ sint consulum imperia*] *Si cum aut morte tua* Lov. 3. *Sed aut cum morte tua* ed. Rom. 1472. *Sed aut cum morte sua* Parm. Tum *sentiendæ* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *sarciendæ* Lov. 4. Vulgatum rectum est. Liv. XXV. 14. 'Nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset.' Curtius X. 8. 'Monere non destitit, jus imperii Perdiccæ morte sanciendum esse.'

Ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est] Ita edidit Jac. Gronovius, testatus ad II. 16. § 9. patrem ita legendum censuisse, licet *nec te quidem* in omnibus scriptis repererit. Sane mihi etiam illud *nec te quidem* constanter obcurrit non modo in prioribus excusis, sed insuper in omnibus scriptis codd. Vide ad I. 10. § 3. et locis ibi enumeratis, in quibus *nec quidem*, pro *ne quidem*, perperam Mss. præferunt: adde III. 63. § 10. V. 5. § 1. c. 38. § 9. VI. 12. § 8. c. 18. § 4. c. 26. § 5. VIII. 32. § 13. c. 33. § 12. IX. 3. § 3. c. 4. § 16. illis vero, qui simili errore loca scriptorum liberarunt, Gronov. ac Burmann. ad Suet. Tiber. c. 15. et Cortium ad Sall. Jug. c. 51. § 5. Præterea *nec te siquidem* Hav. Tum *si quid vite nostre sang. est* Lov. 5. *si quid nostri in te sang. est* Harl. 2. Mox *recursare censeam* Lov. 3. *recusare censeant* fragm. Hav. Hinc *qui disciplinam* Lov. 3. *quid disciplinam* Voss. 2. *quin* deficit in Leid. 2. Insuper alio ordine *tua culpa* edd. Rom. 1472. et Parm. quæ *restituat* etiam præferunt, pro *restituas*.

. *I, lictor, deliga ad palum*] Formula

Digitized by Google

frequentissima in suppliciis aut alia leviore pœna sumenda. Pall. duo, et Andreæ ed. male exterunt τὸ *I*. Pejus Pal. 2. *Hunc lictor deliga ad palum*. Infra IX. 11. 'I, lictor, deme vincula Romanis.' *Gebh.* Formulæ hujus alia exempla vide apud Brisson. de Form. lib. v. p. 482. Imperativum *I* omittunt Voss. 2. Lov. 1. 3. et edd. vett. ante Aldum. Interdum etiam in simili formula omittitur. Infra XXVI. 16. 'Lictor, viro forti adde virgas.' Alibi tamen sæpissime additur, ut docent exempla a Brisson. d. l. laudata. Eandem etiam servant reliqui scripti, nisi quod ejus loco *Hunc* habeant Lov. 2. 5. Port. et Hav. *Ii* Harl. 1. *iij*. Leid. 1. Pari modo 'Agedum' usurpatur Liv. IX. 16. 'Agedum, lictor, excide radicem hanc.' Non numquam illud *I* omitti a librariis vidimus ad I. 24. § 7. Vide etiam ad IX. 11. § 13.

§ 20 *Examinati omnes tam atroci imperio*] *Examinati* Flor. et ed. Parm. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVII. 3. § 2.

Nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securim] *Destrictam* legendum est ex sententia virorum doctorum, de quo monui ad Flor. II. 2. § 17. et hic Ryckius et Gronovius in Tacito omnibus locis ediderunt, ubi antea *districti gladii, dictricta tela* legebatur: nec tamen e Mss. nisi semel ex uno, quem laudat Gronov. ad Ann. XII. 51. In Cæsare quoque ubique, ut puto, in prima syllaba tertia vocalis est, non secunda: nec quisquam, quod sciam, in eo varietatem scripturæ observavit. Vide B. Gall. I. 25. B. Civ. I. 46. c. 47. et c. 75. *Duk. Non aliter quam in se quisque* Harl. 2. *non aliter quam ipse quisque* Lov. 5. Vide ad III. 9. § 5. *non aliter quam in se fixo quisque* Gaertn. Tum *destrictam* Voss. 2. Lov. 3. et ed. Parm. quod in contextum admisi. Vide J. F. Gronovium simili macula Livium liberantem ad XXVII. 13. § 9. ubi semper hoc sensu ita legendum monet; 'distringi' enim fore impediri. Et ita apud Cæsar. B. Gall. I. 25. *gladiis destrictis*, pro *districtis*, legunt Bongars. pr. Voss. et Egmond. codd. et B. Civ. I. 47. codex Petav. Adde Duker. ad Flor. II. 2. § 17. viros doctos ad Valer. Max. II. 9. ex. 6. III. 1. ex. 1. Oudendorp. ad Frontin. I. 8. in princ. et quæ notavi ad Silii XVII. 164. ubi docui inter alia, fructus arboribus *destringi*, non *distringi*. Quæ locutio ope cod. Sangerm. aliquoties Columellæ reddenda est, ubi hodie in vulgatis edd. eodem modo peccatur. Ita de Re Rust. XII. 18. 'Nec minus falculæ et ungues ferrei quam plurimi parandi et exacuendi sunt, ne vindemiator destringat uvas.' c. 47. 'Viridis feniculi semina et lentisci destricta et purgata in urceolo habeto:' paullo post eodem cap. 'Oliva passea et orchita quum primum ex albo decoloratur, fitque luteola, sereno cœlo manu destringitur.' c. 50. 'Trimodiæ satoriæ, quibus destricta bacca suscipitur.' Mox adhuc eodem cap. 'Eadem ratione, qua superius, destringenda erit olea, et statim exprimenda.' Quorum locorum secundum ita jam edidit Commelinus. Duo etiam loca Colum. ex l. IV. c. 24. et 29. simili errore ex ingenio liberavit Oudend. loc. laud. quorum priori conjecturam ejus firmat iterum cod. Sangerm. altero ita etiam Commelin. vulgavit. Præterea *securam* Flor. a m. pr. pro quo postea emendatum est *securem*; quod servant ex meis Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 5. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad IX. 16. § 17. Mox verbis seqq. *victu*, pro *metu*, Hav. et *quieverunt*, pro *quievere*, Gaertn.

§ 21 *Velut emerso ab admiratione animo*] Particula *velut* deficit in Lov. 4. Tum *emenso* præfert Hav. Solent autem voces 'emensus' et 'emersus' in Mss. commutari. Vide Freinsh.

Digitized by Google

ad Flor. III. 10. § 22. et viros doctos ad Ovidii Fastor. III. 399. Mox *consilio*, pro *silentio*, edd. Rom. 1472. et Parm. Vox autem *repente* non adparet in fragm. Hav.

Cervice cæsa] Vide Varr. de LL. lib. VII. p. 87. lib. IX. p. 142. et Donat. Calphurn. ad Terent. Hesut. II. 3. 131. *Klock.* De voce 'cervix' numero singulari vide etiam Vossium Instit. Orat. IV. 1. sect. 8.

Neque lamentis, neque exsecrationibus parceretur] Duæ priores voces desunt in Flor. et Lov. 4. omissæ negligentia scribarum ob repetitionem vocis *neque*. Vide ad IX. 11. § 11. Tum *parcerent* est in Harl. 2. Vide ad lib. XXXVIII. c. 40. § 1.

§ 22 *Funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo*] *Celebrari* Flor. Lov. 4. Port. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. B. *concelebrare* utitur Livius I. 9. 'Quantoque adparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant.' Tum *exstructo* Lov. 1. 5. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. in margine. *Extracto* Leid. 2. Mox *concremaretur* Harl. 2. et edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. *cremaretur* primus dedit. *Cremarentur* Gaertn.

Non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum] Notissimus loquendi Latinis scriptoribus modus: quare perperam Pal. 2. *exemplis etiam tristibus.* Andreæ ed. *exemplis etiam tristitia.* Gebh. *Exemplis etiam tristia* non tantum edd. Rom. 1472. et Parm. sed et Harl. 1. *in exemplum etiam tristia* Lov. 2. *exemplis etiam tristibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. *exemplis etiam tristis* Leid. 1. Sed recte Gebhardus vulgatum præfert. Infra XLIV. 6. 'Supererat, &c. in Macedoniam ad Dium per medios evadere hostes; quod, &c. ipsum ingentis difficultatis erat.' Præterea *non præsentia modo* Gaertn. *non in præsentiam modo* Flor. a m. pr. pro quo postea datum *non in præsenti modo.* Quod etiam obcurrit XXXIV. 35. 'Daret talenta centum argenti in præsenti, et quinquaginta talenta in singulos annos.' Quum tamen id non nisi in optimo quidem, sed ex interpolatione, eoque uno tantum cod. supersit, vulgatum præfero, quod etiam Livio est familiarissimum. Ejus quædam exempla vide ad II. 44. § 2. Adde XXI. 57. 'Id unum maxime in præsentia desiderabatur.' XXII. 60. 'Si quibus argentum in præsentia deesset.' XXIV. 22. 'In præsentia legatos ad Andranodorum mitti placere:' et eodem cap. 'Si in præsentia tempori cessisset.' c. 28. 'Ut non utique bellum cum eis geratur.' cap. 29. 'Levaverunt modo in præsentia velut corpus ægrum.' c. 44. 'Neque eum pro hoste, neque pro socio in præsentia habitum.' c. 48. 'Facturos se in præsentis, quod vellet.' XXV. 15. 'In præsentia duo millia equitum cum legatis mittit.' XXVIII. 5. 'In præsentia, quæ maxime urguebat res, Peparethum auxilium urbi mittit.' XXIX. 10. 'Neque usum ejus ullum in præsentia esse.' XXX. 36. 'Non tam noscendi in præsentia, quam deprimendi hostis caussa.' Vide etiam ad XXXIII. 13. § 13. Paullo ante *Manliana imperia*, sine conjunctione *que*, Harl. 2. et vett. edd. Prima autem adscivit eam Mediol. 1505. tum Ascens. 1513. et 1516. Aldin. et pleræque eam secutæ.

CAP. VIII. § 1 *Fecit tamen atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem*] *Fecit ante atrocitas* Voss. 2. *Fecit tum atrocitas* Lov. 2. Vide ad Livii XXII. 17. § 5. Deinde *obedientem* Harl. 2. et editi ante Aldum.

Et, præterquam quod custodiæ vigiliæque] Prima vocula deest in Harl. 2. et edd. vett. quam; demum adscivit ed. Mediol. 1505. hinc Ascens. 1513. et 1516. Aldin. ac reliquæ pleræque. Omittitur deinde τὸ *quod* in Lov. 5. a m. pr. sed elisum est a vocis proximæ syllaba finali. Vide ad XXXVII. 54. §

Digitized by Google

4. Tum *vigilias custodiasque* Harl. 2. eædemque mox memoratæ vett. edd. In seqq. *intentioris ubique erant curæ* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. *intentioris ubique curent* Flor.

In ultimo etiam certamine, quum descensum in aciem est, ea severitas profuit] *Et in ultimo etiam* Harl. 2. cum edd. vett. ante Mediol. 1505. Tum *in acie est* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *in acie*, ultima voce omissa, Lov. 2. Deinde *ea securitas* Lov. 5. *profuit* autem non comparet in Hav.

§ 2 *Fuit enim civili maxime bello pugna similis*] Vet. lib. *Fuit autem civili:* et recte. Est enim novæ narrationis initium. *Sigon.* Quasi vero nunc Livius causam ederet, cur ista severitas profuerit. Helm. Rott. Voss. duo *Fuit autem civili.* J. F. Gron. Similiter præferunt Flor. Leid. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses, quorum tot testium fide in contextum recepi. Tum *civilis maxime bello* Leid. 1. *civili bello maxime* Lov. 2. Hinc *similis pugna* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. *civili bello pugna maxime similis* Harl. 2.

Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana republica, præter animos, erat] Communiter dicit, arma, ordines, manipulos, omnia eadem fuisse Latinis. Sed quod est *ab Romana republica*, in scripto optimo libro saltem erat *ab Romana re.* Et malim. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Lipsii liber *ab Romana re.* Gebh. Lipsii emendationem Gruterus in ultimæ ed. contextum recepit, eamque ex meis probat Flor. Reliqui plerique *republica*, vel *rep.* servant; quod quum Hearne nominatim sibi in Oxon. N. obvium memoret, reliquorum autem non meminerit, eos *Romana re* legisse indicat. Sæpius *resp.* sive *respublica*, et *res* inter se commutantur. Vide hoc lib. ad c. 31. § 1. Id autem eo facilius hic committi potuit, quod vox sequens a litera *p* ordiatur. Præterea *ni apud Latinos dissonum* Lov. 2. *nihil apud Latinos nihil dissonum* Hav. Tum *præter animos* Harl. 2. Ceterum præter Lipsium, cujus expositionem inseruimus notis, hoc caput Livii illustrat etiam F. Fabric. in Re Milit. Rom. part. IV.

§ 3 *Clipeis antea Romanis usi sunt: deinde, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fecere*] Quales Romani clipei fuerint, exponit pluribus lib. VI. Polybius. Eum enim credo esse *clipeum*, quem ἀσπίδα vocat c. 20. *scutum* vero, quod θυρεὸν c. 21. *Sigon.* Hic nisi 'clipeum' a 'scuto' distinguamus, necesse est a sensu aberremus. Sed et Livius I. 43. primæ classi imperatum dicit esse 'clipeum cum galea, ocreis, lorica:' secundæ 'pro clipeo scutum, et præter loricam eadem omnia:' ubi Dionysius Halic. Antiq. Rom. l. IV. p. 221. pro 'clipeo' ἀσπίδα Græce scribit, pro 'scuto' θυρεόν. Igitur 'clipeus' rotundus erat, ut Virgilio auctore intelligi potest, qui Æneid. III. 637. prægrandem Cyclopis oculum comparat clipeo Argolico: oculi autem figura rotunda est. 'Argolici,' inquit, 'clipei, aut Phœbææ lampadis instar.' 'Scutum' formæ oblongæ majusque clipeo. Itaque pro 'clipeo' secundæ classi datum 'scutum' est, quod sine lorica essent, ut scutum et clipei et loricæ loco esset, et totum corpus protegeret. Æneid. VIII. 682. 'scutis protecti corpora longis.' Hinc et θυρεὸν Græci vocant, quod referat similitudinem forium, quæ longiores, quam latiores solent esse. *Stipendiarii* hic in Livio sunt, qui stipendia merent. Dicit enim Romanos scutis usos esse, ex quo stipendium militibus constitutum fuit; antea enim sine stipendio militabant. *Turnebus*, Advers. XI. 27. Ab capite petit et ab alto. Sed quod tamen ait de clipeis, non sic capiendum, quasi solis iis antea usi: imo vero et scutis: (ipse

Digitized by Google

in Serviano censu docuit:) sed quod post stipendia instituta solum usi sunt scutis, antea etiam clipeis. Postea docebo de Mil. Rom. III. 2. *Lipsius* de Mil. Rom. II. 3. *Ante* Port. Vide ad XL. 12. § 3. *Ante ea* Hav. Vide ad verba seqq. Præterea *clipeis, &c. Romani usi sunt* Lov. 2. 4. 5. Port. Hav. fragm. Hav. et edd. Mediolanenses 1480. 1495. 1505. Ascens. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Colon. 1525. Cervicorni, et Paris. 1529. Pleriqne reliqui codd. et edd. præferunt *Clipeis antea Romanis usi sunt* usque ad Gronov. qui *Romani* reposuit. Sed ejus loco Hearnius iterum ac Clericus *Romanis* revocarunt. Patricius etiam de Re Milit. Rom. part. IV. sect. 1. *Romanis* tuetur, et docet Latinos, antequam clade ad lacum Regillum accepta stipendiarii Romanorum facti essent, in bello gestasse clipeos ovatos, quibus et Romanos usos fuisse ex censu Tulliano primæ classis constat; eos autem clipeos ideo Romanos vocari, quia Romulus initio Argolicis clipeis uti solebat, quos scutis Sabinis postea mutavit, teste Plutarcho in Rom. p. 30. Clericus etiam hanc pro ea lectione rationem reddit, quod agatur de Latinis, qui ex fœderatis stipendiarii facti sunt, non de Romanis. Sed Latinos Romanis stipendiarios factos esse, multo minus clade ad lacum Regillum hanc pœnam ipsis inpositam fuisse, ex nullo scriptore constat. Certe Dionys. Halic. qui reliquis uberius historiam hanc narravit, nihil aliud quam unum hoc, narrat Antiq. Rom. l. VI. p. 358. Εἶδόν τι παρὰ τῆς βουλῆς τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ συμμαχίαν, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ὑπὲρ τούτων ποτὲ γενομένους διὰ τῶν εἰρηνοδικῶν ἀνανεώσαντο. Quid autem vetusto fœdere, quod vel Tarquinius Superbus vel ante Tarquinius Priscus cum Latinis composuit, convenerit, vide ad VII. 12. § 7. Quod itaque pace virorum doctorum fiat, probo lectionem quam Gronovius recepit, *Romani usi sunt*, et existimo, Livium hic non de Latinis, sed de Romanis agere. Id enim indicant verba seq. hoc cap. 'Scribebantur autem quatuor fere legiones, &c. alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine (quo nempe Romanos aciem instruxisse supra dixerat) instruxerant aciem.' Et cap. sec. 'Instructis, sicut ante' (nimirum hoc cap.) 'dictum est, ordinibus, processere in aciem.' Neque etiam adsentior eidem Clerico, cui scutum gerere minus honorificum videbatur, quam gerere clipeum, quod Romæ prima classis clipeum, secunda scutum gerebat; aliam enim, et longe veriorem, ejus rei rationem adtulit modo Turnebus. Ceterum neque eumdem Turnebum in eo sequor, quod 'stipendarios' hic Livio esse putet, qui stipendia merent. Sunt enim qui stipendium solvunt. Vide Duker. ad Flor. III. 20. § 8. Et eo sensu 'vectigalem ac stipendiariam Italiam Africæ facere' Livius dixit XXIV. 47. Præterea *dein* habet Leid. 1. Vide ad III. 3. § 6. Tum *stipendiarii* non adparet in Voss. 2. ut nec *sunt* in Harl. 2. fragm. Hav. a m. sec. et omnibus edd. ante Aldum. Illud *sunt* etiam erasum est in Flor. in quo a m. pr. ut et in Leid. 1. voci sequenti *scuta* postponitur. *Sunt facti* alio ordine habet Gaertn. Denique *facere*, pro *fecere*, est in Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. pr.

Et, quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea] Quando *antea*? Nam sub Romulo jam legio, atque etiam manipuli. Quid ergo vis? credo hoc. Manipulos quidem fuisse, sed non in acie divisim et distincte stetisse: concurrisse per totas legiones, sive, ut ipse appellat, phalanges. Nam et in ipsa illa Macedonum phalange discrimina sua et sectiones erant usque ad centurias, decurias:

Digitized by Google

sed in acie juncta omnia et devincta. Talé igitur fuisse vult olim. In Athenæo lego lib. VI. Ἔλαβον δὲ καὶ περὶ Θυρρηνῶν τὴν σταδίαν μάχην φαλαγγηδὸν ἐκιόντων. *Acceperunt et a Tyrrhenis statariam pugnam, per phalanges incedentibus.* Agit de iis quæ Romani a variis gentibus ad se traxerint. Sed hoc 'per phalanges ingredi,' sive φαλαγγηδὸν, aliter equidem acceperim, quam primo sonat. Nec enim vult, credo, legiones ipsas ab Etruscis sumtas: sed magis manipulos, aut sectionem potius divisionemque per manipulos in pugna. Nec aliter ego interpretor τὸ φαλαγγηδὸν, quam *manipulatim.* Lipsius de Milit. Rom. l. II. c. 3. Nisi fuit, *et quæ antea phalanges similes Macedonicis, hæc postea.* Vide in Senecam ad Marciam c. 19. *J. F. Gron.* Partem emendationis Gronovianæ probant, *hæc* pro *hoc* legentes, Lov. 5. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Quum tamen et optimi, et maxima etiam pars codd. stent pro vulgata scriptura, atque ipse Gronov. ad d. loc. Senecæ fateatur utrumque genus loquendi ferri posse, nihil mutandum arbitror. Vide etiam ad II. 38. § 5. Ad hæc vocula *et* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *ante* legit Lov. 5. *ante ea* Hav. Vide ad verba præcedd. Deinde *phalangis similes Macedonicis* Leid. 2. et Lov. 1.

Hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse] Iterum rogo, Quando *postea?* incuria tua est, (audeo dicere) Livi, quod non explicasti. Quin tu natare mihi in tota ista re videris, nec vel cum aliis scriptoribus, vel tecum satis consentire. Age, de manipulis hoc quale est? Enim vero manipuli statim ab Urbe condita fuerunt, imo ante ipsam. Romuli primum tirocinium belli, et cum eripiendo fratri Remulo pastorum manum collegit, manipulos habuit; ut fatentur prisci omnes, qui hæc exsecuti. Illi ipsi manipuli centenum hominum fuerunt. In Collectaneis de Origine Romana cap. 22. 'Romulus, coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis fœni varie vinctas dedit. Unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, manipulares vocarentur.' Plutarchus in Rom. p. 22. eadem: et diserte illam totam manum facit συλλελογισμένην εἰς ἑκατοστύας, *divisam ordinatamque in centurias.* Ovidius Fast. III. 117. 'Pertica suspensos portabat longa manipulos, Unde maniplaris nomina miles habet.' At enim desierunt postea fortasse manipuli. Imo tu ipse, Livi, renovas, et jam sub rege Tarquinio agnoscis I. 52. 'Miscuit manipulos ex Latinis Romanisque.' Quæ tamen mixtio non diuturna fuit, etsi habuit suas causas: metum, ut opinor, a Latinis, si soli et seorsim ordinarentur. Quin et sub primis statim consulibus ponis, atque etiam numerose, et discretos, II. 11. 'Consulum alter T. Lucretius porta Nævia cum aliquot manipulis militum est egressus.' Atque adeo universe, nec falso, affirmas IX. 17. 'Disciplinam militarem, jam inde ab initiis Urbis, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venisse.' Ita sane ab ipsis initiis et Romulus decem manipulos in classe quaque instituit, et Tullus Hostilius fortasse digessit magis et perpolivit. De quo Florus I. 3. 'Hic omnem militarem disciplinam artemque bellandi condidit.' Sed quid tamen hic pro te? quod ante dictum; non negare te de manipulis, sed de eorum secretione in pugna, deque intervallis inter singulos, quæ postea (Etruscorum fortasse exemplo ex Athenæo) sunt instituta. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Ms. ab alia manu *manipulatim structa* I. *et* II. *acies cœpit esse.* Lego igitur et sequentia, *postrema in plures ordines instruebatur.* Klock. Nihil huic conjecturæ præ-

Digitized by Google

sidii in scriptis meis, nisi quod *instruebatur* probent Port. Hav. et Gaertn. Sed nihil mutandum. Verba enim quæ sequuntur, *Postremo in plures ordines instruebantur* recte mox exponet Lipsius. *Struebantur* habet Leid. 2. Utraque locutio proba est. Vide ad XLII. 51. § 8. Seqnor itaque omnes reliquos codd. vulgatam lectionem servantes. Præterea *manu pauladim structa* Lov. 3. Livius II. 53. 'Alii alia manipulatim excurrunt.' XXIII. 42. 'Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris.'

§ 4 *Postremo in plures ordines instruebantur*] Ergo 'ordo' aliud Livio, quam 'manipulus' est, quod nexus orationis poscit, aut potius cogit. Primo in phalanges, inquit, divisa acies, postea in manipulos, postremo et in plures ordines. Quis gradationem hanc non videt, et cum temporibus res distinctas? Nec enim vult, sectionem ibi stetisse: sed ipsius manipuli factas duas partes, quos ordines appellarunt. Itaque adjungit, quid sit ordo. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Omnis illa gradatio, et cum temporibus distincta res peribit, si recipimus Klockii conjecturam, quam ad verba præcedd. rejiciendam docni.

Ordo enim sexcenos milites] Quidam hoc in *sexagenos* mutarunt. Si certum sciremus, quid 'ordo' hoc loco significaret, non erat difficile definire quid legendum. At paulo post 'quindecim ordines' vocat; longe dispari (si quidem illi recte mutarunt) significatione. Itaque nihil definio. Sicut nec illud 'vexillum CLXXXIII. hominum erant,' quod iidem CLXXXVI. emendarunt. Vegetius sane lib. II. capitibus duobus 6. ac 8. cum hac Livii descriptione minime convenit; quare nos quoque ea de re plura dicere (quando hæc non sunt nostri propositi) supersedebimus. *Glar.* Si 'ordo' hic ipse manipulus, quod vulgo volunt, cedo, quis manipulum tam exiguum (nisi forte in triariis, de quibus non hic sermo) legit? Imo jam a Romulo centenarii illi, ut dictum; postea etiam auctiores. Non tamen nego 'ordinem' interdum pro manipulo sumi: quod in hac ipsa narratione alibi Livius: sed non hic, ubi palam distinguit. Quid ergo hic? idem, quod 'centuriam' idem Livius appellat, Polybius 'partem.' Ille 'priorem' et 'posteriorem' in manipulo agnoscit, iste 'dextram' et 'lævam.' Nec alio sensu 'ordines petere' et 'impetrare;' item 'ordinis ductor,' pro centurione ipso. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. *Tò enim*, quod in antiquis edd. exstat, in uno tantum obvium fuit Harl. 2. nisi quod ejus loco *in* habeant Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. sed sine sensu. Recte itaque eam vocem Aldus, ejusque fide reliqui editores omiserunt. Ei enim hic locus esse non potest. Deinde *sexcenos* in nullo non tantum scripto reperi, sed ne in aliis quidem edd. quam Ascens. 1513. 1516. et Paris. 1529. in quibus tamen ipsis *sexagenos* est in margine.

Duos centuriones, vexillarium unum habebat] Itane? hoc convenit et æquum est, ut in uno ordine duo sint centuriones? ut sexageni milites bis divisi, quæque pars suum habeat? numquam factum, nec nisi hic lectum. Age, pergamus. Addit quindecim manipulos hastatorum fuisse: ergo triginta ordines. Totidem principum: quid consequitur? in solis duabus classibus 'centum viginti' centuriones fuisse. Hæc talia sunt, ut color iis allini nullus possit ad fallendum. Equidem lectionem et distinctionem muto leviter: *Ordo sexagenos milites et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* Ipsa hæc res fuit. Primum, vetus ille et Livii hic ordo non 'sexagenos' milites habuit, ut Polybii;

Digitized by Google

sed duobus plures, 'sexagenos' inquam 'duos.' Palam id evincit Livii numerus infra, qui in tribus vexillis (sive ordinibus: tot enim vexilla, quot ordines) 'centum octoginta sex' milites ponit. Unde illi sex super rotundum numerum, nisi a duobus istis qui redundant? Attende, clarum et firmum est. Secundo, feci 'centurionem et vexillarium unum.' Nec hic aliquid ambigui. Ubi dux eumque, ibi vexillum: et Polybius diserte, 'in quemque manipulum duos signiferos' capit, scilicet in ordine unum. *Lipsius* de Milit. Rom. III. 8. Lipsius legit, *Ordo sexagenos milites et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* Gebh. Locus intricatus et corruptus in omnibus libris, quem tamen magna parte reparavit Lipsius. Igitur, ne nihil dicam, illius sententiam paucis proponam. Legendum est, *Ordo milites sexagenos duos, centurionem et vexillarium unum habebat:* nam cuique centuriæ vexillum suum. Dein extra aleam est, 'Prima acies hastati erant, manipuli decem:' non *quindecim*, quod inauditum. Ovidio Fast. III. 128. jam Romulus: 'Hastatos instituitque decem. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora.' Quia ergo totidem manipulorum princeps, sine dubio mox legendum *Hoc viginti manipulorum agmen*: non *triginta*. Consentiunt veteres, in omni legione, numeratis simul triariis, tantum fuisse triginta manipulos. Magis ambigua, quæ sequuntur. De triariis Lipsius *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur.* Sed retineri videntur posse 'ordines' pro manipulis; utcumque superius aliter acceperit: neque enim novum, veteres eamdem vocem in propinquo diversa vi satis usitata adhibere. Sic nec opus ejicere τὸ *ordo* in illis quæ subjunguntur, 'ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat.' Pergit Lipsius *earum unamquamque primam, pilum vocabant.* Tres enim partes in quoque facit ordine sive manipulo, triarios, rorarios, accensos. Pilum autem proprie triariorum, primæ partis. Sed sunt qui omnes triariorum ordines 'primospilos' putent vocitatos: ita ut primus ordo centuriaque κατ' ἐξοχὴν 'primuspilus' et 'centurio primipili' diceretur, quemadmodum 'hastatus' et 'princeps' simpliciter κατ' ἐξοχὴν primus hastatus, et primus princeps: proximus 'secundus primuspilus,' inde 'tertius primuspilus,' et sic deinceps. Quod si mavis, licet legere *earum primam quamque primumpilum vocabant.* Denique legit Lipsius, *tribus ex vexillis constabat, centum octoginta sex homines erant:* nempe unusquisque ordo sive manipulus: non enim vexillum, quæ singula singulis generibus attribuit, unum triariis, alterum rorariis, tertium accensis. Sic fuerint hastati mille ducenti quadraginta, ex quibus ducenti leviter armati; principes mille ducenti quadraginta, sexcenti viginti triarii, totidem rorarii totidemque accensi: in universum omnis legio quatuor millium trecentorum quadraginta. Eoque inferius legendum *quatuor fere legiones quaternis millibus peditum*, non *quinis.* J. F. Gron. Polyb. quoque VI. 22. singulis ordinibus singulos signiferos adsignat, id est, cuique manipulo duos. Lipsius tamen de Milit. Rom. II. 8. putat, inde non necessario consequi, in singulis manipulis duo signa fuisse. *Duk.* Omnes codd. scripti et editi constanter vulgatum servant. Cum Gronovio tamen emendationem Lipsii veram puto. Donjatius hoc modo scribendum et interpungendum censet ad § 14. hujus cap. *Ordo milites sexagenos, et duos centurionem et vexillarium habebat:* ut ita per *duos*, qui supra sexagenos erant in unoquoque ordine, intelligantur centurio et vexillarius: τὸ *unum* vero delendum putat, tamquam natum ex ulti-

Digitized by Google

ma parte vocis *vexillarium*. Verumquam hæc conjectura ejus illi argumento innitatur, describi hic a Livio legiones, quæ ex quinque, non, ut Lipsius docet, quatuor millibus militum constabant, eo subruto ipsius etiam concidet conjectura. Vide ad eum locum.

§ 5 *Prima acies hastati erant, manipuli quindecim*] Secus de Romana militia Polybius VI. 18. et seqq. quam hoc loco Livius agit: ita tamen, ut, quid ille sentiat, facilius, quam quid Livius, intelligi possit. Legionem enim quatuor millium peditum fuisse scribit. Eam vero in quatuor partes dividit: 'velites,' quos *γροσφομάχους* appellat, 'hastatos,' 'principes,' et 'triarios:' primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utrosque interjectos fuisse: præterea 'triarios' sexcentos, 'principes' itemque 'hastatos' singulos mille et ducentos, 'velites' inde mille. Sin autem legio major fuit, tum præter 'hastatos' ['imo præter triarios'] reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuisse. 'Hastatos' præterea in decem partes distributos, ac singulis earum 'centuriones duos' præfuisse, itemque in 'principibus' ac 'triariis.' 'Velites' porro in partes æquales divisisse, iisque separatim 'centuriones duos' præfecisse: partes has *συνεῖραν*, *τάγμα*, *σημαίαν*, præfectos *ταξιάρχους*, *κεντουρίονας* nominat. Hæc ille. Livius autem primam aciem 'hastatos' facit, id est, leves milites ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conjicit: alteram 'principes' una cum scutatis, quos 'antepilanos' vocabant. Tertiam ex quindecim ordinibus constituit, quorum unusquisque tres partes haberet; earum unamquamque 'primum pilum' vocabant: ex tribus vexillis constabat, 'triariorum,' 'rorariorum,' et 'accensorum.' In nominibus autem 'ordo' et 'manipulus,' atque in summa militum ex verbis ejus concipienda mira obscuritas est. *Sigon.* Turbidus hic auctor, qui involvit et evertit dicta omnia in militia, aut dicenda. Ergone quindecim manipuli hastatorum? totidem principum? totidem pilanorum? Sunt igitur in legione non *triginta*, ut prisci consensu volunt, sed manipuli *quadraginta quinque*. Si sequimur, ecce et centurionum numerus atque ordo mutandus, et erunt in universum *nonaginta*. Id quoque contra scripta veteribus. At enim Livius aperte, et iterato. Nam et mox sequitur 'Hoc trigiata manipulorum agmen,' de duabus classibus: et deinde 'quindecim' iterum addunt. Quid dicam aut expediam? Ades Critica, tu illa proba cum necessaria: et hic puto esse. Legam *manipuli decem*: aut, copula inserta, quæ errorem genuerit, *manipulique decem*. Etsi quid de causa erroris quæro? nusquam magis aut crebrius, quam in numeris, peccatum. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Lipsius *manipuli decem*, vel *manipulique decem*. Gebh. In vulgatam lectionem conspirant omnes codd. nisi quod *prima acie hastati erant* sit in Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. Deinde quod *manipulum quindecim* legat Lov. 3. *manipuli XX.* Lov. 5. et quod vox *quindecim* desit in Klockian. Recte tamen Gronov. ad verba præcedd. emendationem Lipsianam extra aleam esse dicit. Contra Doujatius hoc cap. ad § 14. hoc loco *quindecim*, mox § 7. *triginta* et *quindecim* adversus Lipsium defendit, ut obtineat, a Livio hic describi legionem, quæ ex quinque millibus militum constabat: simul autem existimat, quum legio a quatuor millibus ad quinque millia augeretur, manipulos etiam, ordines, ducesque multiplicatos esse. Si quis autem velit, non ordinum ducumque numerum auctum, sed plures unicuique ordini sub unoquoque ductore milites adsignatos esse, cum facile

Digitized by Google

vel ex Tacito refelli putat, apud quem in quinque aut amplius millium militum legione pristinum in unoquoque ordine retentum numerum liquet, sexagenorum nempe, Ann. I. 32. 'Repente lymphati destrictis gladiis in centuriones invadunt, &c. prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adæquarent.' Verum hic locus sententiam Doujatii non firmat, sed potius manifesti erroris convincit. Quum enim ea caussa redditur, cur sexageni milites singulos centuriones mulcarint, 'ut numerum centurionum adæquarent,' indicat Tacitus, etiam suo tempore, quo numerus quatuor millium cujusque legionis auctus erat, tamen adhuc sexaginta tantum centuriones in quaque legione fuisse: quum autem duo ordines sive centuriæ in quoque fuerint manipulo; sequitur pariter, triginta in legione manipulos, decem hastatorum, decem principum, ac decem triariorum fuisse. Sane Doujatii sententia de quindecim manipulis hastatorum, totidemque et principum et triariorum toti antiquitati adversatur. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 8. Mox *astantes*, pro *distantes*, Lov. 4.

Manipulus leves vicenos militee, aliam turbam scutatorum habebat] *Manipulus levis vicenos milites* omnes Mss. et edd. vett. Sed *levis* more antiquo pro *leves* scriptum est. Tum *aliam turmam* Harl. 1. solito errore scribarum. Vide ad XXV. 16. § 15. *Ala turbam* Lov. 2. Hinc *scutorum* Voss. 1. Leid. duo, Flor. Lov. 1. Harl. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Contrario errore *armatorum*, pro *armorum*, librarios in Livio dedisse, existimat Gronov. ad XXII. 37. § 7. *Aliam turbam scutatam* Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

Leves autem, qui hastam tantum gæsaque gererent] Ms. *leves iz qui hastam*; quod valet *leves, id est, qui hastam*. Klock. Tὸ *autem* in omnibus meis constanter perstat. Deinde *cesaque*, vel. *cæsaque*, Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 5. et Harl. 1. *gessaque* Harl. 2. Port. et Hav. *gessamque* fragm. Hav. Utroque modo *gæsa* et *gesa* scribi, existimat Dausquei. in Orthogr. parte sec. ea voce. Sed Voss. in Etym. Lat. ea voce, prius in antiquis, posterius in recentioribus tantum libris obvium esse docet. De gæso plura notavi ad Silii Ital. II. 444. In Flor. ex interpolatione, pro *gæsaque*, scriptum erat *gestabantque*.

§ 6 *Hæc prima frons in acie florem juvenum*] *Hæc prima sors in aciem* Lov. 2. *Hæc prima foris in aciem* Flor. et Harl. 1. *Hæc prima in aciem foris* Leid. 1. *in aciem* etiam Leid. 2. Lov. 1. 5. et Gaertn. Tum in seqq. *ac militum*, pro *ad militiam*, Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. Leid. 1. et Gaertn.

Quibus principibus est nomen, hos sequebantur] *Quibus est nomen principibus* Voss. 2. Deinde *obsequebantur* Lov. 5. et Port. Mox τὸ *maxime* non conspicitur in Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. Eadem vox, ut et sequens *armis*, desunt in Gaertn.

§ 7 *Hoc triginta manipulorum agmen*] Mea voluntate *viginti*. Lipsius de Milit. Rom. II. 3. Vide ad § 5.

Antepilanos adpellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur] Sic autem vocabant hastatos et principes in legione, quod essent ante triarios, qui 'pilani' vocabantur, ut et M. Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 24. docet; sic enim scribit: 'Hastati dicti, qui primi hastis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui a principio gladiis, et post, commutata re militari, minus illustres sumuntur. Pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur.' Et Ovid. Fast. III. 128. 'hastatos instituitque decem. Et totidem princeps, totidem pilanus habebat Corpora, legitimo quique merebat equo.' Ceterum aut pro *quindecim* scribendum *novem*, aut, in vexilli numero error

Digitized by Google

sit, necesse est. Nam cum in vexillo dicat esse centum octoginta sex homines, hi tres efficiunt ordines sexagenum hominum cum suis centurionibus: nam in ordine duo erant. Sic tria vexilla efficiunt novem ordines, non quindecim: ex quibus acies postrema constabit, qua ordinem unum ex illis effici dicit, cujus pars una primum pilum dicebatur, id est, vexillum triariorum: ut proinde legendum esse suspicer: *novem ordines locabantur: ex quibus ordo unus, qui tres partes habebat, earum una, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat.* Nam nisi ita legatur, vix est, ut ordinum numerus cum vexillis convenire posse videatur. Hæc tamen admonitioni ita sunt, ut non sine cautione lector amplectatur. *Turneb.* Adv. XI. 27. Mire hæc postrema involuta aut fœdata. Si sana sunt, alia mente et ingenio opus (ego cedo) ad eliciendam aliquid sani. Transilit ecce a 'manipulis' ad 'ordines,' et, 'alii,' inquit, 'quindecem ordines.' Quid alii? quasi et manipuli ordines. Vide seriem, hoc evincit. Quid refutem, aut te teneam? sine fraude sententiæ dictio mihi esto. Corrigo, *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur.* Qui alii 'decem?' nempe manipuli. Quomodo locabantur? *ordine* (ita lego) et *sub signis.* Cur hoc monet? nonne et alii sub signis? Ita, sed quia hoc postea immutatum, et rorarii et accensi (id est, levis armatura) sub nullis signis, ideo expresse addit *ordine* stetisse, (non sparsim in fronte, ad latera, aut per intervalla,) idque *sub signis.* Qui veteris militiæ firmiter sciens est, hæc non refutabit. Quod si quis totam vocem *ordines* ejicit, per me licebit. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Vocem *antepilanos* corruptam, ejusque loco *antesignanos* legendum esse, existimat F. Patricius de Re Milit. Rom. parte IV. sect. 5. ad id tribus rationibus adductus. Prima est, quod vox illa, considerata ejus etymologia, non aliud significare possit, quam eos qui ante pila stabant: id quod hic locum minime habere potest, quoniam ipsi hastati et principes pila gestabant, et triarii non pila, sed hastas gerebant. Secunda est, quod verba Livii, quemadmodum hodie leguntur, nullum habeant sensum, neque illud *quia jam sub signis* ullo modo cohæreat cum verbis his *antepilanos appellabant.* Tertia est, quod vox *antepilani* non reperiatur apud ullum auctorem, nec usquam apud ipsum Livium, si ab hoc loco discesseris, in quo ter vox illa obcurrit. Patricio favet Leid. 2. in quo scriptum est *antesignarios appellabant.* Verum, præterquam quod non verisimile sit, alios omnes librarios pro notissima voce *antesignanos* dedisse minus notam *antepilanos*, idemque etiam cod. Leid. 2. c. 9. § 13. ac c. 10. § 5. ut et plerique reliqui Mss. vel *antepilanos* legant, vel *antepilarios*; rationes insuper a Patricio adductæ non satisfaciunt. Quod enim ad primam, quam dedit, adtinet, quamvis postea genera armorum mutata sint, id tamen negari nequit, olim triarios adpellatos esse 'pilanos,' et primitus hastatos dictos esse, qui primi hastis, pilani qui primi pilis, principes qui a principio gladiis pugnabant, ut ex Varr. et Ovidio docuit Turneb. Eo igitur respectu hastati et principes dicti sunt 'antepilani,' quia ante pila, ante milites pilis armatos in acie consistebant, ante pilanos, id est triarios, pugnam ineibant; quamvis jam hoc tempore non tantum triarii pilis amplius non pugnarent, sed et contra ipsis hastatis ac principibus pila tributa essent: quemadmodum et 'hastati' id nomen retinuerunt, licet loco hastarum pila accepissent. Quod ad secundam adtinet, ratio Livii, cur hoc triginta manipulorum agmen 'antepilani' vocentur, recte adparebit,

Digitized by Google

si conjungenda non disjungamus, et rationem datam demum finiri credamus verbis 'primum pilum vocabant.' Neque etiam tertia ratio satisfacit. Si enim quam maxime verum foret, 'antepilanus' non reperiri apud ullum scriptorem, nihil aliud sequeretur, quam vocabulum illud esse referendum inter ἅπαξ λεγόμενα: quæ omnia si expungenda forent, ingens corrumpendis scriptoribus fenestra aperiretur, et lingua Latina multo pauperior evaderet. Immo ipse Patricius postea sect. 7. fatetur, se voces 'rorarius' ut et 'accensus' hoc sensu neque alibi apud Livium, quam hoc cap. neque etiam apud ullum auctorem alium reperisse: et tamen addit, se non ideo affirmare, voces eas hic esse mendosas. At insuper ex lexicis, quæ hodie in omnium manu sunt, constat, eadem hac voce, quamvis sensu translato, usum etiam esse Amm. Marc. XXVIII. 1. 'Cum Maximino velut antepilano suo contendens.' Cui adde alium locum a Lipsio de Milit. Rom. IV. 1. observatum ex XVI. 12. 'Steterunt vestigiis fixis, antepilanis, hastatisque, et ordinibus primis velut insolubili muro fundatis.' Ad eumdem, ad quem Patricius, lapidem obfendit etiam Salmas. de Re Milit. Rom. c. 4. qui inprimis secundum Patricii argumentum ursit; sed cui jam satisfactum est. Ceterum emendationem Lipsianam partim probat Gronov. ad § 4. partim, ea rejecta, vulgatum *ordines* servat. Contra ipsum illud, quod Gronovius probabat, *decem* pro *quindecim*, displicet Doujatio a quo stant omnes codd. nisi quod *XVI.* sit in Harl. 2. Vide tamen antea ad § 5.

Ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat] Nec id admitto. Tollo 'ordinem' ex repetitione prave insertum, et lego *ex quibus unusquisque*. Quis unusquisque? manipulus de quo præcipit. Sententiam totam clare mox videbis; sunt enim nexa. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Neque hic opus esse, ut *ordo* ejiciatur, monet Gronov. loco supra laudato. Deest tamen illa vox, sed in solo Hav. Non adparet etiam τὸ *tres* in Voss. 2. et Lov. 3.

Earum unamquamque primumpilum vocabant] Falso, falso. Quid stultius quam singulas partes 'primas' dicere? Ubi ordo et positio est, etiam numerus variat pro situ: *Earum unamquamque primam pilum vocabant.* Tres, inquit, sunt manipuli cujusque partes, non duæ, ut in prioribus. Primam quamque harum partium (sunt enim decem ita primæ) appellant 'pilum.' Nonne id clarius est? Tres fuere classes, 'hastati,' 'principes,' 'pilani.' Sunt isti ultimi, quibus subjuncti et adjuncti 'rorarii' et 'accensi.' Ergo in isto uno manipulo tres, singulæ nominibus suis distinctæ. Ecce jam complexione sententiam totius loci: 'Hoc viginti manipulorum agmen antepilanos vocabant. Quare? quia jam sub signis et ordine alii decem manipuli sequebantur, qui tres partes singuli habebant, et earum unaquæque prima pilus dicebatur. Quia igitur ante pilum positi illi, antepilani dicti.' *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Lipsii, qui in toto hoc capite illustrando et emendando laudabilem operam præstitit de Milit. Rom. II. 3. et IV. 1. alias emendationes merito amplectitur Gronovius, duas minus probat. Primum non placet ei, quod hic *ordines* in *ordine* mutat, et *ordo* delendum censet: deinde quod, pro *unamquamque primumpilum vocabant*, legit *unamquamque primam, pilum vocabant*. Nec sane necessaria videtur priorum verborum, quæ satis commode ex sententia Gronovii exponi possunt, emendatio: posteriora corrupta esse, certissimum est. Si enim unamquamque partem uniuscujusque ordinis primum pilum vocabant, etiam singulas partes rorariorum et accensorum pri-

Digitized by Google

mos pilos vocatos, et in decem his ordinibus triginta primos pilos fuisse dici debet, quod satis absurdum est. Itaque Lipsius levi mutatione, quod in vulgata scriptura est *primum*, emendat *primam*. Ea emendatio hanc rationem habet, quod quemadmodum princeps et hastatus pro ipsis ordinibus ponuntur, et centuriones eorum 'primum,' 'secundum,' 'tertium,' et sic porro, 'principem' vel 'hastatum ducere' dicuntur; ita credibile est etiam 'pilum' ordinem esse, quia eodem modo 'primum pilum ducere,' et 'primi pili centurionem' legimus, et quia omnes triarii 'pilani' dicti sunt. Sed Gronovius, quum, ut videtur, sententiam eorum probaret, qui omnes triariorum ordines (id est, unamquamque primam partem horum decem ordinum, qui singuli tres partes habebant) 'primospilos' vocitatos putant, mavult legi, *earum primam quamque primum pilum vocabant*. Esse, qui ita putent, etiam Lipsius de Milit. Rom. II. 8. scribit; nec tamen magis eos nominat, quam hic Gronovius. Sed fuerunt in ea sententia P. Manutius, ac deinde Valesii, quorum hi ad Ammian. Marc. XVI. 12. verbo 'ordines triariorum primum pilum;' ille ad Cic. ad Att. v. 20. 'omnes centuriones triariorum pariter primos pilos vocatos' tradunt. Addit rationem sententiæ Manutius, quia nec usquam 'primi,' 'secundi,' 'tertii,' 'quarti pili,' vel reliquorum mentio fit; et quod Livius hic unamquamque triariorum partem primum pilum dictam adfirmat. Verum neque Livius hoc dicit, in cujus recepta lectione, quam Manutius secutus est, non alius sensus, quam quem dixi, esse potest; et *primi pili* tam multis locis mentio est, ut mirer, qui hoc ei excidere potuerit; quum præsertim ipse ad Ciceronem pro Balbo c. 15. quædam eorum describat. Quod autem dicit, nusquam 'secundi,' 'tertii,' 'quarti pili,' vel reliquorum, mentionem fieri, id non negat Lipsius, sed tamen verosimile esse putat, omnes ordines triariorum post primum, quem 'primum pilum,' et, qui eum ducebat, 'centurionem primi pili' vocabant, a prima ita distinctos fuisse, ut 'secundum,' 'tertium pilum' pro secundo, tertio eorum ordine, et horum centuriones, 'secundi,' 'tertii pili centuriones,' atque ita ceteros usque ad decimum, dicerent. Nec ullam vim habet argumentum illud Manutii, ut quod eadem ratione adversus ipsum converti possit: quum nequa usquam 'secundi,' 'tertii,' 'quarti primipili,' et reliquorum mentio fiat. Ac ne ipse quidem sibi constat. Nam ad Ciceronem pro Balbo d. l. aliam conjecturam proponit, centurionem primi ordinis triariorum 'primipilum,' secundi forsitan 'secundum triarium,' tertii 'tertium triarium,' atque ita deinceps usque ad decimum, appellatos fuisse. Et sic etiam Aldus de Quæsitis per Epist. II. 3. Sed hoc quoque, quum plane nulla auctoritate nitatur, merito repudiat Lipsius, qui, nisi fallor, eos de Milit. Rom. II. 8. in fine tangit. Gronovius hic eos, qui omnes ordines triariorum 'primospilos' vocatos putant, hac ratione juvare conatur. Primus ordo principum et hastatorum 'primus princeps,' 'primus hastatus,' et simpliciter κατ' ἐξοχὴν 'princeps' et 'hastatus' dicebatur; secundus eorum ordo 'secundus princeps,' 'secundus hastatus,' et sic porro. Eodem modo ergo primus ordo triariorum κατ' ἐξοχὴν erat 'primus pilus,' ejusque centurio 'primi pili centurio:' proximus ordo 'secundus primus pilus,' inde 'tertius primus pilus,' atque ita deinceps. Unde intelligitur, eum existimasse, secundi ordinis triariorum centurionem 'secundi primi pili,' tertii 'tertii primi pili' centurionem, et sic ceteros usque ad decimum vocatos fuisse. Sed non ad amussim exacta est

Digitized by Google

comparatio. Concedamus ordinem primum principum et hastatorum simpliciter 'principem' et 'hastatum' dici, etsi id adhuc non nisi de centurionibus horum ordinum; quum autem ordo designetur, semper 'primus' additum inveni. Sed si primus ordo triariorum ita κατ' ἐξοχὴν 'primus pilus,' ejusque centurio 'primi pili centurio' appellatus fuit, quemadmodum primus ordo et centurio principum et hastatorum 'princeps' et 'hastatus,' consequens est, ut, quemadmodum idem, qui simpliciter 'princeps' et 'hastatus,' etiam 'primus princeps' et 'primus hastatus' dicitur, sic etiam primus ordo triariorum 'primus pilus,' et 'primus primuspilus,' ejusque centurio 'primi pili,' et 'primus primi pili centurio' vocetur: nam 'primus pilus' in comparatione Gronovii tantum respondet τοῖς 'princeps' et 'hastatus.' Verum hæc haud dubie nusquam reperiuntur. Sententia eorum, qui omnes ordines triariorum 'primos pilos' dictos statuunt, hac sola conjectura defendi posse videtur, ut putemus, primam quamque partem cujusque ordinis, id est, triarios, 'primum pilum' dictos fuisse, respectu habito ad rorarios et accensos, qui in eodem ordine erant, eamque appellationem deinde, quum jam rorarii et accensi a corpore triariorum detracti essent, mansisse. Ita locum habere potest conjectura Gronovii in Livio. *Duk.* Doujatius ad § 14. levi, ut ait, mutatione scribit, *eorum* (nempe ordinum) *unus, quem primumpilum vocabant, tribus ex vexillis constat.* Sed ita legit, ut subserviat sententiæ suæ, revera quinque millium militum legionem a Livio describi, de quo vide eo loco. Præterea *primipilum* Lov. 5. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Gronov. ad § 5. vel vulgatum contra Lipsium tuebatur, vel aliam ibidem videndam conjecturam proponit.

§ 8 *Tribus ex vexillis constabat*] Ipse manipulus (ἀπὸ κοινοῦ) constabat tribus vexillis. Quid mirum? ratio exigit, et ante dicta. Nam quisque ordo suum vexillum habuit: tres hic ordines sive partes: ergo tria vexilla. *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Præpositionem *ex* ignorat Klockian. Sed eam reliqui constanter servant. Eamdem autem, quam Suetonius, Plinius, Quinctilianus, et alii omiserunt, veteres addere solitos fuisse, observat Burm. ad Suet. Aug. c. 25.

Vexillum centum octoginta sex homines erant] Iterum hic uro et seco: Diodore, ubi es? Nam age; decem manipuli in extrema acie: cujusque tres partes, et totidem vexilla: sunt igitur hæc triginta. Si autem in quoque vexillo homines *centum octoginta sex;* erunt in sola hac acie 'quinque millia quingenti octoginta.' Adde reliquas duas; quæ et quanta ista legio? Atque hæc ex nostra prima correctione: si 'quindecim ordines' retines, partes et vexilla magis etiam auges. Ergo iterum necessario seco, et vocem rejicio *vexilli.* Lego, *tribus ex vexillis constabat, centum octoginta sex homines erant.* Id justissime et verissime. Quisque ordo, ut ante dictum, sexaginta duo homines erant: tres sunt in hoc tali manipulo: ergo in totum homines *centum octoginta sex.* Atque est hæc ipsa Polybiana militia et ordo, cum unico saltem discrimine, quod est a levi armatura. Nam Polybii seorsum est, et extra ordines: hic in ordinibus et pilanis conjuncta. Sed numerum si vides, nihil discriminis prorsus. Nam sunt rorarii 'sexcenti viginti,' totidem accensi: ergo simul 'mille ducenti quadraginta.' Nonne totidem velites in Polybio? excipio, quod quadraginta isti redundent, ex supernumerariis illis duobus. Idem est in triariis sive pilanis: ibi sunt 'sexcenti,' hic 'sexcenti viginti:' et nunc vides ac discis causam, cur et unde illi tam pauci respectu priorum. Ab antiquo scilicet insti-

Digitized by Google

tuto est, et cum in uno manipulo leves habuerunt; ii postea divulsi sunt et dirempti: manserunt igitur illi eodem numero, nec aucti. Dic sodes, quæ divinatio hæc sic attigerit, et undique pariaverit, nisi quia res fuit? ut igitur consummem, habes triginta manipulos in Livio: priores viginti faciunt homines 'bis mille quadringentos octoginta:' posteriores decem, 'mille octingentos sexaginta.' Ergo est hæc legio 'quatuor millium trecentorum quadraginta.' Superat Polybianam 'centum quadraginta:' qui nati sunt ex 'duobus' supra sexaginta toties dictis. At in Livio mox sequitur, 'legiones tunc scriptas fere quinis millibus peditum:' non erge ad nostrum numerum. Aio id quoque falso, et in Livio rescribendum *quaternis*. Bona fide invitus toties rescribo: sed quæ mea culpa, si res, si Livius ipse poscit? *Lipsius* de Milit. Rom. II. 3. Vocem *vexillum*, in qua delenda Lipsio consentiunt Gronov. ad § 4. et Doujat. ad § 14. agnoscunt omnes scripti et editi. In numero vero variatur. *CLXXXV.* habet cod. Klockianus. *CLXXXIII.* primæ edd. pro quo Aldus primus substituit *CLXXXVI.* quemadmodum reliqui scripti obfernut. In hoc numero servando conspirant etiam viri docti recentiores præter Patricium de Re Milit. Rom. part. IV. sect. 6. qui, per vocem 'ordo' § 4. manipulos intelligens, adeoque quindecim manipulos, id est, ordines hastatorum, totidemque principum, simul cum duobus centurionibus unoque vexillario cujuslibet manipuli, mille octingentos et nonaginta homines effecisse existimans; tria millia centum et decem homines, qui insuper requirantur, ut legio sit quinque millium, in hoc tertio quindecim ordinum sive manipulorum agmine numeratos fuisse opinatur, ita ut quilibet ordo sive manipulus fuerit ducentorum et septem hominum, quorum erant sexaginta novem triarii, totidem rorarii, totidemque accensi. Hæc autem tria millia centum et decem homines illorum quindecim manipulorum ex tribus constitisse vexillis arbitratur, et quidem in primo vexillo tot fuisse triarios, quot in secundo rorarii, quotque in tertio erant accensi. Hinc verba Livii corrupta, sive notas numerales mendosas esse, putavit, et pro *centum octoginta sex*, sive *CLXXXVI.* legit *MXXXVI.* sive *mille triginta sex*. Harum adnotationum ratio non permittit, ut singula refellamus; evertendæ emendationi sufficit, ei adversari ipsa Livii verba, quæ tamen intacta reliquit, et simul refingenda erant. Si enim quindecim hujus agminis ordines in tria vexilla divisi fuissent, dicere Livius debuisset *Tribus ex vexillis constabant*, nempe quindecem illi ordines. Quum autem dicat *constabat*, ostendit se de unoquoque ordine, de quo modo præcessit, loqui. A Lipsii opinione discedit etiam Doujatius ad § 14. qui, legens *eorum* (nempe, ordinum) *unus, quem primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat, centum octoginta sex homines erant*, censet, cum emphasi hic *homines*, non *milites*, memorari, ut comprehendantur tres centuriones ac tres vexillarii hujus manipuli; qui ex ipsius emendatione seorsum numerabantur § 4. præterea existimat, ad solum primum tertii hujus agminis ordinem sive manipulum hæc verba referenda esse; reliquos quatuordecim ejus ordines sive manipulos receptum militum numerum non excessisse, sed in unoquoque eorum centum viginti milites, id est, quadraginta triarios, totidem rorarios, totidemque accensos fuisse; quæ omnia gratis adsumuntur, et ex verbis Livii probari nequeunt. Veriora Lipsium proposuisse, ipsa ratio, et mira numeri a Livio memorati per omnes partes convenientia docet.

Digitized by Google

Veteranum, militem spectatæ virtutis] *Veteranorum militum* Lov. 2. *veteranum militum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *exspectatæ virtutis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad *vi.* 33. § 1.

Secundum rorarios, minus roboris ætate factisque] *Orarios* Lov. 2. Nomen 'rorariorum,' si ab hoc loco discedas, nusquam, nec apud Livium, nec alium quemquam auctorem, reperiri, existimat Patricius de Re Milit. Rom. IV. 7. At plura loca veterum, ubi memorantur, conlegit Lipsius in Analect. ad Milit. Rom. III. 1. Vox *roboris* deficit in Voss. 2.

Accensos, minimæ fiduciæ manum] *Accessos* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Per *accensos* non significari certum quoddam militum genus apud ullum vel Latinum vel Græcum rerum Romanarum scriptorem, pronunciat Patricius loc. laud. Verum, eumdem et hic errasse, docent loca a Lipsio ibidem prolata. Hinc *minimæ fiduciæ manus* Klockian. *minimæ fiduciæ manus* reliqui omnes, quos vidi, scripti, ut et edd. vett. Rom. 1472. Parm. Mediol. 1480. 1495. 1505. Ven. 1498. et Ald. in qua tamen inter errata *manum* recte præfertur. In verbis seqq. vocula *et* non adparet in Port. et Hav. Deinde *in posteram aciem*, pro *postremam*, præfert Leid. 2. quomodo alibi etiam scribæ errare soliti sunt. Vide ad IX. 7. § 11. Ceterum voculam *et* omisit etiam librarius Oxon. L. 2. sed ejus loco sequentia inseruit: 'operæ pretium judicavi, pro faciliore legentium intellectu, moderno ritu describere, qualiter acies ordinabantur in campo, ubi erat pugnandum: et quoniam in pugna præsenti inter Romanos et Latinos plenius datur forma pugnantium. Consistebat, dicit textus, quod acies continebatur ex manipulis. Manipulus vero continebat LX. milites, quos duo centuriones et unus vexillarius conducebat. Centuriones puto, quod centum milites sub se haberent: sed qui plus aliis erant docti, erant conductores eorum. Cum ergo consules acies ordinare, faciebant tres ordines. In prima acie manipuli XV. et distabant inter se modico spatio: et antecedebant eos alii manipuli leviter armati cum hastis et scutis, qui constabant ex viginti: erantque juvenes pubescentes, avidi ad certamen: et continebat iste ordo XXX. manipulos, vocabaturque primipilanus, vel antepilanus. In illa acie erant quindecim alii manipuli, et habebant tres pilarios' (huic voci adscriptæ notæ indicant eam inducendam esse) 'vexillarios, quorum quilibet conducebat LXXXVI. homines. Sub primo vexillo hujus aciei vocabantur trajani,' (in margine *vel triarii* eadem manu scriptum erat,) 'erantque veterani milites spectatæ virtutis. Secundum vexillum sequebantur rorarii, qui inferiores erant robore et ætate factisque. Tertium vexillum sequebantur milites, qui vocabantur accensi, in quibus non erat tanta fiducia probitatis, et propterea duos acies sequebantur extremi. Hastati ergo primi omnium pugnam ineibant, et, si fugare hostem non possent, non fugiebant, sed retrocedendo ponebant se post principes, qui in succursum eorum pugnabant. Et acies triariorum stabant fixi sub vexillis, parati, si male cessisset primis, ipsi subire certamen, et habebant lanceas erectas, fixas in terra, ut hostibus videretur ad eas penetrare vel vallum steccatum: principes autem si cogerentur cedere, recurrebant post triarios. Et de alia acie subsequenti fiebat. Cum ergo omnes essent, qui sub uno vexillo conclusi simul et semel ruebant in hostes, et erat formidolosissimum eis; qui, cum viderentur vicisse, reperiebant fortificatas acies exurgentes in ipsos. Et est sciendum, quod consules frequentius secum ducebant quatuor legiones, quarum quælibet

Digitized by Google

constabat ex quinque millibus peditum et trecentis equitum.' Recte Hearnius, ea omnia, olim ad marginem alicujus cod. a sciolo adscripta, in contextum admisisse librarium linguæ Latinæ rudem, non dubitat. Sane est barbara multisque erroribus scatens loci Liviani periphrasis.

§ 9 *Ubi his ordinibus exercitus instructus esset*] Hunc et quatuor sequentes § latius illustrat Lipsius de Milit. Rom. IV. 1. Ceterum *His ubi ordinibus* Klockian. Tum *instructus erat* habet Gaertn.

Hastati omnium primi pugnam ineibant] *Primi omnium* fragm. Hav. *omnium primum* Voss. 2. Leid. 1. Hearnii Oxon. L. 1. et ed. Parm. *omnium primum primi*, utraque lectione juncta, Hav. Deinde *prælium ineibant* fragm. Hav.

Pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant] *Pede pressos eos* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. scribarum aberratione. Ita 'presso gradu' Ovid. Met. III. 17. 'Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu:' ubi similis locus Livii laudatur ex XXVIII. 14. Deinde *introcedentes* Hav. Tum præpositio *in* omissa est in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 5. Port. et fragm. Hav. Sed eam absorpsit syllaba prima vocis seq. Vide hoc cap. ad § 12. et hoc lib. ad c. 33. § 6. *In intervallum principes recipiebant* præfert Harl. 2. Mox vox *principum* non adparet in Lov. 2.

§ 10 *Triarii sub vexillis considebant*] *Triarii vexillis considerabant* Flor. *insidebant* Voss. 2. *insinebant* Lov. 3. Tum in *sinistro crure porrecto*, addita prima voce, Leid. 2. *sinistro crure porrecta scuta* Lov. 4. Voces *sinistro crure porrecto* deficiunt in Klockian.

Scuta innixa humeris] Testatur Lipsius loco laud. in mentem aliquando venisse, legi posse *innexa humeris*; quasi vellet, loris quibusdam ab humeris revincta fuisse. At postea vidit nihil mutandum, et *innixa* accepit, a situ ipso sic subsidentium scuta in humerum inclinasse. Ceterum *umeris* sine adspiratione scribit librarius Flor. optimi, quomodo etiam constanter exaratum obcurrit in optimo Silii Msto Agrippinate. Et hanc scripturam antiquitati tribuit Dausquei. in Orthogr. parte sec. voce 'Humerus.' Vide quæ notat Broekhus. ad Tibull. I. 4. 44.

Hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus] Lege *subrecta cuspide*; ut apud alios 'surrecto mucrone,' 'surrecto signo.' Festus: 'Surregit et Sorctus antiqui ponebant, pro surrexit, et ejus participio Surrectus.' Et sic Voss. 2. Quin etiam *hastas subrecta cuspide in terra fixas, ut haud secus quam vallo septa inhorreret acies, tenentes.* J. F. Gron. An non *in terram* maluit? II. 65. 'Fixis in terram pilis.' IX. 7. 'Fixesque in terram oculos.' X. 29. 'Vertis in corpora ipsa fixis.' *Jac. Gron. Subrecta* jam Lipsius conjecerat de Milit. Rom. IV. 1. Triarios, etsi a pilis 'pilani' dicti sunt, tamen hoc tempore non amplius pilis, sed hastis, pugnasse, ex iis quæ hic et cap. 9. ac 10. leguntur, docet Schelius ad Polyb. c. 14. Adde Lipsium de Milit. Rom. II. 1. et III. 6. Et jam dudum ante hanc ætatem mutationem in ea re factam, ostendunt loca Livii, in quibus primæ aciei pila tribuuntur. Vide I. II. c. 30. et c. 46. Ceterum *in terra* non minus rectum est quam *in terram*. Cic. Att. III. 15. 'Caput legis Clodium in curiæ poste fixisse.' Virgil. Æn. VI. 636. 'ramumque adverso in limine figit.' Ovidius Fast. II. 648. 'Et solida ramos figere pugnat humo.' Et cur Livius semper eodem modo loqui debuit? *Duk. Sub erecta* duabus vocibus male editum est Paris. 1573. idque recentiores servarunt usque ad Gronov. sine sensu. Priores dederant una voce *suberecta*, quod in plerisque etiam Mss. superest. Eadem voce

Digitized by Google

nsus est etiam Livii perpetuus imitator Silius XV. 155. 'Isthmon curvata sublime suberigit unda:' (ubi tamen *superrigat* ex conjectura reponit Heinsius:) et Apul. Metam. lib. II. pag. 34. ed. Pric. 'Aggeratis in tumulum stragulis, et effultus in cubitum, suberectusque in torum, porrigit dexteram.' At *surrecta* præferunt Lov. 3. et fragm. Hav. *subrecta*, præter Voss. 2. a Gronovio memoratum, Hav. Hearnii Oxon. N. et edd. Mogunt. atque Ascens. 1530. Et ita jam Lipsius etiam legendum sine libris ex sola conjectura monuit de Milit. Rom. IV. 1. Supra VII. 10. 'Romanus, mucrone subrecto, quum scutum scuto imum perculisset.' Seneca Epist. 86. 'Vidi villam structam lapide quadrato, murum circumdatum silvæ, turres quoque in propugnaculum villæ utrimque subrectas.' Silius Ital. X. 253. 'Ilia cornipedis subrecta cuspide transit:' ad quem vide quæ olim notavi, ut et Burm. ad Rutil. Itin. I. 347. Lectio vulgata *subercta* nata esse potest ex conjunctione duarum lectionum *subrecta* et *erecta*, quas librarius in cod. suo inventas, quum, utra vera foret, distinguere non posset, hoc modo simul exprimere voluit. Similia ejus erroris alia exempla vide ad III. 44. § 4. *In terram fixas*, ut Jac. Gronovius malebat, etiam Lov. 1. et 4. Sed reliqui vulgatum servant, quod et commode ferri potest. Ovid. Ep. Her. XVI. 362. 'Figitur in jusso nostra sagitta loco:' ubi sine necessitate Francius legebat *in jussum locum*. Met. I. 472. 'Hoc Deus in nympha Peneide fixit:' ubi unus cod. apud Burm. *in nympham Peneida*. v. 173. 'Lumina dissiluit, dominique in gutture fixa est.' XII. 451. 'Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.' Fast. III. 697. 'Præterituras eram gladios in principe fixos.' Ita et 'defigere in terra' Livius XLIV. 5. 'Longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur:' et 'in corde defigere' I. 58. 'Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit.' Similiter *fixus lumina in humo opposita* Ovid. Epist. Her. VI. 26. ubi, iterum Francium sine necessitate *in humum oppositam* velle, observat Burm. Deinde *ut haud secus*, quemadmodum unus apud J. F. Gron. Voss. 2. ita etiam apud me Lov. 3. et fragm. Hav.

Vallo septa inhorreret acies] *Sæpta* Flor. Vide etiam ad VI. 2. § 10. et ad IX. 11. § 3. In composito 'obsæpire' diphthongum etiam retinere solet. Vide ad IX. 43. § 8. Veriorem hanc scribendi rationem esse docet Dausquei. in Orthogr. part. 2. in voce 'Sæpes,' dissentiente Voss. in Etym. Ling. Lat. voce 'Sæptum.' Deinde *inhorret* Lov. 4. Vide ad XXXIX. 52. § 6. *Inheret* Gaertn. *inhæret* Lov. 5. A simili errore ope Mstorum Silium liberavit Nic. Heins. apud quem perperam olim *hærentia*, pro *horrentia*, edebatur IX. 467. Recte *inhorreret vallo*. Ovid. Met. VIII. 285. 'Et setæ densis similes hastilibus horrent, Stantque velut vallum, velut alta hastilia setæ:' ubi tamen viri docti alterutrum versum ab inepto homine adsutum putant. Est autem 'vallo' a recto 'vallus,' quamvis interdum 'vallus' et 'vallum' promiscue ponantur. Vide hoc lib. ad c. 38. § 6.

§ 11 *A prima acie ad triarios sensim referebantur*] Pall. duo 1. ac 3. *ad triarios retro se referebant*. Gebh. Idem etiam monuit Gronov. priori ed. notarum, et in epistola ad Salmas. quam edidit Burm. in Syll. Epist. tom. II. p. 536. Non aliter etiam invent in Voss. 2. et Lov. 3. sed *ad triarios sensim retro se referebant* Gaertn. *ad triarios retro sensim se referentur* Hav. *ad triarios redisse referebant* Leid. 1. *ad triarios redisse referebantur* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *ad triarios sensim redisse refereb.* a m.

Digitized by Google

sec. et Lov. 5. *ad triarios sensim rediisse refereb.* Port. *ad triarios sensim referb.* Leid. 2. Sed reliqui in vulgatum conspirant; quod cur displiceret, causam nullam video. Ceterum *ab prima acie* Port. *ab patria acie* Hav. Paullo ante vox *quoque* deest in Hav.

Inde rem ad triarios rediisse, quum laboratur, proverbio increbuit] *Unde rem* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. cum ed. Ald. 1592. Vide ad XXXIX. 33. § 5. Tum *rediisse* Port. Vide h. l. ad c. 26. § 6. Hinc *quum laboratum* fragm. Hav. a m. pr. Tandem *increpuit* Leid. duo, Lov. 1. et Voss. 1. *increbuerit* Lov. 2. Vide ad XL. 14. § 10. *increbruit* Lov. 4. fragm. Hav. a m. sec. et edd. priores usque ad Mogunt. Vide ad VII. 12. § 7.

§ 12. *Ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastates recepissent*] *Ubi intervalla ordinum* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et forte etiam Flor. Certe collatus est codex ille cum ed. quæ similiter præfert, et tamen ex eo nulla scripturæ diversitas adnotatur. Non probo. Paullo ante hoc cap. 'Eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant;' ubi manifestiore jam errore ac sine sensu eadem præpositio in quibusdam libris omittitur ob primam syllabam vocis seq. ut ibi monitum est. Præterea *hastas* Port. et *recepisse* fragm. Hav. a m. pr.

Compressis ordinibus velut claudebant vias] Pall. duo *complexis ordinibus*. Gebh. Vide etiam Gronov. in epistola ad Salmas. quam edidit Burm. in Syllog. tom. II. p. 536. Neque aliter errant Voss. 2. et Lov. 3. Tum *velut* deficit in Hav. Deinde *claydebant via* Leid. 1. et Lov. 2. *claudebant viam* Lov. 3. et fragm. Hav. Male. 'Vias' vocat, quæ modo 'intervalla.' Vide Lipsium de Milit. Rom. IV. 1.

§ 13. *Unoque continente agmine, jam nulla spe post relicta*] *Uno quoque* Hav. Vide ad v. 27. § 1. Tum *continenti agmine* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VI. 14. § 13. Præterea *nulla re post relicta* Port. et Gaertn. Vide ad v. 12. § 4. *nulla spe post relictam* Flor.

In hostem incedebant] Pal. 2. *concidebant*. Supra tamen perscriptum *incidebant*, ut repræsentant edd. principes. *Gebh.* Vide etiam Gronov. epistola ad Salmas. apud Burm. Syllog. tom. II. p. 536. Pal. itaque 2. lectionem inter versus adscriptam secutus esse videtur Gruter. qui in edit. postrema ita vulgari curavit; ejusque exemplum imitati sunt D. Heinsius, et ambo Gronovii. Neque aliter erat in excusis vetustioribus, pro quo Aldus demum *incedebant* substituit. Et ita præferunt Voss. duo, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *incedebant in hostem* Lov. 4. *in hostem mictebant* habet fragm. Hav. *in hostem concidebant* Hav. *in hostem incudebant* Flor. a m. pr. pro quo emendatur a m. sec. *incidebant;* idque servant reliqui omnes, ac verius videtur. Est enim 'incidere in aliquem,' vel 'alicui,' eum cum impetu invadere. Liv. XXVIII. 13. 'Postquam acrius ultimis incidebat Romanus.' Solent autem 'incidere' et 'incedere' passim in Mss. commutari. Vide ad IX. 24. § 10. Mox *aciem insurgentem*, pro *consurgentem*, fragm. Hav.

§ 14. *Scribebantur hæ quatuor fere legiones quinis millibus peditum*] Lege *Scribeb. autem quatuor*. Gelen. Mallem legi *legiones fere quinis*. Non enim de numero legionum ambigit, sed de numero militum cujusque legionis. Libro autem priore c. 25. 'quaternum millium et ducenorum peditum' fuisse legionem scribit. Et XXII. 36. auctum esse usque ad 'quina millia:' sic enim ait: 'Numero quoque peditum equitumque legiones

Digitized by Google

auctas, millibus peditum, et centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent.' Quo ex loco apparet, ante tempus illud non nisi 'quaternum millium' fuisse, quemadmodum aperte quoque ibi Polybius ait VI. 18. Eadem dubitatio de 'equitibus' incidit; quos hoc tempore 'trecenos' vocat, cum secundo bello Punico centum adjectis 'primum trecenos' factos esse scribat. Fortasse autem hæc non ad hoc, sed ad illud tempus accommodavit. *Sigon.* Ms. *Scribebantur autem quatuor legiones, quinis millibus fere peditum.* Recte autem in peditum numero addidit *fere*. Nam tantum erant in singulis legionibus peditum quatuor millia octingenti et triginta. *Klockius. Scribebantur autem quatuor fere legiones* omnes scripti, nisi quod solus Harl. 2. *Scribebantur hæ quatuor*, ut ante Gelenium legebatur, præferat, et *Scribebantur autem fere quatuor legiones* sit in Leid. 1. et Lov. 2. Præterea *quaternis millibus peditum* ex conjectura emendat Lipsius de Milit. Rom. II. 3. et 5. probante etiam Gronov. hoc cap. ad § 4. Similiter etiam Jac. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjiciebat. Vulgatum quidem superest in omnibus scriptis, idque pro vero habuit Patricius, qui legionem, a Livio hoc loco descriptam, quinque millium esse credens in Re Milit. Rom. part. IV. sec. 6. verba Livii § 8. emendanda, et, pro *centum octoginta sex*, legendum censebat *mille triginta sex*, ut ita legio foret quinum millium peditum. Eamdem lectionem defendit Doujatius ad hunc locum, sed alia ratione. Verum, quidquid dicat, fatetur tamen, secundum calculum suum legionem fuisse quinque millium quadringentorum ac sexaginta militum, quæ quinque millium dici posse non videtur. Sed et in calculo, quem sequitur, multa sunt, quæ efficiunt ne sententia ejus probari possit. Talia sunt, quod quindecim manipulos hastatorum, totidemque principum statuat, (vide ad § 5.) insuper quod credat, tot etiam manipulos fuisse in tertia classe, (vide ad § 7.) et quidem in ejus primo manipulo plures fuisse milites, quam in quatuordecim reliquis; vide ad § 8.

Equitibus in singulas legiones trecenis] *Tricenis* Leid. 2. et Lov. 2. Vide ad XL. 34. § 8. *trecentis* edd. vett. usque ad Froben. qui 1531. *trecenis* substituit, consentientibus reliquis omnibus scriptis. Vide ad XXXII. 28. § 11. et ad XXXIX. 38. § 11. Quod autem adtinet ad dubitationem, quam circa numerum equitum cujusque legionis movit Sigon. ad verba præcedd. aliter eam sustulit Lipsius de Milit. Rom. II. 6. existimans, locum Livii XXII. 36. vel interpolatum esse, tollendamque equitum mentionem; vel *quadringeni*, pro *treceni*, scribendum esse. Alii aliter sentiunt. Vide quæ ibi notantur.

Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis] Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 7. et ad III. 22. § 4. *Klock. Alterum tantum ex Lat. dilectum* Flor. Male. De locutione 'alterum tantum' vide ad I. 36. § 7. Ceterum *dilectu* est etiam in Leid. 1. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *adjiciebantur*, vel *adiciebantur*, Flor. Leid. 1. a m. pr. et Lov. 2. ac 4. Denique *ea tempestate hostes erant. Romani eodemque ordine* Lov. 2. et fragm. Hav. Mox *eodem quoque ordine* Lov. 4. Vide ad v. 27. § 1.

§ 15 *Tum nec vexilla cum vexillis tantum, universi hastati cum hastatis*] *Tum* redundat. *Gelen.* Salmas. ad Vopisci Probum c. 5. *vexilla* hic; et alibi 'vexilla legionum,' interpretatur triarios. Hoc recte rejicit Ferrarius Elect. l. I. c. 3. sed dubitanter pronunciat de mente Livii. Vexilla hic fortasse sunt signa triariorum, et per tropum ipsi triarii, quia hæc ab hastatis et principibus separari vi-

Digitized by Google

dentur. Sed alioqui in universum hoc capite sunt signa peditum. Nam non solum triariis, verum etiam rorariis et accensis, vexillum tribuit Livius, et singulos ordines 'vexillarium' unum habuisse dicit, id est, signiferum; qua significatione etiam X. 19. et XXXV. 5. 'vexillarios' dici puto. Et hæc sæpe sine discrimine poni, jam Lipsius admotavit de Milit. Rom. II. 8. et IV. 5. *Duk.* Illud *tum* in uno tantum apud me superest Harl. 2. Ejus loco *cum*, vel *quum*, præferunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et Voss. 1. a m. sec. *cum vexilla cum vexillis tantum* Lov. 1. *cum non vexilla cum vexillis tantum* Leid. 2. Præterea *sed universi*, addita voce, Port. *se universi* Hav. Deinde *hasti cum hastatis* Lov. 1. *hastati cum hastis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn.

Sed centurio quoque cum centurione] Illud 'si ordines turbati non essent' videtur significare, aliquid definitius dixisse Livium: nimirum, *sed et centurio, quo cum centurione, si ordines turbati non essent . . . sciebant.* J. F. Gron. Sensui Livii verba magis convenient, si Gronovii conjecturam recipimus, quam si vulgatum sequimur. Partem ejus *sciebant*, pro *sciebat*, probant Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Opus tamen non est, ut, inserta particula *et*, legamus *sed et centurio*. Sæpe enim *sed*, præcedente 'non tantum,' vel 'non modo,' pro 'sed et,' aut 'sed etiam,' obcurrit. Vide ad II. 6. § 1. Insuper *centurie*, pro *centurio*, est in Leid. 2. *Tò quoque* deficit in Port. et Hav. *Centurionibus*, pro *centurione*, habet Voss. 2. a m. pr. Tum *si* deficit in Lov. 1. particula negativa *non* in Klockian. Tandem *occurrendum* præfert Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 4.

§ 16 *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant*] Nomina horum centurionum omisit, Romani et Latini. *Sigon.* Sensus Livii non est, duos tantum primipilos in utraque acie fuisse, in qualibet unum; in una quaque enim legione erant duo, adeoque in quatuor legionibus octo; sed potius duos tales, cum notis valetudinis et roboris adscriptis, in utraque acie sibi obpositos fuisse. Vide Lipsium de Milit. Rom. II. 8. Ceterum *Duo proximi pili* perperam legunt Voss. 1. et Lov. 1.

Corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiæ] *Haudquamquam* Lov. 1. 3. 5. Gaertn. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VII. 26. § 8. Tum *validus satis* Leid. 2. Deinde *strenuus vir penitusque* Leid. 1. *strenuus imperitusque* Flor. pro quo postea emendatum est *strenuus imperitusque*. Sed *strenuus vir peritusque militis* legit Gaertn.

§ 17 *Quia semper pares ordines duxerunt*] Malim *duxerant*. Sigon. Ita etiam legunt Lov. 2. 4. fragm. Hav. edd. Mediol. 1505. atque Ascens. 1513. et 1516. et ita vir doctus emendavit in margine ed. Mediol. 1495. Ad hæc *pares semper ordines* Flor. Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod tot codicum auctoritate in contextum admisi.

§ 18 *Ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum*] *Ut eum centurionem* Lov. 2. *ut centurionem* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *ut subcenturionem, quem sibi vellet* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5. Tum vox *eum* deficit in Port. Paullo ante *a consulibus* Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. Mox autem *juvenisque in acie*, omissa prima voce, Lov. 5. *juvenis in acie* Port. *Iisque juvenis in acie* fragm. Hav. sed primæ voci adscriptis notis, quæ indicant, eam delendam esse. *Iisque juvenis in acie* ed. Mediol. 1505.

§ 19 *Pugnatum est haud procul a radicibus Vesuvii montis*] Rectius in Mss.

Digitized by Google

legitur *haud procul radicibus*. Gelen. Ad easdem radices castra posita fuisse, scribit Valerius I. 7. ex. 3. *Sigon.* Præpositionem *a* solus defendit minimæ auctoritatis codex Harl. 2. nisi quod etiam Lov. 4. præferat *Pugnatum est ab radicibus*. Utrumque loquendi genus Livio usitatum est. Quum itaque et plures et optimi codd. τὸ *a* non agnoscant, Geleuio consentio. Vide ad XXIV. 28. § 1. Deinde *Vesuvi montis* Leid. 2. *Vesevi montis* Hav. quo nomine sæpius apud poëtas adpellatur. Vide exempla apud Cluver. Ital. Antiq. IV. 3. p. 1157. et Cellarii Geogr. Antiq. II. 9. p. 538. qui ambo laudant etiam scripturam hanc ex Suetonii Tito c. 8. ubi bis in vulgatis ita editum obcurrit. Sed priori loco in optimo Msto Salmasii *Velbii*, in altero *Vesuvio* legitur. In vita vero Plinii, quæ etiam vulgo Suetonio tribuitur, *Vesebius dicitur*. Hic tamen vulgatum servo.

Qua via ad Veserim ferebat] In vulgatum conspirant editi. Sed scripti quidam variant. *Ad Veseri ferebat* legit Flor. *ad Veserin ferebat* Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 1. *ad Avernum ferebat* Lov. 4. *ad Verserim ferebat* Lov. 2. *ad Vescium ferebat* fragm. Hav. a m. pr. *ad Vescium inferebat* a m. sec. sed corruptissime *ad hostis se inferebat* Lov. 5. Port. et Gaertn. In eadem voce, sed alio fere modo, errarunt librarii X. 28. § 15. Vide etiam Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 26. § 4. De Veseri vide Cluver. Ital. Antiq. l. IV. c. 5. p. 1187. ubi non fluvium, ut dicto loco Aur. Vict. vocavit, sed vel castellum, vel oppidum Campaniæ fuisse docet.

CAP. IX. § 1 *Prius, quam educerent in aciem, inmolaverunt*] *Prius, quam aducerent* Leid. 1. *prius, quam qdducerent* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Male. De locutione 'educere in aciem' vide ad III. 62. § 5. Et quidem simpliciter etiam dixerunt 'educere,' non addito casu. Vide ad XL. 25. § 10. Voces *in aciem* perperam deficiunt in Lov. 4.

Decio caput jecinoris a familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse] Festus 'Pestifera auspicia' fuisse ait, 'ubi caput in jecinore non fuisset.' Fuisse autem et fissum, et caput jecinoris apparet ex Cic. de Divin. II. 13. 'Fissum,' inquit, 'familiare tractant, et vitale caput jecoris ex omni parte diligenter considerant.' Unde Lucanus in primo Pharsaliæ vs. 627. 'Ecce videt capiti fibrarum increscere molem Alterius capitis: pars ægra et marcida pendet, Pars micat.' Quod autem Cic. 'familiare fissum,' et Livius 'caput a familiari parte cæsum' aiunt, eo pertinet, quod pars una 'hostis,' altera 'familiaris' dicebatur. Unde Lucanus I. 621. 'venasque minaces Hostili de parte videt.' *Sigon.* 'Caput' et 'pars familiaris' verba sunt aruspicinæ: quæ quidem, ars quum ob vanitatem et superstitionem merito desueta sit et improbata, nobis obscura sunt et ignota. Sed conjicere licet, caput fibrarum in jecore initium fuisse: eumque jecur in duas partes dividerent, familiarem et hostilem, et e familiari sua eventa augurarentur, ex hostili hostium fata, duo capita erant, unum hostile, alterum familiare: de familiari hic Livius loquitur, de hostile parte Lucanus I. 621. Cic. de Divin. II. 13. De utroque capite familiari et hostili ibidem Lucanus vers. 627. *Turnebus*, Advers. XI. 27. Adde Bulengerum de Sortibus c. 7. *Dukr.* Adscripsit ad marginem Livii A. Perizonius locum Cic. ex lib. II. de Divin. c. 12. 'Quomodo est collata inter ipsos observatio, quæ pars inimici, quæ familiaris esset.' Quæ autem huc congesserat Modius, expunxi, quod ad verbum descripta essent ex Brisson. de Formul. l. I. p. 19. ubi commode legi possunt. Ceterum *caput jocineris* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. et edd.

Digitized by Google

Rom. 1472. ac Parm. *caput nocinoris* Voss. 2. *caput jocinoris* Lov. 4. 5. Harl. 1. et quædam ex edd. vett. Vide ad XLI. 14. § 7. Tum *ab familiari parte* Port. et Hav. Deinde *aruspex* Lov. 2. 5. Port. et Gaertn. *haruspex* Flor. et Leid. 1. Vide hoc lib. ad c. 6. § 12.

Alioqui acceptam Diis hostiam esse] *Alioquin* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et præter Rom. 1472. reliquæ edd. vett. usque ad Ascens. 1513. Ita se in Plinii atque Apuleii Mss. reperisse, monuit Corte ad Plinii Ep. I. 20. § 2. Optimi tamen hic stant a vulgato. Sed res non est tanti. Tum *is*, pro *Diis*, Flor. in quo postea emendatum est *Dis*. Vide ad V. 14. § 4. *Acceptam hostiam Diis esse* Lov. 2.

Atqui bene habet, inquit Decius] *Bene abit* Leid. 1. et fragm. Hav. Male. De formula hac 'bene habet' vide ad VI. 35. § 8. Sæpissime 'abiturus' et 'habiturus,' 'abiit' et 'habuit' inter se commutantur. Vide ad XXII. 59. § 19. et XXXVII. 59. § 7. Alio ordine, *bene, inquit, habet* est in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 5.

Si ab collega litatum est] Vet. lib. *si ab coll. prospere lit. est.* Sigon. Exsulat adverb. *prospere* ab optimis duobus Pall. editionibusque vetustissimis, intrusum ab Sigonio. *Gebh.* Delevi additum ab Sigonio *prospere*, auctoritate meliorum codicum, qui spernunt illud segregantque. Quis autem ignorat, 'litare' esse proprie καλλιερῆσαι; XXXVIII. 20. 'Sacrificio facto cum primis hostiis litasset.' Plautus Pœnulo II. 1. 7. 'Quia litare nequeo, abii illinc illico iratus.' Justinus XX. 2. 'Facto sacrificio, auxilium Deorum imploranti: litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant.' Unde et illa Plauti Pseudolo I. 3. 100. 'Ut hodie ad litationem hanc suppetat satias Jovi.' Livius XLI. 15. 'Senatus majoribus hostiis neque ad litationem sacrificari jussit.' *J. F. Gron. Prospere*, quod a Sigonio in contextum receptum, et a recentioribus editoribus servatum erat, recte Gebhardus et Gronovius rejecerunt. Nam et apud me in nullo, nisi Port. Gaertn. et Hav. minimæ auctoritatis codd. superest. Est autem 'litare,' ut Gronov. monet, inmolata hostia Deos placare, eosque sibi propitios ac faventes reddere. Liv. XXIX. 10. 'Legati referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse.' Servius ad Virg. Æn. II. 118. 'Litare verbo pontificali usus est, id est, sacrificiis Deos placare.' Vide plura apud Brisson. de Formul. lib. I. p. 28. ex quo Modius, ut ipse fatetur, pleraque, quæ ad hunc locum notavit, descripsit, sed tanta religione, ut ne errata quidem typographorum aut memoriæ vitia, a Brissonio commissa, emendare sustinuerit. Ea igitur, quæ ex ipso Brissonio commode peti possunt, hic delevi. Ceterum *a collega* Lov. 2. 4. Gaertn. et editi ante Aldum. *Tò est* vero deficit in Voss. 2.

§ 2 *Instructis, sicut ante dictum est, ordinibus*] *Sicut antea dictum est* Lov. 4. Vide ad XL. 12. § 3. *Sicut ante dictum*, omisso τῷ *est*, Flor. quod probabat Salvinius. Mox voces *Décius lævo* deficiunt in Lov. 1.

§ 3 *Utrimque æquis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res*] *Undeque æquis viribus* Lov. 3. Tum *gerebant res* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *res gerebantur* Lov. 5. *gerebantur res* Flor. et Lov. 3. ac 4. Vide ad IX. 35. § 5.

Ab lævo cornu hastati Romani] *A lævo cornu* Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *obstatur Romani* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *se recipere*, pro *se recepere*, Flor. a m. pr.

§ 4 *M. Valerium magna voce inclamat*] *Increpat* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Male. Valer. Max. IX. 12. ex. ext. 6. 'Puerum, ut illum abigeret, inclamavit:' qui et alibi ita locutus

Digitized by Google

est. Cic. de Invent. II. 4. 'Comitem illum suum inclamavit semel et sæpius.' Eodem verbo, sed alia constructione, Livius utitur I. 28. 'Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.' Mox τὸ *est* non adparet in Lov. 2.

Agedum, pontifex publicus populi Romani, præi verba] *Agendum* Flor. Leid. 1. fragm. Hav. et ed. Parm. Perperam. Infra XLIV. 38. 'Recognoscat, agedum, mecum, si videtur:' et sæpe alibi. Peccatur autem frequenter eodem modo in Mss. Vide ad IX. 33. § 7. Præterea *publicus pontifex populi Romani* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Publi pontifex Romani* Lov. 5. a m. pr. *Publi pontifex Romane* a m. sec. *Publi pontifex populi Romani* Port. et Hav. Verum modo Valerio pontifici *Marci* prænomen dederat Livius. Librarios in errorem pellexit Græcismus, sive enallage nominativi pro vocativo, de qua figura vide Voss. Gramm. IV. 5. *Pontifex publicus* autem, ut 'sacerdotes publici' XXV. 2. XXVI. 23. XLI. 21. et alibi. Tum *præ verba* Voss. 2. et Lov. 1. *præsta verba* Port. Gaertn. Hav. et Lov. 5. a m. sec. quum ab initio *præstaria verba* scriptum fuisset. *Præsta ei verba* Leid. 2. *præstet verba* Lov. 2. quæ lectio similiter ex eo orta, quod nominativum pro vocativo positum librarius non videbat. 'Præire verba' Livio frequens est. Infra X. 26. 'M. Livium pontificem præire jussit verba.' XLI. 21. 'Q. Marcio Philippo verba præeunte populus in foro votum concepit.' XLII. 27. 'Præeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum susceptum est.' 'Præire verbis' dixit Plaut. in Rud. v. 2. 48. 'Præi verbis, quid vis.' Plinius XXVIII. 2. 'Cujus sacri precationem, qua solet præire quindecimvirum collegii magister, si quis legat, profecto vim carminum fateatur.' Mox *legibus*, pro *legionibus*, Lov. 1. Vide ad VI. 29. § 7.

§ 5 *Manu subter togam ad mentum exserta, super telum subjectum*] *Manus subter togam* Harl. 1. repetita in fine vocis litera, quæ sequentis initialis est. Vide ad XXVIII. 25. § 2. *Manu super togam* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Ita etiam editi variarunt hoc lib. c. 7. § 9. Tum *ad metum*, pro *ad mētum*, sive *ad mentum*, Leid. 1. *ad humerum* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Deinde *exta* Lov. 4. *extra* Leid. 2. et Port. in contextu. Denique *et super telum* Voss. 2. et Lov. 3. Verbis seqq. *sit dicere*, pro *sic dicere*, Lov. 1.

§ 6 *Juno, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares*] Dempster. in Etrur. Reg. I. 1. c. 16. p. 66. ut et ad Rosini Antiq. II. 3. probaturus, Junum peculiari cognomento 'patrem' dictum esse, inter alia testimonia etiam hunc locum adfert, quem ita laudat: *Juno pater, Jupiter, Mars, audite vota*. Sed nimium fallaci memoria confisum fuisse patet. *Marspiter* laudat Brisson. de Form. lib. I. p. 109. Ceterum *Marus pater* est in Leid. 1. et Harl. 1. post quæ verba *inquit* inserunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *Quirine* habet Leid. 1. quæ vox defecit in Lov. 4. *votes*, pro *Lares*, est in Gaertn.

Divi Novensiles] Vide Loëns. Misc. Epiphyll. IV. 15. *Klock. Dii Novensiles* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Divi Novemsiles* Lov. 3. *Dii Novensiles* Gaertn. *Dii novem files* Lov. 5. a m. pr. *Dii novem sides* a m. sec. *Dii Novensides* Hav. quomodo etiam olim edebatur apud Varr. de L. L. l. IV. p. 20. Vide Loëns. loco laud. et Voss. Etym. Ling. Lat. in voce 'Novem.'

Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Manes] *Di Indigites* Flor. Vide Dausquei. Orthogr. part. II. in voce 'Indigetes.' *Dii indigentes* Lov. 3. Male. De Diis Indigetibus vide Turneb. Advers. XIX. 29. Salmas. Exerc. Plin.

Digitized by Google

p. 51. Voss. de Theol. Gent. II. 12. et in Etym. Ling. Lat. voce 'Indigetes.' Tum *Dii quorum est* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Deinde *potestas nostrum hostiumque* Voss. 2. et Lov. 3. *potestas nostrorum hostium* Port. et Hav. Denique *Dii Manes* Port.

§ 7 *Precor, veneror, veniam peto feroque*] Solennia in ejusmodi devotionibus verba. Quæ adhibet etiam Macrobius Saturn. III. 9. ubi de ratione urbium et exercituum devovendorum agit. *Sigon.* Quid est 'veniam fero?' Non succurrit, quomodo exponam; sed veniebat in mentem 'veniam peto quæsoque, uti,' &c. Cic. pro Archia c. 2. 'Quæso a vobis, ut in hac caussa mihi detis hanc veniam, ut,' &c. Potuisset dicere 'Quæso a vobis hanc veniam, ut,' &c. Idem non raro conjungit 'quæso' et 'peto.' ad Famil. III. 2. 'Etiam atque etiam quæso et peto.' v. 4. 'Peto quæsoque, ut tuos mecum serves.' Livius IX. 8. 'Vos, Dii immortales, precor quæsoque.' *Duk.* Verbum *veneror* deesse in Oxon. L. 2. monet Hearnius. Sed recte reliqui omnesque mei servant. Est enim in hac re sollemne, ut ex Macrob. Sigonius monuit. Adde Brisson. de Formul. lib. I. p. 71.

Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis] *Uti vos Romanum Quiritium vim* Lov. 2. *Quiritium* etiam Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Male. Vide ad III. 20. § 7. *Uti populo Romano Quiritibus* legendum esse, existimat Brisson. de Form. lib. I. p. 62. unde plura in notas ad hunc locum transtulit Modius, quæ expunxi, quod commode ibi videri possint. Sed de formula hac 'populus Romanus Quiritium' vide ad I. 32. § 13. Mox *vim victoriam*, omissa particula *que*, Flor. et Lov. 4. ac 5. quod Salvinius, qui cod. Flor. cum editis contulit, adposito signo *sibi* verum videri indicavit. *Inde victoriam* fragm. Hav. cujus librariam decepit similitudo literarum ui, id est *vim*, *et iii*, id est *inde*. Vide ad v. 20. § 2. Tum *victoriamque pp Rri. prosperetis* Gaertn. Sed mediæ voces ex ultima natæ sunt. Denique *prospereris* fragm. Hav. *prætatis* Port. in margine, et Hav. Nihil muto. Plautus in Casin. v. 4. 26. 'Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero.' Tacitus etiam aliique eodem verbo usi sunt.

Hostesque populi Romani Quiritium terrore formidine morteque adficiatis] *Hostesque populique Rom.* Lov. 2. Præterea *populi Romani Quiriti* Leid. 2. et Lov. 1. *populi Romani Quiritum* Lov. 2. et fragm. Hav. Vide ad verba præcc. Deinde *terrore et formidine* fragm. Hav. Denique *morteque affligatis* Voss. 2. et Lov. 3. ac Gaertn. Alibi tamen casum sextum voeis 'mora' ita formari, nondum reperi.

§ 8 *Ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus*] Videtur excidisse aliquid, ut integrum sit: *ita pro rep. pop. Rom. Quir., exercitu, legionibus, auxiliis pop. Rom. Quir.* Nam τὸ *Quiritium* in hujusmodi formulis appendix propria est τοῦ *populi Romani*. Vitiatum quoque in vulgatis erat XXII. 10. illud 'respublica populi Romani Quiritium,' in veris sacri carmine. *J. F. Gron.* Vocula *ita* deest in Lov. 2. *ita populo Ro.* vel *Romano, Quiritium* habent Voss. 2. et Lovel. 3. *ita pro Ro. po. Quiritium* fragm. Haverk. *ita pro populo Romano Quiritium* Gaertn. quæ omnia conjecturam Gronovii verisimiliorem reddunt. Quum enim per compendium scriptum fuisset *pro R. P. P. R.* librarii vel duas priores, vel duas posteriores literas singulares omiserunt, quamvis tamen alibi etiam sæpe 'respublica' et 'populus Romanus' inter se commutentur. Vide ad IX. 26. § 8. De formula 'respublica populi Romani Quiritium' vide eumdem Gronov. Observ. IV. 14. *Quiri-*

Digitized by Google

tum hic iterum præferunt Leid. 2. et Lov. 2. Vide ad § præc. Brissonius autem, hanc formulam proferens, de Form. lib. 1. p. 109. laudat, quasi scriptum invenisset *pro republica Quiritibus*. Quam lectionem in nullo codice, nec scripto, nec edito, invenio. Præterea vox *exercitu* deest in Hav. quam reliqui constanter agnoscunt, nisi quod tamen *exercitum* præferant Flor. Leid. 1. et Lov. 2. Mox iterum *Quiritum* idem Lov. 2. ut jam ter hac formula habuimus. Voces *legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium* deficiunt in Hav. et fragm. Hav. Sed librariis fraudi fuit vocum *legionibus* et *legiones* similitudo. Vide ad IX. 11. § 11.

Diis Manibus Tellurique devoveo] *Deis Manibus* Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. et Harl. 1. Tum vox *Tellurique* deficit in Harl. 2. et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus addidit: et recte. Servant enim omnes reliqui scripti, ut et Livius X. 28. 'Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.' Insuper *vovo* fragm. Hav. *devovero* Hav.

§ 9 *Hæc ita precatus*] *Hæc itaque precatus* Hav. Vide ad XXI. 53. § 7. Mox *nunciatur*, pro *nunciare*, Gaertn.

Ipse, incinctus cinctu Gabino] De *cinctu Gabino* quid a grammaticis tradatur, omnibus, qui literas amœniores amant, est fere notum: sed, quod ab illis tacitum est, hic adscribemus. Observavimus enim Romanos magistratus et pontifices eo cinctu uti solitos, cum belli causa operabantur, sacris se devovebant pro exercitu, portas Jani aperiebant, aut amburbia faciebant: denique cum rei sacræ operam dabant belli causa, et ceremonia quadam sacra defungebantur. Lucanus I. 596. 'Turba minor sequitur, ritu succincta Gabino.' Virgil. Æneid. VII. 612. 'Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino Insignis, reserat stridentia limina consul.' Interpres Persei de Penatibus ita scribi ad Satyr. v. 31. 'Habitu Gabino DII Penates formabantur, involuti toga supra humerum sinistrum et sub dextro.' *Turnebus*, Advers. XXII. 20. *Incinctus Gabino*, media voce a præcedenti ob similitudinem intercepta, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *incinctus ritu Gabino* Harl. 2. in marg. et Hearnii Oxonienses L. 1. ac C. *incinctus Gabino ritu* Lov. 5. Gaertn. et Hav. *incinctus Gabinio ritu* Port. Nihil muto. De *cinctu Gabino* vide ad V. 46. § 2.

In equum insiluit] *Equum insiluit* sine præpositione se in Oxon. L. 1. invenisse, testatur Hearne. Qua constructione usus est Ovidius Met. VIII. 142. 'vix dixerat, insilit undas; Consequiturque rates, faciente cupidine vires.' Valer. Flacc. VI. 683. 'Insiliunt pariter scopulos: hunc nata coërcet, Hunc conjux Jovis.' Quo utroque loco videndus est Nic. Heinsius. Similiter Justin. XXV. 4. 'Ut quinqueremem ex scapha cum septimo insiluerit, captamque tenuerit.' Id tamen hoc loco non probo, partim quod alii omnes codd. vulgatum tueantur, partim quod Livius præpositionem, cum qua verbum componitur, in regimine plerumque repetere solitus sit. Vide ad Præfat. § 11. et quidem in ipso hoc verbo 'insilire' VI. 7. 'In equum insilit.' Præterea *insilit* Leid. 1. *insiliit* Port. et Hav. *insiliit* Flor. et Leid. 1. Nihil muto. Vide ad II. 10. § 11.

§ 10 *Aliquanto augustior humano visu*] Si vox ultima bonæ fidei libris exesset, non eam desiderarem. Varro Atacinus in Catal. Pith. II. 2. 'clarissima longe Nomina vix ullo condita sunt tumulo, Magnus, et humano major Cato.' Ovidius Fast. II. 508. 'Pulcher, et humano major, trabeaque decorus Romulus in media visus adesse via.' Justinus vel Trogus XLII. 3. 'Primusque humanorum post Herculem et Liberum, qui reges

Digitized by Google

Orientes fuisse traduntur, eam cœli plagam domuisse dicitur.' Cicero ad Attic. XIII. 21. 'Ego autem tibi confirmo, (possum falli, ut humanus) a me non habere.' Video quidem conjurasse viros doctos, ut hæc mutent; sed quiesse melius erat. Vel scribe *visus*. Sensus, ut conspectus est ab utraque acie, aliquanto augustior humano visus est, vel apparuit: ne alterutrum superfluum putes. *J. F. Gron.* Quæ ad has voces eruditius, quam verius, notantur, vix ausim Livio attribuere; ne quidem si τὸ *visa* in Mss. quoque desideraretur: quippe eam vocem vel similem omnino crederemus hic quoque a Livio subaudiri, ut v. 32. 'Vocem noctis silentio audisse clariorem humana:' ubi etiam subintelligi voluit 'voce.' v. 41. 'Sedentes viros præter ornatum habitumque humano augustiorem.' Hoc lib. cap. 6. 'Visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque.' Seneca Controv. I. 2. 'Altior humana visa est circa me species eminere.' *Jac. Gron.* Putavit credo Gronovius, *visus* non recte pro 'specie' vel 'forma' dici. Et Latini in his fere dicunt 'amplior,' 'augustior humano habitu,' 'forma,' 'specie,' non 'visu.' Vide c. 6. Suet. in Aug. c. 94. Claud. c. 1. Ner. c. 1. Val. Max. I. 8. ex. 8. et Phædr. Fab. IV. 24. Tamen vix est, ut hic aliter accipi possit, libris scriptis consentientibus in retinenda hac voce, qua ex sententia Davisii et aliorum quorumdam etiam pro specie usus est Cic. de Nat. Deor. I. 5. 'Multa esse probabilia, quæ quamquam non perciperentur, tamen, quia visum haberent quemdam insignem et illustrem, his sapientis vita regeretur:' *visus* scabram reddit orationem. *Duk.* Vocem, quam delendam J. F. Gronovius existimabat, tuentur omnes, quos adhibui, codd. Pro *visu* tamen *visus*, quæ altera ejus erat conjectura, præferunt Flor. et Lov. 4. *humanus* pro homine nonnumquam poni, non nego. Vide Malasp. et Græv. ad locum laud. Cic. ad Att. XIII. et quæ notavi ad Silii Ital. VII. 5. An tamen hic etiam Livius ita locutus sit, valde dubito, quia alibi vocem illam eo sensu adhibuisse non recordor; nisi quis forte eo referret locum XXI. 41. 'Licuit ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum, fame interficere.' Verum ibi commode intelligi potest 'ultimo supplicio humanorum suppliciorum,' voce ex præcedenti repetita, quod aliis exemplis Jac. Gronovius hic illustravit. Quibus adde illud ex I. 7. 'Habitum formamque viri aliquanto ampliorem augustioremque humana intuens.' Senec. de Ira I. 3. 'Tota illorum, ut extra, ita intra, forma humanæ dissimilis est.' Eodem etiam pertinet illud XXVII. 47. 'Multitudo quoque major solita visa est:' ubi alia vide. Vulgatum itaque servo, et in codd. *visus* præferentibus ultimam literam ejus vocis ex initio sequentis perperam repetitam esse existimo; qua ratione librarios frequentius erravisse, videbimus ad XXVIII. 25. § 2. Vide modo ad § 5. Ceterum *augustior* sollemni lapsu Lov. 5. Vide ad v. 41. § 2.

Sicut cœlo missus piaculum omnis Deorum iræ] *Si e cœlo* Klockian. *sicut a cœlo* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Utraque lectio admitti potest, ut probant exempla, quæ illustrandæ locutioni 'mittere vocem' conlata sunt a Gronovio et a me ad v. 51. § 7. Deinde *missum piaculum* Lov. 2. Sed *missus* servandum esse, indicat τὸ *qui*, quod mox sequitur. *Missus piaculum*, pro 'tamquam piaculum.' *Jussus piaculum* male Lov. 1. Vide ad III. 4. § 11.

Pestem ab suis averam in hostes ferret. Ita omnis terror] Prava penitus distinctio, et sic potius formanda: *Conspectus aliquanto augustior humano*

Digitized by Google

vinu, sicut omio missus piaculum omnis Deorum iræ, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret; ita omnis terror, &c. Jac. Grou. Gronovii distinctionem in contextum recepi, quod veram putarem. Ceterum *a suis* Leid. 1. et fragm. Hav. Tum *adversam* Leid. 2. Lov. 1. 5. et fragm. Hav. Vide ad XL. 31. § 6. Denique *in hostem* Hearnii Oxoniensis C. reliquis invitis.

§ 11 *Paverque eam illo latus signa primo Latinorum turbavit*] *Paverque eum Latiis signa* Voss. 2. Tum *primo signa Latinorum* Lov. 2.

In totam penitus aciem pervasit] *Totam penitus aciem pervasit*, omissa præpositione, Lov. 4. Supra VI. 24. 'Et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem:' ubi vide. Sed nec alterum, quod reliqui codd. tuentur, eorumque auctoritate præferendum est, Livio indignum. Ita enim loquitur XLV. 10. 'Victoriæ Romanæ fama quum pervasisset in Asiam.' Cic. in Verr. v. 2. 'Eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit.' De Natur. Deor. II. 57. 'Ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere.' Tacit. Hist. III. 62. 'Pervasisse in Germanias Valentem, et veteres illic nevesque exercitus ciere credebant.'

§ 12 *Evidentissimum id fuit*] Post hæc verba reperiuntur seqq. *pavorem ac fugam hostium secum Decius circumferens cadit, moxque consternatio et conversio exercitus Latini* in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 5. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxoniensibus L. 2. B. ac C. Eadem etiam margini Voss. 1. adscripta sunt. Sed non infrequens fuisse librariis, ut lemmata, quæ olim in ora codicum notata erant, postea in contextum reciperent, dictum est ad VII. 40. § 4. Ceterum *Evidentissimum idque fuit* Gaertn.

Quod quacumque equo invectus est] *Et quacumque equo* Harl. 2. *qui quodcumque equo* fragm. Hav. *quod quocumque* Voss. 2. Vide ad XXXVIII. 7. § 3. *Iotuque quocumque* Hearnii Oxonienses L. 2. et C. Tum *invectus est equo* Lov. 2. et Hav. Ceterum hæc verba et seqq. usque ad initium § proximi desunt in Neapol. Latinii.

Conruit obrutus telis, inde jam haud dubie consternata cohortes] *Terruit obrutus* Gaertn. Tum *inde haud jam dubie* Port. et Hav. *inde haud dubiæ* Lov. 5. Mox *fugam et vastitatem* Voss. 2.

§ 13 *Exsolutis religione animis, velut tum primum signo dato coorti*] *Soluti religione animis* Hav. reliquis invitis. De locutione 'exsolvere religione' vide ad VII. 3. § 9. Deinde *velut dum primo signo dato coorti* Lov. 5. *tñ*, id est *tamen*, pro *tũ*, sive *tum*, Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Animis velut tum primum signo dato coortis* Flor.

§ 14 *Nam et rorarii procurrebant inter antepilanos*] *Namque triarii* Lov. 5. *nam et triarii* Klockian. *namque et rorarii* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *nam et Romani* Flor. et Harl. 2. Tum *percurrebant* Lov. 2. et Gaertn. Male. Vide quæ Nic. Heinsius et ego notavimus ad Silii Ital. VII. 566. *Per* et *pro* innumeris locis confunduntur. Vide ad IX. 10. § 7. Præterea *inter antesignanos* hic etiam reponebat Franc. Patricius de Re Milit. Rom. part. IV. sect. 5. Vide ad cap. præc. § 7. *Per antepilanos* habet Hearnii Oxon. C. Ceterum omnia hæc verba cum voce seq. *addiderant* non adparent in contextu Port. sed demum margini adscripta sunt a m. altera. Mox *vires*, pro *vires*, est in Leid. 1. et Lov. 2. Alibi etiam hæc voces commutantur. Vide hoc lib. ad c. 13. § 1.

Et triarii, genu dextero innixi] Tò *et* exsulat a fragm. Hav. Hinc *in genu dextro* Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. ut apud Cic. de Harusp. Resp. c. 27. 'Etenim vix hæc, si undique fulciamus, labefacta, vix, inquam, innixa in omnium nostrum humeris co-

Digitized by Google

haerebunt.' Sed reliqui, et inter eos optimi, vulgatum tuentur. Et ita etiam passim Livius loqui solet. Supra III. 26. 'Seu fossam fodiens palæ innisus; seu quum araret.' IV. 19. 'Ipse, hasta innisus, se in pedes excepit:' ubi alia exempla vide. Tum *innisi* fragm. Hav. Vide ad IV. 42. § 5. Mox *ad surgendum*, pro *ad consurgendum*, Leid. 2. Verum mox cap. seq. dixit, 'Tum consul triariis, Consurgite nunc, inquit:' et paullo post 'ubi triarii consurrexerunt.'

CAP. X. § 1 *Quum aliis partibus multitudo superaret Latinorum*] *Superaret multitudo* Harl. 2. *multitudo superarat*, transpositis literis, Lov. 5. edd. Parm. Tarvis. utraque, et paucæ aliæ. *Superare* Mediol. 1480. 1495. et 1505. Venet. 1498. Tum vox *Latinorum* non adparet in Lov. 4. qui et mox alio ordine vocabulorum *collega eventu* præfert.

Quum, ut jus fasque erat, &c. mortem esset] Illud *quum* et *esset* resipiunt gluten interpretum. *Grut.* Utraque vox apud me superest in omnibus scriptis, nisi quod prior tantum deest in Lov. 2. Nullam autem causam video, cur *tè quum* et *esset* gluten interpretum resipere Gruterus invitis codd. judicarit, quam quod salvo sensu abesse potuerint. Vide quæ dicuntur ad XXIII. 34. § 15. Ceterum *tum*, pro *cum*, sive *quum*, est in fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Epit. lib. XLVIII. circa finem. Tè *ut* deficit in Hav. *debitis* autem in Harl. 2. omnibusque, quæ vidi, edd. ante Aldum. Curtius V. 8. 'In cœlum vos debitis laudibus ferat.'

§ 2 *Paullisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset*] Omnia hæc desunt in Lov. 1. quinque posteriores voces cum duabus seqq. in Hav. vocula sola *jam* in Leid. 2. Harl. 2. omnibusque edd. ante Aldum. Præterea *triarii tempus esset* habet Lov. 3. *triariis tempus adesset* Gaertn. Mox *natus*, pro *ratus*, Harl. 1.

Accensos ab novissima acie ante signa procedere jubet] *Accessos* Lov. 4. *accersitos* Klockian. et pro varia lectione Voss. 1. De *accensis* vide ad c. 8. § 8. Tum *a novissima acie* Voss. 1. a m. sec. (*an novissima acie* habuit a m. pr.) Lov. 4. Gaertn. et edd. ante Aldum: præpositio deest in Lov. 1. a m. sec. (qui *vel novissima acie* antea habuerat,) et Leid. 2. *ad novissima acie* Lovel. 2.

§ 3 *Qui ubi subiere*] *Subire* Hav. solito errore. Vide ad XLV. 2. § 7. *subierunt* Gaertn. Mox *hiisdem adversarii*, pro *idem*, Voss. 1. *hiisdem adversarii* Lov. 1. Deinde *exciverunt*, pro *excitaverunt*, Leid. 2. et Lov. 1. Sed solent hæc verba passim commutari. Vide ad XXVIII. 24. § 4. Similiter Curtius VI. 2. 'Non contentus artificum, quos e Græcia excitaverat, turba:' ubi codd. plures *exciverunt*, quod præfert Scheff. quoniam 'excitantur,' qui per otium, ignaviam, vel similes causas manent in occulto, ac proferre se nolunt. Quod si verum, vel sic etiam hic apud Livium *excitaverunt*, in quod reliqui codd. conspirant, non est rejiciendum. Supra enim c. 8. docuit, prioribus hastatorum et principum aciebus pugnantibus 'triarios consedisse, sinistro crure porrecto:' unde et supra § 2. et mox § 4. 'consurgendi' verbum de iis usurpavit. Jam autem 'excitare' est jubere ut surgat. Infra XLV. 25. 'Secundum talem orationem universi rursus prociderunt; tandem excitati curia excesserunt.'

Quum et semet ipsi fatigassent, et hastas aut præfregissent, aut hebetassent] Tè *et* prius emittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad II. 44. § 3. Tum *semet ipsos fatigassent* Lov. 2. Male. Vide ad II. 19. § 5. Hinc voces *et hastas aut præfregissent* desunt in Gaertn. sola tantum vox *aut* in Harl. 2. Sed *præfrigissent* habet Flor. *perfrixissent* Klockian. *perfrigescent* Lov. 4. Harl. 2. Pert. Hav.

Digitized by Google

et Neapol. Latinii. Perperam. De verbo 'præfringere' vide ad XXVII. 33. § 2. Denique *beatassent*, pro *hebetassent*, Flor.

Pellerent vi tamen hostem] *Pellerentque* Lov. 2. *pollerentque* Lov. 5. Gaertn. Port. et Hav. Tum *ut*, pro *vi*, Lov. 4. Vide ad IV. 51. § 6. Insuper *tm̃* id est *tantum*, pro *tñ* id est *tamen*, Lov. 1. sæpius in Mss. obvio librariorum errore. Vide ad III. 46. § 1.

§ 4 *Memores consulis pro vestra victoria morte occumbentis*] *Pro nostra victoria* Lov. 5. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Hinc *occubantis morte* Harl. 2. *morte occubantis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. editique ante Aldum. Vox *morte* deficit in Lov. 2. quam reliqui tuentur. Vide ad XXXI. 18. § 6. Paullo ante *tunc consul* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. Ceterum voces *memores patriæ, &c. ac liberorum* desunt in Hav. errore librarii, cui fraudi exstitit vocis *memores* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 5 *Consurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex improviso exorta acies*] *Integra* Lov. 4. quasi jungendum foret 'integra nova acies.' Sed male. *Integri* sunt 'non fessi,' ut paullo ante hoc cap. 'Melius ratus, integros eos ad ultimum discrimen servari:' et 'Consurgite nunc, inquit, integri adversus fessos.' II. 20. 'Integris corporibus animisque fessos adorti:' hoc lib. c. 39. 'Adeo repente laboris per diem pene totum tolerati vulnerumque obliti sunt, ut haud secus, quam si tum integri e castris signum pugnæ accepissent,' &c. XXVIII. 13. 'Quum plures et integri fessis, magnumque jam agmen armatorum a castris in prælium ruaret.' XXXIV. 15. 'Integri recentibus telis fatigatos adorti hostes.' XXXVIII. 40. 'Ut quam maxime recentibus et integris jumentis Thraciam ingrederetur.' XLIV. 4. 'Nec auxit copias, integros fessis submittendo.' c. 36. 'Statuit sic adfectos recenti atque integro hosti non objicere.' c. 38. 'Utrum militem, quem neque viæ labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum integrum in tentorio suo arma capere jubeas.' Tacit. Annal. II. 5. 'Integrum equitem equosque per ora et alveos fluminum media in Germania fore.' Frontin. Strat. II. 1. ex. 2. 'Fatigatos æstu facile integris et recentibus suorum vicit viribus.' c. 3. ex. 16. 'Suis et Macedonibus, qui jam fessos Romanos integri exciperent, in secunda acie conlocatis.' Hinc *refugientibus armis* Leid. 2. Perperam. Alibi etiam 'fugere' et 'fulgere' commutantur. Vide ad XLIV. 37. § 7. Deinde *nova et improviso acies orta* Lov. 4. Nihil mutandum. Non tantum *improviso*, sed et *ex improviso* in usu fuit. Vide ad VI. 33. § 7. *Ex* autem atque *et* sæpe inter se commutantur. Vide ad XXVI. 45. § 1. *Nova ex improviso orta acies* edd. vett. Frobenius deinde a. 1535. *exorta* edidit, quemadmodum recte præferunt reliqui scripti. Sæpe enim 'exortus' de illis dicitur, qui subito et improviso oriuntur. Supra I. 14. 'Inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem.' IV. 45. 'Certamen subito inter tribunos exortum.' VI. 21. 'Lanuvini etiam, quæ fidelissima urbs fuerat, subito exorti.'

Receptis in intervalla ordinum antepilanis] Præpositio *in* deest in Lov. 5. Harl. 1. et Port. Sed eam intercepit syllaba initialis vocis seq. quemadmodum etiam factum erat c. 8. § 9. Vide plura hoc lib. ad c. 33. § 6. ejus loco *inde* est in Leid. 2. Sæpe *in* et *iñ*, id est *inde*, in Mss. commutantur. Vide ad X. 20. § 6. Tum *int'pilanis* Lov. 2. *antepilariis* Leid. 2. et fragm. Hav. Ceterum hic etiam *antesignanis* legendum censuit Patricius de Re Milit. Rom. part. IV. sect. 5. Sed vide ad c. 8. § 7. Mox *perturbabant*, pro *perturbant*, Neapol. Latinii.

Digitized by Google

§ 6 *Hastisque ora fodientes*] Pall. duo *ferientes*. Gebh. *Hostisque* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *hastatisque* edd. Bechar. et Ascensii 1510. quod melius, se judice, pronunciat Doujatius: triarii enim Romani pilis ora fodiebant hastatorum Latinorum, qui primi obpositi. Male. Apud Latinos enim, æque atque apud Romanos, res ad triarios redierat, adeoque ex triplici acie jam una facta erat, non ex solis hastatis, sed ex hastatis principibus ac triariis simul, constans. Vide c. 8. § 12. et 13. Deinde *ora fœdantes* Lov. 4. 'Fœdare' et 'fœdum' propria in vulneribus ac strata acie vocabula esse, observant viri docti ad Plauti Amphitr. I. 1. 76. Sed unius fide hanc lectionem non receperim. *Ora ferientes* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. Cui lectioni firmandæ facere posset dictum Cæsaris, a Floro memoratum IV. 2. § 50. 'Miles faciem feri.' Et ita Ovid. Ep. Heroid. VII. 189. 'Nec mea nunc primum feriuntur pectora ferro.' Metam. XII. 479. 'Nudaque Phyllei juvenis ferit ora sarissa.' Auctor Epitom. Liv. lib. II. 'Quum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset.' Sed nihil muto, plerisque et optimis codd. vulgatum defendentibus. Livius XXI. 55. 'Velites insecuti aversos' elephantos 'sub caudis, qua maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant.' Ovid. de Remed. Am. vs. 19. 'Cur aliquis rigido fodit sua viscera ferro.' In Ibin vs. 627. 'Sic tua conjectis fodiantur pectora telis.' Curtius IV. 15. 'Resistentium adversa ora fodiebat.' V. 4. 'Ipsorum telis plerosque fodiebant.' IX. 1. 'Ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes fodere cœperunt.'

Prope intacti evasere] *Prope iacti* Harl. 2. Male. Livius II. 12. 'Jure belli liberum, te intactum inviolatumque hinc dimitto.' XLII. 66. 'Quum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire.' X. 27. 'Victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiæ et conditoris nostri admonuit.' c. 36. 'Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent.' Silius X. 63. 'integer, oro, Intactusque abeas, atque intres mœnia Romæ.' 'Intactus vulnere' dixit idem Silius VII. 399. 'Plena tibi castra atque intactus vulnere miles Creditur.' 'Intactum ferro corpus' Livius I. 25. Tum *evaserunt* Gaertn. *invasere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Tantaque cæde perrupere cuneos] Doujatius vel legendum existimat *cuneos*, ut II. 50. 'Rupere cuneo viam:' vel Livium generali nomine 'cuneos' pro agminibus seu manipulis dixisse putat; quod posterius præferendum videtur. Certe nullius cod. fide conjectura ejus nititur. Frontin. II. 3. ex. 20. 'Triplicem aciem cuneis instruxit, inter quos subinde velites emisit.' Ceterum *prorupere in eos, ut vix* Klockian. *prorupere cuneos* Port. Vide ad IV. 39. § 4. *Perrumpere cuneos* Lov. 3. Mox *reliquerint*, pro *relinquerent*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi*] Vide quam varia de Samnitibus scribat. Antea dixerat, c. 6. consules, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam castra locasse. Hic dicit, sub radicibus montium procul instructos. Paullo post c. 11. dicturus, eos post prælium auxilio venisse Romanis, ut quidam tradiderint. Nam hoc ipse dixisse videri noluit. *Glar.*

Inter omnes cives sociosque præcipua laus ejus belli penes consules fuit] *Inter omnes sociosque* Voss. 2. *inter omnes cives Latinosque* Lov. 1. quæ lectio ex proxime seqq. *inter Romanos Latinosque* interpolata videtur. Sensum Livii esse puto, in exercitu Romano neminem civium sociorumque majorem laudem promeritum fuisse, quam con-

Digitized by Google

sules. Per *socios* autem hic Latini in genere intelligi nequeunt, quibuscum eo tempore bellum gerebatur; sed forte Latinorum Laurentes Campanorumque equites, qui non desciverunt, ut Livius cap. seq. docet. *In omnes cives sociosque* Flor. quomodo sæpe librarii lapsi sunt. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Tota vox *inter* vel *int'* deficit in Lov. 4. intercepta ab ultimis literis vocis præced. *Ceterum.* Præterea *præcipue laus ejus belli* Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *Præcipua ejus laus belli* Harl. 2. et edd. antiquæ ante Aldum. Paullo ante alio ordine *Latinis præbuere terrorem* Gaertn.

Periculaque ab Diis superis inferisque in se unum vertit] *Ab aliis superis inferisque* Hav. *a Diis superis inferisque* Gaertn. *ab Deis superis inferisque* Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ab Deis superisque inferisque* Voss. 1. et Lov. 1. *ab Diis superisque inferisque* Leid. 2. et Lov. 5. *ab Diis inferisque* Lov. 2. Ceterum voces *alter omnes minas, &c. in se unum vertit* desunt in Harl. 1. a librario ob repetitam vocem *alter* omissæ. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 8 *Eoque consilio in prælio fuit, ut facile convenerit*] *Eoque consilio* perperam Lov. 3. Tum *in prælio* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ut non facile convenerit* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *inter Latinos Romanosque* Klockian.

Utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam] *Utrius partis dux Manlius fuisset* Lov. 4. *utrius partis T. Manlius fuisset dux* Lov. 3. Harl. 2. et fragm. Hav. *utriusque partis* Leid. 1. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 6. § 13. Præterea *ejus futuram haud dubium fuisse vict.* Voss. 2. et Lov. 3. *ejus haud dubium fuisse vict.* Port. *ejus futuram haud dubiam fuisse vict.* Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 48. § 5. *Futuram* deficit etiam in Gaertn. Paullo ante *ejus pugnæ memoriam tradiderunt*, omissa voce *posteris*, Port. quomodo Livius loquitur IX. 41. 'Neque ejus pugnæ memoria tradita foret, ni Marsi eo primum prælio cum Romanis debellassent.' Sed unius illius codicis auctoritas levior est, quam ut eam sequi audeam. Vulgatum defendit locus Cic. ad Fam. VIII. 3. 'Quod nostræ amicitiæ memoriam posteris quoque prodat:' et Liv. III. 67. 'Hoc posteris memoriæ traditum iri.'

§ 9 *Latini ex fuga se Minturnas contulerunt*] *Latini se ex fuga* Lov. 2. *Latini fuga se* Oxon. L. 2. apud Hearnium. *Latini ex victoria se* Leid. 2. Deinde *Minam*, pro *Minturnas*, exhibent Voss. 2. et Lov. 3. *Menturnas* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 1. et Port. *Minturniam* Lov. 2. *Minturna* fragm. Hav. *Mincturnas* Gaertn. *Latini fuga seme nocturnas* Flor. Insuper *receperunt* Lov. 4. et Hearnii Oxon. B. quod ex glossa marginali in contextum inrepsit. Cic. ad Fam. XII. 14. 'Laodiceam, quæ est in Syria ad mare, se contulit.' De Orat. III. 56. 'Quum propter ignominiam judicii cessisset Athenis, et se Rhodum contulisset.'

Castra secundum prælium capta] *Secundo prælio* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Neapol. Latinii: *post prælium* intergerrimus Flor. qui tamen hic nubem pro Junone amplexus est. Illud *post* enim ex interpretis expositione, olim margini adscripta, contextum invasit. Vide ad XXXIX. 41. § 5. Livio autem frequens est *secundum* eo sensu usurpare. Supra I. 4. 'Sed debebatur, ut opinor, fatis tantæ origo urbis, maximique secundum Deorum opes imperii principium.' II. 5. 'Secundum pœnam nocentium præmium indici pecunia ex ærario, libertas et civitas data.' IV. 49. 'Secundum tam sevum atque inhumanum dictum.' c. 6. 'Alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios secundum deposita certamina incorrupto judicio

Digitized by Google

esse.' VII. 37. 'Secundum consulis dominationem legiones gramineam coronam obsidionalem Decio imponunt.' IX. 39. 'Nec erat ea tempestate gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent.' XXIV. 30. 'Secundum apum examen in foro visum, adfirmantes quidam legiones se armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma:' ubi vide plura.

§ 10 *Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes obpressit*] *Die* deficit in Voss. 2. *ne eo die invenirent* legit Port. a m. pr. errore ex non intellecta nota compendiariæ scripturæ nato. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Caussa etiam, cur librarius *invenirent* dederit, illa esse potuit, quod sequatur eadem forma *obpressit*. Sed solet ita sæpius Livius activa passivis, et contra subjungere. Vide hoc lib. ad c. 34. § 9. Mox vox *hostium* non adparet in Lov. 5. et Harl. 2. quam reliqui constanter tuentur.

Funusque compar morti, celebrante collega, factum] In Mss. melius *par*, quam *compar*. Gelen. Pal. cod. Ms. *funusque ei compar*, sed manu interpolatoris. Prima quoque ed. *funusque compar morti*. Gebh. *Funusque compar morti* apud me tantum superest in Lov. 2. et Harl. 2. *funusque par morti* Voss. 2. et Lov. 3. quam lectionem post ed. Froben. 1535. ex Gelenii mente emendatam servarunt recentiores usque ad Gronovium, qui reposuit *funusque ei par morti*, nulla ejus mutationis in notis ratione reddita. Id igitur quoniam dubium esse posset, qua auctoritate a viro summo factum sit, profitendum censui, eodem modo præferre Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Harl. 1. Port. a m. pr. (in quo a m. sec. fuit *funusque ei compar morti*) Gaertn. fragm. Hav. et Hav. Hinc non multum abeunt Flor. Leid. 1. et Lov. 4. *funusque et par morti* præferentes, ut et Klockian. in quo *funusque ejus par morti* legitur. Quid in Oxoniensibus suis Hearne invenerit, non addidit: quum tamen lectionem Gronovii expresserit, et in variis lectionibus meminerit earum, quæ et ante Gelenium exstiterit, et ab eo prioris loco reposita sit, silentium hoc indicare videtur, eum a Gronoviana diversam non invenisse. Denique *factum est* primus vulgari curavit Jac. Gronovius, quum in prioribus edd. τὸ *est* omitteretur: quod etiam omittunt Harl. 2. et forte Klockian; reliquis meis Gronovio consentientibus. Hearnius, qui τὸ *est* omisit, lectionem a Jac. Gronovio propositam memorans, ac tamen de codd. Oxoniensibus nihil addens, illud sibi in iis non obvium fuisse, innuere videtur.

§ 11 *Illud adjiciendum videtur, licere consuli, dictatorique, et prætori*] *Istud* habent Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad H. 28. § 5. Tum *addiciendum* Leid. 2. *adiciendum* plerique reliqui. Unde patet, ex hac posteriori scriptura non intellecta ab indoctis librariis factum esse, ut toties *addicit*, pro *adjicit*, in codd. antiquis exaretur; de quo dictum est ad I. 30. § 3. Deinde τὸ *videtur* deest in Leid. 2. et Lov. 1. Denique *licere consuli, dictatori et prætori*, omissa altera copula, Lov. 3. Male. Vide ad II. 30. § 1.

Legiones hostium devovent, non utique se, sed quem velint] *Devoveat* et *velit* Flor. Klockian. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. 5. Harl. duo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. vett. *devovent* autem etiam in Oxon. N. B. ac C. se invenisse Hearnius monuit; at de altero *velit* nihil addit, nisi tantum ita esse in Rom. ed. principe. Postea Basil. a. 1589. ediderunt *devovent* et *velit*, (quod et in Lov. 1. erat,) quorum exemplum imitantur edd. Basil. 1549. et 1554. Lugdun. 1553. Paris. 1573. ac proximus neque ad J. F. Gronov. qui *devovent* et *velint* substituit, eamdem scripturam servantibus recentioribus. Certe Basil. lectio probari nequit; sed vel

Digitized by Google

cum Gronovio legendum est *devoveant* et *velint*, vel cum priscis edd. *devoveat* et *velit*, id est, quicumque sit, sive consul, sive dictator, sive prætor, qui devoveat. Quum autem lectio vett. edd. tot codicum consensu nitatur, eam in contextum admittendam censui. Ceterum *legationes hostium* perperam est in Leid. 2. Vide ad VII. 30. § 14. Etiam pronomen *se* deerat in Flor. Sed id intercepere primæ literæ seq. vocis *sed*. Vide ad XXIX. 21. § 7.

Ex legione Romana scriptum civem devovere] Nec hic erat, cur *scripta* in *scriptum* mutaretur. *Gelen.* *Scriptum* non nisi in Lov. 4. et Harl. 2. inveni; reliqui omnes Gelenio *scripta* reponenti adsentiuntur. *Ex legione scripta Romana*, immutato vocabulorum ordine, Lov. 5. Deinde *devoveat* Port. a m. pr. pro quo postea emendatum est *devovere; at si is homo.*

§ 12 *Tum signum, septem pedes altum, aut majus, in terram defodi*] *Signum* quid proprie hic significet, scire velim, ad quod Romanum magistratum descendere fas non est. Et 'piaculum hostiam cædi,' sive *hostia*, ut alii legunt; paulloque post, 'sive hostia, sive quo alio volet, jus esto,' ea minus intelligo. *Glar.* *Signum* opinor vocare imaginem ejus hominis, qui devotus non est mortuus: mortem enim ejus defossione imaginis et hostiæ cæde repræsentari voluerunt. *Sigon.* Lego *probe factum esto: si moritur, tum signum septem pedes altum, haud majus in terram defodito, et piaculum hostiam cædito. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum adscendere fas non esto.* Klock. Non video caussam cur hæc omnia invitis codd. mutanda censuerit Klockius, neque ea pendere voluerit ex præcedenti 'adjiciendum videtur;' unde et quæ præcesserunt 'licere consuli,' &c. pendent. Non enim Livius ipsa constitutionis antiquæ circa ritum devovendi verba refert, sed omnia suis verbis, ut alibi solet, proponit. Ceterum *pro benefacto videri* perperam est in Leid. 1. Deinde *tum signum ergo septem pedes altum* fragm. Hav. *tum signum septem pedum altum* Lov. 4. Præterea *ad majus* Voss. 2. et fragm. Hav. *aut ad majus*, utraque lectione juncta, Gaertn. *aut manus* Harl. 2. *aut magis* Lov. 2. quæ lectio ferri potest, si jungenda sint *septem pedes altum in terram defodi*. Contra vulgatum præferendum erit, si jungamus 'signum septem pedes altum;' quod etiam præfero ob aliorum codd. in hanc lectionem consensum. 'Magis' autem et 'majus' etiam alibi in Mss. confunduntur. Vide ad l. XXVI. c. 41. § 16. Denique *fodi* Flor.

Piaculum hostia cædi] Nisi quid vitii inest, *piaculum cædi* dixit, pro *fieri*. Nam paullo post ait, 'Marti suovetaurilibus piaculum fieri.' *Sigon.* Nisi quid vitii inest, inquit Sigonius. Volunt certe id Rott. Helm. Voss. alter, Mureti libri, qui *piaculum hostiam cædi* eleganti ἐπεξηγήσει. *J. F. Gron.* Similiter præferunt Hav. Lov. 3. et edd. Mediol. 1495. et 1505. Veneta 1498. Ascens. 1513. 1516. et 1530. Mogunt. Colon. Cervic. et Paris. 1529. Eodem etiam adludunt Lov. 5. et Port. qui *hostium* legunt. Doujatius, 'piaculum cædere' non facile alibi obcurrere opinatus, ne non tamen Gronovio obloqueretur, legendum conjicit *piaculo hostiam cædi*, id est, ad piaculum, seu expiandi caussa. Sed, locum mendosum esse Gronovio consentiens, in ejusdem etiam conjectura, quæ non tantum codicum fide nitebatur, sed etiam, licet Mstorum auctoritas abesset, minus a vulgato abibat, tutius acquiescere potuisset.

Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum descendere fas non esse] Varietas hic lectionis addubitare me facit de genuitate hujus loci: quippe Pall. 1. ac 3. *eo magist.*

Digitized by Google

Rom. excedere fas non esse. Pal. 2. *considere fas non esse.* Camp. vero ed. *eo magist. Rom. accendere fas non esse.* Forte leg. *escendere.* Gebh. Non minus variant libri mei: *descendere* est in Voss. 1. Lov. 1. 5. Harl. 2. fragm. Hav. et Oxon. Hearnii N. L. ac C. *ascendere* Flor. Lov. 4. et Klockian. *excedere* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. *defendere* Leid. 2. *considere* Port. et Hav. *escendere* Leid. 1. et Harl. 1. quemadmodum Gebhardus hoc loco ex conjectura, Gronovius autem ad II. 28. § 6. ex Fulvii libro legendum monuerunt, et hic etiam in contextum recepit. Ceterum *defossum erat* Leid. 2. et Lov. 5. Tum *fas non est* Harl. 2. omnesque editi usque ad Froben. qui 1535. *fas non esse* substituit, consentientibus reliquis scriptis.

§ 13 *Sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit*] *Se devovere volet* Leid. 1. et Gaertn. *sese devoverit* Lov. 4. qui etiam exhibet *sicut Decius.*

Pure faciet: qui sese devoverit, Vulcano arma sive cui alio Divo vovere volet, sive hostia, sive quo alio volet, jus esto] Alii *pure faciet, qui sese devoverit. Vulcano, &c.* Lego et suppleo *pure facito. Qui sese devoverit, Vulcano arma sive cui alii Divo volet, vovere jus esto. Sive hostia, sive quo alio facere volet, jus esto.* Vel *sive Vulcano arma, sive cui alii Divo vovere volet, &c.* ut est in Msto. *Klock.* Pall. Mss. et vetustissimæ edd. *sive cui alii Divo vovere volet.* Gebh. Lugdun. a. 1553. operarum errore ediderunt *sive cui alii divovere volet:* Basil. a. seq. *sive cui alii devovere:* Paris. 1573. *sive cui alii Divo devovere,* quod deinde omnes recentiores servarunt. Hinc Gebhardo necesse fuit monere, se in scriptis et edd. vett. *vovere,* non *devovere,* invenisse: quæ lectio mihi in omnibus meis, Hearnio autem in Oxon. L. 2. et B. obvia fuit, quare eamdem nunc demum iterum Livio restitui. Præterea *qui se devoverit* Hav. et fragm. Hav. Tum *sive cui alii Deo* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *sive cui alii Decio* Harl. 1. Hinc *vellet* Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium, *non licet* Gaertn. Deinde voces *sive hostia, sive quo alio volet* desunt in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 3. et Harl. 1. sed alio ordine *sive hostia, sive alio quo volet* legit Lov. 2. Denique *jus esto. Telo* edd. pleræque, quæ caussa exstitisse videtur, cur Klockius præcedentia et sequentia omnia per imperativum concepta, eamque formam loquendi Livio restituendam esse, invitis scriptis, existimarit; quum oportuisset potius, ut, si codd. in *esto* conspirassent, hunc locum ad exemplum reliquorum, quam reliqua ad exemplum hujus emendasset. Nunc vero tanto minus conjecturæ Klockii probandæ sunt, quod unus tantum Harl. 2. per omnia edd. vett. consentiat; et *jus esto. Hujus enim telo* præferat unus etiam Hav. Recte igitur Sigonius et postea Jac. Gronovius *jus est* ediderunt. Reliqui enim omnes similiter *est* exhibent, quamvis eorum quidam etiam hac parte corrupti sint. Nam *hujus est. Telo* habent Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *jus est. Hujus est telo,* recepta utraque lectione, Gaertn. *jus est. Hujus est telum* Lov. 2. Tò *est* etiam in Oxoniensibus suis superesse, Hearne testatur; quamvis is quoque *esto* in contextu retinuerit.

§ 14 *Telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri, fas non est*] Lego *fas non esto.* Klock. Omnia hæc verba desunt in Leid. 2. culpa librarii. *Super quo stans consul precatus est* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *super quod stans consul precatus* Voss. 1. *super quod stans precatus* Lov. 1. Quod autem ad conjecturam Klockii adtinet, eam mihi displicere, patet ex illis quæ ad verba proxime præcedentia notavi.

Si potiatur, Marti suo lue et aribus

Digitized by Google

piaculum fieri] Mendosa est hæc novissima clausula, et verbis semihiulcis male coagmentata, adeo ut nullus verus sensus percipi queat. Nos vero ita emendavimus : *si potiatur, Marti solitaurilibus piaculum fieri.* Sunt autem 'solitaurilia' sacrificia, quæ (ut docet Asconius Pedianus ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 3.) censores urbem completo quinquennio lustrantes 'de sue ove tauro' faciebant, a quibus tribus particulis nomen ipsum compositum esse existimavit Quintilianus in I. 5. ita tamen, ut non tam ex tribus, quam ex particulis trium 'Solitaurilia' coagmententur. Et hoc est illud sacrificii genus, quod circumscripsit Livius I. 44. his verbis : 'Ibi instructum exercitum omnem Servius sue, ove, taurisque lustravit, idque conditum lustrum appellatum.' Solitaurilia ad agrum lustrandum circumagi, docet M. Cato in libro de Re Rustica c. 142. Sensus itaque Livii hic erit : consulem Romanum Marti solitaurilibus, hoc est, sue, ove, tauro immolatis, sacrificaturum pro piaculo, si hostis telo potitus fuerit, quo eum potiri nefas est. Quod autem Marti solitaurilibus sacra facerent, docet M. Cato, qui sic ait cap. 142. 'Mars pater ejusdem rei ergo macte hisce solitaurilibus lactentibus esto.' Item alibi eodem cap. ita verba mystici sacri concipienda esse præscribit : 'Mars pater, si quid tibi illisce solitaurilibus lactentibus neque satisfactum est, his solitaurilibus piaculo.' De solitaurilibus item ait Festus : 'Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem signant, tauri, arietis, verris, quod omnes integri solidique corporis sunt. Solum enim lingua Oscorum significat totum et solidum : unde apud Livium tela soliferrea vocantur tota ferrea.' *Beroaldus* in Annotat. p. 222. Quidam legunt *Marti suovetaurilibus:* quod ego intelligo solitaurilia, quæ apud Festum immolationem significant tauri, arietis, et verris, ut etiam apud Homerum est Odysseæ Α ac Ψ. *Glar.* Olim *solitaurilibus* legebatur. At Festus docet rationem, cur et *solitaurilia* et *suovetaurilia* defendi possint. *Sigon.* Lego *piaculum fito.* Klock. *Martis novet auribus* Lov. 1. *Martis novem tauribus* fragm. Hav. *Martis novem taurilibus* Lov. 5. Port. et Hav. *Martis vovet auribus* Lov. 2. 3. *Martis vovent taurilibus* Gaertn. *Marti suo vovet auribus* Lov. 4. *Marti suo luet auribus* Harl. 2. *Marti solvet aurilibus* Flor. *Marti suovetauribus* Voss. 2. Leid. 1. et Harl. 1. *Marti suovetaurilibus* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. Vide ad I. 44. § 2. De conjectura Klockii, qui inperativum *fito*, pro *fieri*, malebat, vide ad verba præcedd.

CAP. XI. § 1 *Etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit*] Locus corruptus et contra sensum. Legendum autem *incuria abolevit.* Τὸ *memoria* natum ἐκ τοῦ *moris.* Nihil ego certius puto. *T. Faber.* Immo sanum est τὸ *memoria*, et verbum boni coloris : quippe memoria abolescens parit incuriam : ac Livius voce *memoria* sic utitur, ut aliquid proximum curæ, et sollicitudinis speciem quandam denotet. Lib. XXVII. c. 3. 'Ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria :' hoc est, cura, et ad eam recipiendam intentio. IV. 21. 'Pestilentior inde annus tantum vastitatis fecit, ut non modo prædandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria patribus aut plebi esset :' hoc est, cupiditas et propositum. Sic 'miles prædæ aut vivos capiendi non memor' dicitur I. XXVIII. c. 20. qui cædi tantum et sanguini fundendo animum adjicit. Ipsa phrasis est I. IX. c. 36. 'Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat.' *Jac. Gron.* Ut Faber judicaret, locum corruptum esse et contra sensum, inde fac-

Digitized by Google

tum est, quod tantum non omnes edd. ante Gronovianum 1665. sine interpunctione ulla verba continuarent *Hæc etsi omnis, &c.* nisi quod Sigonius *Hæc, etsi omnes* dederit, adeoque non *memoriam moris*, sed *incuriam moris*, hæc abolevisse existimaret. Quin insuper, licet recipienda sit interpunctio Sigonii ac Gronovii, tamen Fabri conjectura probanda foret, si vera esset lectio Harl. 2. qui præfert *etsi omnia divini humanique*. Sed hic testis est unicus, et sæpe incertæ fidei. Recte igitur, si quid videam, Jac. Gronovius Fabri conjecturam rejecit, utque ita judicem, variæ sunt caussæ. Primo enim Livius *memoria abolevit* neutraliter, pro memoria abolita est, etiam alibi dixit, plurimisque aliis verbis similiter uti solitus fuit. Vide ad I. 23. § 3. ubi etiam hunc proxime facientem locum Livii laudavi ex III. 55. 'Hujus rei prope jam memoria aboleverat.' Secundo omnes codd. in servanda voce *memoria* uno ore conspirant. Tertio Priscian. hunc locum laudans, servat etiam τὸ *memoria*, licet in aliis a recepta lectione discedat. Exhibet enim Gramm. lib. IX. p. 872. *Etsi omnis divini humanique memoria aboleverit*. Igitur ejus etiam auctoritate *memoria* defendo; alia omnia, in quibus a vulgato in diversa abit, non probo. Locum enim ideo laudat, ut doceat, 'aboleo' præteritum facere 'abolevi:' quod ut evincat, nihil interest, utrum legamus, quemadmodum exhibet Priscianus, an ut in Livio nunc exstat. Præterea *moris*, quam vocem omittit Prisc. superest in omnibus scriptis, nisi quod *juris* ejus loco sit in Leid. 2. quod ex glossatoris expositione ortum puto. Certe, teste Fest. hac voce, 'Mos est institutum patrium, id est, memoria veterum pertinens maxime ad religiones cerimoniasque antiquorum.' Servius autem notat ad Virg. Æn. XII. 836. '*Ritus* est comprobata in administrandis sacrificiis consuetudo, quam civitas ex alieno adscivit sibi: quum receptum est, *mos* adpellatur.' Neque etiam necesse est, ut cum Prisciano *abolevit* mutemus in *aboleverit*. Licet enim *etsi* subjunctivum admittat, ut vidimus ad V. 42. § 7. sæpissime tamen indicativum adsciscit: non temere ergo a codd. recedendum est, qui hic omnes servant *abolevit*, nisi quod *absolvit* sit in Flor. Locus itaque Prisciani exemplo sit, quam parum fidei habendum sit varietatibus lectionum, quæ ex veteribus grammaticis producuntur; nisi forte varietas consistat in eo, ad quod probandum locus ex antiquo scriptore ab ipsis laudatur: quamvis interdum id quoque fallat. Ceterum mox *priscis ac patriciis* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *præferens*, pro *præferendo*, Lov. 3.

Ut tradita nuncupataque sunt, referre] Vocula *ut* deficit in Voss. 2. Tum *ut tradita sunt nuncupataque referre* Lov. 4. a m. sec. nam a m. pr. *nuncupataque* in ultimum locum rejiciebatur. Præterea *referre Romanis. Post prælium*, mutata interpunctione, legit Lov. 2.

§ 3 *Dum deliberando terunt tempus*] Vitiose, ut puto, Pall. duo *teritur tempus*. Gebh. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. Displicuisse videtur librariis *terunt* absolute positum sine nomine. Sed, id in Livio frequens esse, videbimus ad XXXIV. 56. § 11. Neque tamen necesse est, ut eo recurratur. Nam *ab Lavinio* ponitur pro 'ab Laviniensibus,' unde tum ad *terunt* commode intelligi potest 'Lavinienses.' Infra XXXI. 41. 'Profecti Cercinium obsedere: clauserant portas, incertum vi an voluntate.' De hac syllepsi plura vide ad XXXVIII. 29. § 11. Ceterum paullo ante *a Lavinio*, pro *ab Lavinio*, est in Lov. 3. 4. Voss. 2. et Gaertn. *ab Lavino* in Hav. Mox autem in seqq. *fieri cœptum*, pro *ferri*, Port. et fragm.

Digitized by Google

Hav. Sæpe ita librarios peccare solitos fuisse, ut has voces confunderent in Mss. vidimus ad v. 54. § 6.

§ 4 *Quum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa*] *Quum portis jam prima signa* Harl. 2. *quum jam prima signa*, omissa voce *portis*, Gaertn. Tum *esset elata* Lov. 4.

Nuncio adlato de clade Latinorum] Pal. 3. *nuncio illato*. Gebh. *Nuncio ablato* fragm. Hav. Vide ad XLI. 42. § 6.

Quum conversis signis retro in urbem rediretur] *Tum conversis signis* Port. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. *Cum consulis signis* Hav. Deinde *in urbem redierunt* Voss. 2. et Lov. 3. *in urbem redirent* Hearnii Oxon. L. 2. Vel librarii non adtenderunt ad differentiam notarum, quibus scribebantur voces *rediret*, id est *redirentur*, et *redirēt*, id est *redirent*, in quibus eos sæpius lapsos esse videbimus ad XXXVIII. 40. § 1.; vel ipsis displicuit *redirentur* passivum; quod tamen alibi apud Livium obcurrit. Supra II. 55. 'Actum esse de libertate sua, rursus ad antiqua reditum.' IX. 24. 'Ad Soram inde reditum.' XXXVII. 7. 'Reditum inde Hypatam est:' aliisque locis. Similiter etiam apud Cæs. B. Civ. III. 16. 'Manerent inducias, dum ab illo rediri posset:' et apud Auct. B. Alex. c. 18. 'Quum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec cominus ad manus rediretur.'

Prætorem eorum nomine Millionium dixisse ferunt] Nomen prætoris eo modo in nullo meorum codd. nullaque ed. ante Curionem scribitur. *Milionium* habent Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. duo, Port. Gaertn. Klockian. et Hearnii Oxon. B. et C. cum plerisque edd. ante Curionem. *Meilonium* Lov. 2. *Milonium* Lov. 5. Hav. et edd. Ascens. 1510. 1513. 1516. ac Paris. 1529. *Milionum* Voss. 2. Lov. 1. fragm. Hav. ed. Mediol. 1505. et modo memoratæ quatuor in margine. *Milonum* Leid. 2. Adparet itaque inter omnes convenisse, alteram liquidam expangendam esse. Utrum tamen *Milionium* an *Milonium* legendum sit, dubito. Hoc videntur defendere Τίτος Μιλώνιος senator Romanus, qui partes Cinnæ secutus est, memoratus App. Alex. Bell. Civ. l. 1. p. 389. et Caligulæ uxor, 'Cæsonia' dicta Sueton. in ejus vit. c. 25. quam Μιλωνίαν Καισωνίαν adpellat Dio Cass. lib. LIX. p. 658. Sed illud tuetur ingens codicum, et inter eos optimorum, turba; quare eam etiam lectionem admisi. Insuper *ferē*, id est *fertur*, Lov. 2. ut sit *fertur prætorem dixisse*. Sed vide quæ dicta sunt ad I. 31. § 8.

Pro paullula pia magnam mercedem Romanis esse solvendam] *Pro parvula via* Port. Gaertn. et Hav. Male. Infra XXXV. 11. 'Equi hominesque paulluli et graciles:' ubi similiter variatur. Vide quæ ad eum locum notantur. Deinde *esse Romanis solvendum* Voss. duo, Lov. quinque, Harl. 1. Port. Hav. et fragm. Hav.

§ 5 *Vescia urbs eis receptaculum fuit*] De Vescia urbe quid dicam, non habeo. *Glar.* Stephanus Βέσκια πόλις Αἰνιάνων. Hoc dixi, quia Glareanus, se nusquam alibi legisse hoc nomen, ait. ['Hoc non dicit Glareanus, sed se, quod de hac urbe dicat, nihil habere.'] *Sigon.* Pall. duo *Vesci urbs*. Pal. 2. vero *Vestia* cum Campani edit. *Gebh.* Suspectum mihi τὸ *eis*: nec pejus erit, si deleas, scribasque *multis itineribus dissipatis*, quod tamquam ambiguum videntur mutasse. Nihil tamen ausim, antequam vetus aliqua accedat auctoritas. *J. F. Gron.* Nihil tentandum videtur, nec supervacuum esse *eis*, ostendit ordo verborum instruenda oratione. Liv. XXXIV. 35. 'Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transiissent, iis res suæ omnes recte redderentur.' *Duk.* *Vescia urbs ejus* edd. Rom. 1472. et Parm. *Vescia urbs eis* Lov. 4. *Vessia urbs eis*

Digitized by Google

Lov. 5. Port. et fragm. Hav. errore ex minus articulata verba præeuntis pronunciatione orto. *Vestia eis urbs* Hav. *Vestia urbs eis* Hearnii Oxon. C. *Vesci urbs eis* Lov. 3. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 1. *Vesci urbs ei* Lov. 2. De urbe *Vescia* vide Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 10. p. 1082. Codicum meorum nullus Gronovii conjecturam firmat. Paullo ante *quum se in unum cum se globassent*, pro *quum se in unum congiobassent*, male Flor. Vide ad IX. 38. § 16.

§ 6 *Ibi in conciliis Numisius imperator eorum*] *Ubi* Leid. 2. sollemni varietate passim in Mss. obvia. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *in conciliis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. Id præferendum videtur, si vera sunt, quæ de differentia et usu vocum *consilium* et *concilium* commentatus est Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Non enim intelligi potest vel conventus ac comitia incolarum urbis Vesciæ; Numisius enim erat Circeiensis, ut constat ex c. 3. neque etiam conventus legatorum totius Latii, quia mox literæ circa omne Latium nomenque Volscum missæ dicuntur; sed potius duces minores, quos deliberationibus adhibuit. Nam Numisius hic potius *imperator* dicitur, quam *prætor*; deinde *imperator eorum*, id est, Latinorum, qui pugnæ superfuerant, et in unum conglobati Vesciam se receperant. Quum tamen optimi nihil mutent, neque ego eam lectionem probare audeo. Deinde *Numitius* ed. Mediol. 1480. eamque secuti alii editores usque ad Aldum, qui *Numisius* substituit; neque aliter edd. quas vidi, Mediol. illa priores, ut et scripti, nisi quod *Numissius* sit in Lov. 1. et *inmissus* in Leid. 2. *Numicius* Sigonius edidit. Vide ad c. 3. § 9.

Affirmando communem fore Martem belli] Antiquior ac dubio procul sincerior lectio habet *communem vere Martem*. Non hoc solum loco ex lectione Liviana apparet, 'communis Mars' æque falsæ celebratum Romanis ac Græcis illud κοινὸς Ἐνυάλιος. Sumtum est autem ex Homerico versu Iliad. 2. vers. 909. Ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα. Gelen. Pro *vere*, quidam emendarunt *fore*. Non recte, ut puto. Glar. *Fore* tantum ex edd. præferunt Mediol. 1480. Tarvis. utraque, Venet. 1495. et 1506. Ascens. 1510. Ald. eamque secutæ tantum non omnes usque ad Gelen. Ex scriptis vero similiter legunt Harl. 2. Neapol. Latinii, et Lov. 4. a m. pr. in quo a m. sec. inter versus adscriptum est *fore*. Contra *communem esse Martem belli* Lov. 2. 5. *communem belli Martem* Port. *communem Martem belli* Hav. et Hearnii Oxon. B. Mox *utrimque aciem pari cæde prostituisse* Lov. 2. vocem *aciem* omittit Harl. 2. Deinde *victoriæque nomen*, pro *victoriæque*, legit fragm. Hav. a m. sec.

Ceterum pro victis fortunam et illos gerere] *Et ceterum pro victis fort. illos gerere* Harl. 2. et edd. vett. pro quo Mediol. 1505. vulgarunt *ceterum pro victis fort. illos gerere*. Ascens. 1513. et 1516. *et ceterum pro victis fort. illos gerere*. Aldus tandem *ceterum pro victis fort. et illos gerere*. Et ita reliqui scripti, nisi quod *ceterum pro victis* sit in Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Male. Vide ad XXXIV. 34. § 2.

§ 7 *Prætoria, alterum parricidio filii, alterum consulis*] Omnia hæc vocabula omiserunt negligentes librarii Voss. 2. et Lov. 3. ob repetitas voces *consulum* et *consulis*. Vide ad IX. 11. § 11. Ceterum *patricidio* habent Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 50. § 5.

Trucidatum exercitum omnem; cæsos hastatos principesque] Pall. duo Mss. *cæsos hastatosque principesque*. Gebh. Similiter Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. At *trucidatum exercitum; omnes cæsos hastatos principesque* Leid. 2. Mox *strages ante signa et post signa*, altero *et*

Digitized by Google

omisso, Port. Gaertn. et Hav. Male. Vide ad II. 44. § 3. Insuper *jam restituisse*, pro *rem restituisse*, Leid. 2. Male. Vide ad III. 12. § 4.

§ 8 *Latinorum etsi pariter adcisæ copiæ sint*] *Abscisæ copiæ* Port. Gaertn. fragm. Hav. et Voss. 1. in marg. *abscissæ copiæ* Leid. 2. et Lov. 1. *accisæ copiæ* Lov. 5. *abcisæ copiæ* Voss. 2. *abcitæ copiæ* Klockian. *cæsæ copiæ* Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad VI. 5. § 2. Vulgatum verum est, quod facit firmandæ conjecturæ Heinsii, de qua dubitabatur, ad Silii II. 392. 'Adcisis velox populis, quis ægra lababat Ambiguo sub Marte fides:' ubi vulgo editur *Accitis*: quemadmodum enim ibi 'accisi populi,' ita hoc loco 'accisæ copiæ;' similiterque 'accisæ reliquiæ,' nempe exercitus, apud Tacit. Ann. I. 61. 'Semiruto vallo, humili fossa, accisæ jam reliquiæ consedisse intelligebantur.'

Supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romam] *Vel Antium* Lov. 2. et Port. a m. pr. *Vellăcium* Lov. 5. *vel Latinum* Lov. 1. Sed librarius non adtendit ad morem Livianum, qui passim variandi caussa nomen regionis vel urbis ac populi jungere solitus est. Vide ad VII. 26. § 9. Deinde *proprius esse* Flor. Vide ad IV. 17. § 15. Ant. Perizonius ad marginem Livii conjecit vel *Latium aptius*, vel *Latium promtius* legendum esse. Caussam ejus rei non video. Præterea vox *Romam* deficit in Hav. ejus loco *Romani* est in Harl. 5.

§ 9 *Si videatur eis, se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute propere excita, rediturum*] *Si videtur eis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Deinde *sese ex Latinis* ed. Parm. Sed pronomen illud deest in Leid. 2. quod sæpe omitti solet. Vide ad I. 23. § 5. Hic tamen unius id codicis auctoritate delere periculosum foret, præsertim quum facile absorberi potuerit partim a litera finali præcedentis, partim ab initiali seq. vocis. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Tum *ex Latinis et Volscis* Hav. Male. Passim enim in his similibusque locutionibus Livius præpositiones geminare ac repetere solet. Vide ad VI. 28. § 6. Hinc *juventutem propere excitare, red.* Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *juventutem propere excitare, redituramque* Lov. 2. *prope*, pro *propere*, Leid. 2. et Hav. Vide ad XXXIX. 31. § 4. *Excitare* etiam Voss. 2. *excitata* Hav. Vide ad XXVIII. 24. § 4.

Nihil tum minus quam prælium exspectantes, &c. perculsurum] Similiter Livius XXII. 19. 'Nihil minus quam hostem aut prælium eo die exspectantes, conscendere naves propere atque arma capere jubet.' Locutionem 'nihil minus quam,' ut et 'exspectare' pro timere, inlustrat Corte ad Sall. Jug. c. 14. § 11. *Nihil tñ*, id est *tamen*, Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Nihil tum minus exspectantes*, mediis aliis omissis, Harl. 2. Deinde *excussurum* Klockian. *percursurum* Leid. 2. et Lov. 1. *percussurum* Voss. 1. solito librariorum errore. Vide ad I. 27. § 1. et ad XXXIV. 15. § 2. Paullo ante *Romanos*, pro *Romanosque*, Harl. 1.

§ 10 *Circa Latium nomenque Volscum missis, quia, qui non interfuerant*] *Circa Latinum nomenque Volscum* Lov. 5. et ed. Parm. *circa Latium Volscumque nomen* Leid. 2. a m. pr. Hinc τὸ *quia* deest in eodem cod. interceptum a sequenti *qui*. Deinde *interfuerunt* Harl. 2. et editi ante Gronov. qui a. 1665. primus vulgari curavit *interfuerant*. Et ita omnes mei præferunt.

Tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus convenit] *Tumult. inde ex.* Lov. 1. Tum *partim conscriptus*, transpositis perperam literis, Flor. Vide ad XXII. 6. § 10.

§ 11 *Inter Sinuessam Minturnasque is locus est*] Hinc Diodorus lib. XVI. p. 557. ait, Latinos Campanosque ad *Suessam* hoc anno victor: vitiose pro ad *Sinuessam*. 'Ρωμαῖοι δὲ πρὸς Λατί-

Digitized by Google

σους καὶ Καμπανοὺς, παρατεταγμένοι παρὰ Σουέσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλοντο· ὁ καταρθώσας τὴν μάχην Μάλλιος ὁ Ὕπατος ἐθριάμβευσε. *Sigon.* Vox *inter* deficit in Lov. 1. Tum *Sinuessam* Harl. 1. *Sinumessam* Leid. 1. *Sinum'essam* Lov. 1. *Sinumesam* Voss. 1. *Sinumersam* Leid. 2. *Sinuesam* Lov. 3. et 5. *Silussam* Hav. Insuper *Menturnasque* ed. Rom. 1472. *Meturnasque* Leid. 2. et Lov. 1. *Miturnasque* Lov. 3. et fragm. Hav. *Micturnasque* Lov. 5. *Minciurnasque* Gaertn. *Minturmasque* Lov. 2. Paullo ante *ad Trifarium*, pro *ad Trifanum*, Hav. litera n in ri dissoluta. Vide ad III. 30. § 3. Mox in verbis seqq. *occurrerit*, sive *occurr'it*, pro *occurrit*, Flor. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 12 *Adeo enim adcisæ res sunt, ut consuli*] Vocula *enim* deficit in Port. et Hav. Præterea *abcisæ res sunt* Gaertn. *abscisæ res sunt* Port. et Hav. *abcisa sunt* Leid. 2. *accisæ res sunt* Lov. 1. Vide modo ad § 8. Insuper *ne consuli* Leid. 2.

Ad depopulandum agros eorum ducenti, dederent se omnes Latini] *Ad populandum* Harl. 2. omnesque editi usque ad Gronov. qui primus a. 1665. *ad depopulandum* substituit. Neque aliter præferunt scripti, nisi quod corrupte, eodem tamen ducentibus vestigiis, sit *ad depulandum* in Flor. et Harl. 1. Vide ad XXXVII. 27. § 9. Tum *eorum* non comparet in Harl. 2. Hinc *dederent se nostris Latini* Voss. 2. et Lov. 3.

Latium Capuaque agro mulctati] Vet. lib. *Latini Capuaque*. Sigon. Bene ita habent Pall. duo meliores, vetustissimaque adeo ed. Andreæ: ut non opus sit lectione Sigonii Palatinique 2. *Latini Capuaque*, quibus dudum annuerat Campanus. *Gebh.* Alienum, non Livii est, quod venditat Sigonianus, *Latini*. Nam *Latium Capuaque* sensu est Latini Campanique: itaque his conveniens verbum illis apponitur. Sic VI. 3. 'Etruria prope omnis armata Sutrium socios populi Romani obsidebat.' Rursus cap. 30. 'Eodem anno Setiam, ipsis querentibus penuriam hominum, novi coloni adscripti.' Quasi dixisset *in Setinos*. IX. 21. 'Plistiam ipsi socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt.' Eodem lib. c. 41. 'Is profectus ad Nuceriam Alfaternum, jam pacem petentes, quod uti ea, quum daretur, nolnissent, adspernatus oppugnando ad deditionem subegit.' Quasi esset Nucerinos petentes adspernatus subegit. Itaque Sigonius, bene alioquin hic versatus, male addit *eam oppugnando*. Adde quæ ad XXIX. 12. et XXXVIII. 29. *J. F. Gron. Latini Capuanique* Klockian. *Latini Campanoque agro* Hav. *Latini Capuaque* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hearnii Oxon. L. 2. atque N. in margine; quod eadem forma, apud Livium sæpe obvia, dictum esse videri posset, qua 'per Volscos Falernumque agrum' haubimus VII. 26. § 9. ubi plura vide. Verum quum reliqui omnes, et cum iis optimi codd. stent pro vulgato, id recte Gronovium defendisse puto: certe ita etiam Livius sæpe loqui solitus est. Supra VII. 28. 'Consules Soram ex hostibus, incantos adorti, ceperunt.' Infra hoc lib. c. 13. 'Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent: ad bellum opes deerant, pacem ob agri ademti dolorem adspernabantur.' Vide plura ad XXXVIII. 29. § 11. Præterea *agris multate* Lov. 2. *agro multati* Lov. 1. 3 et fragm. Hav. Vide ad III. 67. § 5. Paullo ante *deditionemque Campani*, omisso medio pronomine, Lov. 4. et Flor. quod Salvinius, qui codicem Flor. cum vulgatis contulit, addito signo sibi non displicere testatus est. Voces vero *ded. eam C. seq. Lat. Cap. ag. mul. Lat.* desunt in Harl. 1. aberrante scriba ob *tūv Latini, Latinus* repetitionem.

§ 13 *Latinus ager Privernati addito*

Digitized by Google

agro: et Falernus] Pall. duo, 1. ac 3. *Latinus ager Privernati additus et Falernus.* Pal. 2. quoque *additus.* Gebh. Ita primus distinxit Curio, quem, præter Sigonium, sequuntur recentiores usque ad Hearnium. Is autem, ut nunc interpungitur, edidit. Præterea quinque priora vocabula deficiunt in Leid. 2. *Privernati agro addito, et Falernus* habet fragm. Hav. *Privernati edditus agro, et Falernus* Lov. 2. 5. Guelf. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. *Privernati additus, et Falernus* Lov. 3. qualem scripturam etiam in duobus Pall. Gebhardus reperit; quorum librarii repetitione vocis *agro* obfensi fulsse videntur. Sed perperam. Vide ad 1. 3. § 9. Neque etiam *additus* placere potest. Non enim 'ager Latinus' tamquam adpendix agri Privernatis considerandus, eique additus esse dicendus est; at contra.

Et Falernus, qui populi Campani fuerat, &c. plebi Romanæ dividitur] *Fuerant* male Harl. 2. Non enim præter Falernum aut Latinus ager aut Privernas umquam populi Campani fuit. Præterea *ppli Ro*. *dividitur* Hav. *plebi Romanæ dividuntur* Harl. 2. et edd. vett. ut sit 'Latinus ager et Falernus dividuntur.' Vide ad 1. 31. § 7. Aldus deinde substituit *dividitur*; quod non modo servarunt pleræque postea edd. sed constanter etiam in aliis omnibus scriptis superest: unde id genuinum esse non dubito.

§ 14 *Bina in Latio jugera*] *Latino* lege, et subintelligé 'agro.' Nam mox sequitur 'terna in Falerno.' *Gelen. Bina in Latii jugera* Leid. 2. *bina in Latio jugera* Harl. 2. et Hav. *bina ex Latino jugera* Lov. 4. Reliqui omnes cum Gelenio *bina in Latino jugera*; atque ita etiam edd. Rom. 1472. et Parm.

Ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data] Sensus apud quosdam est, in Latino agro colonis data jugera, ac dodrantem ex Privernati adjectum. In Falerno autem trina data cum quadrantibus, ita ut, qui in Falerno agro partem acciperet, semisse plus acciperet, quam in Latino; atque id propter longinquitatem: nemo enim est qui propiora non præferat. Quemquam hæc Livii verba, *ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data*, amphibola videri queunt. Nescias enim, dicerone velit, dodrantem eos explesse quadrante, quem ex Privernati acceperint, ut jugerum integrum fieret: an dodrante ex Privernati accepto quadrantem Latini agri explerint, ut fieret jugerum. Nisi quis verbum *complerent* pro 'adjicerent' positum existimet, quod equidem nescio. Atque hoc quidem modo intelligeremus, in Latino duntaxat bina data jugera, in Falerno autem terna cum quadrantibus. Verum id judicio lectoris committimus. *Glar.* Tò *ita* deest in Leid. 2. *ita ut quadrantem* habent Voss. 2. Lov. 2. in margine, Lov. 3. Port. Guelf. Hav. fragm. Hav. et Oxon. Hearnii B. ac N. cujus ultimi tamen margo *dodrantem* præfert. Nihil mutandum, ac locum ita accipiendum esse puto: illis, qui in Latio agros acceperant, data sunt bina jugera agri Latini, et insuper dodrans sive tres quartæ partes jugeri ex agro Privernati; illis autem, qui in Campania, data sunt tria jugera agri Falerni: quadrans autem sive quarta pars jugeri, quam hi plus, quam alteri, acceperunt, adjecta est propter agri istius longinquitatem. Locum longe aliter accipit Doujatius, qui existimat, complementum ex agro Privernati non in singulorum portionibus intelligendum, neque unumquemque dodrantem duorum jugerum in Latino, quadrantem eorum sive dimidiatum jugerum in Privernati accepisse; sed intelligendum esse in portionibus integris eorum, quibus ager Latinus ad duo jugera capienda non sufficeret: si itaque forte quatuor millibus civi-

Digitized by Google

um hac in parte agri adsignandi forent, eorum dodrantem seu tria millia in Latino, quadrantem seu mille in Privernati agro bina jugera accepisse: in Falerno autem non tantum singulis tria jugera adsignata esse, sed præterea quadrantem seu quartam partem jugeri, quod ager Falernus longius ab urbe Roma distaret, quam Latinus. Mox *tertia in Falerno*, pro *terna*, Lov. 4. *tervia in Falerno* Lov. 2. et fragm. Hav. neque aliter Lov. 5. in contextu, in cujus tamen margine est *trina*. *Tercenna in Falerno* Gaertn. juncta utraque lectione *tercia* et *terna*. Vide ad III. 44. § 4.

§ 15 *Extra paucum fuere Latinorum Laurentes Campanorumque equites*] *Extra paucum Latinorum fuere* Lov. 4. et Hav. *fuerunt* Gaertn. Tum *Laurentem Campanorumque equites* Lov. 5. a m. pr. pro quo inter versus emendatum vidi *Laurentum Campanorumque equites*. Quomodo tamen Livius hic narrat 'Laurentes' non defecisse? quum supra hoc cap. victis Latinis 'auxilium ab Lavinio' ferri cœptum tradat, et per 'Laurentes' intelligantur incolæ Lavinii, ut dictum est ad VI. 21. § 2. An forte verba *quia non desciverant* ad solos equites Campanos referenda sunt? Mox *qui non desiverant*, pro *quia*, Leid. 2. Vide ad XXXVI. 32. § 5. *Quia non desiverant* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXX. 3. § 5. *Destituerant* Lov. 5. a m. pr. Verum, et hæc verba in Mss. commutari a librariis, docuit Corte ad Plin. Epist. IV. 17. § 10.

Renovari fœdus jussum: renovaturque ex eo quotannis] *Renovari fœdus missum* Gaertn. et Port. a m. pr. de quo errore vide ad III. 4. § 11. in posteriori autem a m. sec. emendatur *renovare fœdus missum*. Tum *revocaturque* Port. et Hav. quomodo sæpe variant libri scripti. Vide ad III. 51. § 7. *Renovatumque* Harl. 1. Deinde *ex eo quo ante hiis* Leid. 2. et Lov. 4. *ex eo quod annis* Leid. 1. Harl. 1. Port. a m. sec. Hav. et fragm. Hav. *ex eo quot annis*, duabus vocibus, edd. vett. De utraque scribendi ratione vide Noris. ad Cenotaph. Pis. Dissert. IV. 2. § 2. p. 452. *Ex eo q quotannis*, duplici scriptura juncta, Gaertn. Vide ad III. 44. § 4.

Post diem decimum Latinarum] Vet. lib. *decimam*. Latinæ feriæ per quatuor dies agebantur; post diem X. quam actæ erant, renovabatur hoc fœdus. *Sigon.* Præpositionem *post* omittit perperam Voss. 2. Tum *diem decimam* habent etiam Lov. 5. Port. et Hav. Sed vulgatum malo. Quamvis enim non semper observatur discrimen illud, quod grammatici inter vocem 'dies' genere masculino, eandemque genere fœminino usurpatam statuunt, ut vidimus ad I. 12. § 1. attamen *diem decimum* hic præferendum existimo tum propter aliorum omnium codicum, in hanc lectionem conspirantium, auctoritatem, tum etiam quod Livius fere ubique ita loqui solitus fuerit. Certe hoc modo plerumque *postero die*, rarissime *postera*, dixit. Vide ad locum modo laudatum. 'Hodierno' vel 'hesterno die;' vide ad XLIV. 38. § 1. 'hoc die' XXVII. 13. XXXVIII. 51. 'die uno' XXIV. 13. XXXII. 1. c. 22. 'die primo' IV. 58. XXVI. 51. XXVII. 32. 'die altero,' vide ad XXXVII. 29. § 2. 'die tertio' III. 8. c. 69. X. 27. l. XXIII. capp. 44. 45. 46. XXIV. 17. lib. XXV. c. 19. et 31. XXVI. 26. XXXI. 49. lib. XXXII. c. 12. et 22. l. XXXIV. c. 12. et 26. XXXVII. 38. XLIV. 45. Epit. Liv. lib. CXII. 'die quarto' lib. XXVIII. c. 18. et 33. XXX. 8. 'die quinto' XXII. 51. XXVI. 27. XXXVII. 38. 'die sexto' XXVII. 50. 'die septimo' XXIX. 35. 'die octavo' IV. 47. X. 1. 'die nono' XXI. 35. 'die decimo' III. 32. XXXVI. 10. XXXIX. 9. 'die tertiodecimo' XXVII. 5. 'die quintodecimo' XXX. 11. 'die vicesimo' VI. 29. et similia alibi. Quædam tamen etiam exempla in contra-

Digitized by Google

rium apud Livium reperiri, non diffiteor; verum illa hujus generis longe prævalent. Ceterum *Latinorum* male præferunt Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 16 *Equitibus Campanis civitas data*] Pall. duo, et Campani ed. *reddita*, non *data*. Gebh. *Reddita* etiam Voss. 1. Lov. 2. 3. 4. *redita* fragm. Hav. *re data* Flor. *rodata* Leid. 1. *rō data*. Harl. 1. quasi voluisset librarius 'civitas Romana data.' Media tamen vox abesse potest, et sæpissime apud Livium abest. Voces *Equitibus Campanis* non adparent in Gaertn.

Monumentoque ut esset, æneam tabulam in æde Castoris fixerunt] Copula *que* deficit in Voss. utroque, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Port. et fragm. Hav. *monumentumque ut esset* habent Harl. 2. et edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. *monumentoque* substituit. Et ita reliqui scripti. Vide ad XXIV. 8. § 20. Tum *etiam tabulam*, pro *æneam*, Gaertn. Deinde *fuerunt* Voss. 2. Leid. 1. in contextu, et Lov. 3.

Jussus pendere in singulos quotannis] *Pendere singulos quot.* Hav. *pendere in singulis annis* Port. et Lov. 5. *pendere in singulis quot.* Harl. 2. *pendere in singulosque annos* fragm. Hav. *pendere in singulos quotannos* Voss. 2. et Lov. 3. cum edd. principibus. *Pendere in singulos quod annis* Leid. 1. Vide ad § præc. *Pendere in singulo quotannis* Flor. Sed *singulo* postea erasum est.

Fuere autem mille et sexcenti] Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in libro vet. esse scito. *Sigon.* Nostri etiam omnes hanc lectionem servant, nisi quod vocula *et* desit in Port. ac *ducenti* sit in Lov. 4. Vide ad XXXVIII. 37. § 6. Sed nec editi a vulgata scriptura recedunt.

Denarios nummos quadragenos quinos] Quod hæc in casu accusandi legenda sint, fortasse nulli dubium. Cæterum quod alii decuplo auxerint hanc summam, legerintque *quadringenos quinquagenos*, non item certum. Denos denarios singulis coronatis dabimus Budæana æstimatione: qua supputatione prior lectio minutum quiddam singulis tribuit annuatim equitibus, videlicet coronatos quaternos cum quinis denariis: altera vero lectio quadragenos quinos coronatos. At annuam in universos summam immensam 72000. videlicet coronatorum, posterioribus etiam seculis, quamvis magnæ civitati, gravem. Hæc ea de causa annotamus, ut vetusta exemplaria diligentius introspiciantur. Nam hæc in omnibus codd. variata invenio, cum equitum, tum summæ pensionis numerum. *Glar.* Hotomannus de Re Numm. c. 27. p. 169. de æreis denariis sive decussibus hunc locum accipit. Mirum tamen, cur hunc A. U. C. DCXIII. esse scribat. *Klock.* Hunc locum exponit Schelius ad Polyb. c. 3. *Duk. Dēn nūmis quadrigenis quinquagenis* Gaertn. *denarii nummi quadrigeni quinquagenni* Lov. 2. *denarii nummi* CCCL. Lov. 4. *denarii nummi quadringeni quinquageni* Lov. 5. *denarii nummi quadrageni et quinquageni* Port. et Hav. *denarii nummi quadrageni quinquageni* Hearnii Oxon. B. et L. 2. *denarii nummi quadrageni quini* Harl. 2. editionesque Aldo priores, nisi quod Rom. 1472. Parm. et forte paucæ aliæ casu accusandi concipiant. *Denarios nummos quadrigenos quinquagenos* Voss. 1. Harl. 1. et Lov. 1. *denarios nummos quadringentos quinquagenos* Voss. 2. et Lov. 3. *denarios nummos quadrigenos quinnulgenos* Klockian. Reliqui omnes, et inter eos optimi, in vulgatum conspirant: cui propterea non videtur controversia movenda esse. In loco Hotom. operæ aberrarunt, et transpositis notis numerabilibus, DCXIII. pro CDXIII. dederunt. Ejus vero sententiam de denariis æreis, quam latius proposuit in lib. de Re

Digitized by Google

Numm. c. 11. p. 75. examinat atque improbat Gronov. de Pec. Vet. III. 15. Præterea Hearne observat, Scalig. de Re Numm. Ant. videri vocem *nummos* abundare: neque enim Livium *denarium nummum*, sed *denarium* tantum, vocare; neque adhuc denarium Romæ signatum fuisse. Verum quemadmodum hic Livius voci 'denarius,' quod natura sua adjectivum est, addit substantivum 'nummus,' quod plerumque subintelligi solet, ita plene 'nummus sestertius' dixit Cic. pro Rab. Post. c. 17. 'Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici velit?' Valer. Max. v. 2. ex. 10. 'Extuderunt, ut exsequiarum paratus sestertio nummo ipsis præbentibus addiceretur:' et Auctor Epit. Liv. lib. LV. 'Diu virgis cæsus est, et sestertio nummo venilit:' quod ex ipso forte Livio hausit. Præterea, quod pro altera ratione datur, non tollitur, licet inducatur vox *nummo*. Quin ita potuit Livius per prolepsin locutus esse, quemadmodum 'stipendia facere' pro militare, antequam adhuc stipendia constituta forent, dixit III. 68. et 'stipendia numerare' pro numerare annos, quos quisque militavit, IV. 58. Alia exempla notata sunt ad Livii I. 34. § 10.

CAP. XII. § 1 *Pecuniis pœnaque pro cujusque merito persolutis*] Quis non videat, rectius legi *præmiis pœnaque?* Gelen. Lectionem Gelenii probant omnes codd. præter unum Harl. 2. qui veterum ante Gelenium edd. scripturam servat. Præterea *pro ejus merito* Gaertn. *pro cujusque meritis* Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. Sed hæc verba omittuntur in Voss. 2. Infra c. 14. 'Ut pro merito cujusque statueretur.' X. 44. 'In conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit, donavitque:' ubi quædam vide. Id 'prout cuique meritum virtusque erat,' dixit XXVI. 48. Deinde *Persolutis*, id est *prosolutis*, Gaertn. *dissolutis* Flor.

T. Manlius Romam rediit] Prænomen deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac C. *Titius Mallius* habet Gaertn.

Juventutem, et tunc, et omni vita deinde, aversatam eum exsecratamque] *Juventute, et tunc, et omni vita deinde, aversata exsecrataque* Harl. 1. *juventute* etiam Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Hinc prius *et* deficit in Port. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Tum *adversatam* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. 3. 4. 5. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad cap. 7. § 14. *Aversa causa* Lov. 1. sed, posteriorem vocem delendam esse, librarius adpositis notis indicavit. *Aversatam esse exsecratamque* Lov. 2. *adversatam eumque exsecratam* Leid. 2.

§ 2 *In agrum Ostiensem, Ardeatem, Solonium*] 'Solonius ager' quis sit, adhuc quæro. 'Sollinatium' ac 'Solonatium' meminit Plinius lib. III. capp. 14. et 15. at nihil ad hunc locum. *Glar.* 'Agrum Solonium' fuisse campum agri Lanuvini ex Cic. de Divin. I. 36. docuit Cluverius Ital. Antiq. III. 4. p. 939. et ex aliis optime inlustravit. Ceterum *Solonium* perperam est in Voss. 2. et Lov. 3.

Quia ipse per valetudinem id bellum exsequi nequierat] Hic est ordo verborum in Pall. 1. ac 3. *quia id bellum ipse per valitudinem exsequi nequiverat.* Gebh. Idem ordo etiam est in Lov. 3. Præterea *per valitudinem* Voss. 1. Leid. duo, Lov. quinque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 6. § 9. Tum *nequerat* Lov. 1. *nequeret* Lov. 2. *nequiverat* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. 5. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad V. 10. § 10.

L. Papirium Crassum, qui tum forte erat prætor] Prænomen exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. quinque ultima vero vocabula ab Hav. *Tunc*, pro *tum*, præferunt Lov. 5. Port. et fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15.

Digitized by Google

§ 3 *Quum aliquot menses stativa in agro Antiati habuisset*] *Quum aliquot stativa*, omissa voce *menses*, Lov. 4. et Klockian. Tum *in agro Antiatis* Gaertn. *in agro Antiate* Harl. 2. et edd. vett. usque ad Ascens. 1530. Utroque modo hunc casum sextum efferri, et *Antiate*, et *Antiati*, docet Voss. Gramm. IV. 12. Certe pari ratione 'Privernati' est c. 11. § 13. et 14. 'Privernate' c. 20. § 9. 'Sentinate' X. 27. § 6. 'Sentinati' ibid. c. 30. § 4. et c. 31. § 12. et ita 'in agro Interamnati' dixit X. 39. et 'depopulato Atinate agro' eodem cap. quare plerorumque codd. scripturam illi, quæ in usu ac priscis edd. est, præferendam non dubito. Similiter est c. 14. § 8. Præterea *habuissent* Gaertn. Paulto ante *a dictatore gestum* Lov. 4. 5. et Gaertn. *ab dictatore regestum* Leid. 1. sed syllaba initialis *re* perperam repetita est ex præced. vocis syllaba finali.

§ 4 *Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis*] *Anno insigni victoria* Leid. 1. Flor. Harl. 1. et Lov. 1. ac 5. a m. pr. Deinde *de tot ac pot.* Lov. 5. et Hav. *de tot ac potentibus* Port. Alibi etiam *potens* et *potens* commutantur. Vide Nic. Heins. ad Ovid. Met. VII. 466. *de tot actum potentibus* Flor. in quo *actu*, erasa litera *m*, emendatum est a m. sec. *de tot acte potentibus* Lov. 5. in quo *actu* dedit manus altera: *et* ita est in edd. Rom. 1472. Parm. Tarvis. utraque, aliisque. Male. Infra l. XXIV. c. 26. 'Quum tot ac tam validæ efuctandæ manus essent.' Alibi *tot tam*, omissa conjunctione, dixit Livius. Ita V. 54. 'Conjuncti cum Æquis Volsci, tot tam valida oppida:' ubi alia exempla vide. *Tot ac tam populis potentibus*, mutata vocabulorum serie, Gaertn.

Ad hoc consulum alterius nobili morte] *Adhuc consulum* Leid. 2. *ad hæc consulum* Hearnii Oxon. C. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *nobilis morte* Harl. 1. Mox *dato*, pro *claro*, Port. et *successoeere*, pro *successore*, Hav. Tum *consules* deest in Lov. 4.

T. Æmilius Mamercus] *Ti. Æmilius Mamercinus* Diodorus lib. XVI. p. 557. et vet. lib. *Sigon. T. Æmilius* Lov. 4. et Hav. *Titus Æmitius* Leid. 2. Lov. 2. Port. et fragm. Hav. *Titius Æmilius* Flor. Leid. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Reliqui recte ei *Tiberii* prænomen tribuunt. Vide ad II. 61. § 1. Testatur autem Pighius in Annal. ad a. CDXIV. perperam *T. Æmilius* in vulgatis Livii exemplaribus legi, in vetustioribus autem recte *Tiberii* prænomen illi dari. Verum, nisi per vetustiora exemplaria intelligat edd. Sigonii, omnino erravit. Quascunque enim Sigonio antiquiores vidi, perperam *Titi* prænomen præferunt. Præterea *Mamertinus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 5. Hav. et fragm. Hav. *Numentinus* Port. *Mamercus* Leid. 2. Lov. 4. Harl. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. Sed recte Sigonius *Mamercinus* restituit. Vide ad IV. 25. § 5. c. 61. § 1. V. 1. § 2. VII. 1. § 2. c. 39. § 17. VIII. 1. § 1. c. 16. § 12. c. 20. § 3. et alibi sæpe.

Et Q. Publius Philo] *Publilius*, ut ante. *Sigon.* Duæ voces *et Q.* desunt in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. 1. et fragm. Hav. Prænomen Q. solum omittunt Harl. 2. Flor. Port. Gaertn. et Hav. Tum *P. Philo* legunt Lov. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Sed recte Sigonius *Publilius* restituit, ut est in Flor. Leid. 1. Harl. utroque, et Klockian. quod inscitia librariorum passim in *Publius* depravatum est. Vide ad II. 55. § 4. VI. 19. § 5. Epit. Liv. lib. VIII. Infra hoc lib. c. 15. § 9. c. 16. § 12. c. 17. § 11. c. 22. § 9. IX. 7. § 15. c. 26. § 21. X. 8. § 8. c. 9. § 2. et passim. Denique *Philon* Voss. 2. et Lov. 3. Verum ultima litera *n* perperam repetita est ex initio vocis seq. *neque*. Certe Lov. 3. hinc *eque*, pro *neque*, præfert, *Philone quæ in similem* Flor.

Digitized by Google

§ 5 *Neque in similem materiam rerum, et ipsi aut suarum rerum*] Cum *neque* dixisset, subjungit aliam sententiam. Suspicor defectum esse, quem ego absque vetusti codicis fide non facile restituerim. *Glar.* Inmerito Glareanus locum defectum credit. Nam *neque* resolvendum in 'et non,' quasi foret 'et non in similem materiam rerum, et ipsi,' &c. Ita infra hoc ipso cap. 'Nam neque criminari apud populum Patres destitit, et collegam dictatorem dixit.' Plura ex Cic. aliisque exempla conlegerunt Stewich. de Partic. Ling. Lat. in 'Neque, et:' et Turnell. de Partic. Lat. Serm. c. 101. Vide etiam Cortium ad Sall. Jug. c. 1. § 5. Ceterum *aut suarum rerum* Voss. 2. Vide ad IV. 12. § 8. *Aut rerum suarum* Lov. 4. Tò *aut* deficit in Leid. 2. sed omnes quinque posteriores voces omisit librarius fragm. Hav. in errorem abductus repetitione vocis *rerum*. Vide ad IX. 11. § 11. Mox *in rempublicam*, pro *in republica*, Flor. Voss. 2. et Lov. 8.

Ob iram agri amissi rebellantes] *Ab iram* Harl. 1. *ob ira* Leid. 1. *ab ira* fragm. Hav. quod probari posset, si plurium codicum auctoritas accederet. Vide ad XXIV. 30. § 1. et ad XXVI. 1. § 3.

In campis Senectanis] Id mihi ignotum; quamquam quidam *Fenectanis* emendarunt, non minus obscura voce. *Glarean.* Cluverius lib. III. Ital. Antiq. l. III. c. 4. p. 965. legit *Pedanis*. Jac. Gron. Doujatius etiam hunc locum corruptum credidit, ac varie tentavit. Primo enim legit *in campis Faustinianis*, quæ pars erat agri Falerni, aut *in campis Fregellanis*, vel *Setinis*, qui in Volscis et Priverno proximi. Verum, quum loca hæc fuerint extra Latium vetus, et nomina ipsa a *Fenectanis*, vel *Senectanis*, nimium differant, postea se legere malle addidit *in campis Ferentinis*, qui et regione et literis minus distant; modo ab aqua et luco Ferentinæ, ubi Latinorum comitia habebantur, alibi *campos Ferentinos* legeremus. *In campis Senectanis* in nullo mihi cod. obvium fuit. Et ita demum editum inveni ab Ascensio, quum priores *Fenectanis*, vel *Fenestariis*, exhibuissent. Ascensius etiam *Senecturiis* in margine ostentat. *In campanis Fenetanis* præfert Lov. 1. *in campis Fenetanis* Leid. 2. *in campis Funestinis* Lov. 5. *in campis Ferentariis* Voss. 2. et Lov. 3. *in campis Ferentanis* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. qui *in agris Ferentanis* in cod. L. 1. invenit: quæ lectio non multum a Doujatii *campis Ferentinis* abit. Sed *in campis Fenectanis* servant Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. uterque, fragm. Hav. et Flor. Tria autem hæc vocabula omisit librarius Klockian. Quamvis alibi *campi Fenectani* non memorentur, nos tamen sollicitare non audeo. Si enim locorum nomina, quorum semel tantum mentio obcurrit, in sæpius memorata mutanda forent, quanta non sanissima tentandi fenestra temerariis criticis aperiretur! *Fudere*, pro *fuderunt*, est in Gaertn.

§ 6 *In deditionem accipiente Latinos populos*] *In dedictionem* Lov. 1. *in dedicationem* Leid. 1. sollemni errore. Vide ad V. 48. § 4. *in deditione* Voss. ambo, Lov. 3. et fragm. Hav. Male. Vide ad XXXIII. 10. § 5. Præterea *accipe te Latinos populos* Leid. 1. *acceptis Latinis populis* Lov. 2. et Oxon. L. 2. apud Hearnium nullo sensu. Paullo ante *dictu auspicioque*, pro *dictu*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. et paullo post *dixit*, pro *duxit*, Lov. 1. Vide ad XXXVIII. 48. § 1. Præterea *ubi*, pro *ibi*, Harl. 2. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *cesserat*, pro *cessa erat*, Flor. *cesserat* Klockian.

§ 7 *Pedanos tuebatur Tiburs, Prænestinus, Veliternusque populus*] Pal. 2. *tuebantur*. Gebh. Ita etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. et Gaertn. itaque se in Thuan. Pall. et Voss. an-

Digitized by Google

tiq. reperisse, Gronov. testatur ad XXXVI. 16. § 6. eamque lectionem jam a. 1644. in contextum recepit. Certum est utrumque, *tuebatur* et *tuebantur*, dici posse. Quum autem prius defendant et plures et melioris notæ codd. illud etiam revocandum censui. Præterea *Tiburis* Voss. 1. fragm. Hav. et Lov. 5. a m. pr. in quo *Tibur* est a m. altera. *Tybius* Harl. 2. et pleræque edd. ante Mediolan. 1505. *Tiburtinus* Lov. 4. quo etiam utitur Liv. IX. 30. Quum tamen reliqui codd. constanter alterum servent, idque etiam Romanis, inprimis Livio, frequens sit, eam lectionem non muto. Vide Cluver. Ital. Antiq. III. 4. p. 958. Tum *Prænestrinus* fragm. Hav. *Penestrinus* Gaertn. *Prænesterinus* Leid. 2. tota hæc vox exsulat a Lov. 3. relicta tamen lacuna. Deinde *Velitrinusque* Voss. 2. Lov. 2. et Gaertn. *Velletrinusque* Lov. 4.

Venerant et ab Lanuvio Antioque auxilia] *Lavinio* ex vet. lib. ut post dicam. *Sigon. Venerunt* Voss. 2. et fragm. Hav. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. præpositio *ab* in Lov. 5. Illam tamen suo tempore agnovit Priscian. qui probaturus, nomina civitatium cum præpositionibus prolata maxime apud historicos inveniri, inter alia etiam hunc locum laudat Gramm. lib. XV. p. 1007. Ejus præpositionis loco *a* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Deinde *Lavinio*, ut Sigonius emendavit, Voss. 2. Leid. 2. Lovel. quinque, Harl. 2. Portug. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ab Janusio* Flor. Vide ad cap. seq. § 5. ubi rationes dedi, cur priscam lectionem *Lanuvio* revocarim.

§ 8 *Quum præliis quidem superior Romanus esset*] *Romanus superior*, trajectis dictionibus, Lov. 2. et 3. sed vox *Romanus* non adparet in Voss. 2.

Castra sociorum populorum, quæ urbi adjuncta erant, dum integer labor restaret] Lego *dum tamen integer*. In aliis τὸ *dum* abest, etiam in Ms. *Klock. Castraque sorum popul.* Flor. in quo *ipsorum populorum* a m. sec. correctum erat. *Castraque ipsorum sociorum pop.* fragm. Hav. Tum pronomen *quæ* deficit in Lov. 2. Deinde *verbi adjuncta* Leid. 1. Vide ad VI. 17. § 8. *Ubi adjuncta* Lov. 2. *urbi adjuncti* Harl. 2. Τὸ *dum*, quod in vett. edd. erat, non modo Aldus eumque secuti recentiores omiserunt, sed etiam in nullo Msto comparet. Neque caussam video, cur cum Klockio, invitis omnibus codd. vocem *tamen* interponerem. Non perpetuo enim vocem *quidem* particula *tamen* similesve excipere solent. Certe abest etiam XLI. 18. 'Consul equo advectus suos quidem a fuga revocavit: ipse, dum incautius ante signa obversatur, missili trajectus cecidit.'

§ 9 *Triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit*] *Triumphante vict. flagit.* Gaertn. *triumphi aut vict. flag.* Port. *triumpho ante vict. flagitato* Lov. 2. Male. *Flagitator* ut lib. II. 45. 'Inter primores pugnæ flagitator.' Paullo ante *triumphum* deficit in Gaertn.

§ 10 *Qua cupiditate obfensus Patribus, negantibusque*] Procul dubio legendum est *offensis Patribus:* præsertim cum subsequatur *negantibusque*. Sigon. Non aliter legunt omnes, quas consului, edd. Sigonio priores; ut nesciam, ubi demum *offensus* invenerit: quod mihi in solo Hav. obvium fuit. Deinde vocula *que* deficit in Lov. 2. Mox *nisi Pdæ capto haud dedito*, id est *prædæ*, Leid. 1. *nisi pede capto aut dedito* Harl. 1. *Pedo capto aut debito* Harl. 2. sollemni scribarum aberratione. Vide Nic. Heins. ad Claud. in Eutrop. I. 45. ad Nason. Ep. Her. VII. 103. et Burm. ad Quinctil. Declam. IX. 5. Adde cap. seq. § 15.

Seditiosis tribunatibus similem deinde

Digitized by Google

consulatum gessit] Ms. Fuld. *seditiosi tribunatus similem*. Modius. Modius e Fuldensibus indicavit *seditiosi tribunatus similem*. Vulgata scriptura residet in Mss. Pall. Vetustissima tamen ed. *seditiosum similem tribunatibus deinde consulatum gessit:* ex interpolatione editoris. *Gebh.* Ut in vetustissima ed. se invenisse Gebh. testatur, in omnibus obcurrit excusis ante Aldum, qui primus eam lectionem recepit, quæ nunc vulgo exstat. Eam autem firmant omnes codd. excepto solo Harl. 2. qui antiqq. edd. consentit. Neque opus est, ut cum Modii Fuld. *seditiosi tribunatus similem* legamus. Vide ad VI. 18. § 3. Paullo ante *huic alienatus*, pro *hinc*, Lov. 4. Quomodo sæpe peccatur in Mss. Vide ad XXV. 40. § 2. Tum *a senatu* Gaertn.

§ 11 *Quoad fuit consul*] *Quo affuit consul* Lov. 1. a m. pr. et Hav. *quod affuit consul* Voss. 2. et fragm. Hav. *quod fuit consul* Flor. et Lov. 4. Vide ad VI. 38. § 13. Tum in verbis seqq. *haud quamquam* Lov. 1. 3. 5. et fragm. Hav. Vide ad VII. 26. § 8. Mox vocula *et* non exstat in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Ager in Latino Falernoque agro maligne plebi divisus*] Dele τὸ *agro*. Sic c. 11. 'Bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data.' *T. Faber*. Scio posse excusari, quum priore loco partem proprie illam designet, quæ sub sortem et perticam venit, posteriore omne territorium eorum populorum. Si tamen τὸ *agro* vetus aliquis liber excluderet, facile intelligerem illud ipsum, vel τὸ 'solo:' ut cum dicimus, 'in hostico,' 'in pacato.' Lib. III. c. 6. 'Non diutius se in Hernico hostis continuit.' VIII. 34. 'Sine commeatu vagi milites, in pacato, in hostico errent.' *J. F. Gron.* Omnes mei vocem *agro* uno ore defendunt. Nec video, cur viris doctis ea vox suspecta esse debeat, qui patienter tulerunt cap. præc. 'Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus plebi Romanæ dividitur.' Ne repetitio vocis *ager* obfendat, vide ad I. 3. § 9. Ceterum copula *que* deficit in Port. et Haverk. *Maligni* præfert idem Hav. Præterea *plebei* edidit Jac. Gronovius, quod firmant Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et Klockian. Vide ad II. 42. § 2.

Et, postquam senatus, finire imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus rebellantes Latinos] Vocula *et* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et fragm. Haverk. Deinde *imperium cupiens consulibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Hav. *imperium consulibus capiens* Voss. 2. De hoc errore scribarum vide ad X. 35. § 4. Post vocem *cupiens* inseritur *nequibat* in Lov. 5. a m. sec. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum *dictatorem dixit adv. reb. Lat. discussit* Flor. pro quo inter versus deinde adscriptum est *dici jussit*. Τὸ *dixit* autem ex § seq. male huc irrepsit. *Adversus rebellantes Latini* Hav. Verba *adv. reb., &c. coll. dict.* desunt in Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. librariorum culpa, quibus fraudi fuit repetitio vocis *dictatorem*. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 13 *Æmilius, cujus tum fasces erant*] Vet. lib. *cui*, ut II. 1. 'Brutus prior, concedente collega, fasces habuit.' Et alibi III. 70. de eadem re: 'Penes quem summa imperii erat.' ['Hæc non probant, *cui* pro *cujus* legendum.'] *Sigon.* Pal. 2. *Æmilius, cui fasces erant.* Gebh. *Æmilius tamen, cui successerat* Lov. 2. *Æmilius tamen, cui facesserant* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. in quo *facesserat* a m. sec. emendatur. *Æmilius tamen, cui fas cesserat* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. in quo manus altera reposuit *Æmilius, tum cui fasces erant.* Et ita est in Gaertn. *Æmilius, tum cujus fasces erant* Lov. 4. *Æmilius, cui fasces erant* Lov. 5. Port. et Hav. *cui,*

Digitized by Google

pro *cujus*, se etiam in Oxon. B. et C. invenisse, Hearnius testatur. Utrumque, *cui tum fasces erant* et *cujus* ferri potest. Prior firmaretur lectio illo ex XXII. 45. 'Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, signum pugnæ proposuit.' Posterior ex eodem lib. XXII. c. 27. 'Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut pactitis temporibus, alterius summum jus imperiumque esse:' et c. 41. 'Obstitit Paullus, cujus eo die imperium erat.' Et pro hac lectione stat optimus Flor. Tò *dixit*, quod sequitur, deest quidem in Flor. sed, ut modo vidimus, hinc migrarat in verba præcedd.

Magister equitum Junius Brutus dictus] Hic est D. Junius Brutus Scæva, qui post consul erit. *Sigon. Magistrum equitum* inepte Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *dictus Junius Brutus* Lov. 4. qui ordo suspicionem injecit, prænomen *D.* a librariis non intellectum, hic culpa eorum excidisse, atque olim scriptum fuisse *D. Junius Brutus dictus*.

§ 14 *Dictatura popularis, et orationibus in Patres criminosis, fuit*] Lego *Dictator popularis:* nam sequitur 'leges tulit:' alioquin fiet, ut dicamus 'Dictatura leges tulit.' Sic vet. lib. *Sigon.* Probat Sigonius e suo *Dictator popularis:* quod et ego reperi in Pal. 2. Campanique recensione. Sed vulgata, quia et melioribus rationibus, quas, quia in propatulo cuivis sunt, nihil attinet ingerere, et sinceroribus codd. fulcitur, non erat excludenda luce publica. *Gebh.* Sigonius *Dictator*. Sed vide notas ad XXXIV. 6. *J. F. Gron. Dictator popularis* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 5. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sed recte Gebhardus et Gronovius vulgatum tuentur, quod servant reliqui codd. et inter eos optimi. Non insolentius enim *dictatura* ponitur pro 'dictatore,' quam 'Latium et Capua' pro Latinis et Campanis c. præc. § 12. 'servitium' pro servis. Vide ad III. 15. § 9. ubi plura alia notavi. Præterea *et quod orationibus*, addita media voce, Gaertn. Male: *fuit* enim, quod sequitur, referendum ad præcedentia. Dictatura fuit popularis primo orationibus in Patres criminosis, deinde quod tres leges, &c. Voces *in Patres* desunt in Hav. Postea *criminosus* non modo plerique codd. qui paullo ante *Dictator* præferebant, sed insuper etiam Leid. 1. Voss. 2. et Lov. 3.

Tres leges secundissimas plebi, adversas nobilitati, tulit] *Fecundissimas* Leid. 2. Sed similitudo literarum *f* et *f* librarios in errorem abstulit. Vide ad XXII. 28. § 10. Deinde, quem priores editi haberent *plebi*, primus Jac. Gronov. *plebei* substituit. Et ita est in Flor. et Voss. 1. Vide modo hoc cap. ad § 12. Voces *plebei, adversas nobilitati, tulit: unam*, ut desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. Iis omittendis causa exstitit initium vocis seq. *plebiscita*.

Ut plebiscita omnes Quirites tenerent] Legem de plebiscitis, omnibus Quiritibus observandis, non a Q. *Publilio Philone* (ita legendum est, non Q. *Publio*, ut passim errant codd.) dictatore, sed ab Hortensio latam, auctor est Gellius l. XV. c. 27. *Glar.* Contra alii, ut Plinius, Gellius, et jurisconsulti, qui hanc legem primum latam esse a Q. Hortensio dictatore scribunt, ut post dicam in Epitoma lib. XI. *Sigon.* Contra alii, ut Plinius XVI. 10. Agellius XV. 27. Pomponius J. C. in leg. 2. § 8. D. de Orig. Jur. Imperator in § 4. Instit. de Jur. Nat. Gent. et Civ. qui hanc legem post demum a. CDLXVII. M. Valerio Maximo, C. Ælio Peto consulibus, a Q. Hortensio dictatore, secessionis a Janiculo reducendæ caussa, latam esse tradunt. *Kleck.* Primi M. Horatius et L. Valerius consules legem centuriatis comitiis

Digitized by Google

talere proximo, post decemviros abrogatos, anno, ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret. Vide LL. 55. Quæ lex quum paullatim in desuetudinem abiisset, eam nunc reduxit Q. Publilius Philo dictator. Verum quum et illam impotentia patriciorum paullatim abrogasset, tertius eam reduxit Q. Hortensius dictator, ut docent loca a viris doctis hic laudata. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. CDXV. p. 312. et commentatores ad loc. laud. Gellii; ubi pudendo anachronismo Oiselius legem Hortensiam latam scribit A. U. C. CCCLXVII. (quum lata sit anno CCCCLXVII.) eamque antiquiorem statuit hac Publilia, quam CCCCX-III. latam tradit. Ceterum *plebiscita* Lov. 5. *plebeiscita* Leid. 1. et Harl. 1.

§ 15 *Ante initum suffragium Patres auctores fierent*] De hac lege, ut et Mœnia, qua idem postea confirmatum est, vide Pighium in Ann. l. laud. et ad a. CDLXVI. p. 419. sed imprimis Gronov. Observ. I. 25. Ceterum hæc vocabula male omittuntur in Gaertn.

§ 16 *Quum eo ventum sit, ut utrumque plebeium fieri liceret*] Miror, non hoc loco notatum esse a Glareano Livium; qui scripserit, 'eo ventum' esse, 'ut utrumque plebeium' censorem 'fieri liceret,' cujus rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato a plebe censura loco egit. Hoc tamen si quis fecerit, injuste faciet: legitur enim mendose in vulgatis libris, recte autem in Mss. sic: *cum eo ventum sit, ut utrumque plebeium consulem fieri liceret*: sensus est, ut, quoniam, quod gravius erat, concessum est a Patribus, utrumque consulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod levius esse videtur, ut alter utique censor ex plebe fiat. De utroque autem consule plebeio lata lex a. CDXIII. ut ait Livius l. VII. extremo. *Sigon.* Vulgata scriptura fraudi fuit Anton. Augustino, qui in libro de Legibus scribit, tertiam legem Publilii fuisse, ut alter ex plebe censor fieret, 'etsi utrumque jam tunc fieri licebat.' Liv. VII. 43. non pro certo refert, jam ante cautum fuisse, ut ambos consules plebeios creare liceret, sed se hoc apud auctores quosdam invenisse dicit. Si verum est, quod hoc loco scribit, res certa est; nec tamen usurpata ante a. IↃXXXVIII. quo primum duos plebeios consules factos tradit l. XXIII. c. 31. quamquam hi neque iisdem comitiis creati sunt, nec simul magistratum gesserunt, quod alter eorum se ex decreto augurum consulatu abdicaverat, in cujus locum patricius subrogatus est. Historia est in l. XXIII. c. 24. et 31. *Duk.* Notæ Sigonio vocem *consulem* addenti adversari. Notandum tamen est, eam non exstare in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. quinque, Harl. utroque, Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Codicum suorum scripturam non memorat Hearnius; Sigonii autem emendationem perperam J. F. Gronovio adscribit.

§ 17 *Ab consulibus ac dictatore*] *A cons. ac dictatore* Lov. 2. et fragm. Hav. *ab cons. et dictatore* Leid. 2. *a cons. a dictatore* Lov. 4. et Gaertn.

Auctum imperium Patres credebant] *Conventum imperium* Leid. 2. et Lov. 1. Tum *credebant Patres* Hav. sed vox *Patres* non adparet in Port.

CAP. XIII. § 1 *L. Furio Camillo, C. Mænio consulibus*] In Diodori Alexandro lib. XVII. p. 568. pro *C. Menio*, *C. Manlius* legitur, quod non placet. Nam oportebat alterum consulem ex plebe esse. Et Plinius XXXIV. 5. *Menium* habet. Quidam, quod *Menius* obscurum sit nomen, *C. Menenium* legerunt, qui postea dictator fit libro sequente c. 26. A. U. C. CDXLI. Quidam et lib. sequente *Mœnium* legunt, non *Menenium*. Sed fieri potuit, ut nomen esset obscurum, quia ex plebe erat, et alius postea fuerit

Digitized by Google

dictator, quapropter cuique libera sit hac de re conjectura. Legendum etiam *T. Furio Camillo II.* Nam primum fit a. CDVI. *Glar.* Plinius XXXIV. 5. *C. Mænium* cum Livio consules edit. Diodorus Λεύκιον Φούριον, Γάϊον Μάλιον. *C. Mænius P. F. P. N.* in censura et dictatura ejus Capitolina dicitur: at collega *L. Furius Sp. F. M. N. Camillus.* Ex quo apparet, errare Glareanum, qui hunc *iterum* consulem esse scribendum putat, quasi vero idem sit, atque ille, qui ante et consul et dictator fuit, cum ille *M. F.* hic *Sp. F. M. N.* sit, hoc modo:

M. Furius Camillus Tr. mil. a. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. a. 354. 357. 361. 370. 372. 375. Dictator 359. 365. 367. 387. 388.

M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Liv. Plut.

S. Furius Camilli dictat. F. Prætor primus 389.

L. Furius Camillus dictatoris F. Dictator 405. 410. Cos. 406.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus Cos. 417. 430.

Sigon.

L. Camillo Furio Klockian. Quæ autem de L. Furio Camillo contra Glareanum disputat Sigonius, probantur etiam Pighio in Annal. ad a. CDXV. p. 313. Præterea *C. Menenio* male Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Sæpe hæc nomina in Mss. confunduntur. Vide ad IV. 53. § 2. V. 18. § 2. VI. 19. § 5. VII. 16. § 1. IX. 16. § 7.

Insignitius omissa res] Vet. lib. *insignius.* Sigon. Ita et Hearnii Oxon. L. 2. et B. cum edd. Mediol. 1505. et Ascens. a. 1513. ac 1516. *insignitis* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *insignis* Port. Sed nihil mutandum. Videnda sunt, quæ notantur ad VII. 6. § 6. Tum *emissa res* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *commissa res* Leid. 2. et Lov. 1.

Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum] *Armis viribusque* pro varia lectione præfert Voss. 1. Eadem lectio est in edd. antiqq. usque ad Aldum, qui *virisque* restituit. Interdum hæc vocabula in Mss. permutantur. Vide hoc lib. ad c. IX. § 14. et IX. 19. § 13. Vel etiam *viribus*, pro *viris*, eodem errore scriptum esse potuit, quo ejus generis multa alia, de quibus vide ad XXII. 8. § 7. Deinde *et omni expugnandum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. vocula *vi* intercidente ob similitudinem ultimæ syllabæ vocis præced. *et omnium expugnandum* Flor. et Leid. 1. *et hominum expugnandum* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil muto. Infra XXII. 23. 'Ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit.' 'Arma' autem et 'vim' jungi, videbimus ad Epit. Liv. lib. LXXIX. Denique *tà ac delendum* exsulant a Gaertn.

Coactique novi consules omnibus eam rem præverti, proficiscuntur] Immittenda elegans videtur particula, quam agnoscit Pall. unus, *coactique novi cons. vel omn. eam rem præv.* Gebh. *Coactique novi cons. omn. tum rebus profectis proficis.* Lov. 2. utraque lectione juncta, *coactique novi cons. novi vel eam rem præverti omn. tum rebus perfectis profic.* legit Hav. in quo est etiam particula, quam restitutam volebat Gebhardus. Verum quum eamdem ignorent reliqui omnes codd. utrique huic non adsentiendum existimo.

§ 2 *Pacem ob agri ademti dolorem aspernabantur*] *Pacemque* Lov. 4. Tum *ab agri ademti dolorem* Hav. Hinc suspicio nasci posset, legendum esse *ab agri ademti dolore.* Vide ad XXIV. 30. § 1. Aliis tamen receptam scrip-

Digitized by Google

turam defendentibus, eam servandam puto. Nam et alibi librarii *ab* et *ob* perperam commutarunt. Vide ad XXVI. 1. § 3. Tum *aspernebantur* Gaertn. Vide ad VIII. 28. § 3. Paullo ante vox *rerum* exsulat a fragm. Hav. a m. pr. *pacem* autem non nisi a m. sec. exstat in Flor.

§ 3 *Ut oppidis se tenerent, ne lacessitus Romanus*] Abest a duobus Pall. ut Gebh. Abest etiam a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Sed facile excidere potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Præterea *nec lacessitus* fragm. Hav. a m. pr.

Undique ex omnibus populis obsessis auxilium ferretur] *De omnibus populis* Gaertn. At vox *populis* non adparet in fragm. Hav. Paullo ante *si ejus oppidi*, pro *si cujus*, Hav.

§ 4 *Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adjuti sunt*] *Ubi ad. a paucis* Gaertn. *nisi ad. paucis* sine præpositione Leid. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Vide ad VI. 11. § 4. Optimi tamen præpositionem servant. Tum *sunt adjuti* Gaertn. *adjuncti sunt* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad X. 14. § 11.

Tiburtes Prænestinique, quorum ager propior erat] *Tibures* Lov. 4. Tum *Prænesterinique* Leid. 2. *Pestrinique* fragm. Hav. Deinde *ager erat propior* Gaertn. *ager propius erat* Lov. 2.

§ 5 *Aricinos Lanuvinosque*] Quemadmodum paulo ante c. 12. ' ab Antio Lavinioque' dixit, sic hoc loco *Aricinos Lavinioque* legendum puto. Me in hanc sententiam adducunt cum libri veteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Mænii triumphus his verbis descriptus est:

C. MAENIUS. P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBUS. AN. CDXV.
LAVINEIS. VELITERNEIS. PRIDIE.
K. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti errores implicant non Latinorum, sed etiam Græcorum auctorum, ut vix *Lavinium* a *Lanuvio* distinguere vel diuturna attentione queas; non alienum ab hoc instituto esse duxi, notas quasdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoscere possit. Est autem illa una, quod ' Lavinium' ab Ænea, ut omnes, ' Lanuvium' a Diomede, ut Appianus Bell. Civ. lib. II. p. 439. ait, conditum est. Altera, quod ' Lavinium' colonia, ' Lanuvium' municipium fuisse traditur. De ' Lavinio' scriptum est in Epitome libro LXXX. ' Marius Antium, et Ariciam, et Lavinium colonias devastavit.' De ' Lanuvio' in oratione pro Milone, pro Murena, et apud Pedianum. Tertia, quod ' Lavinii' consules Vestæ et Penatibus sacra peregerint; ' Lanuvii' vero Sospitæ Junoni. Illius historiæ auctor est Dionysius lib. I. p. 54. et Macrobius III. 4. ' Consules et prætores et dictatores, cum ineunt magistratum, Lavinii rem divinam faciunt Penatibus pariter et Vestæ:' hujus Cicero pro Murena c. 41. ' Nolite a sacris patriis Junonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum et suum consulem potissimum avellere.' Erat autem Murena e municipio, ut ipse paulo ante eodem cap. ait. Quarta, quod ' Lavinium' longius abest a Roma, quam ' Lanuvium.' Distat enim a mari quatuor stadia, ut ait Dionysius lib. I. p. 43. situm inter Ostium et Antium, auctore Strabone lib. V. p. 232. At ' Lanuvium' abest a Roma stadia CL. ut ait Appian. lib. II. p. 439. ita ut auctore Strabone p. 239. ab eo mare et Antium prospici possit, haud procul ab Aricia, quæ CLX. stadia abest in Appia via sita. Ipsa tamen inter se non admodum distantia videntur fuisse, quæ res majorem etiam erroris causam præbuisse videtur. Horum etiam oppidorum populos commemorat Dionysius lib. V. p. 326. Λαυρεντίνους, Λανουίνους, Λαβερνίδρας: id est, *Laurentes*,

Digitized by Google

Lanuvinos, et Lavinios. At Stephanus quidem etiam Λαβίνιον, κτίσμα τοῦ Αἰνείου, populos edere Λαβινάτας ait. Ubi vero ait Λαυδτιον μητρόπολις τῶν Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν Λαουντῖνος, Διονύσιος ὁ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, dubitationem affert, quia Dionysii ex libro v. testimonium profert, ne mendose pro *Laurento* aut pro *Lanuvio* sit. Apud Dionys. etiam vox illa Λαουϊνίους, vitiose videtur esse, prò Λαουϊνίους. Verum, ut dixi, mira horum nominum depravatio est. *Sigon.* Sigonio consentiunt Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. et Hearnii Oxonienses, uno excepto. Solus enim ejus B. *Latinosque* præfert, cum quo facit Port. At *Lavinosque* habent Voss. 2. fragm. Hav. a m. pr. Lov. 2. 3. et Harl. 1. *Laminosque* Lov. 5. *Lanuinosque* Leid. 1. *Lanuviosque* Flor. Voss. 1. Lov. 1. a m. pr. Harl. 2. et Klockian. Passim 'Lanuvium' et 'Lavinium,' quum in aliorum, tum etiam in Livii codd. commutari, vidimus ad III. 29. § 6. Hinc laudandus est conatus Sigonii, qui certa quædam κριτήρια dare voluit, unde colligi possit, utrum 'Lavinium,' an 'Lanuvium' intelligendum sit, quamvis tamen illa non omnibus locis, in quibus utrimque mentio fit, ex usu esse queant. Quod autem ad hunc locum adtinet, a Sigonio dissentit Cluverius Ital. Ant. lib. III. c. 4. p. 939. qui et hic, et cap. præc. § 7. et cap. seq. § 2. 'Lanuvium' et 'Lanuvinos' indicari putabat; Fastos autem Capitolinos triumphales, quorum maxime auctoritate nititur emendatio Sigonii, si sic habent, quemadmodum Sigonius laudabat, in nomine errasse, et LANVVINIENS pro LAVINEIS legendum esse. Illam autem sententiam hoc argumento firmavit, quod c. seq. 'Junonis Sospitæ' mentio fiat, quæ non 'Lavinii,' sed 'Lanuvii,' colebatur, quemadmodum ipse etiam Sigonius agnoscit. Id quidem argumentum Sigonio adversari non videtur, qui cap. præc. et hic 'Lavinii' et 'Laviniorum;' cap. autem seq. ubi 'Juno Sospita' memoratur, 'Lanuvinorum' mentionem fieri existimabat. Sed, cur alios posteriori, quam prioribus locis indicari existimemus, causam non video. Quin contra, quorum nominatim priori et hoc cap. ubi bellum cum Latinis narratur, meminit, eorum itidem nominatim meminisse debet cap. seq. ubi, quemadmodum Romani pro merito cujusque populi statuerint, refert. Id autem Livius observavit, si cap. præc. et hoc loco priscam contra Sigonium lectionem *Lanuvio* et *Lanuvinosque* defendamus. Verum vel sic etiam 'Lavinii' in hoc bello meminit c. 11. § 3. Sed vide ad cap. seq. § 2. Eadem vero Cluverii sententia nove hoc argumento firmari potest, quod incolas Laviinii Livius semper 'Laurentes,' non 'Laviaios,' vocarit. Vide ad VI. 21. § 2. Ab aliis 'Lavinienses' et Λαουϊνάται vel *Laviniatæ* vocantur. Neque 'Lavinos' dictos memini, nisi in antea memoratis Fast. Capit. triumph. Priscam igitur scripturam et hic et c. 12. § 7. revocandam censui; a qua etiam optimos codd. stare, adlatæ ex illis variæ lectiones docent. Ceterum *Arcinos* Voss. 1. et Lov. 1. *Atricinos* Leid. 1.

Veliternos Antiatibus Volscis se conjungentes] *Velitrinos* Lov. 4. *Velitrenos* Voss. 2. et Lov. 3. *Felitrinos* Gaertn. Tum *Antiates et Volscos* Lov. 2. *Antiatibus Volscisque* Leid. 2. Perperam. Antium enim caput erat Volscorum, ut Livius inquit VI. 6. Et ita 'Antiates Volsci' memorantur II. 33. 'Antiates Volscos fundit fugatque.' Tandem pronomen *se* deficit in Lov. 4.

Ad Saturæ flumen] Sic plura exemplaria habent. Sed *Asturæ* legendum Plinius auctor est. Et Livius haud multum diverso id loco demonstrat. *Sabell.* Quidam *Saturæ* supposuerant. Plinius autem III. 5. ait, et flumen et

Digitized by Google

insulam in Latio esse *Asturam*. Sabellicus *Asuræ* legisse videtur. *Glar.* Vet. lib. *ad Saturam flumen*. Ego tamen legendum puto *ad Sturam flumen*. Nam Festus a vocibus incipientibus a litera *S.* ait, 'Stura, fluvius est in agro Laurenti.' Item Strabo lib. v. p. 232. eundem in his locis fluvium Στόραν vocat. *Sigon.* Sed *Astura* idem est qui *Stura*. Vide Cluverium Ital. Ant. lib. III. c. 7. p. 991. *Duk.* *Ad Saturem fluvium* Lov. 2. Vide ad XXXVIII. 15. § 7. *Ad Saturem flumen* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 5. Port. Gaertn. fragm. Hav. et omnes Hearnii Oxonienses, nisi quod codex N. in margine *Asturam* præferat. *Saturam* habet Hav. *ad Saturæ flumen* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. ambo, et Klockian. Ego vero cum Cluverio Ital. Antiq. l. III. c. 7. p. 991. nihil mutandum puto. Non modo enim, ut Cluver. observat, Festus loco, quem Sigon. laudat, addit 'quod quidam Asturam vocant;' sed etiam facile æque ex *Satura*, (in quam lectionem omnes codd. hic consentiunt,) transpositis literis *Astura*, quam ejecta litera *Stura* effici potest. Accedit plerosque, præsertim vero optimæ notæ codd. infra § 12. in hanc lectionem consentire. Sed nec casum mutari necesse est: genitivum enim optimi Mss. probant. *Flumen Asturæ*, ut XLIII. 4. 'Aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinæ duceret.' Plura vide ad Livii XL. 19. § 9. Ut autem, Sabellicum *Asuræ* in Livio legisse, Glareanus crediderit, effecerunt vitiosæ Ascensii edd. quæ ita in Sabellici adnotationibus exenderunt. Mox *fudit* deest in Lov. 4. ejus loco *fuit* præferunt Port. a m. pr. et Hav. quomodo etiam peccatur hoc lib. c. 36. § 8. x. 15. § 1. et alibi.

§ 6 *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu, majore mole*] Præpositionem *ad* bis jam proprio minoris loci præposuit, id quod in obscuris locis sæpius sit. Cæterum quod ait *majore mole*, haud scio ut intelligatur. *Glar.* *Majore mole*, quod Glareanus ait nescire ut intelligatur, est 'majore apparatu.' Nam quia de Mænio dixit 'Aricinos improviso adortus fudit;' hinc opponit 'at Camillus Tiburtes majore mole, quamquam æque prospero eventu.' *Sigon.* *Majore mole* potius est majore certamine: nam Livius dicit majoris certaminis ac dimicationis fuisse prœlium cum his, qui parati instructique hostem exspectabant, quam cum illis, quos necopinantes Romani de inproviso adgressi fuerant. Lib. VI. c. 2. 'Ut minor moles superantibus vallum in castra Volscorum Romanis, quam transcendentibus sepem incendio absumtam fuerit.' XXVI. 6. 'Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ invenio.' *Duk.* 'Moles' sæpe pro adparatu belli poni solet. Supra II. 16. Majore inde mole Sabini bellum parabant.' c. 17. 'Quum, vineis refectis aliaque mole belli, jam in eo esset.' v. 8. 'Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse, Romani crediderant.' XXI. 41. 'Ubi haberem minorem haud dubie molem belli.' Justin. XXII. 3. 'Victus majore mole reparaturus bellum, Syracusas concessit.' XXIX. 4. 'Majori belli mole Macedoniæ imminebant.' Florus II. 6. § 49. 'Cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat.' Similiter 'molem' pro pompa, adparatu triumphi sumi, docuit Gronov. Observ. I. 21. Hic tamen sensus Livii exigere videtur, ut per 'molem' intelligamus, quod 'molem pugnæ' vocat VII. 32. 'Procedere ante signa, versari media in mole pugnæ sciat:' et ita alibi. Cæterum *majori mole* est in edd. Rom. 1472. et Parm. Tum *Camillus apdum maxime valido* Flor. ex quo factum postea *apud Pedum*. Inter versus etiam *cum Tiburtibus* adscriptum est. *Cum Tiburtibusque* habet Hav. Sed *maximeque valido* Voss. 1. a m. pr. Lov. 5.

Digitized by Google

Port. et Hav. Mox *haud quamquam æque prospero*, addita prima voce, Leid. 2. qui dare voluisse videtur *haudquaquam*. Sed id narrationi Livii adversatur. *Quam æque prospero* Lov. 5. Vide hoc lib. c. 4. § 1. *Quamquam æque prospecto eventu* Hav. 2.

§ 7 *Quum ipsos auxiliaque eorum perculisset*] *Pertulisset* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. et fragm. Hav. sollemni librariorum lapsu. Vide ad XXXV. 27. § 16. *Perpulisset* Hav. An scribendum *pepulisset?* Alibi etiam 'perculi' et 'pepuli' commutari, patet ex illis quæ notat Gronov. ad Livii III. 30. § 4. Paullo ante *non compulit eos solum* Lov. 2. Sed pronomen deest in Harl. 2. *Compul'it*, sive *compulerit*, Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Deinde *contra mœnia*, pro *intra*, Flor. Ita et alibi peccant scribæ. Vide ad VII. 40. § 13.

§ 8 *Placuit inde majore conatu*] *Placuit tñ jam* Port. et Hav. Compendia scribendi *iñ*, pro *inde*, et *tñ*, pro *tamen*, sæpe commutantur. Vide ad V. 18. § 8. Tum *majore jam conatu* Gaertn.

Ab unius expugnatione urbis] *Ad unius expugnationem urbis* Lov. 5. *ab unius oppugnatione urbis* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad XXI. 57. § 6. Mox *circumvolvere*, pro *circumducere*, Lov. 4.

Nec quievere ante, quam, expugnando aut in deditionem] *Nec querere* Leid. 2. *nec quieverunt* Gaertn. Tum *quam, aut expugnando* idem Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *subigere*, pro *subegere*, Port. et Hav.

§ 9 *Per recepta oppida*] *Per cepta oppida* Port. a m. pr. et Hav. *præcepta oppida* Lov. 3.

Additus triumpho honos, ut statuæ equestres eis, rara illa ætate res] Vide Noris. ad Cenotaph. Pisana Dissert. III. 8. et Figrel. de Statuis Rom. cap. 18. *Duk. Additur* Lov. 2. Tum *ubi statuæ equestres eis* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXIV. 15. § 1. An voluerunt *uti statuæ equestres? Ubi* enim et *uti* etiam in Mss. confundantur VII. 34. § 5. *Ut statuæ eis equestres* fragm. Hav. *ei* est in Lov. 5. Præterea *rata illa ætate res* Gaertn. et ed. Mediol. 1480. Vide ad VIII. 38. § 15. Vox *res* deficit in fragm. Hav. a m. pr. quemadmodum mox *ponerentur* in Lov. 4.

§ 10 *Prius, quam comitiis in insequentem annum consules rogarent*] *Comitia* edd. antiqq. pro quo *comitiis* reposuit Aldus, quem sequitur ed. Colon. 1525. Inter errata tamen idem Aldus iterum *comitia* probavit: unde Coloniensem secutæ edd. *comitia* servarunt usque ad Frobenium, qui denuo *comitiis* restituit, omnibus scriptis, uno Hal. 2. excepto, consentientibus. Et recte. Vide ad XXXI. 7. § 1. Tum *in sequentem* Voss. 2. Port. et Hav. *insequentem* Lov. 3. 4. 5. Vide ad IV. 30. § 12. Vox *annum* etiam perperam omittit Lov. 4. Deinde *rogaret* Hav. *rogarentur* Lov. 2. 5. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Si vulgatum, quod alii codd. defendunt, servamus, *rogarent* alio, quam ad consules, referri nequit. At eorum alteruter tantum comitiis præerat, et novos consules rogabat. Insuper *consulem* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§ 11 *Quod bello armisque in Latio agendum fuit*] *De bello armisque* male Hav. Tum *in Latium* Leid. 2. et Lov. 1. *in Latino* Flor. Vide mox § 15. Paullo post ante voces *ad finem venit* in Lov. 4. adscriptum erat *peractum est*. Sed adpositæ notæ indicant, eas voces delendas esse. Sane ex glossa marginali in contextum receptæ fuerunt.

§ 12 *Ad Pedum Asturamque*] *Asturaque* Leid. 2. *Saturamque* Lov. 4. *Saturemque* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *Austuramque* Harl. 2. Reliqui recte vulgatum retinent. Vide ad § 5.

Oppida Latina omnia et Antium ex Volscis] Hoc κατὰ συνήθ intelligo: nam ipse antea nusquam dixit: quamquam memoriæ lapsus videri poterat,

Digitized by Google

in tanta cum scriptorum, tum rerum confusione. *Glar.* Quamquam Volsci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti esse videntur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nomen nominatim supra non est expressum a Livio, nisi cum dixit, 'Nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.' *Sigon.* Proprie Volsci diversam a Latinis gentem constituunt, et ab illis non modo apud alios, sed etiam apud Livium, distinguuntur. Supra VII. 32. 'Qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Æquos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat.' Sæpe tamen sub Latinis comprehenduntur, quod, si non omnes, certe aliqui eorum, fœderis Latini participes erant: et quidem inter eos Ecetranos et Antiates memorat Dionys. lib. IV. p. 250. Supra igitur, quum 'omne Latium' subactum refert, eo nomine etiam Volscos Antiates, Latinorum socios, et a quibus auxilia Pedanis venisse c. 12. dixerat, intellexisse videtur, quos hoc loco inde distinguit. Ceterum *ante*, pro *Antium*, præfert Klockian. Vocem *omnia* ignorant Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *oppida Latinania*, omissa eadem voce, habent Leid. 1. et Harl. 1. At 'Latium omne' modo dixit § 8. Mox *recepta in deditione*, pro *in deditionem*, Lov. 4.

§ 13 *Reliqua consultatio est, quoniam rebellando sæpius nos sollicitant*] *Consolatio est* perperam Flor. nec melius *consultatione* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Sed non adsecuti sunt librarii compendium scribendi *consultatio ē*, sive continuatis vocibus *consultatioē*. Vide ad IX. 8. § 13. Tum *quē*, pro *quoniam*, Harl. 1. Præterea *nos sæpius sollicitat* Lov. 4. *sæpius nos sollicitarunt* Gaertn.

§ 14 *Dii immortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt*] *Dum immortales* Lov. 3. *Di immortales* Flor. et Leid. 1. Vide ad v. 14. § 4. Tum *nos potentes* Voss. 1. et Lov. 2. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Sed sequens *in vestra manu* hic *vos* requirere videtur. Deinde *fecerant* Flor.

Sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint] *Sic Latium, deinde Antium in vestra* Lov. 2. *si Latium deinde an non sit* Lov. 5. a m. pr. *sit Latium deinde, an non si* Flor. Vox *deinde* deficit in Lov. 4. Tandem *posuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav.

Pacem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpetuum] *Quoad Latinos adtinet* Lov. 2. Vide ad VII. 34. § 3. Tum *parare imperium* Hav. sine sensu. Liv. v. 2. 'Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem.' VI. 34. 'Possessionemque honoris recuperasse in perpetuum Patres viderentur.' VII. 30. 'Amicitiam in perpetuum, auxilium præsens a vobis petitum:' et alibi sæpe. Mox *serviendo*, pro *sæviendo*, edd. Rom. 1472. et Parm. Pariter variant codd. II. 52. § 7. Eodem modo etiam commutantur 'sævus' et 'servus.' Vide ad Silii XI. 44.

§ 15 *Crudeliter consulere in deditos*] *In debitos* Harl. 1. Vide ad cap. præc. § 10. *In deditios* ed. Mediol. 1505. *in dediticios* Leid. 2. Ita alibi etiam variant codd. Vide ad VII. 31. § 4. Tacit. in Agric. c. 16. 'Quum arroganter in deditos, et ut suæ quoque injuriæ ultor durius consuleret.' Curtius v. 6. 'Nec in deditos gravius consultum.'

Delere omne Latium, vastas inde solitudines facere] *Omne Latinum* Lov. 5. Vide paullo ante ad § 11. Tum *vastas deinde* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Τὸ *unde*, quod mox sequitur, *inde* hoc loco verum esse evincit. Deinde *solicitudines* Port. a m. pr. Pari modo variant librarii sæpius. Vide I. 11. § 1. ubi quædam dicta sunt IV. 52. § 8. V. 53. § 7. et alibi.

Digitized by Google

Per multa bella magnaque sæpe usi estis] *Per bella multa* Leid. 2. Lov. 1. 5. Port. et Hav. Tum *magisque sæpe* Voss. 2. *magnaque spe* Hav. Vide ad VII. 7. § 6. Particulam *que* omittunt edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 16 *Materia crescendi per summam gloriam subpeditat*] *Materiam crescendi, &c. suppeditat* Lov. 2. cujus librarius videre non potuit *subpeditat* hic poni pro 'suppetit.' Ita VI. 24. 'Quod multitudo subpeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerat.' XXVIII. 27. 'Ad vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio subpeditat.' Lucret. I. 281. 'Unde mare, ingenni fontes, externaque longe Flumina subpeditant;' ubi videndus est Lambinus. Apud Cic. hoc sensu sæpius obeurrit.

Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent] *Sæpe id firm.* Lov. 5. Similiter in contextu habet Voss. 1. altera lectione *certe* inter versus adscripta. Sed utraque juncta *certe sæpe id firmissimum* præferunt Leid. 1. et Lov. 1. *subpeditat sæpe: certe id firm.* Oxon. L. 2. apud Hearnium. Vide ad III. 44. § 4. Tum *quod obedientes gaudent* Harl. 1. et Klockian. Vide ad XXXVI. 33. § 3.

§ 17 *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis*] *Inter metum spemque* Harl. 2. Præterea *tot populorum, &c. suspensos animos* Lov. 2. Vide ad VII. 10. § 9. *Animos* etiam Lov. 4. et Port. *tot populos suspensos animis* Voss. 2. et Lov. 3. Sed nihil muto. Vide Gronov. ad Livii VII. 30. § 22. 'Suspensus animi,' ut 'territus animi' VII. 34. 'Consuli territo animi inquit:' 'sollicitus incertusque rerum' XXIV. 31. 'æger animi;' vide ad XXX. 15. § 9. 'trepidus rerum' XXXVI. 31. et similia passim. Paullo ante τὸ *est* deficit in Leid. 2. Tum *statuerunt*, pro *statuere*, Gaertn. cujus librarius *statuere* esse tertiam persenam pluralem perfecti perperam sibi persuasit, atque ita in *statuerunt* mutavit.

Et vestrum itaque de eis] Placet antiqua quorumdam librorum lectio *et vestrum utique*. Quæ lectio desiderare videtur, ut verba illa 'tot populos,' &c. parenthesi includantur, atque hoc modo tota sententia colligatur: *Sed maturato opus est, quicquid statuere placet, (tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis) et vestrum utique de eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum expectatione stupent, seu pœna, seu beneficio præoccupari placet.* Sigon. Illud *utique* Sigonii est, præcedentia verba includentis parenthesi. Sed nostri, ut edebatur, *itaque*: longeque melius sic procedit oratio. Dixerat, maturato opus. Id confirmat quasi syllogismo: tot populos suspensos animi tenetis: ergo et vestra et illorum interest, rem confieri: vestra, ut absolvamini tanta cura; illorum, ut vel pœna vel beneficio præveniantur, priusquam se colligere, et ipsi aliquid consilii capere possint. *J. F. Gron.* Τὸ *utique* tanto suspectius reddit, quod id in nullo alio meorum, quam Hav. et fragm. Hav. a m. pr. invenerim. Solent autem hæ voces a librariis in Mss. confundi. Vide ad VII. 28. § 3. Tota illa vox exsulat a Gaertn.

Seu pœna, seu beneficio, præoccupari oportet] *Occupari* Lov. 3. Male. Vide ad IV. 30. § 3.

§ 18 *Nostrum enim fuit efficere*] Flor. Rott. Helm. uterque Voss. et Mureti libri expungunt τὸ *enim*. Nec facit ad sententiam. *J. F. Gron.* Si unum excipias Harl. 2. omnes reliqui codd. quibus usus sum, illud *enim* ignorant, quod nec in Oxoniensibus suis se invenisse Hearnius testatus est. Tot itaque testimoniis confossum ex contextu Livii expuli.

Omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset] *Vobis* deest in Lov. 2.

Digitized by Google

cujus loco nobis est in Hav. *omnium rerum consulend' potestas esset* in fragm. Hav. a m. pr. *omnium rerum consulendi potestas esset* in Voss. 2. qua forma viri docti legendum censent XXIV. 28. 'Postero die comitia prætorum creandi habita:' ubi vide. Verum dissentientibus aliis codd. uni huic fidem habendam non existimo; præsertim quum vulgatum hoc *potestas ad consulendum*, pro *potestas consulendi*, adprime Livianum sit, et frequenter apud eum obcurrat. Ita IV. 47. 'Tantus ardor ad dimicandum fuit.' VIII. 1. 'Animus ad iterandum periculum fuit.' X. 36. 'Nostris animus est ad pugnandum.' XXIII. 18. 'Videri potuit hic error vires ademisse ad vincendum.' c. 30. 'Antequam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant.' XXXV. 45. 'Ut Romani tempus ad comparandum habeant.' XXXVII. 26. 'Eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendam fore:' ubi alia vide. XLII. 52. 'Ut tempus ad comparandum haberent.' Similia sunt 'vim ad fugam' II. 11. 'locus ad occasionem' IV. 31. 'tempus ad receptum sententiæ' c. 57. hujusque generis multa alia.

Quod optimum vobis reique publicæ sit] *Quid optimum* edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. consentientibus scriptis dedit *quod optimum*. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Deinde *reipublicæque* Harl. 2. Male. Supra v. 52. 'Tantum sibi reique publicæ placuit contrahet.' Justin. v. 8. 'Naves traderent, reaque publica ex semet ipsis triginta rectores acciperet.' Ita *literis senatusque consulto*, de quo vide ad XXII. 26. § 7.

CAP. XIV. § 1 *Quum aliorum causa alia esset*] *Quum aliorum tam alia esset* Voss. 2. et Lov. 3. Sæpe *cā*, id est *causa*, et *tā*, id est *tam*, ob similitudinem literarum *c* et *t* in Mss. commutantur. Vide exempla VI. 25. § 2. VII. 5. § 7. VIII. 29. § 1. IX. 8. § 3. X. 21. § 13. et alibi. Tum *esset alia* Port. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante *ad relationem consulis*, addita præpositione, edd. Rom. 1472. et Parm. contra præpositio *de* exulat a Voss. 2.

Ita experiri posse consilium dicere] Libri Pall. omnes *expediri*. Gebh. *Experiri* primi ediderant Paris. 1575. idque servarunt proximi editores usque ad Gruterum, qui a. 1628. *expediri* recte restituit. Ita enim omnes scripti, nisi quod *expedire* sit in Gaertn. Præterea *vō ita* deficit in Harl. 1. Tum *concilium* Gaertn. Vox *dicere* deerat in Klockian. quemadmodum mox in verbis seqq. *si* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Constituetur* autem, pro *statueretur*, habet Klockian.

§ 2 *Lanuvinis civitas data*] Lanuvium haud dubie aliud est oppidum, quam Lavinium, quanquam ea inter se haud multum distant. Apud Lanuvium Sospitis Junonis et templum et lucus erat, ut ex Cicerone etiam ante nos annotavit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corrupte leguntur, qui lib. v. pagg. 232. et 239. de utroque, ni fallor, disserit, ut verba ea nec Latine nec Græce allegare ausim. Vide Servium in secundum libri primi Æneidos carmen. 'Lavinium' autem 'agrum' Horatius nominat Carm. III. 27. Tu vide quæ eo in loco Mencinellus. Porro Livius hoc loco 'Lanuviniorum' facit mentionem, quos paulo ante bis cum Velscis Antiatibus numeravit: 'Lavinierum' autem adhuc paulo superius c. 11. ubi Milionis prætoris dictum refert de magna mercede Romanis pro parva via solvenda. Hic autem cum nominatim omnium pœnam referat, 'Lavinierum' non meminit, ut plane in suspicionem veniam, vel hæc defecta esse, vel Livium quorumdam omisisse multam, quod verisimilius est. *Glar.* Quamquam in quibusdam libris est *Lavinis*, tamen *Lanuvinis* legendum est. Nam de municipio, deque sacris Juno-

Digitized by Google

nis Sospitæ mentio fit. Hoc autem primum tempore Lanuvini municipes facti sunt una cum aliis Latinis multis, quos numerat Livius. Hac de re Cicero pro Cornelio sic c. 13. ' Itaque ex Latio multi et Tusculani et Lanuvini, et ex cæteris gentibus gentes universæ in civitatem sunt receptæ, ut Sabinorum, Volscorum, Hernicorum.' Neque vero moveat quemquam, quod Lanuvinis civitatem datam scribat, quos ne victos quidem ante tradiderit. Nam, ut dixi, satis habuit dicere, ' Neque ante quievere, quam, expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.' *Sigon.* Clarissimus auctor libri de ædilibus coloniarum et municipiorum cum aliunde, tum hinc c. 1. p. 21. ostendit, municipia, quum in civitatem recipiebantur, sacra sua retinuisse. Vellem simul docuisset, quid sit, quod Livius dicit, Lanuvinis ' sacra sua reddita.' Lanuvini una cum ceteris Latinis a consulibus subacti, ac deinde civitate donati, cum ea etiam sacra sua receperunt, ut hic auctor est Livius. Hinc conficitur, Romanos victis hostibus sacra sua ademisse; quod unde probare possim, non habeo. Sed puta *sacra reddita* esse relicta. Vide ad IX. 43. *Duk.* *Laminiis* et mox *Lamininis*, ac § seq. *Laminii* Voss. 2. *Laminius*, *Lamininis* et *Laminini* Lov. 3. *Lavinis* et *Lavini*, vel *Lavinitis* et *Lavinii* aut *Lavinini* Leid. 2. Lov. 2. 4. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. cum Hearnii Oxon. C. Sed *Lanuvinis* servandum esse, præter Sigonium ad hunc locum, docet etiam Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 4. p. 939. qui tamen male statuere videtur, Sigonium hic *Laviniis* reposuisse, unde frustra etiam Junonis Sospitæ mentione eum refellere conatur. Vide ad cap. præc. § 5. Glareanus, qui c. 11. ' Lavinios ' memoratos, hic vero pœnæ eorum nullam mentionem fieri miratur, duo bella cum Latinis gesta confundit. In priori bello ' Laviniorum ' Livius meminit; eoque confecto, quum omnes Latini se dedidissent, hanc pœnam victis impositam refert c. 11. ' Latium ' (adeoque etiam Lavinienses, sive Laurentes) ' Capuaque agro multati.' Cum autem Latini ' ob iram agri amissi ' rebellassent, alterum inde ortum est bellum. In hoc jam nominatim Lavinienssium mentio non fit, adeoque necesse non erat ut nominatim eorum pœna referretur: sed, quemadmodum comprehendebantur c. 13. nomine generali ' Latinorum,' ita etiam hoc cap. § 10. sub vocibus ' Cèteris Latinis populis.' Verba præcedd. *Relatum igitur de singulis decretumque* desunt in Leid. 2. *itaque*, pro *igitur*, habent Port. et Hav.

Ut ædes lucusque Sospitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus] *Ædes locusque* ed. Mediol. 1480. et quædam aliæ, sollemni operarum lapsu. Vide ad XXI. 48. § 4. De luco Junonis Lanuvii vide Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 4. p. 937. Deinde *Sospitæ Junonis* constanter omnes codd. pro quo *Sispitæ Junonis* scribendum conjicit Spanhem. de Præst. et Usu Numism. dissert. II. p. 124. Id tamen ei moram injicere videtur, quod antiqnis ' Sispitam Junonem ' dictam scribat Fest. quam vulgo *Sospitam* adpellant. Vide etiam Græviam ad Cic. Orat. pro Muren. c. 41. Præterea *communis* deficit in Leid. 2. Tum *municibus* Lov. 4. *municipiis* Lov. 2. et 5. a m. sec. Vide ad XXI. 60. § 7.

§ 3 *Aricini, Nomentanique, et Pedani*] *Anintini* Voss. 2. Tum *Momentanique* Voss. 1. et Lov. 5. Vide ad IV. 22. § 2. *Momentani*, insuper omissa particula copulante, Leid. 2. *Nomentani* Port. et Hav. Male. Vide ad II. 31. § 1. Hinc *et Pedã* Harl. 1.

Eodem jure, quo Lanuvini, civitatem adepti] Non admodum discrepat,

quantum ad sensum attinet, vetus scriptura, *eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.* Gelen. *Eo de jure* Gaertn. Vide ad VI. 35. § 4. et mox hoc cap. § 11. *In civitatem accepti* autem etiam omnes mei. Et ita ante Gelenium editum est quoque a Mediolan. 1505. et ab Aldo inter errata, quum antea *civitatem*, vel plerumque *in civitatem adepti* vulgaretur. Vide ad IV. 3. § 14.

§ 4 *Tusculanis servata civitas, quam habebant*] Data est civitas Tusculanis, auctore Livio VI. 26. A. U. C. CCCLXXV. ut merito Cic. pro Plancio c. 8. 'municipium antiquissimum' vocet Tusculum. *Sigon.*

Crimenque rebellionis] *Rebellationis* Hav. Vide Pichen. ad Tacit. Annal. XIV. 31. Alibi tamen ea voce vel Livium, vel seculi ejus scriptores alios usos esse, non invenio. *Crimenque religionis rebellationis* Lov. 3.

§ 5 *In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum*] Velitræ colonia deducta est A. U. C. CCLX. l. II. c. 31. *Sigon. Velliternos* Lov. 3. *Velitrinos* Lov. 2. et Gaertn. Vide ad c. 13. § 5. *ũ. cives* Flor. *cet̃os cives* Gaertn. Deinde *cives Bnsuros* Lov. 1. a m. pr. Sed ultima vox deletur a m. altera, quæ nec in Lov. 5. Port. vel Hearnii Oxon. B. superest. Præterea *rebellantes* Lov. 3. Hinc *sævitum* Hav. Vide ad II. 44. § 10. *sævitur* Lov. 2.

Et senatus inde abductus] Primo Campani ed. omittit τὸ *et*. Deinde Pal. 3. legit *et senatus vi abductus.* Tum Pal. 2. *et senatus deinde deductus.* Gebh. Vocula *et* omittitur etiam in Flor. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *senatus deinde* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *vi*, quod pro *inde* in Pal. 3. Gebhardus invenit, natum est ex compendio scribendi *iñ*. Vide ad III. 34. § 10. In hac autem voce desinit Lov. 5. qui a fine lacerus est. Paullo ante *murique dejecti*, pro *et muri*, Lov. 4. In verbis autem seqq. *jussitque*, pro *jussique*, Harl. 1. *missique* Gaertn. Vide ad III. 4. § 11.

§ 6 *Ut ejus, qui eis Tiberim deprehensus esset*] *Et ejus* Leid. 2. Tum *qui eis Tiberim* Flor. Leid. 1. Lov. 8. et Hav. *qui ex eis Tiberim* Harl. 1. Ceterum quatuor priora vocabula cum duobus præcedentibus desunt in Lov. 1. Cui errori occasionem præbuit vocis *Tiberim* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

Usque ad mille pondo clarigatio esset] Cæl. Rhodiginus v. 11. ex hoc Livii loco 'Taleam' vulgo dictam, 'clarigationem' existimat dici posse. Budæus in Post. Annot. 'clarigationem' cum Hermolao Barbaro esse voluit, quam Græci ἀνδροληψίαν vel ἀνδρολήψιον dixere, cujus Jul. Pollux VIII. 6. si Græca Latina reddamus, ita meminit: 'Androlipsia est, quando quis homicidas fugientes petens non accipit; licet ex non reddentibus tres abducere.' Eadem fere Suidas. De eadem re et Demosthenes in orat. κατὰ Ἀριστοκράτους p. 738. in eandem fere sententiam: 'Si quis violenta morte obierit, pro hoc gentilibus atque cognatis androlipsiæ sunt, quoad judicio cædis pœnæque subjecerint, vel necis auctores dederint; androlipsia vero ad tres usque, nec eo amplius esto.' Hæc l. VI. Decretalium Epist. 6. sub titulo de Injur. et Auth. 'sed omnino' Cod. ne uxor pro marito, 'pigneratio' vocatur; interpretes barbari 'represaliam' dicere maluerunt. Vet. Gloss. ἐνεχυριασμὸς, id est, redemptio pro vita propria, vel pignore: et Novell. LII. ὅμηρος. hoc est, *vades, obses, pignus;* et quoque ἁρπαγὴ, id est, *violentia;* nam reddere nolentibus vi 'pigneratio' seu 'represalia' fiebat. Ego sane, 'clarigationem' pignerationem dici Latine posse, censerem, nisi 'pigneratio' res potius, quam personam, respiceret; 'clarigatio' vero, sicuti 'androlepsia, potius personas, quam res. At 'clarigationem' fuisse per-

Digitized by Google

sonarum potius, quam rerum, prehensionem, ex ipsius Livii verbis clare percipimus: quæ tamen prehensio cessabat, soluta pœnæ loco pecunia determinata; sicque respectu prehensionis personarum 'androlipsiam,' respectu vero redemptionis solutæ pecuniæ medio, talearn et pignerationem dici posse, et ita scribentium de re hac sententiæ, quæ diversæ videntur, conciliantur. Profecto minus apte Calepinus 'clarigationem' belli denunciationem interpretatus est, sicuti et 'clarigare' bellum indicere, motus forte Plinii auctoritate XXII. 2. ubi habet, 'Legati ad hostem cum clarigatu mitterentur.' At Plinius de fecialibus loquitur, quos et 'legatos' appellat, quique mittebantur ad hostes repetitum quæ illi vi et injuste abstulissent; quod si dicto non paruissent, bellum postea indicebant; quorum repetitionis actio sub clarigatione quoque continebatur. Illud sane non reticendum, Gregorium IX. in concilio Lugdunensi c. unic. de Injur. lib. v. Decret. tit. VIII. prohibere 'androlepsiam' personarum ecclesiasticarum; quam 'represaliam' et 'peregrinationem,' et 'clarigationem' dici posse, non dubitamus. 'Clarigationes' in Gallia vocantur *droict de marque*, uti adnotavit Guido Pap. c. 32. De re hac plura Bart. in Tract. Represal. q. 1. et Tiraquell. in Com. in l. 'si unquam,' et D. Thom. 2. 2. q. 40. c. 1. ubi adnotatum lector inveniet, quæ 'represaliæ' legitimæ et justæ, et quæ non, sint dicendæ; et de eadem quæstione J. Andreas ad Reg. Jur. 'non debet,' in 6. *M. Donatus.* Vide Turneb. Advers. XXI. 1. Petr. Fabrum ad l. 176. D. de Reg. Juris. *Klock.* Pall. duo *clangatio.* Gebh. De clarigatione post Budæum ad l. 16. § 8. D. de Pœnis, et Turneb. Adv. XXI. 1. egit Salmas. de Modo Usur. c. 13. p. 550. et seqq. Ceterum Hermolaus Barbarus in Glossematis in Plinium voc. 'Taleas' scribit, in vett. codd. hic non p. id est, *pondo*, sed *passum* fere scriptum esse; se tamen propter ea, quæ potenas consequuntur, 'pondo' intelligere, non 'passus.' Hinc appareat, hæc in Mss. non eodem modo legi, etsi de eo interpretes tacent. Turneb. d. l. et ex eo Vossius in Etymologico citant, 'usque ad mille passuum pondo clarigatio esset.' Non video quomodo hæc conjungi possint. *Mille pondo* sunt, ni fallor, mille æris, sive mille asses, qui, ut notum est ex Varrone de Ling. Lat. lib. IV. in fine, et Plin. Hist. Nat. XXXIII. 3. tum libram pondo erant. *Duk. Usque ad mille passus damnatio esset* Hearnii Oxon. L. 2. et N. *usque ad mille passus damnatio, castigatio esset* ejusdem ced. C. *usque ad mille passus damnate clarigatio esset* Lov. 2. Port. et Hav. Reliqui a vulgato non differunt, nisi quod *mille passu* sit in Leid. 1. *mille passum* in Flor. et Harl. 2. contextu; *mille passus* in Harl. 1. Klockian. et Gaertn. *mille passuum* in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. Et ita edd. vett. nisi quod in Ven. 1495. 1498. et 1506. ut et Ascens. 1510. transpositis dictionibus legatur *mille clarigatio passuum.* Quum autem interim Hermol. Barbar. in Glossem. in Plinium voce 'Taleas' legendum docuisset *ad mille p.* id est, *pondo*, quæ lectio exstat in margine Harl. 2. hinc postea Ascens. 1513. 1516. 1530. Colon. 1525. Cervic. et Paris. 1529. recepta utraque scriptura, dederunt *usque ad mille passuum pondo clarigatio esset.* Id autem, quod nunc vulgo ex Hermol. Barb. emendatione editur, primi receperunt Megust. hinc Froben. 1531. et post eos reliqui. Compendium scribendi p. quo et *pondo* et *passus* indicantur, a librariis non intellectum tot numero varietates nobis peperit. Mox *ne*, pro *nec*, est in Lov. 2. Vox autem *ære* deficit in Port.

Digitized by Google

§ 8 *Et Antium nova colonia missa*] Ea primum deducta fuit A. U. C. CCLXXXV. *Sigon.*

Cum eo, ut Antiatibus permitteretur] Eruditissimus Norisius ad Cenotaph. Pis. Diss. I. c. 1. p. 15. causam, cur oppida quædam modo municipia, modo coloniæ, vocentur, hanc fuisse tradit; quod in coloniarum deductione cives veteres a triumviris suis legibus ac sacris uti permitterentur, ut hic veteres Antiates. Nam colonos Roma Antium deductos Romanis sacris ac legibus, veteres vero Antiates cives suis peculiaribus legibus ac propriis sacris usos fuisse. Hoc deinde etiam viro doctissimo placuit lib. de Ædilib. Colon. c. 1. p. 35. Sed sunt in ils quædam non satis liquida: primum quod Antium municipium fuisse; deinde quod veteres Antiates non adscribi voluisse novis colonis Romanis, significat; quorum utrumque Livii testimonio refelli videtur. Hic enim l. III. c. 1. jam olim A. U. CCLXXIV. Antium coloniam deductam auctor est, neque eam, quum non ita multo post a Romanis defecisset, ac deinde omnibus bellis Romanorum cum Volscis aliisque semper contra Romanos steterisset, quod ejusdem libri c. 10. et quamplurimis aliis locis ab eo proditum est, umquam jure municipii donatum constat: unde etiam 'novam' eo 'coloniam' missam hic dicit Livius. Et Antiates veteres novis colonis adscriptos fuisse, hæc indicio sunt, quod hoc loco 'Antiati populo civitatem datam' scribit, et quod deinde XXVII. 38. et XXXVI. 3. Antium 'coloniam' vocat. Ob has causas male amplecti interpretationem Sigonii, qui de Ant. Jur. Ital. II. 3. ita putat, Livium, quum 'Antium novam coloniam missam, et Antiatibus, si et ipsi adscribi vellent, civitatem datam' sit, nihil aliud sensisse, quam iis jus Quiritium impertitum, id est, Antium coloniam Romanam, sive coloniam civium Romanorum factam fuisse. Et sic ex Sigonio episcopus Adriensis in Monum. Veter. Ant. c. 1. Idem sensisse Spanheimum, nec probasse hujus loci interpretationem Norisii, ex cujus sententia, quam ignorare non poterat, Antium partim colonia, partim municipium fuit, ex eo colligo quod in Orbe Rom. exercit. I. c. 7. inter potiora seu nobiliora Volscorum oppida, quæ antiquitus in Romanorum colonias conversa sunt, etiam Antium ex hoc loco Livii numerat; et quod cap. 2. ubi eadem oppida modo municipia, modo colonias, appellari observat, neque eam, quam Norisius, hujus rei rationem adfert, neque hoc testimonio Livii ad id comprobandum utitur. Non nego, ejusdem oppidi cives diverso jure esse potuisse; nam hoc satis ex iis constat, quæ hoc cap. et c. 11. de civitate solis equitibus Campanis data scribit Livius; sed id de Antiatibus ostendi non potest. *Duk.* Tò *ut* deficit in Lov. L. et ed. Parm. Ejus loco *et* habet Voss. 1. in contextu. *Aut* Harl. 1. Vide ad IV. 12. § 8. 'Cum eo ut,' 'cum eo ne' illustrantur ad III. 37. § 7. Tum *mitteretur* Lov. 2. et 3.

Interdictumque mari Antiati populo] Ita primus edidit Frobenius a. 1535. eamque lectionem optimi meorum Flor. Leid. 1. Harl. 1. et Klecklan. probant. Reliqui vero cum edd. antiquioribus *interdictumque mare* præferunt. Utramque locutionem 'interdico rem' et 'interdico ro' et Livio et aliis optimis in usu fuisse, vidimus ad V. 3. § 8. Potius itaque melioribus, quam pluribus, scriptis consentio.

§ 9 *Agro mulctati, neque ob recens tantum*] *Agro multati* Leid. 2. *agro mulctati* Lov. 2. 3. Vide ad III. 67. § 5. Tum *nec ob recens* Port. Hav. et fragm. Hav. *neque tibrecens* Lov. 3. Mox *Latinis* exulat a Leid. 2. *crimine* autem, pro *crimen*, habet Port.

Digitized by Google

a m. pr. Deinde, transpositis dictionibus, *Romani imperii* Voss. 2.

Arma quondam consociassent] Hac de re libro priore dictum est. *Sigon.* Mediam vocem omittit apud Hearnium Oxon. L. 1.

§ 10 *Connubia commerciaque et concilia*] Habuerunt ergo ea ante hoc bellum, quæ tum demum iis ademta sunt. Viri doctissimi scribunt, Latinos populos ne inter se quidem promiscue habuisse jus connubii 'ex fœdere antiquo.' Intelligunt, credo, 'fœdus antiquum,' quod hoc tempore cum Latinis haud dubie, sed gravioribus conditionibus, renovatum est. Nam alioqui 'fœdus antiquum' cum Latinis magis dicitur, quod Romani cum iis post pugnam ad lacum Regillum fecerunt. Livius VII. 25. De prohibitis inter Latinos connubiis agit Spanhem. in Orbe Rom. Exercit. II. 22. Concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ memorant Livius I. 50. et VII. 25. et Dionys. Halic. multis locis. Ea usque ad P. Decium Murem consulem durasse, prodit e Cincio Festus voce 'Prætor;' quæ Livius hic biennio post, Camillo et Mænio consulibus, sublata narrat. Sed Cincius ad Decii consulatum retulisse potuit, quod tum bellum cum Latinis inchoatum est, et vires eorum maxime fractæ sunt. *Duk.* Ita ediderunt Mediol. 1505. deinde Modius, et post eum recentiores reliqui. Similiter etiam præferunt Flor. Lov. 4. Harl. ambo, et Klockian. quum alii omnes manu et typis descripti *consilia* exhibeant. Sed intelligitur conventus legatorum ex diversis Latii populis, ut in commune consulerent; quod non *consilium*, sed *concilium*, vocari, docet Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5.

Campanis equitibus honoris caussa, quia cum Latinis] Nihil in his, quod ad intellectum potest pertinere. Et jam ante c. 11. dixit, Campanis equitibus civitatem datam. Ms. Rott. et alter Voss. *equitum*. Lege *Campanis, equitum honoris caussa, qui cum Latinis, &c.* Quod enim ante diximus de equitibus, iis civitatem datam esse, id de pleno civitatis jure intelligendum: nunc vero omnibus Campanis civitas datur, sed sine suffragio. Id utrumque ita factum esse, sed diversis temporibus, clarum est ex Livio XXIII. 5. in verbis Varronis: 'Adjicite ad hæc, quod fœdus æquum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum civitatem nostram magnæ parti vestrum dedimus communicavimusque vobiscum.' lib. XXVI. c. 23. de Campanis: 'Cives Romanos, affinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus, connubio vetusto junctos.' XXXI. 31. de iisdem: 'Hi homines, quum ipsos fœdere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus.' Ad hoc tempus, quo omnibus Campanis civitas absque suffragio data est, pertinet fragmentum vetus apud Censorinum [sive apud incertum scriptorem, qui Censorino jungi solet, c. 14.] 'Cives Romani tunc facti sunt Campani.' Χρονικὰ διορίκαι apud Scaligerum ad Eusebium p. 329. Olymp. CLIX. κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὸ πολίτευμα Ῥωμαϊκὸν Καμπανοῖς ἐδόθη. 'Equitum honoris causa,' ut X. 24. 'Honoris ejus causa.' Cicero ad Atticum, lib. XVI. epist. ad Plancum, 'Ut hoc, quod te tua sponte facturum certo scio, honoris nostri causa libenter facias.' *J. F. Gron.* Satis idoneæ sunt hæ rationes, cur scriptura librorum, qui habent *Campanis equitum* vulgatæ præferenda sit. Addi possunt et aliæ. Primum, quod Velleius I. 14. auctor est, Campanis et parti Samnitium civitatem sine suffragio datam, Postumio et Veturio consulibus, id est, quadriennio post Camillum et Mænium hujus anni consules. Hoc ibi Lipsius, ut vulgatam loci Liviani scripturam in concordiam redigat, ita expedire conatur, Camillo et Mænio consulibus

Digitized by Google

primum tantum equitibus Campanis, deinde autem quatuor post annis omnibus Campanis civitatem datam fuisse. Sed hoc repugnat Livio, qui c. 11. equitibus Campanis biennio ante consulatum Camilli et Mænii civitatem datam testis est. Nec verosimile est, Livium, quum c. 17. Postumio et Veturio consulibus Acerranis civitatem sine suffragio datam memoret, idem de Campanis voluisse reticere. Nec quemquam morari debet notatio temporum apud Velleium: nam, in ea contaminatissimum esse locum illum, docet Pighius ad a. ccccxx. Deinde, quod Livius paullo post scribit, 'Cumanos, Suessulanosque ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam, esse placuit.' Cumanos enim municipes fuisse scimus ex Livio XXIII. 31. Cicerone ad Attic. X. 13. et Festo voce 'Municipium.' Accedit quod Livius in his verbis 'Capuam' nominat, quod non potuisset, si superiora tantum ad equites Campanos pertinerent. Nam quod Sigonius verba hæc eo refert, quod c. 11. Capua 'agro multata' dicitur, longe petitum est; quum ibi de iis quæ biennio ante hoc tempus, hic de iis quæ post rebellionem Latinorum gesta sunt, sermo sit. Ne dicam, hoc genus loquendi fere de jure, quo civitas aliqua publice utitur, deque conditione status publici usurpari. Cic. in Verr. III. 6. 'Siciliæ civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem jure essent, quo fuissent, eadem conditione populo Romano parerent, qua suis antea paruissent.' Pro Cæcin. c. 35. 'Jubet enim eodem jure esse' (Volaterranos,) 'quo fuerint Ariminenses.' Livius supra hoc cap. 'Eodem jure quo Lanuvini in civitatem accepti.' Idem XXVI. 24. et XXXIV. 62. Nec verbis opus est, quum ipse Sigonius de Antiq. Jur. Ital. II. 9. ex hoc loco doceat, Cumas et Suessulam municipia fuisse. Denique Campanos omnes ante A. U. C. CCCCLXXIII. et adventum Pyrrhi in Italiam cives Romanos fuisse, satis certum est ex historia de legione Campana, quæ Rhegium occuparat, apud Livium Epit. lib. XII. et XV. Polyb. I. 7. Valer. Max. II. 7. ex. 15. et alios. Neque enim in legione militare alii, quam cives Romani, poterant, et Valer. Max. diserte hos 'cives Romanos' vocat. Quum autem non proditum sit aliud tempus, quo Campani jus civitatis Romanæ nacti fuerint, hoc solum relinquitur, ut putemus, id eo anno, cujus res hic exsequitur Livius, factum. Non dissimulabo tamen, non nihil scrupuli in hoc loco superesse, sive quis *Campanis equitibus, quia*, quod vulgo legitur, retinendum putet, sive cum Gronovio *Campanis equitum, qui* malit. In utraque scriptura nec *quia*, nec *qui*, ad alios, quam ad equites referri potest; et tamen neutrum in eos convenit. Non de prima defectione, sed de rebellione Latinorum hic loquitur Livius. Jam vero, qui non modo cum suis ad Latinos, bellum Romanis moventes, desciscere non voluerunt, ob quam caussam et civitas illis data, et populus Campanus vectigalis factus fuerat, c. 11. eos multo minus cum Latinis rebellare voluisse, plane credibile est. Non invenio rationem, qua hic nodus solvi possit. Sed quia satis demonstratum arbitror, vocem *Campanis* non ad equites, sed ad populum Campanum pertinere, suspicor, locum inserta copula ita legendum esse: *Campanis, equitum honoris caussa, et quia cum Latinis rebellare noluissent, &c. civitas sine suffragio data.* Nempe Campani, exceptis eorum equitibus, cum Latinis, a fœdere Romano desciscentibus, consilia et arma consociaverant, cap. 2. 3. et 11. et utrique a Romanis victi, deditione ad eos facta, agro multati fuerant, c. 11. Deinde Latini ob iram agri amissi rebellaverant, c. 12. sed ab illa

Digitized by Google

rebellione Campani, quorum nulla in ea mentio est, se abstinuerant: quam ob rem, simul equitum Campanorum honoris caussa, civitas data est. *Duk. Equitum honoris caussa*, præter Voss. 1. a Gronovio memoratum, ex meis præferunt Leid. ambo, Lov. 1. Flor. Harl. 1. et Klockian. idque probanti Gronovio consentio, quamvis reliqui, et eam illis Hearnii Oxonienses, alteram lectionem servent. Ita XXXIII. 34. 'Romanorum autem honoris caussa Perseam Rhodiis restituam.' Multa exempla, ubi 'honoris mei,' 'tui,' 'illius caussa' obcurrit, ex Cic. collegit Vavass. de Vi et Usu Quorumd. Verb. in voce 'In honorem alicujus;' ubi tamen non bene locutioni 'in honorem alicujus' controversiam movit, qua usus est Valer. Max. IV. 8. ex. 2. 'Fabius in honorem patriæ paupertatem inopia mutavit:' et V. 2. ex. 1. 'In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit:' 'ad honorem' dixit Livius II. 27. 'Quod facile adparebat, non tam ad honorem ejus factum, quam ad consulum ignominiam.' Id tamen verum est, nondum me locutionis ejus exemplum apud Cic. observasse: *quia* autem, pro quo Gronov. *qui* malebat, constanter servant omnes codd. Ea quidem vocabula sæpe inter se confundi solent. Vide ad XXXVI. 33. §. 5. hic tamen, invitis scriptis vulgatum mutare, periculosum puto. Quin et verius videtur, hic cum Dukero, inserta particula, *et quia* legendum esse. Illud autem *quia* hic adjunctum habet subjunctivum, de quo vide ad II. 8. § 5. Patris tamen conjecturam probat Jac. Gronovius ad Livii X. 44. § 8. Ceterum per 'Campanos' hic non omnem Campaniæ populum, sed potius urbis Capuæ incolas intelligo, quoniam, quod hic per 'Campanos,' mox per 'Capuam' exprimit, et 'Cumanos Suessulanosque' Campaniæ populos a Campanis distinguit. Et hoc nomine cives urbis Capuæ *Livium* semper adpellasse, observat Gronov. ad XXVII. 8. § 1.

Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset via] *Formanisque et Fundanis* Lov. 2. *Fundanisque et Formidianis* Gaertn. Tum *qui per fines eorum* Hav. *quia per fines eorum* Port. quomodo mutasse videtur scriba ejus cod. quod modo præcesserit 'quia cum Latinis,' cui τὸ *quod* non recte subjungi existimabat. Sed male. Infra XXXIX. 41. 'Non solum quia indignabantur novum hominem censorem videre, sed etiam quod tristem censuram exspectabant.'

§ 11 *Ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam*] Campanos agro multatos antea dixit, jussosque equitibus summam quandam solvere; sed de jure conditioneque eorum ne verbo quidem meminit. *Glar.* Capuam agro multatam tantum dixit c. 11. 'Latinis Capuaque agro multatis.' *Sigon.* Id huc non pertinet. Nam pœna hæc inposita est priori bello, quod biennio ante gestum est. Respicit contra ad id quod § præc. dixerat, 'Campanis civitas sine suffragio data.' Per 'Campanos' enim Capuæ urbis cives intelligi, ibi dictum est. Et hoc probe intellexerunt librarii codicum Gaerta. qui, pro *Capuam*, dedit *Campani*, atque Hav. qui ejus loco recepit *Capuani*. Sed utraque illa lectio ex glossa nata videtur. Hic ergo locus etiam docet, § præc. *equitum*, pro *equitibus*, legendum esse. Ea enim emendatione non recepta, de jure conditioneque Campanorum Livius, ut Glareanus inquit, ne verbo quidem meminisset. Ceterum *ejus juris conditionisque* Leid. 2. Vide ad X. 10. § 6. *Ejus de juris conditionisque* Harl. 1. Vide hoc cap. ad § 3. *Ejusdem juris conditionis* Flor. quod Salvinio non displicebat. Verum si vox sequens more antiquo *quoius* scripta fuit, illud *que* facile ab

Digitized by Google

ejus initio elidi potuit.

§ 12 *Naves Antiatium partim in navalia*] *Naves Antiatum* Leid. 2. Lov. 3. 4. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Male. Vide ad v. 15. § 11. Tum *navilia* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *in foro extinctum*, pro *in foro extructum*, Voss. 2. Vide ad x. 24. § 13.

Rostraque id templum adpellatum] Hinc Plinius xvi. 4. 'Antea rostra navium tribunali præfixa fori decus erant, velut populo Romano ipsi corona imposita.' Et Cic. in Vatin. c. 10. 'In rostris, in illo, inquam, augurato templo ac loco.' Et pro lege Manilia c. 18. 'In eum ipsum locum ascendere, quem majores exuviis nauticis et classium spoliis ornatum reliquissent.' *Sigon. Id templum adornatum appell.* Voss. 1. Leid. 2. fragm. Hav. a m. pr. et apud Hearnium Oxon. N. ac C. *id templum adornatum adpell. est* Lov. 1. *id templum appellari* Lov. 4. Ceterum rostrorum, quæ hoc tempore demum subgestui fori præfixa fuerunt, jam eo tempore, quo decemviri abrogati sunt, meminit Diod. Sic. Bibl. lib. xii. p. 301. referens, leges duodecim tabularum adfixas fuisse τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις. Nisi ibi per *Rostra* intelligitur ipse subgestus, sive tribunal. De rostris vide Fam. Nardin. Rom. Vet. v. 3.

Cap. xv. § 1 *C. Sulpicio Longo, P. Ælio Peto consulibus*] *Pæto* ex Capitolinis lapidibus et nummis argenteis. *Sigon.* Prioris consulis prænomen deficit in Flor. Lov. 2. et Oxon. L. 1. apud Hearnium; qui in cod. C. reperit *Gneo*. Vide ad c. 37. § 1. Dein *Supplicio* Leid. 1. Vide ad iii. 10. § 5. Tum *Longo* Harl. 2. Sed cognomen omittitur in Harl. 1. Præterea copula *et* additur inter utriusque consulis nomina in Port. et Hav. Sed vide ad ii. 17. § 1. Hinc posterioris etiam consulis prænomen exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. *Plio*, pro *P. Ælio*, habet Klockian. Denique, *Pætus* per diphthongum scribendum esse, constat etiam ex scriptoribus Græcis, quibus Παῖτος vocatur.

Quum omnia non opes magis Romana, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret] Pall. duo, 1. et 3. *obtinerent*. Pal. 2. vero, *cum omnia non ope magis Romani, quam beneficiis parta gratia, bona pace obtinerent*. Gebh. *Obtinerent* etiam Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Sed *cum omnia non re magis Romani, quam beneficiis parta gratia bona pace obtinerent* præferunt insuper Lov. 2. Port. et Hav. *obtinuerunt* Gaertn. Sed melioris notæ codd. vulgatum recte servant. Mox *Arruncosque*, vel *Aruncosque*, quemadmodum etiam § seqq. Voss. ambo, Lov. 1. 3. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. Vide ad vii. 28. § 1.

§ 2 *A T. Manlio consule in deditionem accepti*] Præpositionem a ignorant Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. duo, Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad vi. 11. § 4.

Nihil deinde moverunt] *Inde* Flor. a m. pr. Vide ad xxxvi. 24. § 10. *Dein* Gaertn. Vide ad iii. 3. § 6. Tum *moverunt* Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Mox *census justior fuit Arruncis*, addita ultima voce, Port. et Hav.

§ 3 *Sed prius, quam consules ab urbe (jusserat enim senatus defendi Aruncos) exercitum educerent*] Vetus lectio, *Sed priusquam consules ab urbe (jusserat enim senatus) defendendi Aruncos exercitum educerent*. Gelen. Interpolata ab sciolis lectio: quare legendum, ut habent Pall. duo meliores 1. ac 3. monuitque Gelenius, *Sed priusquam consules ab urbe (jusserat enim senatus) defendendi Aruncos exercitum educerent*. Noto doctis Græcismo. Lib. ix. c. 11. 'Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendum fidei exquirere.' *Gebh. Defendendi* etiam Flor. a m. pr. Voss. 1.

Digitized by Google

Leid. duo, Lov. 3. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi sæpe ellipsin vocis *caussa* obcurrere, dicam ad XXXI. 12. § 4. Hic tamen vulgatum præfero, et puto per errorem librariorum literas *end* in media voce geminatas esse, quemadmodum dederunt *amicicior*, pro *amicior*; vide ad II. 15. § 6. *redidit*, pro *redit*; vide ad II. 47. § 11. *prendidi*, pro *prendi*; vide ad III. 11. § 2. et similia passim. Deinde *ab urbe exercitum adducerent* Harl. 2. Hearnii Oxon. C. et edd. vett. nempe *ad oppidum Auruncorum*: quod eodem modo dictum esse videri posset, quo 'advocare ab armis,' 'avolare Romam,' et similia, de quibus vide ad I. 57. § 8. Id quum displiceret illi, qui Livium Mediol. a. 1505. edidit, *ab urbe exercitum abducerent* substituit, Aldus vero *educerent*; quod in reliquis scriptis superest. Et recte. Supra III. 21. 'Neque consules ab urbe exercitum educerent:' ubi similiter turbarunt librarii. Vide quæ ibi notavi, et ad X. 37. § 6.

Fama adfertur, Auruncos oppidum deseruisse] Vetus lectio *fama affertur, Aur. metu oppidum des.* Gelen. Vocem *metu*, quam ab antiqq. edd. et uno Harl. 2. exsulantem Gelenius restituit, agnoscunt reliqui omnes scripti: transponitur tamen in Port. et Hav. qui *oppidum metu deseruisse* præferunt. Iidem duo etiam obferunt *fama fertur*. Sed sequor alios in vulgatum conspirantes. Supra IV. 56. 'Volscos deinde et Æquos, fama adfertur, summa vi ad bellum coortos:' ubi plura notantur.

§ 4 *Profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse*] Vet. lib. *commeasse*. Recte. Nam inquit, Auruncos oppidum antiquum suum deseruisse, ac profugisse. Nomen autem ejus oppidi 'Aurunca' fortasse fuit, quo deinde nomine Suessa ipsa etiam affecta est. Sic Ausonum fuit oppidum 'Ausona.' *Sigon.* Verum esse autumat Sigonius *commeasse*; quod et ego reperi in Pal. 2. codice, sui semper simili, et vetere recensione Campani. Sed rationem, qua motus illud antefert vulgatæ, a libris melioribus ac principe edd. firmatæ, non validam invenio. *Gebh. Commeasse* etiam Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quod recte Gebhardo displicuit: festinationi enim patriam metu deserentium, et cum conjugibus ac liberis profugorum vix convenit. *Commigrasse* præfert Lov. 2. *communivisse* Leid. 2. et Lov. 1. Ceteri codd. vulgatum *communisse* servant. Amat autem Livius has contractiones. Vide ad VI. 18. § 10. De verbo 'communire' vide ad III. 42. § 3. Insuper *profugosque* deficit in Leid. 2. sola tantum particula *que* in Lov. 4. Mox *appellatur*, pro *appellata*, idem Lov. 4. Auruncæ urbis ab Ausone conditæ meminit Fest. voc. 'Ausoniam.' 'Dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuisse Auruncam urbem ferunt.'

Mœnia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam] *Mœnia ant. eorumque urbem* Lov. 2. *mœniaque ant. eorum, urbemque* Lov. 4. *mœnia ant. eorum, urbe a Sid. deleta* Gaertn. *a Sidicinis* etiam Port. et Hav. Tum *delatam* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IX. 25. § 9. Ceterum locus hic vulgo post Gruterum ita in multis edd. interpungitur: *Suessam communisse (quæ nunc Aurunca adpellata) mœniæ antiqua eorum, urbemque, &c.* Hinc sequi videtur 'Suessam mœnia antiqua eorum' per adpositionem dici, et indicari, Auruncorum majores Suessæ habitasse, eodemque nunc posteros eorum reverti. At puto Livium hic narrare, Auruncos Suessam operibus firmasse, Sidicinos vero urbem eorum, unde profugerant, evertisse. Distinctionem itaque mutavi, eamque recepi, quæ ante Gruterum in plerisque edd. exstabat, et ab Hearnio revocata est.

Digitized by Google

§ 5 *Dictus est Claudius Regillensis*] Vetus lectio *dictus C. Claudius.* Gelen. Lectionem quam Gelenius damnat, unus tuetur Harl. 2. alii omnes Gelenio consentiunt; nisi quod unus item Klockian. recepta utraque lectione, ostentet *dictus est C. Claudius.* Præterea *dictus* deficit in Lov. 4. At *C. Claudius Inregillensis* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. quo quid indicare voluerint librarii, non adsequor; nisi forte illud *In* factum sit ex *M.* atque adscripto *M.* innuerint, se non tantum *Regillensis*, sed et *Megillensis* in codd. suis invenisse. Certe *Mugillensis* est in Port. et Hav. Sed, *Regillensis* Claudiorum circa hoc tempus cognomen esse, indicat Fragm. Fast. Capit. anno CDIV. :-:-:- AVDIVS. P. F. :-:-:-:-:-:-:- REGIL. :-:-:- quod Pighius supplet *AP. CLAVDIVS. P. F. AP. N. CRASSVS. SABIN.* REGILLENS.

C. Claudium Hortatorem] *Hortarem* Port. *Horatorem* Voss. 1. a m. sec. *Oratorem* Voss. 2. Leid. duo, et Lov. 1. 2. 3.

§ 6 *Religio inde injecta de dictatore*] *Deinde injecta* fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 24. § 10. *Inde jecta* Flor. Scriptum antea fuerat *iñ injecta.* Postea compendium illud *iñ* primam syllabam vocis seq. intercepit. Vide ad XXXVIII. 31. § 4.

Se magistratu abdicarent] *Magistratū* Leid. 1. Ea vox exulat a Lov. 4. Tum *abdicaverunt* Hav.

§ 7 *Insimulata deinde apud pontifices ab iudice servo, quum decreto eorum jussa esset*] *Insimulata demum* Leid. 2. et Lov. 1. Sæpe hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad XL. 22. § 1. Tum *ab iudice servo* Hav. Vide ad v. 26. § 6. *Ab iudice servorum decreto* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *cum secreto eorum* Lov. 2. *cum decreta eorum* Harl. 2. et Gaertn. Insuper *visa esset* Lov. 2. quomodo frequenter variant libri scripti. Vide ad IX. 24. § 4. Paullo ante *justo* deerat in Lov. 2. a m. sec. Male. 'Cultum mundiorem justo' est mundiorem, quam æquum erat, quam Vestalem decebat. Liv. XXII. 59. 'Nisi nobis plus justo nostra placet causa.' Curtius X. 5. 'Gloriæ laudisque justo major cupido.' Plinius XVII. 12. 'Illam inscientiam pudendam esse conveniet, adultas interlucare justo plus.' c. 22. 'Peritiores adfirmant, si justo sæpius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur.' Ovid. Epist. Her. XXI. 5. 30. 'Sed melior justo, quamque mereris, ego:' ubi vide Burm. Et ita 'justum,' pro æquo, recto poni, idem docuit ad Valer. Flacc. v. 499.

§ 8 *Familiamque in potestate habere*] Hoc est, ne manumitteret. Vide Brisson. ad l. Juliam de Adult. c. 26. *Klock.* Id est, prohibita manumittere servos, ut essent ex quibus quæstiones haberi possent. Sic pagg. 749. 750. XXXIX. 14. Sigon. de Judic. II. 14. *H. Vales.* Adde Abramum ad ad Cicer. pro Milone c. 12. *Duk.*

Viva sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa] Cur 'sub terram stratam' dicat, exponit Plutarch. in Numa p. 67. Ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγαιος οἶκος οὐ μέγας. κεῖται δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη. id est, *Eo in loco*, ad portam Collinam, *præparatur sub terram domus haud admodum magna, in ea vero lectus est stratus.* Sigon. Lacte et pane apposito, ne fame necata videretur. Vide G. Canter. Novar. Lect. v. 6. *Klock.* Sigonius *stratam* accommodat lecto strato: ego viæ stratæ. *Grut.* Pall. primo duo *viva subterratur.* Deinde Pall. tres *statim*, pro *stratam.* Vetustissimæ autem edd. *strata:* et ita reposui. Festus: 'Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerunt, defossæ sunt.' *Gebh. Dextra via strata* priscæ edd. Sigonius *stratam:* et, cur 'terram stratam' dicat Livius,

Digitized by Google

ait docere Plutarchum; apud quem est, in hypogeo, quo defodiebantur virgines Vestales, lectum stratum fuisse. Ego 'triclinium stratum' facile admitto, in quo lecti sunt strati: 'terram stratam,' sub qua lectus stratus sit, accipere non possum. Nisi et 'stratum mare,' in quo lecti sternuntur. Thuan. *dextra viam strata.* Pall. *dextra via statim.* Voss. *dextra viam stratam.* Helm. *extra viam stratam:* quod aliquem commovere possit. Sed 'dextra via strata,' est ad sinistram munitæ viæ: in campo, ubi a dextra est via strata. Sic II. 49. 'Infelici via dextro Jano portæ Carmentalis.' *J. F. Gron. Vicus sub terram* Flor. a m. pr. *vica sub terra* a m. sec. *viva subtervatur* Lov. 3. *viva super terram* Lov. 4. Dein *dextra via statim defossa* Lov. 2. 3. Port. Gnertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. *dextra viam stratum defossa* Flor. a m. pr. Voss. 1. a m. pr. Leid. 1. Harl. 1. fragm. Hav. a m. pr, et Klockian. quomodo etiam Froben. 1535. paucique eum secuti ediderunt. *Dextra via strata defossa* Flor. a m. sec. *dextra via stratam defossa* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 1. Similiter ediderunt Vascos. Curio, pluresque alii. *Dextra via strata defossa* Lov. 4. Harl. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. atque N. cum edd. principibus. Jac. Gronovius in Diss. Epist. ad Livii loca quæd. Geogr. Epist. II. legendum conjicit *dextra via Salaria defossa.* Rationes conjecturæ peti possunt ex ipsa epistola. Verum haud male Raph. Fabrett. in Apolog. p. 45. et seqq. docuit, id viri celeberr. emendationem evertere, quod testibus Dion. Hal. lib. II. p. 127. Plut. in Num. p. 67. et Serv. ad Virgil. Æn. XI. 216. campus sceleratus, in quo Vestales vivæ defodiebantur, fuerit intra Urbem; via autem Salaria, teste Festo in voce 'Salariam,' demum inceperit ad portam Collinam, adeoque extra Urbem fuerit. Ipse vero censet, vel cum J. F. Gronovio legendum esse *dextra via strata defossa*, vel cum aliis *dextra viam stratam defossa*, quod exponit 'ad dextram viæ stratæ;' et illustrat hoc Sallustii loco ex Jug. c. 11. 'Dextera Adherbalem adsedit.' Id tamen exemplum minus convenit. Casus quartus enim *Adherbalem* referendus est ad verbum *adsedit.* Vide Cortium ad eum locum. Dispiciendum est, an *dextra viam stratam*, pro qua lectione stant optimi codd. dictum sit ea forma qua 'ignarus cetera,' 'planus omnia,' similiaque alia dicuntur, de quibus vide Cortium ad Sall. Jug. c. 10. § 7. et Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 25. Sin, Gronovii *dextra via strata* non displicebit.

Credo ab incesto id ei loco nomen factum] Vet. lib. *ab incesta.* Festus: 'Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerunt, defossæ sunt.' *Sigon.* Prima vox a prima ed. abest. Sigonius, dubitans rectum esse *incesto*, e libro suo præfert *incestu*, quod in Pal. 2. solo reperi. Probina vero alterum. *Gebh.* Prima vox non tantum abest a prima, sed etiam a reliquis, quas vidi, edd. Aldina antiquioribus, ut et a cod. Harl. 2. Sed rectius eam Aldus restituit, aliique codd. servarunt. Supra IV. 17. 'L. Sergius Fidenas; a bello credo, quod deinde gessit, adpellatum:' ubi plura vide. Deinde *ab incestu* Klockian. et Port. Utrumque 'incestus' et 'incestum' in usu est: et quidem posterius hoc passim apud Cic. Tacit. Sueton. aliosque obcurrit. Quin et, quod proxime huc accedit, 'incestum' de stupro Vestalium est apud Auct. Epit. Liv. lib. XIV. lib. LXIII. 'Æmilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatæ sunt.' Suet. in Domit. c. 8. 'Incesta Vestalium virginum varie ac severe coërcuit.' Plin. lib.

Digitized by Google

IV. Ep. 11. de Valerio Licinianо, qui Corneliam Vestalium maximam stuprasse dicebatur: 'Dignum tamen illum, qui hæc ipsa studia incesti scelere maculaverit.' Et paullo post de ipsa Cornelia: 'Absentem inauditamque damnavit incesti.' Patet igitur, quam temerarium foret, si duorum triumve codicum fidem, tot aliorum auctoritate aspreta, sequeremur. Tum *id eo loco nomen factum* Leid. 2. *id loco nomen factum* Gaertn.

§ 9 *Eodem anno Q. Publius Philo prætor primum de plebe*] Paullo ante ad c. 12. § 14. admonuimus, hunc non 'Publium' nominari, sed 'Publilium.' 'Publius' enim prænomen est: nemo autem duo prænomina habuit. Id ut ante sæpe habitum, ita sæpius postea. Scire tamen velim, ut cum miseris Auruncis actum, pro quorum auxilio tam severe dictator creatus, tam leviter deponitur: deinde cum iis quid actum; *οὐ δὲ γὰρ* narrat nobis Livius. *Glar. Primus* solet dicere Livius. Vide l. VI. c. 42. l. VII. c. 17. c. 22. l. X. c. 8. 'L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus prætor.' *Duk. Eodemque anno* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *Q. P. Philo* Lov. 2. Harl. 2. Hov. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Q. Publius Philo* ejusdem cod. L. 2. Flor. et Klockian. *Q. Pupblius Philo* Lov. 1. *P. Philo* Lov. 4. et Gaertn. *Publius Philo* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. *Pub. Philo* Port. Vide ad c. 12. § 4. Præterea *prætor Romanum primum de plebe* Leid. 2. Vox *prætor* deficit in Hav. sequens *primum* in Lov. 2.

Qui negabat, rationem ejus se habiturum] Id est, nomen ejus candidati non recepturum: consules enim prætoria comitia habebant. *Sigon.* Vide ad XXXIX. 39. § 4.

Senatu, quum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in prætura intendente] Vet. lib. *tendente*, ut sæpe usurpat Livius. *Sigon.* Pall. duo, 1. et 3. *senatu, C. in sum. imp. se non obtin., minus in præt. tenente.* Pal. 2. autem *minus in prætura tendente.* Quid, si esset a libris veteribus illa lectio, cujus lectorem compotem facio ex ed. Campani? *Senatus, cum in sum. imp. id non obtin., minus in præt. intendere.* Gebh. *Sane*, pro *senatu*, Lov. 2. *senatuq; cum in summis imp.* Harl. 2. *senatuque cum in summis imp.* edd. pr. usque ad Aldum, qui vocalem *que* in erratis omittendam monuit. *Senatu cum in summis imperii* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. quod eo modo dictum videri posset, quo 'ultima orientis,' 'infima clivi,' et similia; de quibus vide ad XXXVII. 58. § 8. Reliquorum tamen codd. vulgatum servantium auctoritas prævalet. Deinde *se non obtinuisset* Harl. 1. *se non obtinuisset* Lov. 3. *se non obtulisset* Voss. 2. Tandem *minus in præt. intend.* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. et fragm. Hav. *minus in prætura tendente* Gaertn. *minus prætura tendente* Klockian. *minus in prætura tenente* Voss. 2. et Lov. 3. *minus in prætura tendente* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. et Hav. Et ita fuisse videtur in Oxoniensibus Hearnii, qui, eam lectionem exprimens, et *intendente* ex sola ed. Rom. principe memorans, nihil tamen discrepantis scripturæ ex codd. illis protulit. De verbo 'tendere' hoc sensu vide ad XXXII. 32. § 7. Ceterum *senatus, cum in summis imperii id non obtinuisset, minus in prætura intendere*, ut fere ex ed. Camp. Gebhardus laudat, præfert Lov. 4. Nec tamen eam lectionem probo.

CAP. XVI. § 1 *L. Papirio Crasso, Cæsone Duillio consulibus*] *K. Duilio*, ut supra. Nota hujus prænominis mendum peperit in epist. Cic. ad Pætum (ad Fam. IX. 21.) cum ait, 'L.

Digitized by Google

Papirius Crassus quadriennio post, quam dictator fuit, consul factus est cum C. Duilio:' cum sit legendum *K. Duilio*. Sigon. Prioris consulis cognomen deficit in Lov. 4. Deinde *Divisio*, pro *Duilio*, Leid. 2. et Lov. 1. De orthographia nominis 'Duilius' vide ad II. 58. § 2. Ultima autem vox non adparet in Lov. 3.

Ausonum magis novo, quam magno, bello] *Ausonium* Lov. 4. *an socium* Leid. 2. *Auxonum* Hearnii Oxon. N. ut et mox § 10. sed in margine *Ausonum*. Similiter IX. 25. aliquoties peccabatur in Voss. 2. Passim literæ *s* et *x* permutantur. Vide ad XXVI. 19. § 2.

Ea gens Cales urbem incolebat] *Colles urbem* Harl. 1. *Calles urbem* Harl. 2. Vide ad XXIX. 15. § 5. Tum *urbem colebat* Voss. 1. Flor. IV. 12. 'Ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.' Gell. IX. 4. 'Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluvium longe colunt.' Virgil. Ecl. II. 61. 'Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.' Ovid. Ep. Her. IV. 107. 'Hic tecum Trœzena colam, Pittheia regna.' Am. El. II. 13. 7. 'Isi, Parætonium genialiaque arva Canopi Quæ colis, et Memphin, palmiferamque Pharon.' Met. XV. 642. 'Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem.' Attamen vulgatum, quod aliorum omnium codd. consensu defenditur, servo. Prima enim syllaba *roῦ incolebat* intercepta est a litera finali vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. *Urbem incolebāt*, sive *incolebant*, Port. Vide ad verba seqq.

§ 2 *Sidicinis finitimis arma conjunxerat*] *Arma conjunxerant* Leid. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Voce *gens* alibi sæpe scriptores et cum illis præsertim Livius, conlective usi sunt, eique verbum plurale addiderunt. Vide ad Livii I. 3. § 2. Quum tamen optimi codd. huic lectioni adversentur, non tantum hoc loco, sed et in verbis præcedd. vulgatum servandum puto.

Unoque prælio haud sane memorabili] *Uno prælio* Leid. 2. et Lov. 1. *uno quoque prælio* Hav. Vide ad v. 27. § 1. Tum *aut sane memorabili* Leid. 1. *ut sane memorabili* Voss. 2. et Lov. 3. *et sane memorabili* Lov. 2.

Propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit] Vox *urbium* deficit in Port. Prius *et* in edd. vett. Eam vocem restituit Froben. 1535. et servant omnes codd. Vide ad II. 44. § 3. contra posterius *et* non adparet in Leid. 2. ut nec *ipsa* in Lov. 2. nec *fuit* in Port.

§ 3 *Nec tamen omissa ejus belli cura Patribus*] *Comissa* Voss. 2. contra mentem Livii. Tum *cura ejus belli* Port. et Hav. Mox *et ipsi moverant*, pro *aut ipsi*, Leid. 2.

§ 4 *Itaque omni ope adnixi sunt*] Pall. duo meliores *omni opere annisi sunt*. Et, si dicitur 'summo opere,' 'magno opere,' cur non eadem analogia feratur *omni opere? Annisi*, non vero *annixi*, amare Livium, dixi in superioribus. *Gebh. Omni opere* etiam Voss. 2. Male. Supra III. 50. 'Nunciant decemviris, ut omni ope ab seditione militem contineant.' l. IX. c. 26. 'Ipsas expugnare quæstiones omni ope adnisi sunt:' quibus etiam locis similiter in quibusdam, sed paucis, codd. peccatur. XXIII. 12. 'Eo magis omni ope juvandum Hannibalem esse.' XLIV. 22. 'Illud adfirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope adnisurum esse.' *Omni ope* autem est 'omnibus viribus.' Vide ad II. 21. § 5. Similiter 'summa ope,' quod inlustrabimus ad XLV. 13. § 3. Hac ratione autem sæpe peccarunt librarii, *ope*, vel *op'e*, pro *ope*, scriptum esse credentes. Vide ad XXXII. 21. § 31. Eodem modo confuderunt 'opibus' et 'operibus.' Vide ad Liv. I. 2. § 5. c. 49. § 6. IV. 27. § 7. v. 5. § 2. cap. 10. § 11. c. 22. § 8. c. 24. § 2. VI. 15. § 9. cap.

Digitized by Google

32. § 3. x. 45. § 13. xxxix. 51. § 2. Epit. Liv. lib. LII. viros doctos ad Cic. ad Fam. II. 10. ad Valer. Max. II. 10. § 8. Cort. ad Sall. Jug. c. 10. § 1. ad Plin. Ep. IV. 15. § 13. 'ope' et 'opera;' vide ad XXVIII. 9. § 6. Ejusdem generis plures alios errores vide ad XXV. 7. § 4. Deinde *annissi* Voss. 2. *annisi* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *adnisi* Flor. Harl. 1. et Klockian. Vide ad II. 39. § 11.

Maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum] *Ea tunc tempest.* Voss. 2. Sed illud *tunc τῶν ea tempestate* glossema esse videtur. *Max. ea tempest.. imperatorum* edd. Med. 1496. et 1505. ac Ven. 1498. Sed vulgatum constanter est in scriptis. Deinde *T. Valerium* edidit Jac. Gronov. sine dubio errore operarum; quem tamen fideliter etiam expressit ed. quæ Clerici cura Amstelædami prodiit. Præterea *Corvinum* Lov. 4. et Harl. 2. quorum posterior etiam mox *Corvino* et *Corvini* exhibet. Vide ad VII. 26. § 12. Mox *consulem quarto* Port. et Hav. Vide ad V. 16. § 1.

§ 5 *Collega additus Corvo M. Atilius Regulus*] *Additur* Lov. 2. Tum *M. Attilius* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Port. et Hav. Sed vide quæ notantur ad V. 13. § 3.

Et ne forte casu erraretur] Pal. 2. *et ne forte casuve crearetur.* Quod si invenisset in suo Sigonius, nihil certius, quam nos tragico-comœdiam inspecturos fuisse. Legitimam judico lectionem vulgatam. *Gebh. Ne forte casuus* Hav. *ne orte casu* Flor. a m. pr. in quo, adscripta *s* litera, factum deinde *ne sorte casu.* Vide ad I. 4. § 4. Deinde *terraretur* Port. a m. pr. *terreretur* a m. sec. *crearetur* Leid. 2. et Lov. 4.

Petitum ab consulibus] *A consulibus* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et multæ ex edd. vett. *Ab consule* edidit Sigonius, nimirum M. Atilio Regulo, Corvi collega. Codicum tamen nullus hanc scripturam præfert, sed vel expresse *consulibus*, vel per epitomen *cosl̃* exhibent.

§ 6 *Exercitu victore a superioribus consulibus accepto, ad Cales*] *Exercitu victoriæ* Hav. Tum *a consulibus super.* Gaertn. Deinde *ad Calles* Lov. 2. Vide hoc cap. § 1. *Ad Tales* Voss. 2. et Lov. 3. Vide etiam mox ad § 10. et § 13.

Ab superioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque impetu primo] *A sup. etiam cert. mem.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Gaertn. et Port. *etiam a sup. cert. memoria* Hav. *etiam ab sup. cert. memoria* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *pavido clamore* Harl. 1. Male. 'Ab certaminis memoria pavidos,' id est, propter memoriam. Vide ad XXIV. 30. § 1. Neque *pavido clamori* in his locus esse potest. Contra 'clamor et impetus primus' in his memorari solent. Vide ad VI. 4. § 9. *Clamore et impetu* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 7 *Militum quidem is erat ardor, ut jam inde*] Vox *quidem* deficit in Port. pronomen *is* in Lov. 3. particula *jam* in Lov. 1.

§ 8 *Quia id arduum factu erat*] *Arduum factum* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Male. Supra VII. 34. 'Collem aditu arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem.' Ita Valer. Max. III. 4. in princ. 'In meliorem statum acta mutatio splendidam relatu præbet materiam:' ubi non opus est ut *splendidam relatui* cum Perizonio legendum conjiciamus.

Itaque aggerem et vineas agit] *Itaque et aggerem et vineas* Harl. 2. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. prius *et* omisit. *Itaque aggeres et vineas* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. ac C. Ita XXXII. 23. 'Undique aggeres haud facili aditu ad mœnia admovebantur:' apud Cæs. B. G. VIII. 41. 'Vineas agere adversus montem, et aggeres struere cœpit.' Plerumque tamen 'agger' et

Digitized by Google

'vineæ, alterum singulari, alterum plurali numero, junguntur. Supra lib. v. cap. 7. 'Ingens multitudo facibus maxime armata ignes conjecit; horumque momento simul aggerem ac vineas incendium hausit.' XXXVII. 26. 'Vineas et aggerem muro injunxit.' Cæs. Bell. Gall. II. 12. 'Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere jacto, turribusque constitutis.' c. 30. 'Ubi vineis actis, aggere extructo, turrim constitui procul viderunt.' VII. 17. 'Aggerem adparare, vineas agere, turres duas constituere cœpit.' VIII. 42. 'Ea vineis et aggere suppressa, comprehendebant id ipsum, quod morabatur.' Bell. Civ. II. 1. 'Aggerem, vineas turresque ad oppidum agere instituit.' Hirt. Bell. Hisp. c. 7. 'Aggerem vineasque agere instituit.' Nihil itaque mutandum. Deinde *coëgit* Voss. 2.

Quarum usum forte oblata opportunitas prævertit] *Quorum* Port. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ut ad aggerem vineas et turres simul referatur. Sed plures et integriores codd. alteram lectionem tuentur. Tum *oblata opportunitas* fragm. Hav. Hic error et alibi a librariis committitur. Vide ad II. 37. § 9. et VI. 20. § 16. Præterea *avertit* Lov. 4. a m. pr. *pervertit* Hav. Similis varietas notata est III. 40. § 14. *Prævenit* Voss. 1. in marg. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. et ed. Mediol. a. 1505. quod Ascens. 1513. et 1516. alimque in margine ostentant. *Prævenerit* edd. Mediol. 1480. 1495. et Ven. 1498. Verum hic etiam vulgatum placet. 'Prævertere' enim, pro quo stant alii omnes codd. hoc sensu Livio frequens est. Vide ad IX. 17. § 9. Solent autem librarii voces 'prævertere' et 'prævenire' in scriptis commutare. Vide ad XXIV. 5. § 6.

§ 9 *Namque M. Fabius, captivos Romanus, cum per negligentiam custodum*] Prima vox deficit in Leid. 2. quarta in Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *per negligentiam* Leid. 1. *per negligentiam* Flor. Vide ad II. 11. § 4.

Religata ad pinnam muri reste suspensus, manibus se demisisset] *A relig. ad pinnam muri reste* edd. Mediol. 1480. 1495. 1506. Tarvis. utraque, et inde reliqua usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, præpositionem omisit. Ita 'suspendere pisces hamo' Ovid. Met. XV. 101. et 'alveus suspensus clavo' VIII. 652. *Relegata ad pinnam muri reste* Voss. 2. et Lov. 3. *religata ad pinnam muri reste* Leid. 1. *religata ad pinnam muri resti* Lov. 4. Sed *reste*, quam *resti*, tutius dici, docet Voss. Gramm. IV. 12. Tum *suspensis manibus* Leid. 1. et Gaertn. Quid librariis fraudi fuerit, dictum est ad IV. 44. § 5. Deinde *se dimisisset* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 3. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. sæpius obvio scribarum errore. Vide ad XXXIV. 50. § 2.

§ 10 *Vino epulisque sopitos hostes adgrederetur*] *Epulisque*, quod omissum erat in Flor. a m. altera adscriptum est: et recte. Supra V. 44. 'Cibo vinoque raptim hausto repleti:' ubi alia vide. *Epulisque sopitis* Klockian. Tum *adcrederetur* Flor. a m. pr. Sæpissime *c* et *g* in Mss. confundi, vidimus ad VI. 25. § 6. Mox *majori certamine* Vossian. 2. et Lov. 3.

Præda capta ingens est: præsidioque imposito Calibus] *Præda ingens acta est* Lov. 4. Supra II. 64. 'Ingentes tamen prædas hominum pecorumque egere.' Sed uni testi credere periculosum est. Deinde *imposito Talibus* Lov. 3. Vide ad § 6.

§ 11 *Consul ex senatusconsulto triumphavit*] *Consul ex se triumph.* Voss. 1. et Lov. 1. Sed librarii literas *S. C.* quibus *senatusconsultum* notari solet, non adsecuti sunt. Vide ad l. XXVII. cap. 25. § 3. Eadem voce omissa *Consul ex triumphavit* dederant scri-

Digitized by Google

bus Flor. et Leid. 1. *Consul triump.* est in Lov. 4. *Consul ex Causonibus triump.* in Lov. 3. *consul ex Ausonibus triump.* in Voss. 2. et fragm. Hav. At librarius Gaertn. quum utramque lectionem, alteram in contextu, alteram in margine codicis sui reperisset, eam hoc modo expressit, *Consul ex senatusconsulto de Ausonibus triumphavit.*

Ne Atilius expers gloriæ esset, jussi unde consules] *Actilius* fragm. Hav. *Attilius* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et prima edd. Vide ad § 5. Tum *expers* Lov. 3. Vide Bauuquei. in Orthogr. parte II. in voce 'Expers.' Vox *consules* autem deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Dictatorem ante ex senatusconsulto*] *Dictatorem aut* Lov. 2. et Gaertn. id est *autem*. Solent vero voces illæ sæpius in Mss. commutari. Vide ad XXVII. 35. § 7. Præterea *dixe*, id est *dixere*, Lov. 4.

L. Æmilium Mamercum] *Mamercinum* ex vet. lib. Quo prænomine multi Æmilii usi sunt. *Sigon. Mamercium* Harl. 1. *Mamertinum* Leid. 1. et Lov. 1. ac 2. Sed recte Sigonius *Mamercinum*; et ita præferunt Flor. Leid. 1. et Klockian. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Prænomen *L.* etiam deficit in Port. Sed *M. Æmilius* legit Leid. 2.

Q. *Publilium Philonem*] *Publium Philonem* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. Harl. 1. Hav. et fragm. Hav. *P. Philonem* Lov. 2. 3. Port. et Gaertn. *L. Philonem* Lov. 4. *Q. Publium Philonem* Voss. 1. Flor. et Klockian. Ex Harl. solo nihil notatur, ut in eo vulgatum recte exstitisse debeat. Vide ad VIII. 12. § 4.

Consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius] 'Calvinus' ille, hic 'Albinus' vocatus est. Livius auctor IX. 1. Plutarchus in Parallelis p. 306. *Sigon.* Ne hic quidem mihi ab aliena manu esse, cum quoquam pignus dare ausim. Videtur enim fecisse Livius, *Dict. com. hab., consules creati T. Veturius, Sp. Postumius, etsi belli pars cum Sid. restabat, tamen, ut bon. prav. desid. plebis, de colonia ded. Cales retul.* Multo id quidem rotundius. Vide ad III. 22. *J. F. Gron. T. Vetturius* Port. *T. Verturius* Voss. 2. *T. Venturius* Klockian. *T. Vecenius* fragm. Hav. a m. pr. *T. Veterius* a m. sec. et ita est in Leid. 1. Præterea *P. Postumius* Gaertn. *S. Præpostumius* Lov. 3. Sine dubio rotundius erit, si τὸ *sunt* cum Gronovio deleatur. Constanter tamen superest in omnibus scriptis et editis.

§ 13 *Tamen, ut beneficio prævenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt*] *Tē ut beneficio* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tumen et beneficio* Hav. Vide ad XXI. 28. § 8. Tum *præveniret* Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *de colonia reducenda* Leid. 1. et Lov. 1. Male. Vide ad II. 21. § 7. *De colonia traducenda* Leid. 2. Deinde *Tales* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad § 6. Tandem *deduxerunt* Port. Paullo post *etsi belli plus*, pro *belli pars*, Gaertn.

§ 14 *Factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eo scriberentur*] *Senatu consulto* Port. et Hav. Tum *quingenti* deficit in Lov. 4. *ut ii quingenti homines* habet Lov. 3. At numerus duorum millium scriptus erat per notas hoc modo *II*: id autem facile in pronomen *ii* mutari potuit. Similiter *II*, sive *duo*, et pronomen *ii* commutantur. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Deinde *homines conscriberentur* Aldo antiquiores edd. et cum illis Harl. 2. Utraque lectione recepta *homines eo conscriberentur* Gaertn. *homines eo scriberent* Lov. 3. *homines scriberent* Voss. 2. Sed sæpe terminatio verbi passivi *ur*, sive nota, qua indicari solet, omittitur. Vide ad X. 10. § 1. Vulgatum servant optimi.

Triumviros coloniæ deducendæ agroque dividundo creaverunt] *Tresviros*

Digitized by Google

Harl. 2. et edd. vett. *III viros* est in Flor. et ita edidit Froben. a. 1535. Postea *triumviros* substituit Vascos. quod in multis scriptis superest. Præterea *coloniæ educendæ* Lov. 2. Deinde *dividendæ* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum *creavē*, id est *creavere*, Port. et Hav. Omnia autem hæc verba deerant in Leid. 2. Mox primo triumviro prænomen 'Caii' tribuitur in Lov. 4. Vide ad IV. 54. § 3. tertium autem 'Favium' vocat Klockian. Vide ad VII. 22. § 2.

CAP. XVII. § 1 *Novi deinde consules, a veteribus exercitu accepto*] *Nam deinde consules* Harl. 2. et edd. Aldo priores. Præterea *consules auctoribus patribus exercitu accepto* Lov. 2. in contextu, altera lectione margini adscripta.

Usque ad mœnia atque urbem pervenerunt] *Ad mœnia adque urbem* Gaertn. a m. sec. Livium præpositiones repetere solitum fuisse, vidimus ad VI. 28. § 6. Hic tamen nihil mute ob dissensum aliorum codd. Vide ad XXI. 32. § 2. Supra III. 69. 'Bellum ab urbe ac mœnibus propulsari vellent.' XXII. 55. 'Cogantque homines nullam, nisi urbe ac mœnibus salvis, salutem sperare.' Quin etiam optimo ævo *adque*, pro *atque*, in lapidibus scriptum obcurrit. Vide Noris. ad Genot. Pis. Diss. IV. 2. § 2. p. 453. Simili modo *at* et *ad* sæpissime in Mss. commutantur. Vide ad III. 17. § 3. *Ad mœnia urbem*, omissa particula, Leid. 2.

§ 2 *Ibi, quia, ingenti exercitu comparato, Sidicini et ipsi*] Andeo asserere Livio, quod in unico est Flor. *ingenti exercitu comparando*. Est enim, quale I. 34. 'Officio obeundo:' et c. 53. 'Præda dividenda,' et hujusmodi Ciceroni et Livio frequentissima. *J. F. Gron. Ingenti exercitu comperto* Lov. 3. quæ varietas sæpe in scriptis obvia est. Vide ad XXXIX. 29. § 3. *Ingenti exercitu comparando*, Flor. consentiens, præfert unus meorum Lov. 4. Vide plura ad I. 53. § 3. Ex *comparando*, sive *comparādo* factum est *comparato* eodem errore, quo commutantur *communicando* et *communicato*, ac similia alia, de quibus vide ad VI. 37. § 4. Insuper *Ubi, quia ingenti* fragm. Hav. a m. sec. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Ibique ingenti* Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. et Hav. Vide de hoc errore ad V. 19. § 3.

Dimicaturi enixe videbantur] *Enixe* fragm. Hav. Vide ad I. II. c. 50. § 9. *Enixi* Leid. 1. a m. sec. et Lov. 1. quod dictum esse potest, quemadmodum illud II. 35. 'Adeo infensa erat coorta plebs:' ubi plura vide. Aliorum tamen in vulgatum conspirantium consensus persuadet, nihil mutandum esse. Præterea *videbantur* Flor. et Harl. 1. Sed in eorum priori recte mutatum in *videbantur*.

Samnium fama erat conciri ad bellum] *Samnitum fama erat ad bellum* Port. *Samnitum* etiam Hav. Deinde *exciri* Hearnii Oxon. C. Alterum æque probum est. Liv. I. 8. 'Obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem.' VI. 7. 'Quo ingentem Latinorum Hernicorumque juventutem conciverant.' I. XXV. c. 27. 'Quum et Siculum exercitum ex tota insula conciri videret.' XXXI. 3. 'Per legatos conciret homines ad arma.'

§ 3 *Dictator ab consulibus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufinus*] *A consulibus* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Gaertn. *ab cons.* Lov. 1. *ab consule* Hav. Vide ad X. 10. § 2. Tum præpositio *ex* deest in Leid. 2. Præterea *P. Præconelius* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Vitio eos creatos; magistratusque se abdicaverunt*] *Vitio hos creatos* Harl. 2. et edd. ante Aldum: *vitio creatos*, sine pronomine, Lov. 2. Port. et Hav. Tum *abdicarunt* Lov. 4.

Omnibus eo vitio contactis auspiciis res ad interregnum rediit] *Omnibus ex eo vitio cunctatis* Hav. *omnibus eo vitio contractis* fragm. Hav. *omnibus eo vi-*

Digitized by Google

tio tactis Voss. 2. Nihil mutandum. Vide ad II. 5. § 2. Hinc *ad integrum rediit* Lov. 1. Paullo ante vox *quia* deficit in Lov. 4.

§ 5 *Ab interregno inito per quintum demum interregem*] Vox *inito* exsulat a Voss. 2. et Lov. 3. Tum *per Quintium demum interregem* Lov. 4. Port. et Gaertn. Vide ad III. 1. § 1. *Per quintum demum interregnum* Leid. 2. et Lov. 1.

Creati consules L. Cornelius iterum et Cn. Domitius] *A. Cornelius* est scribendum, Cassiodoro, Diodoro lib. XVII. p. 595. et vet. lib. attestantibus. Est autem is qui consul ante fuit a. CDXII. *Sigon.* Prioris consulis prænomen omittitur in Leid. 1. *Antonius Cornelius* vocatur in Lov. 2. qui tamen error videtur firmare emendationem Sigonii, *A. Cornelius* scribentis. *A Cornelius* præferunt etiam Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1, 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Præterea alteri consuli prænomen Γάϊος non modo datur apud Diodor. Sic. loc. laud. sed ita etiam vocatur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. *Cornelius Domitius* in Lov. 2. Vide ad v. 52. § 3. *M. Domitius* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad VII. 12. § 1. Causam, unde factum sit, ut in prænominibus consulum non conveniat inter scriptores, indagare conatus est Pighius in Annal. ad a. CDXX. pag. 329. Ceterum, inter A. U. C. secundum Fast. Capit. CDXVIII. et CDXXIV. unum par consulum intercidisse in Livio aliisque, inter chronologos convenit, et quidem esse *L. Papirium Sp. F. C. Pœtelium C. F.* quos memorat Solin. in Polyh. c. 32. Jam vero, eos ante hujus anni consules inserendos esse, censuit Pighius in Annal. l. laud. quos biennio serius, ante consules in initio c. 19. memorates, restituendos esse arbitratus est Dodwell. de Cycl. Diss. X. § 78. et 79.

§ 6 *Fama Gallici belli pro tumultu valuit*] Illud *pro tumultu* glossema puto: nam vulgo dicebant 'tumultus Gallicus.' Et res notissima est. Itaque ejiciendum arbitror totum illud *pro tumultu*. T. Faber. Libri scripti constanter agnoscunt vocabula, quæ Faber pro glossemate habuit; neque aliud mutant, nisi quod sit, addita una voce, *et pro tumultu valuit* in Port. et Hav. A Fabro dissentit Doujatius, docens Livium velle, solam tumultus Gallici famam veri tumultus loco fuisse; eaque de caussa, tamquam Gallis bellum revera moventibus, creatum dictatorem. Similiter etiam ante Donjatium A. Perizonius, qui ad marginem Livii sequentia adscripsit: 'Immo retinendum *pro tumultu*, plano sensu, qui est, cum alias tumultu jam a Gallis arma inferentibus ingruente dictator esset dictus, tunc solam incertam belli Gallici famam tantum valuisse. Vide c. 20.'

Ut dictatorem dici placeret] *Ut et dictatorem* Flor. et Lov. 4. quod sibi non displicere, adposita nota ad marginem editionis, cui varias lectiones cod. Flor. adscripserat, indicavit Salvinius. Mox τὸ *et* deficit in Lov. 4.

§ 7 *Dum delectus intentius, quam adversus finitima bella, haberetur*] Sic quidem jam et Modiana ed. Sed vetustiores et scripti *cum delectus*. Alioqui *dum habetur* fuisset dicendum. *J. F. Gron. Dum haberetur* primum Francof. 1578. decennio ante Modium ediderunt. Priores recte præferunt *cum haberetur*. Et ita est in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2, ac B. quare id recepi. Vide ad I. 40. § 7. Tum *dilectus* Flor. Leid. 1. Lov. 1. Klockian. et fragm. Hav. Vide ad I. XXXVII. c. 51. § 7. Deinde *attentius* Port. Male. IV. 1. 'Bellum armaque vi summa adparari jubent; si quo intentius possit, quam

Digitized by Google

T. Quinctio consule adparatum sit.' c. 37. 'Nunciabant, non ante umquam Volscos, nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo, intentiores fuisse.' XXV. 23. 'Locus ob id ipsum intentius custodiebatur.' XXVII. 38. 'Delectum consules habebant acrius intentiusque.' Vide ad XXVII. 24. § 9, Præterea *quam adversa finitima bella* Gaertn. Caussam erroris vide ad VI. 3. § 8.

Exploratores missi adtulerunt] *Retulerunt* Lov. 4. Reliqui vulgatum servant; quod cur displiceret, caussam non video. Supra IV. 37. 'Haud vana adtulere.' VI. 10. 'Quum responsum adlatum esset, nihil sum potestatis esse.' c. 31. 'Trepidi nuncii primo, fuga deinde ex agris, legiones Volscorum ingressas fines adtulere.' XXIII. 32. 'Nuncius adfertur, in Hispania rem male gestam.' XLI. 27. 'Quos certamine factionum ad intestinum bellum exarsisse, et ipsorum legati adtulerant.' XLII. 57. 'Trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse.' Vide ad XXXIX. 6. § 5. Mox *quia via esse* Gaertn. Sed *via* corruptum est ex *vīa*, quomodo per compendium scribitur pro *omnia*.

§ 8 *Turbari novis consiliis suspectum erat*] *Turbari, consulibus novis suspectum erat* Lov. 2. Sed alibi etiam vò *consules* et *consilia* in Mss. confunduntur. Vide ad XXXVI. 35. § 8. 'Res novæ' sunt seditiosæ molitiones adversus rempublicam. Eodem autem sensu hoc loco 'nova consilia' sunt consilia de rebus novis, consilia de perturbando pristino statu. Vox *erat* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus] *Exercitus Romanus non deductus* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *ex. Rom. deductus* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 2. ac 4. cujus lectionis auctor credidisse videtur, *eo* hic poni pro in eam regionem, in Samnium, quam potius accipi debeat pro 'ideo.' Vide ad l. v. c. 16. § 3.

§ 9 *Adversus regem excensionem a Pæsto facientem*] Vet. lib. omnes *excensionem* habent; quomodo alio loco locutus est Livius, ut XXII. 20. 'Excensu e navibus in terram facto:' et XXVIII. 8. 'Ad Erythras excensionem fecit.' Quæ lectio placet, si *ad Pæstum* legamus. At placet aliis *excursionem* legi. Quod etiam probatur, cum paucis ante annis idem Alexander appulisse classem in Italiam c. 3. dicatur. *Sigon.* Nugæ. Quid enim est 'excendere a Pæsto?' Lego *ad Pæstum*. T. Faber. Sic omnes veteres libri, fatente et Sigonio. Quibus placet *excursionem*, ex eorum genere sunt, qui eamdem vocem ter corruperunt apud Livium, correpti Lipsio Epist. Quæst. II. 20. Adjungas licet XXII. 20. 'Classe profecti excensu e navibus in terram facto, cum urbem vi capisset:' nam et ibi legendum *excensione facta*, significant optimi codd. Nollem latis iterum se aggregasse Sigonium XXIX. 28. 'Prædatorias classes quibus excensiones in agros maritimos factæ erant:' *excursiones*, quod ille inculcat, nos in uno tantum libro, nec eo antiquo aut optimo, invenimus. Memineris autem distinguere inter 'escendere' et 'excendere:' illud est sursum niti scandendo; hoc e navi descendere. Nec vero opus, quod hic requirit Sigonius, si veterem scripturam retineamus, *ad Pæstum*. Intelligimus excensionem in Lucaniam ab ea parte ubi est Pæstum. Vide quæ ad XXXI. 24. *J. F. Gron.* *Excursionem* Voss. 2. Lov. 2. in margine, Lov. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *discursionem* Port. et Hearnii B. *discensionem* Hav. *descensionem* Leid. 2. Voss. 1. a m. pr. Lov. 1. et 2. in contextu, cum Hearnii C. et N. *escensionem*

Digitized by Google

Klockius. *excensione* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Verum 'excendere' est in altum scendere, ut recte Gronov. ad hunc locum notavit. Vide etiam viros doct. ad Valer. Max. I. 1. ex. 10. at 'exscendere' ex navi descendere. Vide Gronov. ad Livii XXXI. 29. § 6. Exemplis quæ Lips. loc. laud. et Gronov. hic et ad l. XXXI. ex Livio laudarunt, adde hæc duo, ex XXVII. 39. 'Ad Clupeam excensione facta, agrum late vastabat:' et ex XLIV. 10. 'Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem, exscensionem ad populandum fecit.' Præterea *a Pæsto* servant omnes scripti, nisi quod *a Presto* sit in Flor. *aperte* in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. C. *a Pedo* in Lov. 4. Hi si faverent Sigonio, ejus conjectura *ad Pæstum* recipi posset: nunc vero, illis dissentientibus, vulgatum malo cum Gronov. qui eamdem lectionem etiam defendit in pr. ed. notarum ad XXXI. 24. Deinde *faciente* Hav. vel literæ *m* finalis nota neglecta, vel errore ex ea causa orto, quam indicavi ad VI. 3. § 8. Alii vero, id vitiosum recte judicantes, perperam dederunt *facientes*, ut præfert Lov. 2. quasi duo populi Samnites et Lucani exscensionem a Pæsto fecissent, quod est contra veritatem historicam et geographiam. Pæstum enim urbs erat Lucanorum.

§ 10 *Incertum, qua fide culturus, si perinde cetera processissent*] *Incertus, qua fide culturus* Leid. 2. Port. Hav. et pro varia lectione in margine Voss. 1. Verum sensus Livii non est, ipsum Alexandrum regem Epiri incertum fuisse, nondum constituisse, qua fide pacem cum Romanis compositam culturus esset, verum vulgo homines id ignorasse; unde patet verius esse inpersonale *incertum*. Curtius V. 4. 'Nox quoque et ignota regio ac dux incertum an satis fidus, multiplicabant metum:' ubi simili errore plures codd. præferunt *incertus*. VI. 7. 'Philotas, incertum quam ob causam, substiterat in regia.' IX. 8. 'Græci milites, incertum ob quam caussam, lymphatis similes ad arma discurrunt.' Suet. in Oth. cap. 1. 'Avus M. Salvius Otho, patre equite Romano, matre humili, incertum an ingenua, senator est factus.' *Incertum quasi desulturus* corrupte Lov. 2. Tum transpositis dictionibus, *si cetera perinde processissent* Lov. 4.

Pacem cum Romanis fecit] Qui potuit cum Romanis facere pacem, qui cum eis nunquam bellum gessit? Sed *pacem* pro 'amicitiam' dixisse fertur, aut 'fœdus,' quod tamen mihi non fit verisimile. Quidam exponunt, a Samnitibus Romanis fuisse pacem, quod Alexander ea pugna superior fuerit: verum Livii verba id non ostendunt. Ut ut exponamus, amphibolon est, non satis clarum. *Glar.* Salvinius margini adscripsit, τὸ *fecit* abundare. Est tamen ea vox constanter in omnibus scriptis, nisi quod inter versus in Flor. recenti manu adscriptum sit *confungit*, et quod *facit* præferat fragm. Hav.

§ 11 *Eodem anno census actus, noviique cives censi*] Lanuvini, Aricini, Nomentani, Pedani, c. 14. nam ceteri, quibus ibidem civitatem sine suffragio datam scribit, ut Formiani et Fundani, in tribu non censebantur, quod demum anno urbis IↃLXV. consecuti sunt. Vide Livium XXXVIII. 36. Sigonium de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 3. de Ant. Jur. Ital. II. 6. c. 9. et Spanhem. Orb. Rom. Exercit. I. 7. *Duk. Eo anno* Port. et Hav. Vide ad X. 10. § 6. Tum *census auctus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. Vide ad XXI. 61. § 4. *Census factus* Hearnii Oxon. C. quod ex glossemate natum videtur. Infra XXIX. 37. 'Equitum deinde census agi cœptus est:' et alibi sæpe. Præterea post vocem *censi* in Voss. 2. et Lov. 3. additur *Acerra*, quæ vox ex seq. *Acerrani* hic perperam repetita esse videtur.

Digitized by Google

Tribus propter eos addita Mœcia et Scaptia] *Per eos* Leid. 2. sollemni scribarum errore, qui passim hæc vocabula confuderunt. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Deinde *Metia* Leid. 2. Lov. 1. 4. Hav. et fragm. Hav. *Matia* Lov. 2. et 3. *Macia* Voss. 2. et Leid. 1. Hinc copula deficit in Lov. 3. et Voss. 2. Insuper *Scapcie* Harl. 1. *Scatia* Lovel. 1. *Stacia* Leid. 2.

Censores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Postumius] *Addiderunt que P. Philo* Voss. duo, *addideruntque Publio Philo* Lov. 3. *addiderunt P. Philo* Leid. duo, Lov. 1. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. qui *P. Vecturius Philo* in cod. L. 1. invenit: *addiderunt Q. P. Philo* Harl. 1. *addiderunt Q. Philo* Harl. 2. cum editis antiquioribus: *ad id denique L. P. Philo* corruptissime Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Insuper *Sp. Postumianus* Lov. 3. et Gaertn. *Postumianus*, omisso insuper prænomine, Leid. 2. *Sp. Postumanus* fragm. Hav. *Sp. Postumus* Leid. 1. et Lov. 1.

§ 12 *Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio prætore lata*] *Facti Accerana lege*, omissa prima voce *Romani*, Lov. 2. *Accerani* Port. *Accerrani* Harl. 1. *Acerani* fragm. Hav. *Accetrani* Hav. *Ecetrani* Lov. 4. Tum *Papirio p. t. R. lata* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *Papirio lata*, omisso incognito sibi compendio, quo vox *prætore* scripta erat, librarius Gaertn.

Qua civitas sine suffragio data] Sigonius de Ant. Jur. Ital. c. 9. scribit, Velleium tamen significare, iis etiam suffragium concessum, quum eos a censoribus Sp. Postumio et Philone Publilio in civitatem receptos ait I. 14. 'Insequentibusque consulibus a Sp. Postumio, Philone Publilio censoribus Acerranis data civitas.' Videtur ex eo in hanc opinionem venisse, quod hic consules et censores conjunguntur; nam censores novos cives, qui civitatem cum suffragio acceperant, in tribum et censum referebant; circa eos, qui sine suffragio, nullæ magnopere eorum partes erant. Verum hoc infirmum est, adversus disertum Livii testimonium. Sed quacumque de caussa hoc de censoribus addiderit Velleius, illud animadversione dignum est, quod Acerranis a *censoribus* civitatem datam dicit: hoc enim non censorum, ac ne senatus quidem, sed solius populi jus erat. Livius XXXVIII. 36. Si præpositio *a* non ab alio quodam in hunc locum venit, parum adcurate loquutus est. *Duk.*

CAP. XVIII. § 1 *M. Claudio Marcello, T. Valerio consulibus*] Nusquam alias 'Titi' prænomen in gente Valeria comperi. Quare assentior Diodoro lib. XVII. p. 601. et Cassiodoro, qui hunc consulem 'C. Valeriam' vocant. *Sigon.* Prioris consulis prænomen omittitur in Lov. 3. secundum vero omnes codd. mei *T. Valeriam* vocant; nisi quod, se *C. Valerio* in cod. suo reperisse, Klockius monuerit. Ita autem emendanti Sigonio adsentitur etiam Pighius in Ann. ad a. CCCCXXII. p. 333. Præterea *T. Valerio L. consulibus* Voss. 2. et Lov. 2. Ceterum *humani fraude*, pro *humana*, in verbis præcedd. habet Voss. 2.

§ 2 *Flaccum Petitumque varie in annalibus cognomen consulis invenio*] *Putitumque* Flor. *Petitumque* Gaertn. *Poticumque* Hav. Sed *Potitus* Valeriorum cognomen est. Tum *in manibus* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *consulum* Leid. 2. et Gaertn. *consulibus* Harl. 2. et editi ante Froben. qui a. 1531. recte *consulis* reposuit. Errorem inde ortam esse patet, quod indocti librarii notam, qua vox *consulis* perscripta erat, explicare non potuerint. Vide ad X. 10. § 2.

Illud pervelim, proditum falso esse] *Pervelim illud* Voss. 2. *illud par vellim*, et *velim* a m. sec. Lov. 2. Insuper *falso esse* Harl. 1. Paullo ante *referre*, pro *refert*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Venenis absumtos, quorum mors infa-

Digitized by Google

mem annum pestilentia fecerit] *Ventris* Gaertn. *veneras* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *absumtum* Klockian. *assumtos* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. sed in duobus posterioribus recte manus altera *absumtos* restituit. Ita sæpissime in Mss. errari, videbimus ad IX. 17. § 11. Deinde *quorum* primo omissum erat in Flor. mox vero alia manu adscriptum est. Tandem *fecit* Port. a m. sec. et fragm. Hav. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 3 *Ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda est*] *Nec cui auct. fidem* Gaertn. repetita in fine primæ vocis litera, quæ sequentis erat initialis. Vide ad IV. 57. § 11. *Ne auctorem fidem* Leid. 2. Sed de τοῖς 'ne cui,' 'ne cujus' vide ad II. 37. c. 7. *ne cui fidem auctorum* Port. et Hav. *ne cui auctorum abrogaverim fidem* Harl. 2. et edd. vett. usque ad Froben. 1535. Deinde *abrogaverit* Voss. 2. et Lov. 3. *abrogaverint* Leid. 1. Tandem *ea ponenda est* Voss. 2. ex continua literarum *a* et *x* commutatione. Vide ad XL. 59. § 8. 'Exponere' est narrare, referre. Vide ad VII. 31. § 8.

§ 4 *Eodemque ferme omnes eventu morerentur*] *Eodem ferme* Harl. 2. *eodem φ ferme* Lov. 3. *eodemque ferme adventu morerentur* Hav. *morirentur* Gaertn.

Ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum] Nisi κατὰ πρόληψιν hæc accipiamus, non video, ut hoc excusandum. Nam hic Fabius 'Maximi' nomen ad finem libri noni acquisivit, vicesimo septimo post hunc anno. Fieri autem potest, ut a sciolo aliquo adjectum fuerit. Certe Valerius Max. II. 2. [7.] ex. 8. ubi Papirii dictatoris meminit, Q. Fabium hunc *Rutilianum* vocat, non *Maximum*: quamquam alibi hoc in eo auctore neglectum, sed errore codicum, ut puto, qui nusquam nobis non facessunt negotium. *Glar.* Adhuc 'Maximus' non dicebatur. Nam post in censura id cognomen invenit. ['Et hoc Glareanus annotavit.'] *Sigon. Ad Fabium Maximum*, omisso prænomine, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. B. *ad Q. Fabium Maximum* Harl. 1. *atq; Fabium Maximum* Flor. et Leid. 1. in quorum priori alia manus interpolavit *adit Q. Fabium Maximum*. Ferre non potuerunt indocti scribæ, Livium, ut sæpe fecere amavit, *ad* pro *apud* posuisse; cohærent enim *ad Q. Fabium Maximum professa est*. Vide ad VII. 7. § 4. *Ad Q. Maximum Fabium* Lov. 3. Interdum, etiam ubi prænomina non omittuntur, cognomina nominibus gentis præponi, docuit Cortius ad Sallust. Jug. c. 27. § 4. et, quem laudavit eo loco, Duker. ad Flor. II. 2. § 11. Hic tamen vulgatum malo, tum quod omnes reliqui codd. in receptum vocabulorum ordinem conspirent, tum quod Livium ita alibi locutum esse non observarim. Quin et hinc suspicio oriri posset, quod jam Glareano visum est, vocem *Maximum* esse a mala manu. Quum tamen eam omnes scripti agnoscant, et satis commode per prolepsin locus accipi possit, nihil muto. De prolepsi autem Livii, qua Fabio adhuc tantum ædili curuli 'Maximi' cognomen tribuit, vide ad I. 34. § 10. Ceterum 'Maximi' cognomen ei etiam tribuitur in consulatu secundo ab auctoribus Fastor. Capit. ad a. CDXLIII. quum tamen Livius auctor sit, eum id demum accepisse in censura lib. IX. cap. ult. Censuram autem fasti Capit. conferunt in a. CDXLIX.

Fides sibi data esset, haud futurum noxæ indicium] *Fides data esset*, omisso pronomine, Hav. *sibi fides data esset*, eodem transposito, Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. et edd. ante Froben. a. 1535. *fides sibi data est* Leid. 1. Deinde *haud futuræ noxæ ind.* Gaertn. De origine hujus mendi vide ad VI. 3. § 8. *Haud futurum vane ind.* Lov. 2. *haud futurum ind.* Lov. 4. *haud futurum noxæ indictum* Leid. 1.

§ 5 *Fabius confestim rem ad consules, consules ad senatum referunt*] *Conf. ad*

Digitized by Google

cons., et cons. ad sen. Lov. 1. *conf. rem ad cons., et cons. ad sen.* Voss. 1. Port. et Hav. *conf. rem ad cons. et ad sen.* Leid. 1. *confest. res ad cons., et cons. ad sen.* Leid. 2.

Consensuque ordinis fides indici data] *Ordinum* Lov. 2. Male. Intelligitur enim senatus, cujus modo mentio facta est. Livius IV. 2. 'In eadem civitate tribunos plebis et Patres esse: aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse.' Cic. pro Cluent. c. 37. 'Fidiculanius cujus erat ordinis? Senatorii.' c. 55. 'Equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia conjunctissimos esse cupiunt:' pro Flacc. c. 18. 'Princeps legationis Lysanias adeptus est ordinem senatorium.' Ad Fam. I. 2. 'Maximeque visi sumus senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commovere.' Tacit. Hist. II. 86. 'Senatorium ordinem reciperaverat.' In Vit. Agric. cap. 4. 'Pater Junius Græcinus senatorii ordinis.' Simpliciter autem 'ordo' pro senatu est apud Suet. in Cæs. c. 14. 'Obtinuissetque adeo, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio.' 'Amplissimus ordo' apud eumdem sæpius vocatur. Vide Buchner. ad Plinii Epist. X. 3. et ita Livius IV. 26. 'Si adversus consensum amplissimi ordinis ultra tendant.' Vox *fides* deficit in Leid. 1.

§ 6 *Fraude civitatem premi, matronasque ea venena coquere*] *Civitas premi* Harl. 2. *civitates premi* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *matronasque eas venena* Port. a m. pr. et Hav. Deinde *venena quoquere* Voss. 2. et Leid. 2. Vide ad IX. 2. § 15. et mox § seq.

Si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse] *Si qui ext. velint* Flor. omissa priori vocis *sequi* syllaba, quæ intercidisse videtur ob similitudinem vocis præced. *Si ipsi extemplo velint sequi* Lov. 2. *si sequi exemplo velint* Port. a m. pr. Vide ad XXXIV. 33. § 8. et hoc cap. § 10. Præterea *manifeste* Lov. 2. Deinde *deprendi posse* Port. Vide ad II. 29. § 4. mox ad § 8. et § 10. et ad IX. 36. § 5.

§ 7 *Coquentes quasdam medicamenta, et recondita alia invenerunt*] Lege *conditanea:* quid enim est 'coquere recondita?' *T. Faber. Quoquentes* Voss. 2. vide modo ad § præc. *Coquentis* Flor. Leid. 1. et Klockian. hinc *coquarretis* factum in Lov. 3. Tum *quasdam medicamenta* Voss. 2. Lov. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *quasdam menta et recondita vitalia invenerunt* Flor. a m. pr. in quo manus sec. voculæ *et* ac duabus prioribus literis vocis seq. adscripsit notas indices aliquid delendum esse; ut legi voluerit *menta condita vitalia.* Unde suspicio oriri posset, legendum esse *coquentes quasdam medicamenta conditave alia*, vel *reconditave alia, invenerunt.* Malim tamen nihil mutari. Non enim, ut Faber fecit, jungendum *coquentes recondita;* sed vel cuicus videre potest, sensum Livii esse, consules indicem secutos invenisse matronas quasdam medicamenta coquentes, eosdem etiam consules invenisse alia medicamenta jam recondita. Hanc sententiam deprehendit quoque Doujatius, et receptam lectionem adversus Fabrum defendit. Paullo-ante *Sequiti indicem* Klockian. Sed id depravatum est ex *Sequuti. Secuti indicem* Lov. 3. Vide ad V. 26. § 6.

§ 8 *Et viginti matronis*] [Vid. Lectt. Varr.] Recte *et ad viginti matronis* magnus Gronov. emendavit, et in contextum recepit: præter codd. enim, quos memoravit, ita præferunt Port. Lov. 4. Harl. 1. Klockian. Hav. fragm. Hav. a m. pr. et apud Hearnium Oxon. I. 2. B. et N. Proxime accedunt Leid. duo, et Lov. 1. in quibus *et a viginti matronis.* Quod autem ad edd. adtinet, earum antiquissimæ prælocutionem *ad* non agnoscunt, quam demum invenio in Ald. Colon. 1525. Cervic. Froben. 1531.

Digitized by Google

indeque in omnibus usque ad Francof. 1578. quæ operarum, ut videtur, errore dedit *et ab viginti matronis*. Hanc autem scripturam servarunt reliquæ usque ad ultimam Graterí, quæ iterum τὸ *ab* expunxit. De ipsa locutione vide ad x. 17. § 8. et quæ Grævius ad loc. laud. Suetonii notavit.

Apud quas deprehensa erant, per viatorem adcitis] Τὸ *quas* exsulat ab Hav. *deprensa erant* est in Lov. 3. Vide ad § 6. *Deprensi erant* Port. *deprehensi erant* Hav. Deinde *per lictorem* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. in margine; quod indicat lectionem hanc ex glossemate natam esse. Ut enim aliis magistratibus, ita etiam consulibus 'viatores' adparuerunt. Gellius IV. 10. 'Cæsar consul viatorem vocavit, eumque, quum finem non faceret, prehendi loquentem et in carcerem duci jussit.' 'Viator consularis' memoratur in lapide apud Grater. p. DCXXVII. num. 2. Eorum autem munus erat, adcire, quos magistratus conventos volebant. Supra VI. 15. 'Viatorem ad M. Manlium misit; qui, dictatoris jussu vocatus, agmine ingenti ad tribunal venit.'

Duæ ex iis, Cornelia ac Servilia] Quidam *Sergia* pro *Servilia* substituerunt: quod si absque fide vetusti exemplaris fecerunt, haud parvam injuriam in gentem Sergiam commiserunt. *Glar.* Aldus est, qui *Sergia*, pro *Servilia*, substituit. Si autem Glareano codd. scripti ad manus fuissent, facile nosse potuisset, id absque fide vetusti exemplaris non factum, adeoque nullam Sergiæ genti injuriam inlatam esse. Nam, si solum Harl. 2. excipiamus, omnes, quibus usus sum, codd. constanter huic lectioni favent: ita tamen, ut *Corneliam et Sergiam* legant Voss. 2. et Lov. 3. *Cornelia et Sergia* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Mox *patricia utraque gentis*, pro *patriciæ*, fragm. Hav. a m. pr. *patricia utraque, τῆ gentis* omisso, Lov. 4.

Ea medicamenta salubria esse] *Salutaria esse* Lov. 4. Sed et hoc interpretis expositioni debetur. 'Saluber,' quam vocem reliqui scripti tuentur, Livio frequens est. Lib. I. c. 42. 'Inspectum vulnus absterso cruore: omnia salubria esse.' II. 3. 'Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti.' III. 8. 'Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere.' VII. 38. 'Jam tum minime salubris militari disciplinæ Capua.'

Ut se falsum commentatam arguerent] Antiqui codd. *commentam* habent, non *commentatam*. Gelen. Iidem *commentam* in *conmentatam* mutarunt, ubi de ancilla indice loquitur. Sed res est non magni momenti. *Glar.* *Falso* Port. Gaertn. et Hav. Tum *commentum* est in edd. antiqq. quod servat Lov. 4. Ejus loco *commentatas* substituit Aldus, consentientibus Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. in marg. fragm. Hav. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sed *commentatum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *commentas* Lov. 1. quasi *se* referendum foret ad Corneliam et Sergiam. Sed recte Gelenius *commentam* substituit. Et ita erat in Flor. Port. Klockian. et Harl. 2. quam proxime autem accedunt Leid. 1. et Gaertn. quorum prior *commenta*, alter *commentans* exhibent. Deinde *argenti*, pro *arguerent*, Flor. *argueret* fragm. Hav. Paullo ante *a confutante indice* Port. Gaertn. et Lov. 4. *a confutante iudice* Lov. 3. et Hav. Insuper *videre jussit* Gaertn. Sed solent passim verba 'videre' et 'bibere' in scriptis commutari. Vide Burm. ad Nemes. Cyneg. vs. 68. Voces *ab confutante, &c. arguerent* desiderantur in Harl. 1.

§ 9 *Quum, submoto populo, in conspectu omnium rem ad ceteras retulissent*] *Tum summoto* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Tum *populo jusso omnium* Gaertn. *populo in conspectum omnium*

Digitized by Google

Flor. Leid. 1. Harl. 1. Port. et fragm. Hav. quod ob codicum integerrimorum auctoritatem spernere non audeo. Eadem enim forma dictum esse potuit, qua ' esse in potestatem :' de quo vide ad II. 14. § 4. Similia alia dabunt Burm. ad Phædri Fab. v. 1. 15. et viri docti quos ibi laudavit. Deinde *ad ceteras retulisset* Lov. 3. *ad ceteras contulisset* Gaertn. Male. ' Referre ad aliquem ' est alicui deliberandum proponere, sententiam alicujus exquirere. Vide ad XXI. 6. § 5. Paullo ante *τὸ sumto* non adparet in Leid. 2. Supra II. 4. ' Quod spatium ad vehicula comportanda a consulibus sumsissent.'

Epoto medicamento, suamet ipsæ fraude omnes interierunt] *Epoto medicato* Lov. 1. Hinc *sua et ipsæ fraude* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *abnuentibus illis*, omissa media vocula, Lov. 2. *abnuentibus etiam illis* Gaertn.

§ 10 *Comprehensæ extemplo earum comites*] *Comprensæ* Lov. 3. et Port. Vide modo ad § 6. Tum *exemplo* Leid. 1. Vide ad eumdem § 6.

Ad centum septuaginta damnatæ] *Ad LCXXX. damnatæ* Klockian. Ne tamen hujus vestigia secutus emendes *centum octuaginta*. In numerum enim, quem habet vulgata lectio, conspirat etiam Valer. Max. II. 5. ex. 3. ' Unius ancillæ indicio protractæ, para capitali judicio damnatæ, centum septuaginta numerum expleverunt.' Quin etiam Orosius, licet in centenario dissentiat, minorem tamen ei subjunctum servat III. 10. ' Tanta autem multitudo fuit matronarum, in his facinoribus consciarum, ut trecentæ septuaginta damnatæ ex illis simul fuisse referantur.'

§ 11 *Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæsitum est*] *Nec de ven.* Lov. 3. *Neque veneficiis* Gaertn. *Neque beneficiis* Harl. 1. sollemni literarum *B* et *V* commutatione. Vide Burmann. ad Suet. Calig. c. 3. Plura alia hujus erroris exempla conlegi ad Livii v. 24. § 5. *Neque de beneficiis* Leid. 1. et Lov. 1. *Neque de beneficiis* ed. Mediol. 1480. Tum *ante Romæ quæsitum est*, omissis duabus vocibus, Port. Mox *prodigii eo loco res habita* Gaertn. *prodigii ea res loco habita est*, addita ultima voce, Leid. 2.

Quam conscleratis, similis visa] *Conceleratis* Gaertn. *sceleratis* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. Male. Supra II. 37. ' Se ut conceleratos contaminatosque ab ludis abactos esse :' ubi alia vide. Tum *similis magis magis visa* Leid. 2.

§ 12 *Itaque, memoria ex annalibus repetita*] *Letique memoria* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *ex ann. reperta* fragm. Hav. a m. pr. Supra VII. 3. ' Repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam.' Simili lapsu ' repetit ' et ' reperit ' commutari, docuerunt viri docti ad Curtii VI. 4. § 10. et Livinei. ad Prop. El. III. 22. 17.

In secessionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum] Libro septimo non ita longe ab initio c. 3. de fixo caussa sedandæ pestis clavo mentio est: at de secessione plebis nulla prorsus; quamquam hujusmodi apud Livium multa. *Glar.* Hac de re ante nihil Livius. Secessit primum plebs in montem sacrum; ejus sedandæ caussa dictator M. Valerius creatus est; iterum in Aventinum, per consules reducta est. Denique secessit exercitus; per M. Valerium Corvum dictatorem res composita est. Livius II. III. et VII. Nusquam autem clavi figendi mentio facta est. ['Hæc rursus ex Glareani annotationibus habet.'] *Sigon.* Falsum est, quum primum plebs in sacrum montem secessisset, motus ejus sedandi caussa M. Valerium dictatorem creatum esse. Nam M. Valerius, sive, ut melius vocandum docuerunt Sigonius et alii, M'. Valerius dictatura se abdi-

Digitized by Google

curat, antequam plebs in montem sacrum secederet; quæ, misso legato Agrippa Menenio, concessisque tribunis plebis, in urbem reducta est. Ceterum præpositio *in* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'Ludis' II. 36. § 1. id est, tempore secessionum plebis. Sed pro hac præpositione *i.* est in Harl. 1. *Fo.* in Lov. 2. *l.* in Voss. 2. et Lov. 3. *lege* in Gaertn. et fragm. Hav. At nihil mutandum puto, omnisque lectionum varietas nata videtur ex vocibus continua serie et per compendium hoc modo scriptis *isecessionibus*, quod indocti librarii adsecuti non sunt. Præterea *successionibus* Lov. 3. quo eodem errore *secessus* et *successus* confunduntur II. 50. § 3. Deinde *quedam* Leid. 2. *quemdam* Flor. Tum *a dictatore fixum* Lov. 4. et Gaertn. *ab dictatore est fixum* Port. et Hav. Mox *alienantesque*, pro *alienatasque*, Lov. 2. Sed *alienatas discordia mentes* illustrant quæ notantur ad III. 48. § 1.

Compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi caussa creari placuit] *Computes* Flor. *compates* Leid. 1. Hinc *clava figendi caussa* Gaertn. *clavi fingendi caussa* Lov. 3. Sed, in commutandis verbis 'figere' et 'fingere' errasse librarios, vidimus ad VII. 39. § 3. Tum *creari potuit* Lov. 1.

§ 13 *Creatus Cn. Quinctilius*] *M. Quinctilius* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et N. (quorum posterior tamen in margine præfert *Gn. Quinctilius*,) qui error in membranis frequens obcurrit. Vide ad VII. 12. § 1. *C. Quinctilius* Lov. 2. quæ lectio sive *G. Quinctilius* etiam superest in quibusdam edd. Vide ad VIII. 3. § 3. *Cum Quinctilius* Lov. 3. quomodo et alibi peccarunt scribæ. Vide ad VII. 16. § 3. IX. 46. § 1. et X. 26. § 15. *Aū Quinctilius* Klockian. Sed reliqui recte prænomen *Cn.* servarunt, quod passim librarii, tamquam minus sibi cognitum, vitiare soliti sunt. *Cn. Quinctius* Lov. 4. eodem errore quo *Servilius* abibat in *Servius* VI. 19. § 2.

Magistratu se abdicarunt] Ita constanter editi. At ex scriptis lectionem illam tantum tuentur Lov. 4. et Harl. 2. Reliqui præferunt *abdicaverunt*. Alibi sæpe Livius hujusmodi contractionibus in perfectis delectatus est. Vide ad XXI. 44. § 7. Non raro tamen etiam eadem tempora sine contractione protulit. Vide ad XXIX. 37. § 1. Tutius itaque est, ut in his sequamur codicum auctoritatem, et hoc loco *abdicaverunt* recipiamus.

CAP. XIX. § 1 *Creati consules L. Papirius Crassus iterum*] Prænomen Papirii deest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. Ceterum ante hos consules par consulum ex sententia Dodwelli interiisse, quos Pighius ante consules c. 17. § 5. memoratos inserendos censebat, jam monitum est ad d. loc. Livii.

L. Plautius Venox] *Venno* scribendum est ex secundo hujus consulatu Capitolino. Nam qui *Venox* est dictus, is et *Caii* prænomen tulit, et multis post annis in censura illud cognomen invenit: sunt autem cognomina duo *Venno* et *Venox*, utrumque Plautiorum: verum librariorum incuria alterum prope ex hominum memoria evulsum est, et a scriptoribus Capit. modo restitutum. *Sigon. Venox* in omnibus scriptis meis superest, nisi quod *Velox* sit in Lov. 3. 4. et Hav. cognomen vero omittatur in Klockian. *Venno* tamen probat etiam Pighius in Annal. ad a. CDXXIII. p. 334. Ceterum, quod Sigonius addat *Venno* ex secundo Plautii consulatu Capit. scribendum esse, vereor ne in eo errarit. In Fast. Capit. enim a. CDXXXV. memoratur L. PLAVTIVS. L. F. L. N. VENNO. sed iterati consulatus nota adscripta non est; quam etiam omisit Livius IX. 20. Id

Digitized by Google

Jac. Perizon. permovit, ut codici suo adscriberet, Plautii cognomen *Venno* probari non ex ipsius secundo consulatu Capit. sed ex consulatu Capit. filii ejus. Utrum tamen filius ejus fuerit, admodum dubito. Ea enim ratione inter consulatum patris et filii tantum duodecim anni interfuissent, quod spatium nimis exiguum esse videtur. Sed nihil definio.

Legati ex Volscis Sidicini et Lucani] Pro *Sidicini* quidam restituerunt *Frabaterni:* et sane in vetustioribus exemplaribus ita legitur: et Plin. III. 5. in agro Falerno 'Frabaternos' ponit 'veteres ac novos.' Sed illud *Lucani* magis torquet lectorem. Paullo ante enim c. 17. una cum Samnitibus contra Alexandrum depugnarant, nec interea uspiam de inimicitia eorum mentio. Denique quinto post anno 'Lucani' (inquit *Livius* c. 25.) 'atque Appuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt.' Id si verum est, haud dubie pro Lucanis alius populus, qui in Volscis, aut circa Volscos habitarit, substituendus. At, qui substitui debeat, nihil definio. Certe *Lucani* hic non convenit. *Glar.* Vox *Lucani* mendum habet. ['Et hæc ex Glareano notat nulla ejus mentione.'] Neque enim *Lucani* aut Volsci sunt, aut Volscis vicini, neque ita per se invalidi, ut a Samnitibus quicquam timere possent, quibus paullo ante erant amici: præsertim vero cum dicat haud ita multo post c. 25. 'Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerat, in fidem venerunt.' *Sigon.* Τὰ *ex Volscis* in Msto primum ab alio adjecta sunt. Mendum autem est in voce *Lucani.* Nullam tamen Glareanus et Sigonius, quam substituant, invenere: alii legunt *Cluviani*, alii *Lavicani.* Ego transpositionem literarum hic animadverto, et legendum puto vel *Nolani*, pro *Lucani*, vel *Caleni.* Polybius certe III. 91. nominat Calenos, Teanitas, Daunios et Nolanos, ut Campaniæ mediterranea incolentes. Caleni etiam memorantur X. 20. *Klock.* Vox ultima mendosa Sigonio videtur. Neque enim Lucanos ex Volscis esse, aut Volscis vicinos; neque ita per se invalidos, ut a Samnitibus quicquam timere possent. Errat componendo quæ dividenda sunt. Livius ait, legatos Lucanos venisse Romam, et ex Volscis Fabraternos: non simul ex Volscis et Fabraternos et Lucanos. Fortunæ autem gentium parvis momentis mutantur, et modo invalidi sunt, qui paullo ante formidabiles. Quod autem non multo post ait Livius, cum Appulis eos in fidem venisse, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerit; id quidem confirmat hujus loci scripturam. Accepto enim beneficio per legatos in Samnium a Romanis missos hanc gratiam retulerunt. Nec celabo lectorem, si cui forte id magis placeat, Albertum Rubenium conjecisse *Poluscani*, quum Πολυσκανῶν χώραν in Volscis commemoret Dionysius lib. VIII. p. 509. Cluverius Ital. Antiq. III. 8. p. 1046. suspicatur *Fabraterni et Arcani.* J. F. Gron. *Sidicini et Lucani* Harl. 2. Hearnii Oxon. L. 1. et edd. antiqq. pro quo *Frabaterni et Lucani* receperunt Mediol. 1496. et 1505. idem in marginem rejecit Ascens. 1513. et 1516. *Fabraterni et Lucani* emendavit Aldus. Et ita præferunt alii scripti, nisi quod *ex Volscis Fabiterni et Lucani* sit in Lov. 2. et 3. *ex Volscis Fabaterni et Lucani* in Gaertn. *ex Volscis et Frabaterni et Lucani* in fragm. Hav. *ex Volscis Frabraternis et Lucanis* in Voss. 2. An itaque Livius dedit *legati ex Volscis Fabraternis et Lucani?* De 'Fabrateria,' cujus incolæ *Fabraterni* dicti sunt, vide Cluver. Ital. Antiq. III. 8. p. 1038.

Orantes, ut in fidem reciperentur] *Acciperentur* Harl. 2. et edd. ante Al-

Digitized by Google

dum, qui primus *reciperentur* substituit. Id autem tuentur reliqui omnes codd. Supra c. 4. 'Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse audierunt.' Alibi etiam sæpe 'recipere' pro simplici capere vel accipere apud Livium obcurrit. XXIII. 48. 'Hoc conloquium abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendæ Nolæ.' XXXVIII. 23. 'Amynandrum Athamania expulerat, et urbes aliquot receperat:' quibus locis plura notantur.

§ 2 *Fideliter atque obedienter futuros*] *Atque obedienter* Flor. eodem errore quo *at* et *ad* passim in libris manu exaratis confunduntur. Vide ad VI. 24. § 8. *Ac obedienter* Voss. 2. et Lov. 3. Sed vide ad X. 36. § 17. *Atque obedientes* Harl. 1. ut adverbium et adjectivum hic per copulam jungantur, ut II. 30. 'Effusi et contemtim pugnam iniere.' Vide ad III. 50. § 6. Sed reliqui codd. nihil mutandum evincunt. Paullo ante *ab Samnitium armis* Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Præterea *se pro imperio* Lov. 4.

§ 3 *Missi tum ab senatu legati, denunciatumque Samnitibus*] *Tunc ab senatu* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad II. 12. § 15. *Tum a senatu* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *denunciatum quoque* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. eodem errore quo *hodie quoque*, pro *hodieque*, similiaque hujus generis sæpe data sunt a librariis. Vide ad V. 27. § 1. *Denunciatum Samnitibus*, omissa copulante particula *que*, Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. et B. ut construendum foret 'missi denunciatum.' De hoc usu supini vide ad XXII. 21. § 3. Integerrimi tamen codd. in vulgatum conspirant: quare nihil mutandum arbitror. Quemadmodum autem hic verbum impersonale 'denunciatum' jungitur personali 'missi,' ita et infra factum hoc cap. 'Pauci in turba fugæ extremæ, quum in castra ruerent, cæsi; primisque tenebris Privernum inde petitum.'

Eorum populorum finibus vim abstinerent] Ita edidit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus, qui tamen ante omnia se operam daturum promiserat, ut Livius ad J. F. Gronovii mentem quam adcuratissime ederetur, idque non infeliciter a se præstitum jactavit. Omnes priores, non modo typis exarati, sed et Mss. plerique, præferunt *ut eorum*, nisi quod τὸ *ut* etiam a m. pr. desit in fragm. Hav. Voculam igitur perperam ejectam in pristinum locum restitui. Deinde dictio *populorum* omissa erat in Port. et Hav.

Non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant] *Quod pacem volebant* Lovel. 4. Alibi sæpe τῷ *quod* subjungitur *quia*, vel contra τῷ *quia* vox *quod*. Vide ad XXXIX. 41. § 2. Hic tamen nihil mutandum puto ob reliquorum librorum dissensum. Passim autem τὰ *quod* et *quia* a scribis confunduntur. Vide ad lib. XXXVIII. 36. § 4. Præterea *quia non parati erant* Port.

§ 4 *Eodem anno Privernas bellum initum*] *Privernum bellum* edd. Rom. 1472. et Parm. *Privernum* Lov. 2. Male. Vide hoc lib. ad c. 1. § 3. *Prevernas* Voss. 2. et Gaertn. Tum vocabulum *bellum* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et Gaertn. Deinde *initium* Flor. et Harl. 1.

Dux etiam Fundanus fuit, Vitruvius Vaccus] Pal. primo vocatur *Viturius Vacius*. Pal. 2. *Victurbius Bacchus*. Pal. 3. *Autubrius Vacius*: alias *Vitrubius*. Gebh. *Dux etiam fuit Fundanis* Hav. Reliqui scripti eam vocum trajectionem probant, sed *Fundanus* servant, quorum fidem secutus sum. Ceterum utrumque nomen ducis varie proferunt libri scripti. Et quidem prius effertur vel *Victubrius*, vel *Victurbius*, vel *Vitubrius*, vel *Vitrubius*, vel *Nitubrius*, vel *Vitrubius*; posterius *Bacius*, *Baceus*, *Bacchus*, *Bactus*, *Bachus*, *Va-*

Digitized by Google

cius, Vaccus. Apud P. Victor. de Region. Urb. in reg. x. Palatio memorantur 'Prata Bacchii, ubi fuerunt ædes Vitruvii Fundani.' Pierius autem ad Virg. Ecl. III. vs. 90. testatur, ubi hoc loco in vulgatis codd. scriptum est *Vitrubius Bacchus,* in vetusto codice *Vaccus* per v digammon haberi, et inferius *Vacci prata.* Quum autem addat, ab Adamantio observatum esse, frequentissime veteres dixisse 'Favium' pro 'Fabio,' in ea opinione fuisse videtur, legendum esse *Vitrubius Baccus:* in quam lectionem consentiunt etiam optimi codd. Flor. Voss. 1. Harl. 1. Lov. 1. et Klockian. neque longe abit Leid. 1. qui habet, transpositis literis, *Vitubrius Baccus.* In scriptis passim obviam esse literarum *B* et *V* commutationem, vidimus ad v. 24. § 5. Quum autem *Vitruvius,* non *Vitrubius,* scribendum esse hodie constet, adeoque optimos codd. immo omnes, quos consului, perperam in ea voce *b* pro v dedisse, eo animus inclinat, ut credam idem etiam in voce seq. commissum, ac scribendum esse *Vaccus,* quoniam optimi libri mox in *Vacci pratis* literam *V* servant. De eo tamen cum quoquam serram ducere nolim. Mox alio vocabulorum ordine *non solum domi* Leid. 2. et Lov. 1.

Ædes fuere in Palatio ejus, quæ Vacci prata] Hinc Cicero pro Domo c. 38. 'In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata est et eversa.' *Sigon.* Doujatius legendum conjicit *ædes fuere in Palatio; ejusque Vacci prata.* Addit duas rationes; primam quod constructio hæc, sive ordo verborum, *ædes fuere in Palatio ejus,* haud satis adrideret; secundam quod *ejus* has ædes fuisse satis ex ante et post dictis intelligatur. Ego nihil mutandum puto. Hoc enim argumento Livius probat, eum clarum Romæ extitisse, quod etiam ædes *ejus* in Palatio fuerint. In lectione vero, quam Doujatius repositam voluit, magis, quam in vulgata, τὸ *ejus* abesse potuit: quum nemo hæc legens dubitaturus sit, utrum *Vacci prata* ab *ejus Vacci,* an ab alterius cognominis nomine adpellata sint. Præterea haud delicati palati esse debet, cui hæc orationis compositio placebit: *ædes fuere in Palatio, ejusque Vacci prata adpellata.* Saltem dedisset *ædes fuere in Palatio, ejus quæ Vacci prata adpellata.* Sed, ut dixi, vulgatum præfero. Præterea *qui Vacci prata* Gaertn. *qua Vacri prata* fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. sec. *quæ* emendabatur: *quæ Bacchi prata* Lov. 2. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quæ Bacci prata* Port. *quæ vacei prata* Voss. 2. *quæ Vacti prata* Leid. 1. et Lov. 1. *quæ Vacti pasta* Klockian. Reliqui recte *quæ Vacci prata.* Vide modo ad verba præcedd.

Diruto ædificio publicatoque solo, adpellata] Pall. duo *disrupto.* Pal. 2. *dirupto.* Gebh. *Dirupto* Voss. 1. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad IX. 45. § 17. *Disrupto* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *disruto* Harl. 1. *dirutæ* Lov. 4. Præterea *adpellat* Leid. 1. sed literam ultimam a intercepit prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Adpellatæ* Hearnii Oxoniensis I. 2. quasi vero *quæ adpellata* potius cum τῷ *ædes,* quam cum τοῖς *Vacci prata* convenire deberent. Aliter locutus est II. 13. 'Agrum dono dedere, quæ postea sunt Mucia prata adpellata.' III. 26. 'Quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quinctia vocantur.' Incertus etiam hæsisse videri potest librarius Lov. 2. ideoque dedisse *adpellantur.*

§ 5 *Adversus hunc, vastantem effusc Setinum Norbanumque et Corasium agrum*] *Devastantem* Lov. 2. invitis aliis omnibus. Deinde *Secciā* Lov. 1. *Secinum* Lov. 2. *Seccinium* Leid. 2. *Sicinum* Port. *Siccinum* Hav. *Sentinum* Voss. 2. *tinum* Harl. 1. ubi prima syllaba intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad v. 19. § 10. Tam

Digitized by Google

Norbanum, omissa vocula *que*, ed. Parm. 1480. Male. Vide ad II. 31. § 1. Postea *atque Coranum* Lov. 4. *et Corbanum* Port. et Hav. Mox Papirii prænomen *L.* deest in Hav. Tandem *castris enim consedit*, pro *castris ejus*, Lov. 3.

§ 6 *Vitruvio nec, ut vallo se teneret*] *Victurbio* Port. et Haverk. *Viterbio* Gaertn. *Vitubrio* Voss. 2. et Lov. 3. *Vitrubrio* Leid. 2. Reliqui omnes *Vitrubio*. Vide ad § 4. Insuper *ut nec vallo se teneret* Lov. 3.

Sana constare mens] Vet. lib. *sane*. Sigon. Apage Sigonii et Pal. 2. *sane*. Gebh. Sigonius cum maculoso suo libro *sane*. Putaverat enim *sana esse*, aut *constare* solum dicendum. Ut IX. 9. 'An si sana mens fuisset.' XXXIX. 34. 'Ut non color, non vultus ei constaret.' Seneca Epist. XXII. 'Non animus nobis, non color constat.' Sed vulgatum, quod nusquam non nobis recurrit, firmat Plautus Trinummo II. 4. 58. 'Satin' tu sanus mentis aut animi tui, Qui conditionem hanc repudies?' Ovidius Metam. VIII. 35. 'Vix sua, vix sanæ virgo Niseia compos Mentis erat.' Et Cicero, qui Philipp. II. 28. 'Nec vero te unquam, neque vigilantem, neque in somnis, credo mente posse consistere:' idem in Verr. I. 3. 'Religiones vero cærimoniæque omnium sacrorum fanorumque violatæ consistere ejus animum sine furore atque amentia non sinunt.' *J. F. Gron. Sane* ex meis etiam Port. Gaertn. et Hav. quod recte viri docti rejecerunt. 'Sanus animus' memoratur hoc lib. c. 27. 'Tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur:' ubi vide quæ notantur. Ceterum quemadmodum hoc loco non simpliciter 'mens constare,' sed 'mens sana constare' dicitur, ita etiam aliquis dicitur 'consistere mente quieta' apud Cic. de Divin. l. II. cap. ult. 'Ut numquam liceat quieta mente consistere.' Insuper *constaret*, et mox *suppetaret*, habent Flor. Voss. 2. et Lov. 3. sed in priori libro utroque loco postremum *t* postea fuit erasum. *Suppetebat* Lov. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses B. ac C. Præterea *longius castris*, pro *a castris*, Harl. 1.

§ 7 *Fugam magis retro, quam prælium aut hostem, exspectante milite*] *Spectante milite* legi debet. *Gelen. Ut fugam magis* Gaertn. *aut fugam magis* Port. Deinde *hostem spectate milites* Leid. 1. *hostem exspectare militie* Lov. 2. *hostem exspectate militiæ* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *hostem exspectante milite* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. duo, Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et edd. Mediol. 1480. Tarvis. duæ, indeque reliquæ usque ad Froben. qui a. 1535. Gelenii emendationem recepit. Gelenio autem ex scriptis favent Flor. et Lov. 4. et ex edd. antiquioribus, quas vidi, Rom. 1472. et Parm. Sollemne fuit librariis, ut voces *spectare* et *exspectare* inter se confundant. Vide ad VI. 33. § 1.

§ 8 *Et ut levi momento*] *Et in levi momento* Lov. 2. *ut et levi momento* Lov. 4. Mox *facilique recepta*, pro *receptu*, Gaertn.

§ 9 *Nec fere quisquam in ipso certamine*] *Nec ferre* Leid. 1. *nec ferret* Harl. 1. *nec ferme* Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Mox *in castra reverterent*, pro *ruerent*, fragm. a m. pr. Verum hoc verbum, tantum in perfecto, forma activa apud Livium aliosque efferri solet. Vide ad VI. 29. § 8.

Privernum inde petitum] *Petitur* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *vallo* deficit in Voss. 2. Deinde *se tutarentur*, pro *sese*, legunt Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn.

A Priverno Plautius, alter consul] Præpositionem *A* non agnoscit Oxoniensis L. 1. apud Hearnium: sed vocem *alter* omittit Lov. 4. Mox *prevastatis* est in fragm. Hav. Passim *præ* et *per* in verbis compositis

Digitized by Google

commutantur. Vide ad IX. 10. § 7. Præterea *prædaque adacta*, pro *abacta*, Gaertn. quomodo et alibi scribæ aberrarunt. Vide quæ notavi ad Silii XI. 14.

In agrum Fundanum exercitum induxit] *Exercitum ducit* Lov. 4. Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis C. Sed nihil mutandum. Vide ad XL. 25. § 1. Et solet Livius verbo cum præpositione in composito eamdem in regimine addere. Vide ad Præfat. § 11. Hic vero prima syllaba vocis *inducit* intercidit ob similitudinem ductuum literæ finalis vocis præced. Vide ad v. 27. § 6.

§ 10 *Senatus Fundanorum obcurrit; negant, se pro Vitruvio sectamque ejus*] *Negavit* fragm. Hav. a m. pr. *negat* Hearnii Oxoniensis B. Displicuit, credo, librariis, vocem *senatus* collectivorum more cum verbo plurali construi; quod tamen apud Livium admodum frequens est. Vide ad IV. 58. § 4. Tum *Victurbio* Port. et Hav. *Victurio* Klockian. *Viturbio* Lov. 3. *Vitrubio* reliqui omnes. Vide ad § 4. Deinde *sectamque eī* Harl. 1.

Quem extra culpam belli esse, ipsum Vitruvium indicasse] Scio illud IX. 34. 'Violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium, qui, quid iste magistratus in republica male facere posset, indicarunt.' Hic tamen vereor ne scripserit Livius *judicasse*. Sic enim dicuntur eleganter, qui facto aliquo suo præjudicium de re faciunt, et ex eo aliis dant æstimandi copiam. Cic. Famil. l. XV. ep. 1. 'Et quod genus hoc militum sit, judicavit vir fortissimus M. Bibulus in Asia, qui, quum ei permisissetis, delectum habere noluerit.' Pro Quinctio c. 8. 'Clamabat porro ipse Quinctius, sese idcirco nolle satisdare, ne videretur judicasse, bona sua ex edicto possessa esse.' Et sic 'statuere' in eadem oratione c. 24. 'Quid si tu ipse, Sex. Nævi, statuisti, bona P. Quinctii ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore vendente: socium tibi in hujus bonis edidisti Quinctium.' Suspicor ita fuisse etiam XXVIII. 19. 'Ipsos claudendis portis judicasse Hispanos, quid, ut timerent, meriti essent.' Et apud auctorem de Bello Alexandrino c. 54. 'Secundani veriti, ne soli relinquerentur, atque ex eo, quod sensissent, judicaretur, secuti sunt factum superiorum.' Noster IX. 9. in verbis Postumii: 'Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non satis fuit consules spondere,' &c. Hic autem, ut conjeceram, Helm. et duo Voss. *J. F. Gron. Judicasse* præter codd. Gronovio memoratos præferunt etiam Leid. duo, Lov. 3. Harl. duo, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Froben. 1535. eamque secutæ aliæ usque ad Basil. 1555. et Sigonianam primam, ubi iterum *indicasse* receptum est. Potuerunt autem verba 'indicare' et 'iudicare' ob literarum similitudinem nullo negotio a minus advertente scriba confundi. Exempla vide ad Epit. Liv. l. LXIII. Præterea *ipse Vitrubius indicasset* Lov. 1. *Victurbium* Hav. *Viturbium* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. *Vitrubium* reliqui. Vide ad § 4.

Quum receptaculum fugæ Privernum habuerit, non patriam Fundanos] Hoc recte emendarunt alii, *Fundos* legentes, ut est in vetustioribus codd. Est enim 'Fundanus' denominativum a 'Fundis,' ut 'Faliscus' a 'Faleriis.' *Glar. Receptaculum fugæ primum habuerit* Gaertn. *Privernium habuerit* fragm. Hav. *Privernum habuit* Port. Vide ad XL. 14. § 10. *Fundanos*, quod recte Glareanus rejecit, superest tamen in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 3. Harl. utroque, et fragm. Hav. Vox tota deest in Lov. 4. Alii codd. servant *Fundos*, quod primum comparuit in ed. Mediol.

Digitized by Google

1505. Inde vero in margine Ascens. 1513. mox in contextu Mogunt. Colon. 1525. et deinde in ceteris.

§ 11 *Priverni igitur hostes populi Romani*] *Privernos* Port. et Hav. *Privernates* Lov. 2. Mox *persequendos*, pro *persequendosque*, edd. Rom. 1472. et Parm. Hinc *atque Romanis* fragm. Hav. Tum *fecerint* Lov. 3. *defecerunt* Voss. 2. Harl. 2. et edd. Frobeniana 1535. antiquiores.

Fundanis pacem esse, et animos Romanos] Vet. lib. *Fundis:* quod placet: dixit enim 'Priverni hostes esse.' *Sigon.* Illud *pacem* nihil est. Lege *Fundanis autem esse et* (sine interpunctione omni) *et gratam.* Prius illud *et* more solenni παρέλκον est, et figuram facit. *T. Faber.* Quamvis 'Priverni' præcesserit, optime tamen *Fundanis* subjungere potuit Livius, ut hac varietate orationem distingueret: qua ratione etiam dixit Sallust. in Jug. c. 19. 'Magna pars Gætulorum et Numidia,' non *Numidæ:* ubi vide Cortium. Non male tamen *Fundis* probavit Sigonius. Eam enim lectionem tuentur Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et ed. Mediol. 1505. pro quo *Fundisque* legit Port. *pacem* vero, quod nihil esse judicat Faber, superest in omnibus scriptis, nisi quod *parcem* sit in Voss. 1. *parcere* in Leid. 2. Neque video causam, ob quam illud *pacem* rejiciendum sit. Præterea *et animos Romanos* Gaertn. *et animos Romanos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quod probari nequit. Quemadmodum enim 'hostis Romanus' non intelligitur de eo, qui hostilem animum in Romanos gerit, sed de ipsis Romanis, qui alii populo vel homini hostes sunt; vide Gronov. ad I. 26. § 4. ita etiam 'amicus Romanus' non is dicitur, qui amicitiam colit cum Romanis, sed ipse populus Romanus, qui alium amicitia complectitur. Si itaque *amicos*, pro *animos*, tot codicum auctoritate recipiendum sit, vel etiam cum Voss. 2. et Lov. 3. vox sequens *Romanos* deleri, vel in *Romanis* mutari debet; ut illud *Romanos* natum sit ex compendio *Rom.* vel *Ro.* De locutione autem 'amicus Romanis' vide ad XXXIX. 47. § 11. Si *Fundis* legimus, magis *amicos Romanis;* si vero *Fundanis* servamus, *animos Romanos* magis convenire videtur. 'Amicus' et 'animus' etiam alibi commutantur. Vide ad IX. 6. § 9.

§ 12 *Orare se consulem, ut bellum ab innocuo populo abstineat*] *Abstineant* Flor. a m. sec. Verum ita dicendum fuisset *Orare se consules*, ut præfert fragm. Hav. Sed non ambo consules exercitum in agrum Fundanum induxerunt, at solus tantum Plautius alter eorum.

Conjugumque, ac liberorum suorum, in potestate populi Romani esse, futuraque] Pall. tres, ut et Camp. ed. *esse futura. Ob quæ collaudatis Fundanis consul.* Gebh. *Conjugiumque* Voss. 2. et Lov. 3. Sed usu obtinuit, ut genitivus pluralis τοῦ 'conjux' efferatur 'conjugum,' ad differentiam vocis 'conjugium.' Vide Voss. Gramm. IV. 14. *Conjugum ac liberorum* Gaertn. Male. Vide ad II. 31. § 1. Deinde τὰ *in potestate* desunt in fragm. Hav. a m. pr. τὸ *Romani* in Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *esse futura. Ob quæ collaudatis Fundanis* Voss. 2. Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *esse futura* 3. *Ob quæ collaudatis Fundanis* fragm. Hav. *esse futuraque. Ob quæ collaudatis Fundanis* Voss. 1. in margine, Leid. 2. a m. sec. Lov. 3. Hearnii Oxon. N. et ed. Parm. *esse futura. Ob quæ*, duabus proximis vocibus neglectis, Lov. 1. a m. pr. Sed optimi codd. in vulgatum conspirant. Illa *Ob quæ* nata sunt ex interpolatione eorum, qui sine his Livii orationem male cohærere existimabant.

§ 13 *Conlaudatis Fundanis, consul,*

Digitized by Google

literisque Romam missis] *Literis Romam missis* Lov. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Port.

Ad Privernum flexit iter] Vox *iter* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Quomodo locutus est Livius III. 8. 'Vastavere agros Prænestinum Gabinumque: ex Gabino in Tusculanos flexere colles.' Allis tamen eam servantibus, ego nihil muto. Infra XXXV. 31. 'Demetriadem iter flexere:' ubi vide J. F. Gronovium, et Jac. Gronovium ad XXIX. 33. § 8. Mox *ab consule* Port. Gaertn. et Hav. *ad consules* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 14 *Ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam missos*] *Ad trecentos quinque conjuratos vinctos* Hearnii Oxon. C. a. *CCC. L. ex conjuratis vinctos* Lov. 1. a m. pr. unde emendandum esse conjici posset *IↃCCCL. ex conjuratis vinctos.* Alibi enim nota numeri quingenarii et litera *a* in Mss. commutantur. Vide ad X. 29. § 17. Quum tamen in eodem cod. a m. sec. emendetur *ad CCCL.* eamque lectionem reliqui codd. servent, receptæ scripturæ controversiam non movendam esse censeo. Præterea *victos* Leid. 1. Vide ad Livii XXX. 12. § 7. Mox *eam deditionem* Port. tum *a senatu* Gaertn. et edd. vett. Denique τὸ *non* deficit in Lov. 1.

Egentium atque humilium pœna defungi velle Fundanum populum censuerint] *Ac humilium* Lov. 2. Quod cur Livii non sit, dicam ad X. 36. § 17. Hinc *populum* exsulat a Flor. et Lov. 4. Deinde *censuerunt* Lov. 4. et Harl. 2. *censuerant* Port. et Hav.

CAP. XX. § 1 *Comitiorum causa Romam revocatus*] *Comitiorum tam Romam rev.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 15. § 1. *Revocatis* Leid. 2.

§ 2 *Carceres eo anno in circo primum statuti*] Varro de Lingua Lat. lib. IV. p. 37. 'In Circo primo, unde mittuntur equi, carceres dicuntur, dicti quod coërcentur equi, ne inde exeant ante, quam magistratus misit.' *Sigon. Circenses*, pro *Carceres*, Lov. 2.

§ 3 *L. Æmilius Mamercus et Cn. Plautius*] Scribe *L. Æmilius Mamercinus et C. Plautius.* De 'Mamercino' testantur et vetera, et Capitolina monumenta: de 'C. Plautio' triumphus ejus Capitolinus, in quo ipse ita describitur: C. PLAVTIVS. P. F. P. N. DECIANVS. Sunt enim multi per hæc tempora illustres Plautii, sed diversis cognominibus prædíti, 'Proculo,' 'Hypsæo,' 'Vennone,' 'Venocè,' 'Deciano.' Hunc tamen adoptionis cognomine uti censeo, non familiæ. *Sigon.* Prioris consulis prænomen *L.* omissum est in Leid. 2. Ejusdem cognomen *Mamercius* scribitur in Harl. 1. *Mamertinus* in Voss. 2. Lov. 1. 2. et Hav. *Mamercinus* in Flor. Voss. 1. Leid. 1. Port. a m. pr. Klockian. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *Mamercus* vero, quod editi ante Sigonium exhibent, apud me tantum superest in Leid. 2. Harl. 2. et Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Ex fastis vero Capit. triumphal. constat, hunc secundum Æmilii consulatum esse. Iterum igitur Livius iterati honoris notam omisit. Vide ad II. 16. § 7. Primus autem consulatus memoratur hoc lib. VIII. c. 1. Hic itaque locus junctis fastis triumph. docet, errare ibi codd. qui eum *T.* vel *Titum Æmilium* vocant. Deinde particulam *copulantem et* omittit Lov. 2. eamdem cum vocibus duabus seqq. neglegebat fragm. Hav. a m. pr. sed solum alterius consulis prænomen Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. et Hav. Sed *Caii* prænomen recte ei tribuunt Voss. 1. Lov. 4. Harl. 2. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. et edd. Tarvis. utraque, Venet. 1495. et 1506. cum Ascens. 1516. ac quædam aliæ. Paullo ante *Exemplo* Flor. Vide ad XXXIV. 33. § 8.

Eo ipso die, Kalendis Quinctilibus, quo magistratus inierunt] Non displicet *magistratum*, quod ex Sigonio et

Digitized by Google

scriptis quibusdam adnotat Hearnius. Nam ita fere solet Livius. XXIV. 10. 'Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capitolio est habitus.' Adde XXXIII. 43. et XLI. 8. Indicat hic Livius causam festinati decreti senatus de provinciis, nempe terrorem tumultus Gallici: nam alioqui deliberatio de provinciis sæpe differebatur. *Duk. Eo ipse die* Harl. 1. et fragm. Hav. Vox *die* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *X. Kal. Quintil.* Hearnii Oxon. L. 2. At, si vera sunt, quæ notat Dodwell. in notis ad Chronol. Græco-Rom. subjunctam Dion. Halic. ad ann. ante natum Chr. CCCXXX. receptum non fuisse, ut consules aliis diebus, quam Kalendis mensium vel Idibus magistratum inirent, patet, lectionem illam falsam, ac vulgatum servandum esse: siquidem non addatur, hos consules extraordinario die honorem occepisse, quod ceteroquin alibi Livius notare solitus est. *Klis Quintilib. quæ nunc Juliæ sunt* Lov. 4. Sed quatuor postrema verba ex glossa marginali in contextum inrepsisse videntur. Eadem tamen non tantum supersunt etiam in Flor. sed insuper adduntur hæc sententia: *Consules magistratum inisse: adversus tumultus Gallici famam tanta cura exercitum esse conscriptum, ut opifices etiam et sellularii centuriarentur:* quæ omnia ex lemmate marginali in contextum admissa sunt. Hunc autem errorem etiam multis aliis locis in Mss. obcurrere, dictum est ad VII. 40. § 4. Deinde *magistratum inierunt* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. quorum fide id recepi. Passim Livius ita loqui solet. Supra III. 55. 'Consules creati, qui extemplo magistratum occeperunt.' IV. 37. 'Consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere.' V. 9. 'Novos tribunos militum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent:' et mox, 'Comitia tribunorum militum habuere, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.' c. 32. 'Kalendis Quintilibus magistratum occepere.' VI. 5. 'Hi ex interregno magistratum occepere.' VII. 17. 'Duo patricii consules creati sunt, &c. eodemque die magistratum inierunt.' c. 25. 'Priusquam inirent novi consules magistratum.' XXVI. 1. 'Consules quum Idibus Martiis magistratum iuissent.' XXVII. 7. 'Idibus Martiis, quo die magistratum inierunt, Italia ambobus' consulibus 'provincia decreta.' XXXI. 50. 'Ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent.' Mox *comparari*, pro *comparare*, Port. a m. pr. et Hav.

Et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat] Vide Gronov. Observv. I. 10. *Duk.* Vocula *et* non adparet in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. fragm. Hav. et edd. Tarvis. utraque, aliisque ante Aldum. Deinde *Mamertinus* Voss. 2. Lov. 1. 2. et Hav. *Mamercius* Harl. 1. *Mamercus* Leid. 1. Harl. 2. Port. et Gaertn. Alii omnes recte *Mamercinus* præferunt. Vide modo hoc ipso §. Tum *bellum Gallicum* Port. et Hav. Mox *vocationis*, pro *vacationis*, Flor. Harl. 1. et ed. Parm. Vide ad V. 8. § 2.

§ 4 *Sellularii, minime militiæ idoneum genus*] *Fesulani* Voss. 2. et Lov. 3. *sueselarii* Port. *sessularii* Leid. 2. Gaertn. et Hav. *sellurus* Flor. Tum *numine militiæ* Lov. 3. *numen militiæ* Gaertn. Mox etiam *exerciti*, pro *exciti*, ed. Parm. Vide ad X. 38. § 1.

Veiosque ingens exercitus contractus, ut inde] *Veios quoque* Hearnii Oxon. B. Vide ad V. 27. § 1. *Veiosque ingentes* Harl. 2. Tum *exercitus cētus* Lov. 1. *exercitus ductus* Lov. 4. Male. Supra II. 23. 'Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules.' XXVII. 41. 'Undique contracto exercitu, in Lucanos ad

Digitized by Google

Grumentum venit.' Hinc *et inde* Hav.

§ 5 *Longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens*] *Discendi* Lov. 1. Pari modo librarii 'discedere' et 'descendere' commutarunt. Vide ad IX. 14. § 7. Deinde *incendens* Flor. et Leid. 1. Vide ad IV. 38. § 4. IX. 23. § 13. et X. 12. § 7. Ita 'incensurum' et 'incessurum' commutantur IX. 9. § 6. 'succedere' et 'succendere.' Vide ad l. IX. c. 27. § 10.

Explorata temporis ejus quiete, a Gallis Privernum omnis conversa vis] *Temporis ipsius quiete* Hav. Deinde *ab Gallis* Port. et Hav. Tum *in Privernum* Lov. 2. Denique *omnis vis conversa* Leid. 2.

§ 6 *Vitruviumque vivum in potestatem venisse*] Pall. omnes et princeps ed. *in potestate venisse*. Indicare memini superius. Sic c. 24. e Pal. 2. 'Regem aut vivum aut mortuum in potestate dedisse:' c. 26. 'Ab sociis in urbe receptis.' *Gebh. In potestate venisse* etiam Voss. 2. Leid. 1. Harl. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Eadem ratione 'in conspectu venire' obferunt plurimi scripti et vetustiores typis excusi VII. 40. § 1. Ceterum *Victrubiumque* Port. a m. pr. *Victurbiumque* a m. sec. ut et Hav. *Viturbiumque* Gaertn. *Vitrubiumque* reliqui. Et ita fere omnes iidem infra ter hoc cap. exhibent. Vide ad cap. præc. § 4. Tum *vinum* Lov. 3. *victum* Lov. 4. a m. pr. Pariter *vivere* et *vincere* in Mss. commutare consueverunt librarii. Vide viros doctos ad Ovidii Met. XV. 401. et Broekhus. ad Prop. El. IV. 1. 54.

Ipsos se in deditionem consulis caduceum præferentes permisisse] Malim *in ditionem*, id est, 'potestatem.' Solent enim hæc duo vocabula sæpe confundi. Cicero pro Fonteio c. 14. 'Videtis positum in vestra fide ac potestate: atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati.' Cæsar Gall. II. 3. 'Se suaque omnia in fidem atque potestatem populi Romani permittere.' *J. F. Gron.* 'Permittere se in deditionem alicujus' nusquam legi puto; 'in ditionem' plus semel dicit Curtius. 'Ditio' et 'deditio' sæpe permutari, alibi Livium ostendit Gronovius. In Justino quoque XXV. 3. 'Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditionem accipit,' idem emendat *in ditionem*. Hoc probat Grævius. Mihi ampliandum videtur. *Duk. In deditione* Klockian. *in dedionem* Lov. 1. *in ditionem*, ut Gronovius conjicit, præferunt Leid. 1. et Harl. 1. Ita 'in ditionem permittere' est XL. 49. 'In ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt.' Solent autem librarii hæc vocabula commutare. Vide ad XXVI. 21. § 17. Donjatius tamen, caussatus, qui se dedebant, non in ditionem consulis, sed populi Romani venisse, legendum censet, *se in deditionem consuli permisisse*. Et sane 'in ditionem populi Romani redire,' 'in fidem consulis ditionemque populi Romani se tradere,' 'in fidem ditionemque populi Romani accipere,' 'in ditionem populi Romani venire' Livius dixit XXVIII. 11. XXXVII. 45. XXXVIII. 31. et XLV. 1. Illud itaque *consulis*, pro *consuli*, natum erit ex non intellecto compendio *cons.* vel *cos.* Vide ad X. 10. § 2. Ceterum lectio, quæ nunc vulgo circumfertur, debetur Frobenii editioni 1531. Priores enim omnes præferunt *ipsum se in deditionem consulis caduceum præferentis*. Neque aliter est in Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et Hav. *ipsum se in deditionem consulis caduceum præferentem* exstat in Voss. 2. et Port. *ipsum se in deditionem consulis caduceum præferentes* in Flor. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus; nisi quod quidam in voce *deditionem*, ut notavi, varient. Præterea *præmisisse* Voss. 1. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Alibi ita sæpe erraverunt scribæ. Vide ad III. 61. § 9. c.

Digitized by Google

70. § 9. et IX. 43. § 7. Mox verba *Vitruviumque ab suis traditum* non exstant in Lov. 4. sed sola particula *que* exulat a Voss. 2. *a suis* legunt Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn.

§ 7 *Diruta Priverni muris*] Pall. duo meliores *minis*. An 'minæ' hic, quæ Maroni *Æn.* IV. 88. 'pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes, æquataque machina cœlo.' *Gebh.* *Minis* etiam Lov. 3. quod unice erranti librario tribuendum est, qui literas ur et in, iisdem calami ductibus constantes, perperam commutarunt. Hac eadem causa factum esse ut *turbes*, pro *tingas*, scriptum sit apud Statium, existimat Markland. ad ejus Sylv. I. 3. 103. Præterea *diruptis* Voss. 1. Lov. 1. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad IX. 45. § 17. *Diraptis* Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIX. Quin et ordine alio *Priverni diruptis*, vel *direptis*, *muris* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Paullo ante *de Vitruvio Privernatibus consultis* Port. *de Vitruvio Privernatibus consultus* Hav. *de Vitruvio Privernatibusque consultis* ed. Parm.

§ 8 *Bona Semoni Jano censuerunt consecranda*] Quamvis idem sit 'Sangus' Sabinis, qui Romanis 'Janus,' nihil tamen erat necessum, hic pro 'Sango' 'Janum' supponere, reclamantibus antiquæ scripturæ codd. *Gelen.* Hæc lectio placet, quasi dicat 'Jano semihomini,' ut quidam interpretantur. Heros enim erat dimidiatus homo, dimidiatus Deus. Quidam tamen editis exemplaribus *Semonilano* legunt, sed librariorum errore, ut puto, vicinitate *i* et *l*. Quidam *Semoni Sango* legunt, qui idem *Sanctus*, ut diximus in Dionysium. *Glar.* *Bona Semonilano*, ut in quibusdam edd. legi Glareanus auctor est, præfert etiam Harl. 2. *bona Semoni Jano* Lov. 4. et ed. Mediol. 1506. aliæque: *bona Seniojano* edd. Rom. 1472. et Parm. *bona sermonis Ango censuerunt consecranda* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *bona sermone Jano censuerunt confiscandas* Lov. 2. *bona semini sano censuerunt consecranda* Harl. 1. *bona Simonis Sango censuerunt consecrandas* fragm. Hav. a m. pr. *bona ejus Summani fano censuerunt consecrandas* a m. sec. *bona ejus Sümä fano censuerunt consecranda* Gaertn. *bona Semoni Sango censuerunt consecranda* Flor. et Klockian. *bona ejus Semoni Sango censuerunt consecranda* Portug. Vox *bona* defit in ceteris codd. qui tamen et ipsi reliqua verba varie exhibent. Nam *Sermoni Sango censuerunt consecrandas* est in Voss. 2. ut nempe referatur ad præcedens 'ædes.' *Sermone sano censuerant consecranda* in Lov. 3. *sermoni sano censuerunt consecranda* in Leid. 1. *Sallonisano Sangio censuerunt consecranda* in Hav. *Semoni Jano*, monente Hearnio, probat Rhodig. Antiq. Lect. II. 3. carpens illos, qui *Sabino Sango* substituerunt. Sed *Semoni Sanco* legendum, eumdemque esse, qui aliis nominibus 'Dius Fidius' et 'Hercules Sabinus' vocatur, docuit Jos. Castalio Dec. Observ. III. 10. ut idem observat Hearnius. Et ita J. F. Gronovius edidit 1667. *Sancum* potius, quam *Sangum*, scribendum esse, docuerunt viri docti, quos laudavi ad Silii VIII. 422. Vide etiam ad XLI. 13. § 1. Paullo ante *in Plancio*, pro *in Palatio*, habet Hav. *in Pallantio* Port.

Quodque æris ex eis redactum est, ex eo ænei orbes facti] *Quod æris* Hav. *quodque agri* Leid. 2. *quodque agris* Port. Tum *redactum esset* Lov. 4. Deinde *ahenei orbes* edd. Mediolanenses, Tarvisinæ, Venetæ, Ascensianæ, et quædam aliæ, pro quo *æneï* recte Aldus substituit. Neque aliter est in scriptis, nisi quod *æneï urbes* habeat Hav. Vide ad V. 19. § 11. 'Ahenens' et 'aënens' poëtarum potius, quam aliorum scriptorum, propria vox esse dicitur.

Positi in sacello Sancî, versus ædem

Digitized by Google

Quirini] Vet. lib. *adversus ædem*. Sigon. Pall. duo *positi in sacello Sangi adversum ædem*. Pal. 2. vero *positique in sacello Sangi adversus ædem*. Gebh. *Positique* Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tum *in sacellos Angui* Voss. 1. *in sacellos Angi* Lov. 1. *in sacello Angri* Leid. 2. *in sacello Angui* fragm. Hav. a m. pr. in quo postremam vocem manus altera erasit. *In sacello sanus* Leid. 1. Harl. 1. et Gaertn. *in sacello sani: s.* Lov. 3. *in sacello sunt* Lov. 2. *in sacello Jani* Lov. 4. *in sacello Sangus* Klockian. *in sacello Sangis* Voss. 2. *in sacello Sangi* Flor. Port. et Hav. *in sacello Semoniliani* Harl. 2. Editi antiqq. partim *in sacello Semonisangui*, vel *Semonisangi*; partim *in sacello Semoniani* dederunt: pro quo iterum J. F. Gronovius *in sacello Sanci* substituit. Vide hoc §. Præterea *adversus ædem* non tantum Voss. duo, Leid. duo, Lov. quatuor, Harl. 2. Port. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sed et omnes edd. usque ad Froben. qui a. 1535. *versus* in contextum recepit, consentiente solo Flor. quæ etiam vera lectio esse videtur. Nam *versus ædem* hic notat, æneos istos orbes positos esse eo latere sacelli istius Dei, ex qua parte ædes Quirini erat, quemadmodum in simili re locutus est Livius VII. 3. 'Fixa fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervæ templum est.'

§ 9 *Ut, qui senator Priverni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim lege eadem, qua Veliterni, habitaret*] *Ut senatus Priv. post def. ab Rom. trans Tib. &c. habitaret* Lov. 2. *ut, qui senator prius in defectione a Rom. mansisset* Leid. 2. *ut, qui senator Priv. defectione a Rom. mansisset* Lov. 1. *a Romanis mansisset* etiam Gaertn. Voss. 1. et Lov. 4. Sed *mansisset* exsulat etiam a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *eadem lege, qua Veliterni* Voss. 1. Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. neque aliter edd. ante Frobenianam 1535. *legem eadem, qua Veliterni* Leid. 1. *lege eadem, que Veliterni* fragm. Hav. a m. pr. Tum *habitarent* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *haberet* Leid. 2.

§ 10 *His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit*] Prior vox deerat in fragm. Hav. a m. pr. *His ita dictis* habet Hav. Deinde *usque* et *silentium* deficiunt in Leid. 2.

Post triumphum consul, necato Vitruvio] *Postquam tr. consul* Voss. 1. *postquam retriumphum consul* Lov. 1. *post quem triumphum consul* Leid. 2. *post triumphum consulis* Port. Vide ad X. 10. § 2. Mox *nascentium*, pro *nocentium*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. et *de Privernatibus mentionem*, trajectis vocabulis, Lov. 4. *mensionem* Leid. 2.

§ 11 *Et ab Diis immortalibus et a vobis*] *Et ab si Diis* Harl. 1. *et a Diis* Gaertn. Tum *et a nobis* Lov. 2. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Paullo ante *defectionis auctores* alio ordine Harl. 2. Gaertn. et excusi usque ad Froben. qui a. 1535. primus mutavit. In verbis seqq. *quod placet*, pro *quid*, Voss. 2.

§ 12 *Equidem, etsi meæ partes exquirendæ magis sententiæ, quam dandæ sunt*] *Et quidem* Gaertn. Vide ad V. 52. § 3. Tum *etsi* deficit in Lov. 1. *etsi mea parte exquirendæ magis sententiæ* habent Voss. 2. et Lov. 3. *etsi meæ partis exquirendæ* Lov. 2. *meæ partes exequendæ* Hav. Mox *tũ*, sive *tum*, pro *tñ*, sive *tamen*, idem Hav. Vide ad Livii XXII. 17. § 5.

Incertissima pax est] *Tũ est* deficit in Gaertn. Mox *velim relinqui* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

CAP. XXI. § 1 *Prout cujusque ingenium erat*] Pal. 2. *prout uniuscujusque ing. erat* ex glossa. *Gebh.* Eadem etiam lectio est in Voss. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. Vide ad XXXVIII. 21. § 6. Paullo ante *Quum etiam ipsa per se res* Port. Gaertn. et Hav. *Quum ipsa per te res* Flor. *Quum ipsa per*

Digitized by Google

sese res Lov. 4.

Tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit] *Tũ* vel *tamen*, pro *tum*, Lov. 2. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. *Cum* Gaertn. Vide ad Epit. lib. XLVIII. circa finem. Deinde *certiora* Hav. et transpositis literis *t'ciora* Lov. 2. Insuper *venũ*, pro *unus*, Leid. 1. *venus* Lov. 3. *verũ* Harl. 1. Hinc *legatus* Harl. 1. et Hav. Sed tota illa vox exsulat a Lov. 1. et Leid. 2.

§ 2 *Quam pœnam meritos Privernates censeret*] *Privernates meritos censeret* Voss. 1. Lov. 1. 2. Port. et Hav. Ita scribere voluisse existimo librarium Leid. 2. qui tamen aberrans *Privernates censeret* dedit. *Merito Privernates merito censeret* Gaertn. in quo paullo ante *tristitioris sententiæ* exaratum exstitit. Vide ad IV. 52. § 5. *Sententiæ tristiòris* in Lov. 4. Insuper *interrogatus quodam*, pro *a quodam*, Flor.

Quam merentur, qui se libertate dignos censent] Pall. 1. ac 3. *qui se libertate dignos censere:* honestissime, ut subintelligatur congruum verbum. *Gebh. Censere* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Sæpe quidem Livium aliosque, præsertim historicos, orationem per infinitivum extulisse, idque genus loquendi librarios, quibus displicebat, passim mutasse, vidimus ad I. 50. § 5. Hic tamen id convenire non posse videtur. Quare, si gravioris auctoritatis codd. ita præferrent, id in *censuere* commutandum esse, non dubitarem. Nunc nihil mouto. *Dignos cessent* habet Gaertn. *dignoscent* Flor.

§ 3 *Cujus quum feroci responso infestiores factos videret consul eos*] *Cui quum* Gaertn. et Hav. Tum *infestos factos videret* Harl. 2. Deinde *consules eos* Gaertn. Vel error hic natus est ex non intellecto compendio *cos*, aut *cons*. Vide ad X. 10. § 2. vel ex eo fonte quem indicavi ad VI. 3. § 8. In verbis seqq. *Privernatum*, pro *Privernatium*, Leid. 2. Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Ita etiam plures codd. exhibebant apud Valer. Max. VI. 2. ex. 1. ut ibi docti monuerunt. Sed vide ad VII. 16. § 3. Denique *repugnabant*, pro *inpugnabant*, Lov. 3.

Ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret] Pal. 1. et 3. *mitius eliceret responsum*. Gebh. *Ipsa benigna interrogatione* Leid. 2. et Lov. 2. eodem errore, quo librarii verbis præcedd. *consules eos* dederunt. Vide ad VI. 3. § 8. Deinde *responsum mitius diceret* Lov. 4. Alibi sæpe *el* in *d* coaluit. Vide ad XL. 28. § 2. *Mitius eliceret responsum* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *mitius eligeret responsum* Lov. 2. et 3. Sed passim literæ *C* et *G* commutari solent. Vide ad VI. 25. § 6.

§ 4 *Qualem nos pacem vobiscum habituros speremus*] *Qualem pacem nos vobiscum* Lov. 2. *qualem vos pacem nobiscum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIV. 2. § 2. *Qualemqualem nos pacem vobiscum* Harl. 1. Tum *habituri speremus* fragm. Hav.

Si bonam dederitis, inquit] Idem tradit Valerius VI. 2. ex. 1. *Sigon. Si bonam, inquit, dederitis*, ordine vocabulorum inmutato, Port. et Hav. Librarii credidisse videntur, nimium differri voces *inquit*, *ait*, similesve, si demum post tertiam vocem inferantur. Id tamen sæpe obcurrit. Suet. Aug. c. 18. 'Regem se volnisse, ait, videre, non mortuos.' Liv. XXI. 3. 'Et æquum postulare videtur, inquit, Hasdrubal:' quibus locis etiam in ordine dictionum variant scripti et editi.

Et fidam et perpetuam: si malam, haud diuturnam] *Et fidelem et perpetuam* edd. antiqq. usque ad Aldum, qui primus *fidam* recepit, consentientibus omnibus scriptis; nisi quod *fidem* sit in Harl. 2. Supra v. 4. 'Septies rebellarunt; in pace numquam fida fuerunt:' ubi plura vide.

Digitized by Google

'Fidus' autem et 'fidelis' etiam alibi commutantur. Vide ad XXXVII. 7. § 9. Prima vocula *et* defit in Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 44. § 3. Præterea quatuor posteriores voces male omittuntur in Voss. 2.

§ 5 *Minari, nec id ambigue, Privernatem quidam*] *Mirari* Hav. Sed *N* et *R* in Mss. sæpe permutari docuit Salmas. ad Solin. p. 147. Inde commutantur etiam *centum* et *certum* VIII. 34. § 10. Tum *Priverna quidam* Flor. *Privernatem quidem* Klockian. Vide ad XXXIX. 17. § 5. *Quidam Privernatem* Leid. 1.

Et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos] *Ad reb. citari* Lov. 3. Sed prima syllaba *vō incitari* intercidit ob literam ultimam vocis præced. Vide ad v. 27. § 6. Tum *paratos populos* Lov. 3.

§ 6 *Pars melior senatus ad meliora responsa trahere*] Forte *ad molliora responsum*; aut *ad mollius responsa trahere*. J. F. Gron. 'In melius' et 'ad melius' satis usitata sunt. Virgil. Æn. I. 281. 'Consilia in melius referet:' X. 632. 'in melius tua, qui potes, orsa reflectas.' Sueton. in Cæs. c. 59. 'Verso ad melius omine.' Hic tamen conjectura Gronovii magis convenit sententiæ loci, quæ postulat, ut Livius dicat, partem senatus lenius ac 'mollius,' sive 'in meliorem partem,' ut loquitur Cicero pro Murena c. 31. interpretatam fuisse responsum, quod aliis durum ac ferox videbatur. Tacit. Ann. II. 30. 'Stolida, vana, si mollius acciperes, miseranda;' et similia alia apud eum. Etiam considerari velim, an pro *pars melior* potius legendum sit *pars mitior*. Nam non opponit 'meliorea' deterioribus, sed 'mitiores' atrocibus; ut in principio capitis, 'Prout cujusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus.' Et *atrox* oppositum est *miti*. Cicero in Verr. I. 9. Livius XXVI. 32. 'Hæc taliaque quum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres causa Marcelli.' Denique ante *pars* distinctionem maximam tollendam puto. Ordo enim est, 'quidam dicere Privernatem minari; pars melior senatus,' &c. *Duk.* Donjatius vel exponit vulgatum 'trahere responsa ad meliora,' id est, in meliorem partem; vel priorem Gronovii conjecturam probat. Sane *responsum* in cod. suo invenit Klockius, quod vulgato præferendum puto. Quamvis autem sæpissime Livius eamdem vocem, paucissimis interjectis, repetere solitus sit, ut vidimus ad l. I. c. 3. § 9. hic tamen, nescio quomodo, illud *pars melior senatus ad meliora* displicet: quare *molliora* etiam cum Gronovio probarem, si codd. addicerent. Alibi enim 'melior' et 'mollior' a librariis confusa sunt. Vide ad III. 59. § 5. et Modium ad Curtii VI. 3. § 6. 'Ad molliora trahere,' ut 'mollius accipere,' 'interpretari,' apud Tacit. Hist. I. 12. et Hist. II. 90. 'molliora respondere' Ann. XII. 46. 'Propalam incerta et sæpius molliora respondens:' 'in mollius referre' Ann. XIV. 39. 'Cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata.'

Et dicere, viri, et liberi, vocem auditam] *Et viri, et liberi vocem, dicere, auditam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *et liberi viri vocem dicere auditam* Port. et Hav. Sed *et viri et liberi* eadem forma qua *quod viros, quod Romanos deceret* habuimus I. 59. ubi pari errore *quod viros Romanos* quidam præferunt. Sensus est vocem hanc non tantum viro, id est viro forti, sed et eodem libero, dignam esse.

An credi posse, ullum populum] *Aut credi posse* Gaertn. et Klockian. Vide ad v. 3. § 7. Vir doctus ad marginem ed. Curion. conjicit *an credi posset*. Sed vellem cansam dedisset cur infinita locutio displiceret. Vide ad I. 50. § 5. In verbis seqq. *eum*

Digitized by Google

pœnitent, pro *eum pœn.* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad l. IV. c. 19. § 2.

§ 7 *Ubi voluntarii pacati sint*] *Voluntarie pacati* fragm. Hav. a m. sec. *voluntarie pacata* Voss. 2. *voluntarii pacata* Flor. et Leid. 1. Sed adjectivum *voluntarii* hic pro adverbio ponitur, ut sæpe alibi. Vide ad XXII. 12. § 7. *Sunt* Port. et Gaertn. Ceterum hæc verba et septem sequentes desunt in Lov. 3. in illis vero *neque in illo loco* legit Hav. Mox τὸ *esse* non adparet in Lov. 4.

§ 8 *In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos*] *In hac sententia* repræsentant codd. Mss. Pall. 1. et 3. *Gebh.* Ita et Voss. 2. Lov. 3. fragm. Hav. a m. pr. et Gaertn. Male. Supra VI. 39. 'Dictator rem in caussam plebis inclinavit.' VII. 19. 'Inclinavit deinde pars major curæ in Etruscum bellum:' et sæpe alibi. Tum *consul maxime ipse* Gaertn. Sed *ipse* non adparet in Port. et Hav.

Ad principes sententiarum consulares] H. Stephan. Schediasm. IV. 18. suspicatur desiderari *ac seniores*, vel *senioresque*. Vana est suspicio. Supra hoc lib. c. 14. 'Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare.' V. 9. 'Primores Patrum censuere, non exspectandum, &c. in quam sententiam quum pedibus iretur.' Cic. Catil. Or. III. c. 6. 'Dictæ sunt a principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quos senatus sine ulla varietate est consequutus.' An his aliisque locis, quibus similia leguntur, adsuendus est pannus ille *ac seniores*, vel *senioresque?* 'Principes sententiarum sunt,' qui primi rogantur sententiam. Hi erant primæ dignitatis senatores, et fere consulares: nam tota turba senatorum sententiam rogari non poterat. Vide Gronov. Obs. I. 22. et ad Gell. IV. 10. et Ferratium III. 7. Quum autem sæpe variæ essent horum principum sententiæ, is, qui auctor cujusque sententiæ erat, princeps illius dicebatur. Livius XXVI. 32. 'Quum diu sententiis certatum esset, et magna pars senatus, principe ejus sententiæ T. Manlio Torquato, &c. censerent.' *Duk.*

§ 9 *Qui nihil, præterquam de libertate, cogitant*] *Nihil, quam de libertate* Port. Non sequor. Supra II. 56. 'Quum Volero nihil, præterquam de lege, loqueretur.' XLII. 14. 'In præsentia nihil, præterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit.' Deinde *cogitent* Flor. Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. quod in contextum recepi. Mox τὸ *esse* exsulat a Lov. 4.

§ 10 *Itaque et in senatu caussam obtinuere*] Particula *et* deficit in Lov. 4. Male. Vide ad II. 44. § 3. Mox *ad populum latum est*, trajectis dictionibus, Gaertn.

§ 11 *Anxur trecenti in coloniam missi sunt: bina jugera agri acceperunt*] *Auxur* Hav. *Anxir* Lov. 2. a m. pr. *Anxur* Klockian. Vide ad IV. 59. § 3. Tum *tricenti* Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XL. 34. § 8. Hinc *in colonia missi* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ultima litera vocis *coloniam* intercepta est a prima seq. Vide ad XXIII. 8. § 6. Deinde vox *bina* omittitur in Port. *agri* in Hearnii Oxon. C. Male. Supra VII. 16. 'Decem millibus æris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret:' ubi plura vide.

CAP. XXII. § 1 *P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula*] Pro *Plautio* Diodorus edit *A. Postumium*. Sic enim est apud eum lib. XVII. p. 608. Αὖλος Ποστούμιος, Πόπλιος Κορνήλιος. *Sigon.* Pighius in Annal. ad a. CDXXV. pag. 337. existimat, priori consuli fuisse prænomen *Caii*, quo adpellatur in ed. chronici Cassiodori, quod Eusebii chronico adjunctum est. Ratio est, quod in tabulis Græcis 'Venox' cog-

Digitized by Google

nominetur, adeoque is innui videatur, qui postea in censura 'Venocis' cognomen adeptus est. Is autem non *P. Plautius*, sed *C. Plautius*, dicebatur. Præterea censores hujus temporis creabantur plerumque ex consularibus: jam autem C. Plautius Venox ante censuram consul non reperitur, nisi ei locus detur hoc anno. Prænomen deest in Lov. 4. et Flor. Tum posterioris consulis cognomen est *Capula* in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Insuper paullo ante voces *nulla re* desunt in Flor. invèrso autem ordine *domi bellive* est in Lov. 4.

§ 2 *Præterquam quod Fregellas (Signinorum is ager*] Satis apparet ex locorum descriptione, *Sidicinorum* legendum, qui populi fuerunt inter Volscos et Campanos, non *Signinorum*, quæ urbs fuit in Latio. *Sigon. Segniorum* Ms. Lege *Sidicinorum*. Nota autem Livium 'Sidicinos' pro 'Oscis' vel 'Opicis' dixisse. Nam et 'Opici' cum 'Oscis' iidem sunt. Vide Fulv. Ursinum ad Festum in 'Oscum.' *Klock. Præter, quod Fregellas* Klockian. *præterquam Fregellas* Voss. 2. et Lov. 3. Sed priori loco *quam* excidit ob sequens *quod*. Vide ad VII. 15. § 10. posteriori *quod* ob præcedens *quam*. Vide ad XXXVII. 54. § 4. *Præterquam quod*, ut VI. 24. 'Dux, præterquam quod tot insignis triumphis, etiam ætate venerabilis, inter prima signa se obferebat.' Mox hoc lib. cap. 25. 'Præterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscisa erat.' Deinde *Signinorum* servant Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. 2. fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et Neapol. Latinii. Ita etiam primitus fuit in Flor. pro quo factum deinde *Samnitiorum*, quod postea iterum erasum est. *Segninorum* Leid. 1. et Gaertn. *Seguinorum* Hav. *Signiorum* Port. *Segniorum* Harl. 1. *Servorum* Lov. 2. Sigonio *Sidicinorum* emendanti adsentitur Cluver. Ital. Antiq. II. 2. p. 500. III. 8. pag. 1020. sed plenius pluribusque argumentis emendationem hanc adstruit ibid. p. 1036.

Colonia deducta; et populo visceratio data a M. Flavio] *Et colonia deducta* Leid. 2. et Lov. 1. *colonia reducta* fragm. Hav. a m. sec. Vide ad II. 21. § 7. Tum *populo miseratio data* fragm. Hav. a m. pr. *populo juste ratio data* Lov. 3. Deinde *ab M. Flavio* Port. et Hav. *a M. Fabio* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. Sed *Q. Flavius Augur* vocatur a Val. Max. VIII. 1. ex. absolutorum 7. ubi etiam *Q. Fabius* in uno Mato reperiri, viri docti observant. Alibi in his nominibus commutandis peccarunt librarii. Vide hoc lib. ad c. 37. § 8. et ad Epit. Liv. lib. IX. De visceratione vide Kirchmann. de Funer. IV. 5. et Guther. de Jur. Man. II. 10.

§ 3 *Erant, qui, per speciem honorandæ parentis, meritam mercedem*] *Erat, qui* Flor. Deinde *per speciem honorandi parentis* Gaertn. *per speciem honorandæ matris* Lov. 4. *per speciem honorandæ matris parentis*, utraque lectione juncta, Voss. 1. et Lov. 1. in quorum posteriori additæ τῇ *matris* notæ docent, vocem illam delendam esse. Margini olim adscripta fuerat interpretandi caussa τὸ *parentis*, unde in contextum inrepsit. Insuper *meritum* deficit in Lov. 3.

Quod eum, die dicta ab ædilibus, crimine stupratæ matrisfamiliæ absolvisset] *Quod cum die dicta* Lov. 3. et 4. de quo errore vide ad IV. 19. § 2. *Quod enī die dicta* Port. *quod eum diem dicta* Hav. Mox *crimine* exsulat a Lov. 4. quod ferri posset, si alii codd. consentirent. Damnandi enim et absolvendi verba passim genitivo gaudent. Quum tamen reliqui vulgatum tueantur, id verius esse non dubito; præsertim quum genitivus ille regatur ab omisso nomine *crimine*, aut simili, quod sæpissime etiam addi solet. Ita auctor Epit.

Digitized by Google

Liv. lib. XCII. 'Plurimos ex amicis et secum proscriptis, crimine proditionis insimulatos, interemit.' Vide Sanctium in Minerva lib. IV. cap. 4. de ellipsi nominum, in voce 'Crimine.' Deinde *sepultæ matrisfamiliæ* Voss. 2. et Lov. 3. Denique *absolvissent* Lov. 4. et Port. more conlectivorum. Vide ad X. 13. § 11. Horum tamen codd. auctoritas levior est, quam ut, reliquis adversantibus, tuto iis credi possit. Ceterum qua ratione Flavius absolutus sit, narrat Val. Max. VIII. 1. ex. absolutorum 7.

§ 4 *In præteritam judicii gratiam*] Pal. 2. Ms. *causam*. Sed in exteriore margine, *præter meritam judicii gratiam*. Gebh. *In præstitam judicii gratiam* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *in præteritam judicii causam* Hav. *in præteritam judicii gratiæ* Harl. 1.

Honoris etiam causa fuit, tribunatuque plebis proximis comitiis absens petentibus præfertur] Exemplaria nostra rectius *honoris etiam ei causa fuit, trib. pl. prox. com. absens præsentibus præf.* Gelen. Quidam libri *tribunatum* habebant, ut sit *tribunatum petentibus:* sed videtur coactum: quamquam et *præsentibus* malim, ut quidam habent codd. *Glar.* Vet. lib. omnes *absens petentibus:* Glar. *præsentibus* mavult, quasi vero non alio loco Livius opponat 'absentes' 'petentibus:' quippe cum 'absens' non solum dicatur is qui non adest in urbe, sed etiam qui ne in campo quidem, ut alio loco ostendam. ['Quid ergo tu in tuo codice habes *præsentibus*, non *petentibus?*'] *Sigon.* Magna in singulis verbis emphasis, enm et absentem et non petentem prensantibus ambitiose præsentibus prælatum ob viscerationem populo in funere matris datam. Neque aliter Pal. 2. vetustissimæque edd. Reliqui Mss. codd. Pall. *tribunatumque plebis proximis comitiis petentibus absens præfertur.* Gebh. Qui dicitur 'tribunatu plebis' aliquid fecisse, aut cui dicitur 'tribunatu plebis' aliquid evenisse, is intelligitur eum jam adeptus, non nunc primum petere. Vide l. v. c. 34. At hic reficiendum est *tribunatumque plebei*, quorum illud duo Pall. meliores, et Voss. alter habent, exigitque verbum *petentibus*, a quo dependet; hoc evidenter membranæ Voss. 1. Helm. Thuaneus, ex eisdem alibi sæpius ab nobis Livio restitutum. Proximis comitiis, inquit, tribunatum plebei petentibus ipse absens præfertur. Hic cum coactum nescio quid videtur Glareano, homo bonus ultro clausis oculis errat. Gelenii *præsentibus* et recte et docte hic et ad X. 9. rejecit Sigonius: nisi lateat sub eo *prensantibus:* sed tum et *tribunatusque* faciendum putares, patrio casu, ut ad 'comitia' referatur. *J. F. Gron. Ei* a Gelenio additum superest in omnibus scriptis, præterquam in Lov. 4. et Harl. qui omiserunt. Deinde *tribunatuque plebis* Leid. 2. Lov. 2. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. *tribunatuque plebi* fragm. Hav. a m. pr. Leid. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *tribunatuque plebei* Flor. Lov. 1. et Harl. ambo: *tribunatuque plebeis* Port. et Lov. 3. *tribunatusque plebis* Hearnii Oxon. C. *tribunatumque plebis* Voss. 2. *tribunatumque pl'* ambigue Lov. 4. *tribunatumque plebei* Voss. 1. Klockian. Hearnii Oxon. L. 1. 2. et ed. Mediol. 1505. cum Ascensianis 1513. et 1516. ac Paris. 1520. Insuper *petentibus absens profertur* Voss. 2. et Lov. 3. Sed 'proferre' et 'præferre' sæpe confunduntur. Vide ad X. 33. § 7. *Absens petentibus* Lov. 1. et 2. Vide ad V. 14. § 5. reliqui mei recte *absens petentibus;* quibus consentiunt etiam Hearnii Oxonienses.

§ 5 *Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est, &c.*] Locus hic Livii mirifice illustratur verbis Strabonis, quæ habentur lib. V. pag. 246. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· δεύτερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς

Digitized by Google

ἐκφύκησαν, καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς καὶ Αἰναριέων, ὅστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. Cum autem in vulgatis Strabonis codd. Ἀθηναίων mendose legeretur, nos ex hoc Livii loco Αἰναριέων jam pridem emendavimus; quam emendationem veram esse existimamus. *Ursin. Palæopolis* Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. ac B. quomodo id nomen etiam scriptum exstat in Fastor. triumph. fragmentis ad a. CDXXVII. Vide etiam c. 23. § 10. et c. 24. § 1. Verum eadem, qua *Palæpolis*, forma etiam *Palæpharsalus* Livius dixit, de quo vide ad XXXII. 13. § 9. Præterea τὸ νῦν deficit in Voss. 2. *Palæpolis*, pro *Neapolis*, est in margine Port. Denique *ita est* Flor. Sed litera prima vocis *sita* intercepta est ab ultima præced. Vide ad XXX. 3. § 8. Ceterum verba *fuit haud procul, &c. duabus urbibus populus* desunt in Gaertn.

Duabus urbibus populus idem habitabat] *Idem populus* Hav. Deinde *habitat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. 2. Flor. fragm. Hav. a m. pr. pluresque ex priscis editis, pro quo Ascensius *habitabat* reposuit: *habitat*: at Voss. 1. et Lov. 1. *habitata* Lov. 4.

Cumis erant oriundi] *A Cumis* Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *curis* Leid. 2. *cumbis* Klockian. *Cumanis* fragm. Hav. a m. pr. et Lov. 4. Tum *oriundi erant* Gaertn. *erant oriundo* Harl. 1.

§ 6 *Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt*] Idem Strabo lib. v. p. 246. *Sigon.* Præpositionem non agnoscunt Th. Voss. 1. Helm. Rott. *J. F. Gron.* Eamdem præpositionem non modo nesciunt Flor. Leid. 1. Lov. 1. Harl. ambo, et Klockian. sed et omnes editi ante Sigonium, qui *ab Chalcide* primus edidit, consentientibus Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. *a Chalcide* habent Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *et Chalcide* Voss. 2. et Lov. 3. *Chalcide Euboicam originem* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Eubœa originem* Lov. 2. *regione Euboica originem* Hearnii Oxon. L. 1. *Euboica regione originem* Gaertn.

Classe, qua advecti ab domo fuerant] *Qua ab domo aucti* Hav. et Portug. a m. pr. in quo *advecti* emendavit manus altera; *qua domo avecti* Leid. 2. *qua avecti ab domo* Lov. 4. Sed 'advectus ab domo' similiter dicitur, qua contra 'avectus domum.' Vide ad lib. IX. cap. 4. § 1. ubi etiam 'avehere' et 'advehere' in scriptis commutari videbimus. *Qua adducti ab domo* Gaertn. Sed et hæ voces sæpius in scriptis confunduntur. Vide ad XXVII. 38. § 12. *Qua advecti a domo* Voss. 1. Deinde *fuerunt* Lov. 4. Mox in verbis seqq. *in ora maris ejusq; accolunt* Lov. 2. Passim *q*; et *qp*, sive *que* et *quod*, commutari vidimus ad II. 41. § 8. *in hora maris ejus* Klockian. Vide ad V. 37. § 2. Tum *quod ac volunt* Leid. 1. et Lov. 1.

In insulas Ænariam et Pithecusas egressi] Livius *Ænariam* hic a Pithecusis separat, quas Plinius III. 6. unam facit insulam, ab Homero *Inarimen* dictam (sequitur enim Livius errorem illum, quo Latini poëtæ ex duabus unam fecere dictionem, ὲν Ἀρίμοις). Itaque lectori considerandum, ut locus Livii legendus. *Glar.* Plinius has duas insulas unam facit, at Mela duas, cum inquit II. 7. 'Pithecusa, Leucothea, Ænaria, Sinonia, &c. Italico lateri citra Tiberina ostia objacent.' Hoc torsit valde Glareanum. *Sigon.* Præpositio *in* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Harl. utroque, Portug. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Sed illa intercepta est a prima syllaba vocis seq. Vide hoc l. ad c. 33. § 6. Hic error vero alterius iterum erroris caussa exstitit. Quum enim ratio loquendi non permittat, ut dicamus *insulas egressi*, hinc *aggressi* datum est

Digitized by Google

in Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *insulam Senariam* Lov. 2. 4. *insulam Senariam* Lov. 3. *insulam Senariam* Voss. 2. *insulas Senariam* Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Tum *Pitacusas* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. *Pithacusas* Port. *Pitecusas* Leid. 1. Lov. 2. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Pitecosas* Lov. 3. *Phitecusas* Flor. Lov. 4. et Klockian. De dissensu vero scriptorum, modo Ænariam et Pithecusas unam eamdemque, modo duas diversas insulas statuentium, vide Cluver. Ital. Antiq. IV. 4. pag. 1164. et Salmas. in Plin. Exercit. p. 68. ubi librorum auctoritate vocem *Græcis* ex contextu Plinii ano ejiciens efficit, ut is quoque Ænariam et Pithecusas pro diversis insulis habeat. Mox etiam in verbis seqq. *deinde continentem*, omissa præpositione *in*, Hav. Verum, quum forte *deiñ in continentem* scriptum fuisset, hic quoque τὸ *in* a præced. vocis syllaba finali intercepta est. Vide ad XXXVII. 31. § 4.

§ 7 *Quum suis viribus, tum Samnitium infidæ adversus Romanos societati freta*] Vet. lib. *infida societate*. Quod Latina locutio etiam postulat. *Sigon. Infida . . . societate* Sigonius, quia id postulat Latinus sermo. Quid est igitur, quod omnes scripti, ut prius edebatur, *infidæ . . . societati?* Vereor ne sit subditum τὸ *freta*, et Livius scripserit, *quum suis viribus, tum Samn. infidæ adv. Rom. societati, sive pestilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.* J. F. Gron. Multi quidem codd. *infidæ ... societati*, non tamen omnes: sed *in fide adversus Romanos societate* Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. fragm. Hav. a m. sec. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *infida societate* Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Klockian. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. modo laudatis proximæ, usque ad Frobenianam 1535. in qua primum *infidæ . . . societati* obvium fuit. Horum itaque auctoritatem secutus cum Sigonio *infida . . . societate* malo, quam ut cum Gronov. contra omnium codicum consensum vocem *freta* ejiciam: *infidæ . . . societati* autem, quod in aliis, et quidem nonnullis primæ auctoritatis libris, superest, errori librariorum adscribendum puto, qui et alibi hoc modo lapsi fuerunt. Vide ad IV. 37. § 6. ubi tamen Gronovius fatetur, nullos suos a lectione, quam ex vet. lib. Sigonius adfert, dissentire. Insuper *tum suis viribus* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 2. Harl. 2. Hearnii Oxon. N. C. et edd. antiquiores. Similiter etiam a manu admodum recenti in Flor. interpolatum fuit. Vide ad VI. 23. § 3. Denique *Samnitum* Hav. Vide ad XXIII. 11. § 11.

Infida adversus Romanos] Cavillatur Camillus Peregrinus Diss. IV. c. 15. p. 725. *J. F. Gron.*

Sive pestilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens] *Pestilentiam* fragm. Hav. a m. pr. *pestilentia* a m. sec. Et ita est in Harl. 2. Klockian. Hearnii Oxoniensibus, atque ex interpolatione in Flor. Utrumque dici potest 'fidens pestilentiæ,' et 'pestilentia.' Prius tamen frequentius est, certe apud Livium; pro quo etiam stant plerique codd. Præterea *Romam urbem* Lov. 4. Sed vide ad III. 7. § 4. Mox *Campanum agrum Falernumque* Gaertn. *agrum Campanum Falerniumque* Lov. 3.

§ 8 *L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum consulibus*] *Lentulo, Q. Publico Philone* Voss. 1. *Lentulo, Q. Publio Philone* Flor. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac B. *Lentulo, Publio Philone* Lov. 2. *Lentulo, P. Philone* Harl. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *Lentulo, Q. P. Philone* Lov. 4. et Hav. *Lentuloque, Publio Philone* Voss. 2. Leid. duo, et Lov. 1. 3. Vulgatum solum superest in Harl. 1. et Klockian. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. mox § seq. et c. 23. § 1. Præterea vocabulum *consulibus* defi-

Digitized by Google

cit in Leid. 2. et Lov. 1. Mox *Palæopolim* Port. a m. pr. Gaertn. et Hav. qui idem etiam *Palæopolitanis* legunt. Vide modo ad § 5.

Relatum esset a Græcis, gente lingua magis strenua, quam factis] *Relatum esset a gregis* Flor. et Leid. 1. *relatum esset Agreos* Lov. 3. *relatum esset agrestis* Klockian. Tum *gente linguam magis strenua* idem Klockian. Sed vocis *linguam* fini male adhæsit litera initialis vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. *Gente magis lingua*, vocibus trajectis, Gaertn. Sed τὸ *magis* in Mstis Pal. non reperiri, nisi ab aliena manu superne adjectum, monuit Gebhardus ad VII. 20. § 8.

Populus Palæpolitanis bellum fieri, jussit] *Populis Palæp. bellum fieri jussum* Lov. 2. *populis* etiam Flor. a m. interpolatrice, et fragm. Hav.

§ 9 *Bello Græci persequendi Publilio evenerunt*] Restat hæc quidem lectio in priscis recensionibus: ideo miror hic variare Mss. quorum Pall. 1. ac 3. *belli Græci proseq. sors Publ. evenit:* ut et Pal. 2. *cum bello Græci perseq. Publ. evenirent.* Gebh. *Belli Græci persequendi Publ. evenit* fragm. Hav. a m. pr. Lov. 2. et Gaertn. ut ex præcedenti repetatur *provincia. Bellum Græcis persequendis Publ. evenit* Lov. 4. et Neapol. Latinii: *belli Græci persequendi sors Publ. evenit* Voss. 2. et Lov. 3. nisi quod is *prosequendi* habeat. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. *Cum bello Græci perseq. Publ. evenirent* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *evenirent* etiam Leid. 1. *belli* se quoque in Oxon. C. invenisse, Hearnius auctor est. Pleræque harum lectionum tolerari possent. Quum tamen codicum integerrimi Florent. Harl. 1. Klockian. et tantum non Leid. 1. stent pro vulgata, eam etiam loco movere temerarium existimo. 'Bello persequi' ut XXXI. 31. 'Comprobavimus ergo id factum, an bello persecuti sceleratam legionem?' *Publilio* autem, pro *Publilio*, fere omnes Mss. Alterum in solo tantum superest Klockian. Vide modo hoc cap. ad § præc. Mox *si quas emoverent*, inperite in voces distributis literis, olim unica serie scriptis, Lov. 1.

§ 10 *Fama autem erat, defectioni Campanorum inminentes*] *Fama siquidem erat, eos defectioni* Klockian. Sed τὸ *autem* deficit in Leid. 2. Deinde *defectione Campanorum inminente* Lov. 4. Port. a m. sec. fragm. Hav. a m. pr. et Neapol. Latinii. *defectione* etiam Flor. Sed frustra. Supra IV. 25. 'Jam diu nequidquam inminentes spei majoris honoris:' ubi vide quæ notavi.

Admoturos castra] Ad urbem Capuam: *ibi*, inter Capuam et Suessulam, ubi stativa Romanorum fuisse indicat cap. seq. *Duk.*

Ibi optimum visum Cornelio stativa habere] *Ubi optimum visum Cornelio* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVII. 5. § 2. *Et ibi optimum visum Cornelio* Harl. 1. *ibi optimum visum Cornelio* Leid. 1. Vide ad III. 17. § 5. *Ibi optimum visum, Cornelium stativa habere* Port. et Hav. *ibi* autem hic accipio pro 'tum.' Vide ad II. 35. § 2. et VII. 23. § 4. Non enim Cornelius inter 'Capuam Suessulamque,' quo Samnites vocarant, consedit, sed 'Samnium ingressus' fuisse dicitur cap. seq.

Certior fit senatus] *Senatus fit certior* Lov. 4. *certior sit senatus* Voss. 2. Vide ad V. 3. § 8. *Senatus fuit certior* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Vide ad XL. 15. § 2.

CAP. XXIII. § 1 *Recepta Palæpolin miserat. Romæ compertum est, delectum, &c.*] *Palæpoli* legendum, et millia Palæpoli recepta intelligendum. Nam Nolanos Samnitesve a Publilio missos Palæpolin, neutiquam quadrat, quippe qui utrique hostes erant: ergo miserat literis ad senatum, hæc millia Palæpoli recepta. Est tamen durus sermo. *Glar.* Vet. lib. *recepta*

Digitized by Google

Palæpolim miserat. Utrumque recte. Dixit enim Cicero pro Archia c. 3. 'Luculli eum domum suam receperunt.' Et Livius, 'Oppido ac tectis receperunt.' Est enim sensus: Publilius ad senatum miserat, duo millia Nolanorum et quatuor millia Samnitium Palæpolim, hostium oppidum, esse recepta. Pro *Romæ compertum est, delectum,* vett. libb. alii habent, *Romæ compertum est, Cornelius delectum:* alii omnino vacant vocibus his, *Romæ compertum est;* habent vero vocem *Cornelius.* Quorum lectionem valde probo. Nam cum ab utroque consule de Samnitium bello certiorem senatum factum dixisset, post subdidit quid Publilius nunciasset; hoc vero loco, quid Cornelius: ita: 'Ab utroque consule exiguam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus. Publilius, duo millia Nolanorum militum et quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quam voluntate Græcorum, recepta Palæpolim miserat. Cornelius, delectum indictum a magistratibus, universum Samnium erectum, ac vicinos populos, Privernatem, Fundanumque et Formianum haud ambigue sollicitari:' egregie. Nam Publilius in Græcos ierat, Cornelius in Samnites. *Sigon.* Fractus locus. Pall. duo, 1. ac 3. *recepta Palæpoliniis erat. Romæ compertum Cornelius delectum indictum:* et mox, pro *ambigue,* legunt *ambigunt.* Si sine invidia versamur in humanitatis artibus, legendum omnino, ut præfert Pal. 2. *recepta Palæpolim miserat. Cornelius delectum indictum a magistratibus, &c.* Quippe ambos vult consules de hostium rebus absentes ad senatum Romanum retulisse: Publilium de Nolanis Samnitibusque Palæpolim receptis; Cornelium vero de delectu a Samnitibus indicto, &c. *Gebh.* Fulvius Ursinus *miserat Romam. Compertum Cornelius delectum.* Sed hæc inania: nam et quod Publilius miserat, habebat compertum; et quod nuntiabat Cornelius, nuntiabat Romam. Turpissimo additamento deformata est hæc περιοχὴ, quam Sigonius egregie restituit, quamvis adhuc nemini auditus. Mss. *Romæ compertum est Cornelius delectum:* alii, quos inter unus e Pall. verba illa, *Romæ compertum est,* omnino inficiantur; unde optime censuit ille, a sarcinatore quodam nolenti Livio supposita esse, scribendumque *Palæpolim miserat: Cornelius, delectum indictum.* Sensus est planus: nam cum parum ab utroque consule spei de pace datum esse dixisset, mox subjungit distincte, quid a Publilio, quid a Cornelio delatum fuerit. Publilio autem Græcos persequendi provincia evenerat, Cornelio Samnium. *Miserat* ad utrumque refertur consulem, estque, miserat nuntios, vel nuntiatum, vel literas hoc nuntio: qui frustra Glareano durus videtur sermo. Sic XXV. 22. 'Consulibus literæ a prætore missæ, ut, priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent,' &c. XXIX. 25. 'Scaphas circummisit, ut ex omnibus navibus gubernatoresque et magistri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda.' XXXIII. 28. 'Literas ad Zeuxippum mittit, servum conscium tolleret:' ut intelligat 'hoc argumento,' vel 'cum his mandatis.' Auctor de Bello Hispaniensi c. 16. 'Tabellarius est missus, ut ea nocte turres aggeremque incenderent.' Sophocles Antigona vs. 169. Ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα Ἔστειλ' ἱκέσθαι. Quodque omnium simillimum est præsenti loco, Livius XXXVI. 8. 'Is extemplo ad M. Bæbium proprætorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse.' Nec Cicero refugit id compendium sermonis. Famil. lib. v. epist. 20. 'Ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me misisset, voluntatem tuam commodo

Digitized by Google

meo:' id est, si me certiorem fecisset. XI. 8. 'Eo tempore Poila misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum.' Utrobique ab eadem ignorantia vitium erat ante Victorium, quem vide. *J. F. Gronov.* Varie peccant codd. scripti. Primo *recepit Palæpolim erat* Lov. 2. *recepta Palæpolinus erat* Lov. 3. *accepta* (*recepta* a m. sec.) *Paliopolitanus erat* Gaertn. *recepta Palæpoli miserat* Voss. 1. Leid. 1. et Harl. duo, consentit etiam Voss. 2. nisi quod *miserant* præferat. *Recepta Palæopolini miserant* Port. in cuius margine *missa*, pro *miserant*, adscribitur. *Recepta Palæopolim miserant* Hav. *recepta Palæopolim miserat* Flor. Leid. 2. Lov. 1. 4. Klockian. et fragm. Hav. Utrumque, *recepta Palæpoli* et *Palæpolim*, dici posse, existimat Sigonius ad hunc loc. Verum quemadmodum 'nunciare Romam,' quam 'Romæ,' potius Livius aliique dixerunt, ut videbimus ad XXV. 22. § 1. ita etiam hic *Palæpolim*, quam *Palæpoli*, malo: ut ita ultima litera vocis *Palæpolim* elisa sit a prima seq. *miserat*. Vide ad XXIII. 8. § 9. Optime autem viri docti 'miserat recepta Palæpolim' exponunt, missis nuntiis vel literis indicavit, recepta esse in urbem Palæpolim. Eo sensu 'mittere' apud Nostrum frequens est. VI. 10. 'Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis.' XXVII. 43. 'Præmissi per agrum Larinatem, &c. ut omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad vescendum in viam deferrent.' XLIV. 27. 'Ad revocandum, qui pecuniam portabant, misit.' Sed inprimis huc faciunt loca ex VIII. 19. 'Literis Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter.' XXXIII. 7. 'Alios super alios nuncios ad ducem mitterent, premi sese.' XXXVII. 18. 'Misso caduceatore ad Æmilium, velle sese de pace agere.' Etiam Ant. Perisonius maxime huic similem locum ad marginem adscripsit ex XXIV. 19. 'Nolam ad collegam mittit, altero exercitu opus esse, qui Campanis obponatur.' Vide Gronov. ad XXXIV. 29. § 9. Manut. ad Cic. ad Fam. v. 20. et quæ notavi ad Livii XXXVI. 13. § 7. Πέμψειν quoque apud Græcos eodem modo usurpari, docuit Dukerus ad Thucyd. IV. 93. Neque multum diversa est illa locutio 'nuncius se venturum,' de qua agam ad XXXVIII. 1. § 4. Non minus variant codd. in altera parte hujus periocopes. *Romæ compertum delectum* habent Flor. Lov. 4. Harl. 1. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. in quo postea a m. altera *Romæ compertum est delectum* emendatur. *Interim Romæ compertum delectum* Klockian. *Romæ compertum Cornelius delectum* Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. ac 3. neque aliter legunt Voss. 2. Gaertn. et Harl. 2. nisi quod, addita voce, *compertum est* dederint. *Romæ compertum Cornelio delectum* Lov. 2. *Cornelium delectum*, ceteris omissis, Port. in contextu, in cujus margine erat *compertum Cornelio*. Sed et hic veram scripturam viri docti restituerunt. Paullo ante *Publius* plerique codd. *Publio* fragm. Hav. *Publilius* solus Klockian. Deinde *ad vobis millibus Nolanorum* Lov. 2. a m. pr. *a duobus millibus* a m. sec. Unde suspicio nasci posset, legendum esse *ad duo millia*, pro 'circiter duo millia.' Vide ad X. 17. § 8. Eam tamen ob aliorum in vulgatum conspirantium consensum vanam fore existimo. Insuper vox *Græcorum* deficit in Leid. 2. quemadmodum etiam in verbis seqq. *indictum* in eodem Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Universum Samnium erectum, ac vicinos populos*] *Universumque Samnium* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod Livii esse puto, qui infinitis locis, si tria connectenda sunt, primo *que*, tum *et* vel *ac* solitus est adhibere. Vide ad II. 30. § 4.

Digitized by Google

Ita mox *Privernatem, Fundanumque, et Formianum.* Præterea *ereptum* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. Vide ad III. 5. § 7. Mox *et Formianum* deficit in Voss. 2. qui idem cum Lov. 3. *ambigunt*, pro *ambigue*, præfert; quomodo se etiam in Pall. 1. ac 3. invenisse, Gebhard. ad verba præcedd. monuit.

§ 3 *Ob hæc quum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quam bellum fieret*] *Ob hoc* Voss. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad V. 34. § 1. Tum *legatum mitti* Lov. 1. Sane mox quidem § 8. 'Romanus legatus' memoratur. Sed ibi intelligendus unus ex numero legatorum: plures enim missos esse, patet ex § 10. Deinde *ad Samnites, priusquam bellum* Lov. 4. Sed voces *ad Samnites* deficiunt in Klockian. Mox vero *a Samnitibus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. fragm. Hav. et edd. ante Jac. Gronovium.

§ 4 *Ultro incusabant injurias Romanorum*] Duæ postremæ voces exsulant a Port. sed margini adscribuntur. Sequentes vero, *neque eo negligentius, &c. purgabant*, neque in contextu, neque in ora libri conspiciuntur. Ceterum *abjicerentur*, pro *objicerentur*, Hav. Vide ad VI. 14. § 12.

§ 5 *Auxiliove juvari Græcos: nec Fundanum Formianumve a se sollicitatos*] *Auxiliove a se sollicitatos*, reliquis omissis, Lov. 2. Tum *ne Fundanum* Voss. 1. et Port. a m. pr. Deinde *ab se sollicitatos* Lov. 4. Port. et Hav.

Minime se pœnitere virium suarum, si bellum placeat] *Pœnitere se* Voss. 1. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *virum suarum* Harl. 1. Vide ad II. 1. § 10. Insuper voces *si bellum* desunt in Lov. 4.

§ 6 *Ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas*] *Ægre civ. pati* Leid. 2. *agre pati civitates* Port. et Hav. Hinc *quæ Fregellas* Leid. 2. Mox *diruptasque*, pro *dirutas*, Voss. 1. Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. *diruptas* Lov. 1. Vide ad IX. 45. § 17. Præterea *a se* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Insuper *restituit Romanus populus*, pro *restituerit*. Vide ad XL. 14. § 10. Ceterum omnia hæc *ex Volscis captas, &c. coloni eorum Fregellas* exsulant a Leid. 2. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocis *Fregellas* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

In Samnitium agro imposuerit, quam coloni eorum Fregellas adpellent] *In Samnicio agro* Voss. 1. *in Samnio agro* Port. *in Samnio*, altera voce omissa, Hav. Deinde *et imposuerint* Harl. 2. *imposuerint* Leid. 1. Lov. 1. 4. Harl. 1. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. ut iterum Livius τὸ *Romanus populus* more collectivorum cum verbo plurali construxerit, ut sæpe solitus est. Vide ad X. 13. § 11. Præterea *colonicorum*, pro *coloni eorum* Voss. 2. et Lov. 3. *coloniorum* Leid. 1. *coloniæ eorum* Lov. 4. Tandem *in Fregellas adpellant* Port. et Hav. *Fregellas adpellant* Gaertn.

§ 7 *Ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur*] Ita primus edidit Aldus. Priores præferunt *nisi ab iis*. Et ita est in Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. utroque, et Klockian. nisi quod in aliis sit *ab is*, in aliis *ab hiis*, in aliis *ab his*. Leid. etiam 1. ita inter versus præfert, quum perperam *hi ab his* in contextu scriptum fuisset. *Nisi his ab iis* legunt Voss. 2. et Lov. 3. *nisi sibi ab his*, vel *iis*, vel *hiis* fragm. Hav. Gaertn. Voss. 1. et Lov. 4. *ni sibi ab his* Flor. Port. et Hav. Tum *fecerit* Gaertn. ac tandem *demerat* Lov. 3. *demant* Gaertn. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Paullo post τὸ *se* aberat a Lov. 2.

Ipsos omni vi depulsuros esse] Pall. duo *omnino inde pulsuros esse*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. et Lov. 3. *omni vi pulsuros esse* Gaertn. Vox *ipsos* autem deficit in Lov. 2. Ceterum Doujatius existimat, vel *ipsos* hoc loco, vel paullo ante τὸ *se* redundare, nisi unica vox sit *seipsos*, in duas longiore paullo intervallo dis-

Digitized by Google

tracta. Quod ultimum verius esse, non dubito.

§ 8 *Quid perplexe agimus, inquit*] Quem habeat nominativum verbum *inquit*, non plane video; sed mutatus est numerus, nisi dicas quædam desiderari verba. *Glar.* Subaudiendum est 'Samnis.' Sequitur enim, 'Et Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus.' *Sigon.* Subaudiendum est, aliquis eorum, quos ad disceptandum ad communes amicos Romanus legatus vocabat. *Τὸ inquit* inlustrabitur ex illis, quæ dicentur ad lib. XXXIV. cap. 3. § 9. Paullo ante *et communes socios*, pro *ad communes*, Voss. 2. et Lov. 3. Verum 'ad disceptandum ad communes amicos' hic ponitur pro apud communes amicos. Ita Voss. codex præfert XXXVIII. 35. § 1. 'Ad consulem inter Achæos Lacedæmoniosque disceptatum est:' ubi vulgo editur *apud consulem*. Ita 'ad prætorem reus fieri,' 'accusari' sæpius apud Livium obcurrit. Vide ad XXXVIII. 55. § 2. Plura vide ad VII. 7. § 4. Præterea *socios atque amicos animos*, addita ultima voce, Leid. 2. et Lov. 1.

Sed campus Campanus, in quo concurrendum est, et arma] *Sed Campanus campus* Port. et Hav. *sed campus concurrendus et arma*, reliquis deficientibus, Klockian. ita tamen, ut post vocem *campus* lacuna sit vocis erasæ, sed exigua adeo, ut vix quatuor literas capere possit. Paullo ante *non bella legatorum*, pro *verba*, Lov. 4. qui etiam præfert *neque hominum*.

Et communis Mars belli decernet] Vocula *et* omittitur in Voss. 2. Deinde *deceret* Leid. 1. *disceret* Lov. 3. *nos dirimet* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. qui in margine cod. N. se invenisse testatur *dirimet*: in contextu vero ut et in cod. B. *decernent*. Neque aliter mihi obviam fuit in Hav. Utroque numero *decernet* et *decernent* ferri potest. Vide ad III. 30. § 1. et ad XXXVII. 5. § 3. codd. tamen evincunt, prius verum esse. De verbo 'decernere' vide ad VII. 9. § 7. id autem cum 'dirimere' hic commutatur, ut et mox § 10.

§ 9 *Proinde inter Capuam Suessulamque*] *Deinde* Port. in margine, et Hav. quomodo et alibi variant codd. scripti. Vide ad III. 37. § 5. Præterea *inter Suessulam Capuamque* Lov. 4.

Et Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus] *Et Samnisne an Romanus* Lov. 2. *et Samnis Romane* Leid. 2. et Lov. 1. etiam Voss. 1. a m. sec. in quo antea scriptum fuerat *Romanive: et Samnis Romenusve* Port. et fragm. Hav. *et Samnius Romanus ut* Hav. Deinde *Italiam imperio regat* Lov. 4.

§ 10 *Quum se, non quo hostis vocasset*] Multitudinis numero Pall. tres, et vetustissimæ edd. *hostes vocassent*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. Ex edd. autem, quas consului, nulla in eam lectionem conspirat. Neque etiam eam probare possum, quamvis *hostis vocassent* exhibeant Flor. Leid. 1. et Gaertn. Vide ad v. 50. § 2. Præterea *tum se, &c. responderunt* multæ ex vetustioribus edd. quæ a vocibus seqq. *jam Publilius* novam incipiunt periodum. Sed nulli codd. huic lectioni adaentiuntur.

Sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse] *Dixissent* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Quæ varietas mille locis in Mss. obcurrit. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. *Direxissent* Gaertn. Deinde *τὸ esse* deficit in Gaertn. ejus loco *se* alia manu ad oram cod. Flor. adscriptum est. Sed *se* jam verbis præcedd. præcessit.

Inter Palæpolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat] *Inter Palæpolim. L. Neapolimque* Flor. *inter Palæopolim* Port. et Hav. Vide ad cap. præc. § 5. Præterea, licet vulgatæ lectioni controversiam non moveam, si tamen codd. consentirent, mallem

Digitized by Google

loco opportuno capto : quod etiam Dukero in mentem venit. Vide Jac. Gronovium ad XXIV. 39. § 1. Deinde *decreverat* Hav. Ita modo etiam ' decernere ' et ' dirimere ' commutabantur hoc cap. § 8. Paullo ante iterum *Publius*, vel *P.* pleriqne codd. *Publilius* vero soli Leid. 1. et Klockian. Vide hoc lib. ad c. 12. § 4. Eadem diversitas scripturæ passim in Mss. Livii obcurrit, quorum paucissimi, modo hi, modo illi, veram lectionem servant. Vide ad II. 55. § 4. et hoc lib. ad c. 12. § 4. In verbis seqq. *quo ut quisque*, pro *qua*, Lov. 2. ut referatur ad præcedens ' auxilii.' *Quo haud quisque* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Itaque quum et comitiorum diei instaret*] *Itaque et quum dies com. inst.* Port. *Itaque et dies com. inst.* Hav. Post vocem *Itaque* in Flor. Lov. 4. et fragm. Hav. hæc adduntur : *Publilio Philoni ad conficiendum cum Palæpolitanis bellum pro consulare imperium prorogatur*, nisi quod prima vox desit in postremo cod. ejus autem loco sola litera *P.* exstet in Lov. 4. Verum hæc olim pro lemmate ad oram codicis adscripta postea perperam in contextum inrepserunt. Vide ad VII. 40. § 4.

Avocari ab spe capiendæ in dies urbis haud e republica esset] Omnes codd. *advocari*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. quod accipiendum foret advocari ad urbem comitiorum causa, et eadem forma dictum esse videri posset, qua contra ' avolare Romam ' et similia passim inveniuntur; de quibus vide ad I. 57. § 6. Codicum tamen vulgatam lectionem defendentium auctoritas efficit, ut eam veriorem existimem. Alibi sæpe hæc verba in Mss. commutantur. Vide ad IV. 61. § 3. et ad VIII. 7. § 14. Sed verbum *avocari* male exsulat a Lov. 4. et Port. Tum *a spe* Gaertn. et fragm. Hav. Sed præpositio male deficit in Lov. 3. Deinde *in diebus* Lov. 2. Præterea *haud republica esset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. *haud reip. esset* Lov. 2. *aut remp. esset* Klockian. *e republica* est ex utilitate reipublicæ. Supra hoc lib. c. 4. ' Ageret diceretque, quæ e republica nominis Latini fideque sua viderentur.' c. 32. ' Non videri e republica, in Q. Fabium eo tempore animadverti.' XXIV. 14. ' Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse :' et alibi sæpe. Ultima vox *esset* non adparet in Port.

§ 12 *Actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut*] *Auctum tribunis est* Klockian. ' Actus ' et ' auctus ' sæpe in Mss. permutantur. Vide ad XXI. 61. § 4. Vocula autem *cum* intercidit ob similitudinem ultimæ syllabæ vocis præced. Deinde *ut ad populum ferrent* Port. a m. sec. Sed particula *ut* vel abesse, vel interponi potest. Vide ad I. 17. § 11. Quum itaque alii omnes libri eam ignorent, etiam non recipiendam judico. *Ad populum referri* Hav. Male. Vide Duker. ad Flor. III. 21. § 9.

Consulatu abisset, proconsul rem gereret] Vet. lib. *pro consule*. Sigon. Omnes codd. *pro consule*. Gebh. Ita et Voss. duo, Lov. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. et Hearnii Oxonienses omnes, præter N. et C. Ambigue *procoſ*, vel *proconſ*, Voss. duo, et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXIII. 30. § 19. Præterea *abiisset* Lov. 4. Port. et Hav.

Quoad debellatum cum Græcis esset] *Quod debellatum* Lov. 4. et ed. Parm. Vide ad VI. 38. § 13. *Ad debellandum* Voss. 2. *quoad debellandum* Lov. 3.

§ 13 *Quia ne eum quidem in Samnium jam ingressum revocari ab inpetu belli*] Prima vox non exstat in Lov. 2. Deinde *nec eum quidem* habent Lov. 3. et utraque ed. Tarvis. Male. Vide ad I. 9. § 3. Tum *Samnium jam ingr.* sine præpositione *in*, Gaertn. Sed eam intercepit ultima litera vocis præced. Vide ad X. 13. § 3. ' In Samnium ' autem ' ingressum,' repetita præpositione, ut IV. 41. ' In pr-

Digitized by Google

bem est ingressus.' XXXVIII. 27. 'Ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat.' Vide ad Præfat. § 11. Insuper *revocari ab impetu bellū* male Flor. Mox *τὸ ut* non adparet in Lov. 4. Tum *eum*, pro *causa*, Gaertn. præfert.

§ 14 *Dixit M. Claudium Marcellum*] *Marcellinum* Hearnii Oxon. N. in margine. Mox *Ne cum a dictatore*, pro *Nec tamen ab dictatore*, Gaertn. *a dictatore* etiam Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. 3. ac 4. *Cū*, sive *cum*, et *tn̄*, sive *tamen*, etiam alibi commutantur. Exemplum jam habuimus III. 16. § 1.

Vitione creatus esset, in discussionem venit] Rectius *in disquisitionem venit*. Gelen. *In discussionem* primum invenio apud Aldum. Et ita est in Voss. 1. in marg. tum in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. in margine. Reliqui cum prioribus edd. servant *in disquisitionem*. Et ita Livius loquitur XXVI. 31. 'Quid ego fecerim, in disquisitionem venit.' 'Ad disquisitionem trahere' dixit Tacit. Ann. v. 11. Vox *discussio* an hujus ætatis sit, immo an hoc sensu apud probos auctores obcurrat, vehementer dubito. Præterea *invenit* Lov. 2. Sed duæ priores literæ natæ sunt ex ultima vocis præced. Vide ad v. 23. § 5. Mox *vitiorum*, pro *vitiosum*, perperam Klockian.

§ 15 *Suspectam infamemque*] *Suspectamque* Port. In verbis seqq. *facile fuisset*, pro *fuisse*, Lov. 3. Tum *id vitium nesci*, pro *nosci*, fragm. Hav. a m. pr.

Quum consul oriente nocte silentio diceret dictatorem] Vet. lib. *ineunte*. Sigon. *Oriente* habent Pall. duo, totidemque cascæ edd. *Gebh. Ineunte nocte* Sigonius: sed edd. antiquæ et omnes scripti *oriente nocte*. Nox quidem perinde oritur, ut dies. Ovidius Fast. VI. 471. 'Delphina videbimus, inquit, Humida cum pulso nox erit orta die.' Sed non principio noctis, verum post mediam, silentio, surgere moris erat auspicantibus, ut Festus docet in 'Silentio,' et 'Solida sella.' Scribendum, *cum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem*. Velius Longus de Orthographia p. 2234. 'Oriri apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet in eo, quod dicitur, 'consul oriens magistrum populi dicat.'' Hæc elegantissima observatio est Alberti Rubenii. *J. F. Gron. Ineunte nocte*, quod Sigonius ex vet. lib. probavit, ex solo Oxon. B. laudat Hearnius. Id vero in nullo meo mihi obvium fuit. Sed *ineunte noctis silentio* Port. Gaertn. et Hav. *oriente noctis silentio* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *oriente silentio* Lov. 1. *oriente nocte*, omissa voce *silentio*, Leid. 2. *oriente nocte silentio* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. uterque, et reliqui Oxonienses Hearnii. *Oriende nocte silentio* Klockian. quæ lectio persuadere potest, legendum esse *oriens de nocte silentio*. 'De nocte' est post mediam noctem, tempore nocturno. Horat. Ep. I. 2. 32. 'Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones:' ita 'de tertia vigilia' IX. 44. § 10. ubi plura vide. Si quis tamen Rubenii conjecturam *oriens nocte silentio*, præferat, non adversabor. Vide ad IX. 38. § 14. Ceterum aliquid humani passus est Jensius in Dissert. de Dictat. Pop. Rom. c. v. docens, J. F. Gronovium lectionem hanc *oriente nocte silentio* recte adserere. Insuper vox *dictatorem* deficit in Lov. 4.

Neque ab consule cuiquam publice privatimque de ea re scriptum esse] Rectius *publice privatimve*, non *privatimque*. Gelen. *Nec ab consule* Port. et Hav. *neque a consule* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. *neque ab consulibus* Gaertn. Verum ab uno tantum consule L. Cornelio Lentulo dictator dictus est, ut Livius modo narravit. De hoc errore vide ad X. 10. § 2. Deinde vox *cuiquam* deficit in Voss. 2. Tum *privatimve* omnes ccdd. nisi

Digitized by Google

quod *privative* sit in Gaertn. Insuper alio ordine *de ea re publice privatimve* Voss. 2. *publice privatimve ea de re* Leid. 2. Tandem *esset* Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 16 *Nec quemquam mortalium extare, qui se vidisse aut audivisse quid dicat*] Flor. Rott. Helm. Voss. uterque, *audisse*. J. F. Gron. Ita et omnes mei, excepto Harl. 2. qui edd. priorum lectioni consentit. Præterea *ne quemquam* Lov. 3. *neque quemquam* Tarvis. ed. prior, ubi ita datum esse videri potuit, quod *neque* et præcesserit, et sequatur. Sed vide ad IX. 9. § 14. Tum *vel audisse* Port. et Hav. Deinde *qui dicat* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ultima litera *voῦ quid* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. In verbis seqq. *auspicia*, pro *auspicium*, Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Atque ita Sigonius edidit.

Quid in castris consuli vitii evenisset] Rectius *obvenisset*, non *evenisset*. Gelen. Eadem lectio mihi quoque in omnibus scriptis obvia fuit, nisi quod *evenisset* in solo restet Harl. 2. *avenisset* in Lov. 4. Insuper *in castris consulis* Leid. 1. Lov. 3. Port. Hav. et Oxon. B. ac N. apud Hearnium. Paullo ante vocabula *neque augures divinare* non adparent in Hav.

Cui non adparere, quod plebeius dictator sit dictus] *Dictus* redundat, nec est in antiquis codd. *Gelen.* Deest etiam in omnibus meis. Ceterum *Cur non apparere* Port. *Cui non appareret* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 17 *Hæc aliaque ab tribunis nequidquam jactata*] *Nec aliaque* Hav. Vide ad XXXII. 20. § 7. *Hoc aliaque* Lov. 4. Tum *a tribunis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Sed præpositio deest in Voss. 2. et Hav. Vide ad VIII. 11. § 4. Deinde *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 47. § 9. *Nequaquam* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXVII. 26. § 2.

Tamen ad interregnum res redit] *Tandem ad interr.* Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Passim autem hæc vocabula in Mss. confundi solent. Vide ad XXII. 2. § 11. Tum *rediit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad IV. 43. § 7. et ad XXXVI. 35. § 2.

Dilatisque alia atque alia causa comitiis] In antiquis codd. est *alia de causa*, non *alia causa*. Gelen. Præpositionem, quam Gelenius ex Mss. retraxit, agnoscunt etiam omnes mei, exceptis tantum Leid. 2. Port. et Hav. Eam autem defendentium non numerus tantum, sed fides etiam apud me prævalet. Præterea *delatisque* Leid. 2. *dilatis* Lov. 2.

Quartus decimus demum interrex L. Æmilius consules creat C. Petilium] Hic Petilius antea bis consul fuit a. CCCXCV. et CDIX. quare hoc loco addendum *III.* quod Cassiodorus non neglexit. *Glar. C. Pætelium tertium* scribendum esse, censet Glareanus. Putat enim eundem esse cum eo, qui consul fuit a. CCCXCV. in quo decipitur: ille enim pater, hic filius est. Quod ex consulatu ejus, et ex dictatura hujus Capitolina cognoscitur, in quibus ille C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO. VISOLVS, hic C. POETELIVS C. F. C. N. LIBO. VISOLVS appellatur. Est igitur *C.* hic *Pætelius* consul II. non III. nam primum fuit anno CDIX. ['Glareanus in hoc secutus est Cassiodorum, quem reprehendere debebat: sed Glareanum maluit.'] *Sigon. Quartus decumus* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 59. § 11. Deinde *L. Æmilius consul creavit* Leid. 2. Port. et Hav. *L. Æmilius creatus* Lov. 2. *L. Æmilius consul creatus* Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *L. Æmilius consul creatus est* Voss. 2. et Lov. 3. qui tamen Pœtelii prænomen omiserunt, cujus locum ē vel *est* occupavit. Talis error erat hoc lib. c. 15. § 5. Insuper *Petilius* tantum non omnes codd. et edd. an-

Digitized by Google

tiquæ ante Sigonium. Vide ad III. 35. § 11. et ad IV. 11. § 3. Ceterum hunc C. Pœtelium filium esse istius C. Pœtelii, qui a. CCCXCV. consul fuit, eumque nunc demum consulem secundum esse, Sigonio consentit Pighius in Annal. ad a. CDXXVII. p. 339. In eo vero a sententia ejus dissentit, quod eum diversum faciat a C. Pœtelio, qui anno CDIX. sive, ut numerant Fasti Capitolini, CDVII. consul fuit. Consulem enim a. CDIX. vocat Q. F. Q. N. at hujus anni C. F. C. N. et pro primo ejus consulatu habet illum, quem ipse a Livio ante A. Cornelium iterum et Cn. Domitium consules, Dodwell. biennio postea, omissum esse existimarunt. Vide ad VIII. 17. § 5. Verum, quum non tantum Marianus et Cassiodorus, quos Pighius laudat, sed etiam Fasti, quos Eccard. publicavit Corp. Hist. Medii Ævi tom. I. p. 4. column. 2. hunc tertium Libonis, id est Pœtelii Libonis, consulatum numerent, non video, cur non ipsis fidem habeamus, et pro primo numeremus consulatum a. CDIX. (quod enim ejus anni consulem potius Q. F. Q. N. vocet Pighius, quam C. F. C. N. nullo argumento nititur,) pro secundo illum, quem a Livio omissum esse viri docti statuerunt, hunc denique pro tertio. Non tamen propterea vel iterati vel tertii consulatus notam addendam esse, quasi ex Livii contextu neglegentia scribarum excidisset, evincunt quæ notantur ad II. 16. § 7.

L. Papirium Mugillanum. Cursorem in aliis annalibus invenio] Quamquam ambigere de cognomine Papirii consulis videtur, *Cursorem* tamen probat magis: quod ex eo intelligi potest, quod eum II. post consulem profitetur, hunc annum enumerans, IX. 7. Idem faciunt Capitolini scriptores. *Sigon.* Hujus etiam consulis prænomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et fragm. Hav. Ejus autem cognomen *Mugillanum*, una tantum liquida, scribunt Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *Mugillianum* Flor. Male. Vide ad IV. 7. § 10. Tum *Cursorem* non adparet in Lov. 2. neque *invenio* in Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Argumentum vero, quo Sigonius probare conatus est, Livium existimasse, hujus anni consulem Papirium potius *Cursorem*, quam *Mugillanum*, vocatum fuisse, evertitur, si vera est sententia Pighii, qui credidit, unum eorum consulum, quos ante A. Cornelium iterum et Cn. Domitium supra h. l. c. 17. § 5. omissos credidit, L. Papirium *Cursorem* dictum esse, consulem autem hujus anni *Mugillanum*. Si enim et hic 'Cursoris' cognomen habuisset, IX. 7. memoratus 'consul tertium,' non *secundum*, vel *iterum*, fuisset. Majus in eo præsidium foret, si constaret, eum 'quintum consulem' a Livio memorari IX. 28. § 2. ubi tamen multi codd. et edd. quinti consulatus notam omittunt.

CAP. XXIV. § 1 *Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam*] Hoc loco Alexander ædificat Alexandreiam, qui non longe ab initio hujus libri c. 3. in alio tractu orbis a fortuna morbo existinctus est. Diodorus Siculus ait, lib. XVII. non longe a fine, Alexandrum exstinctum anno primo Olympiadis centesimæ quartæ decimæ. Cassiodorus autem ait, Consulibus C. Petillio III. et L. Papirio Mugillano Alexandreiam conditam. *Glar.* Sic Solinus c. 35. (aliis III. 32.) 'L. Papirio Sp. F. C. Pœtelio C. F. consulibus Alexandria condita est.' Idem Cassiodorus. *Sigon.* Vide Scaligerum ad Eusebii Chron. num. CIↃIↃCCXXXVII. et Salmas. ad Solin. p. 338. ed. Traject. *Duk.* Pighius in Annal. ad a. CDXX. p. 329. et ad a. CDXXVII. p. 340. existimavit, par consulum L. Papirium et C. Pœtelium antea a Livio omissum esse, eosque inserendos hoc lib. c. 17. § 5. ut jam eo loco et ad cap. præc. § 17. dictum

Digitized by Google

est; et quidem eodem nomine dictos esse consules hujus anni; quin alterum omissorum Pœtelium etiam hoc anno dignitatem illam obtinuisse, alterum vero fuisse Papirium Cursorem, quum hujus anni Papirius consul Mugillanus cognominaretur: jam autem conditæ Alexandriæ epocham non ad hujus anni consules C. Pœtelium et L. Papirium, sed alterius omissos referendam esse. Ceterum *Alexandream* legit Flor. Vide ad XXXI. 43. § 5. Præterea *proditur conditam* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. ut ' proditur Alexandriam conditam' dicatur eodem modo quo ' traditur regem se abdidisse:' de qua locutione vide ad I. 31. § 8. Et ita Justinus XLIV. 4. ' In quibus Titanas bellum adversus Deos gessisse proditur.' Sed *produnt conditam* Hearnii Oxon. L. 1.

Sortes Dodonæi Jovis eventu adfirmasse] Vox *sortes* perperam defit in Gaertn. ' Sortes Jovis' est ejus oraculum, responsum oraculi. Vide ad v. 15. § 12. Tum *Dodonis Jovis* Lov. 2. *Dedonis Jovis* Voss. 2. et Lov. 3. *Dodoneo Jovis eventu* Harl. 1. *Dodonæi regis Jovis eventu* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 2 *Adcito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat*] Male in scriptis libris reperitur *ditio*. Quippe *dictio* est χρησμός. Pacuvius apud Nonium in voce ' Autumare:' ' Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet.' Accius apud Herennium sive auctorem ad Herennium II. 26. ' Aperte fatur dictio, si intelligas.' Livius Antiopa apud Nonium voce ' Sæptnose:' ' Ita septnose dictio abs Deo datur, Quod consecutum sapiens ægre contulit.' *Gebh. Ditio* etiam Lov. 3. *dicio* Hav. Sed recte Gebhardus *dictio* exponit χρησμὸς, id est, oraculum. Duo autem priora loca, quæ ex Pacuvio et Accio laudavit, ante eum, una cum hoc loco Livii, jam observavit Turneb. Advers. XXX. 1. Vide etiam Salmas. ad Solin. p. 110. Similiter *dictum* et *dicere* de oraculis usurpari, docuerunt N. Heinsius ad Nason. Ep. Her. v. 33. Fast. I. 539. et Passerat. ad Propert. Eleg. I. 9. 6. Hac ratione Lycurgum leges suas ῥήτρας vocasse, auctor est Plutarch. in ejus vit. p. 47. ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα. Nempe a ῥέω dico. Præterea *a Tarentinis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Tum *in Italia* fragm. Hav. sed duo hæc vocabula omittuntur in Gaertn. quemadmodum sequens *data* in Leid. 1.

Caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem] Oraculum hoc his duobus Græcis versibus expressum est: Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ Πανδοσίαν θ', ὅτι τοι θάνατος τετραμένος ἐστί. Eandem rem tradit etiam Strabo lib. VI. p. 256. his verbis: Περὶ Πανδοσίαν Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς διεφθάρη· ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν Δωδώνῃ χρησμὸς, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν· δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. *Sigon.* Idem hoc oraculum ex commentariis Græcorum ante Sigonium protulit Victor. Var. Lect. XV. 15. Vide etiam Modium ad Justin. XII. 2. § 3. ad quem eumdem locum Bernecc. professus est, se haud scire, an oraculum illud γνήσιον fuerit, quoniam ab eo diversum referunt Strabo lib. VI. p. 256. et Stephan. Byz. in voce Πανδοσία, hoc nempe modo conceptum: Πανδοσίη τρικάλωνε, πολὺν ποτε λαὸν ὀλέσσεις. Sed ad verba Straboni non adtendit, qui expresse illis, quæ Sigon. laudat ad § 5. tradit, hoc oraculum ab eo, quo Acherusiam aquam Pandosiamque urbem cavere jubebatur, diversum fuisse. Ceterum *Acerusiam aquam* Leid. 1. Lov. 3. et Harl. 1. *Acreusiam aquam* literis transpositis Flor. *Acherontiam aquam* Lov. 2. Deinde *Pandesiamque urbem* Voss. 2. et Lov. 3. *caveret Acherusia aqua, Pandosiaque urbe* Lov. 4. At nihil mutandum.

Digitized by Google

§ 3 *Eoque ocius transmisit*] *Neque ocius* Gaertn. *Eo quia ocius* Lov. 2. Vide ad v. 29. § 3. Tum *transmisisse* Lov. 4.

Procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni] *Procul esset urbe* Lov. 2. Utrumque 'procul esse,' et 'procul abesse' in Livio frequens est. Sed unius cod. auctoritatem consensui reliquorum præferre iniquum foret. Tum *Acherente amni* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *Acherunte amni* a m. sec. *Acherunto amni* Leid. 1. et Gaertn. *Acheronte amne* Port. et Hav. Male. Vide ad XXVIII. 33. § 1.

Quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus] Pal. 2. *ex Molosia defluentem*. Andreæ recensio *quem ex Molossite defluentem*. Veram tamen esse vulgatam lectionem, cernis quam expressit quoque Campanus. *Gebh.* *Quam*, pro *quem*, Lov. 3. et Leid. 1. Tum *ex Molosis defluentem* Harl. 1. *ex Molosa defluentem* Gaertn. *ex Molossia defluentem* Port. et Hav. *ex Molossia defluentem* fragm. Hav. a m. sec. priori lectione penitus erasa, et Hearnii Oxon. N. *ex Molossi defluentem* Leid. ambo, et Hearnii C. *ex Moloside fluentem* Klockian. *ex Molossite fluentem* edd. Rom. 1472. et Parm. *ex Molosside defluentem* edd. his ætate proximæ, pro quo Aldus *ex Molosside fluentem* dedit; quod verum puto. Omnes enim codd. quæ *Molosside* legunt, simplex *fluentem* præferunt; ut prima syllaba *voũ defluentem* ex fine vocis præced. nata videatur. Regio autem 'Molossis' etiam memoratur XLV. 26. 'In Molossidem transgressus:' ad quem locum Sigonius docuit, *Molosis* unica litera sibilante scribendum: cujus orthographiæ vestigia in quibusdam codd. hic deprehenduntur. Sed vide quæ ad eum locum notavi. Hinc voces *in stagna* deficiunt in Klockian. Deinde *accus*, pro *accipit*, Leid. 2. *accepit* Haverk. Præterea *Tesprotius sinus* Voss. 1. *Thespotius sinus* fragm. Haverk. *Thespontius sinus* Voss. 2. *Cesprotinus sinus* Leid. 2. *Thesprotinus sinus* Flor. et Lov. 4. *accipites protius sinos* Klockian. Sed mira ac singularis est lectio, quam exhibet Lov. 2. *quem Cephisus amnis defluentem in stagna inferna accipit: inde promptissimus ut cecus ferme fugiendo in media fata ruit*. Quod monstrum, undeunde natum, adtentione dignum non est.

§ 4 *Ceterum, ut ferme fugiendo in media fata ruitur*] Antiquissimarum edd. lectionem disturbant Mss. codd. quorum Pal. 2. *Ut ceterum ferme fugiendo in media fata ruit*. Perperam, quippe reliqui duo tantum transpositione mutant unius voculæ. *Gebh.* Exhibent nempe *Ut ceterum*, quomodo etiam est in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Præterea *ruit* etiam Lov. 2. Port. et Hav. *ruerit* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Mox *regiones*, pro *legiones*, Lov. 3. Sæpissime *L* et *R* in Mss. commutari, videbimus ad XXVIII. 36. § 7.

Heracleam Turentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis] *Heraclium* Lov. 4. de qua scriptura vide Lambin. ad Cic. Orat. pro Arch. poët. c. 4. qui notat, « Græcorum, qua diphthongo hoc vocabulum scribi solet, a Latinis verti solere vel in *e* longum, vel in *i* longum. Vide etiam ad XXXI. 43. § 5. Alii tamen omnes *Heracleam* legunt; quæ scriptura, certe in hujus urbis nomine, longe frequentior est. Tum *Cosentiam* fragm. Hav. a m. pr. *Conscientiam* Hav. Vide ad XXX. 19. § 10. et mox hoc cap. ad § 14. Ceterum quum Consentia non Lucanorum, sed Bruttiorum urbs fuerit, ejus loco *Potentiam* legendum existimavit Doujatius, quæ urbs in Lucanis sita erat.

Sipontumque Brutiorum coloniam Acerinam] Quidam distinguunt post *Sipontumque*, ac deinde inferunt *Brutiorum coloniam Acerinam*. Sipontum

Digitized by Google

tamen non Lucanorum intelligo oppidum, sed Appulorum Dauniorum, ut testatur Plinius III. 11. Cepit igitur Sipontum, ac ex Lucanis Consentiam, denique Bruttiorum coloniam Acerinam: quamquam hoc nomen mihi suspectum. Nam 'Acerræ' oppidum, et 'Acerrani' populi nihil ad hunc locum. *Glar.* Merito suspectam habet vocem *Acerinam* Glareanus: neque enim ejus oppidi apud quemquam ulla mentio est. Quo fit, ut suspicer, pro *Acerinam*, *Terinam* esse legendum; quod oppidum Bruttiorum fuisse, scribit aperte Strabo lib. VI. p. 256. Τεμέσης δὲ συνεχὴς Τερινὰ, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν καταφεύγει Βρεττίαν. Εἶτα Κωσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Eandem Stephanus vocat κτίσμα Κροτωνιατῶν. Itaque scribit, 'alias inde Mesapiorum ac Lucanorum urbes.' 'Terinæ' Plinius etiam III. 5. et Mela II. 4. meminerunt. *Sigon.* De consilio Glareani et Sigonii reposui *Terinam*. Vocem autem *coloniam*, auctore Thuaneo, duobus Voss. Helm. delevi: nam ad τὸ *Bruttiorum* subaudiendum ex sequentibus 'urbem.' Cluverius 'Heracleam, Tarentinorum coloniam, Metapontumque, Consentiam Bruttiorum, ex Lucanis coloniam Acerinam.' Ital. l. IV. Antiq. c. 15. p. 1318. *J. F. Gronov.* Vocem *coloniam*, præter Harl. 2. et forte etiam Flor. ex quo nihil ad illam notatum video, nesciunt omnes quoque mei, et Hearnii Oxonienses. Res quidem eodem redit, nam κτίσμα Κροτωνιατῶν fuisse, modo Sigonius ex Steph. Byz. docuit; Croton autem Bruttiorum urbs erat: sed præstat auctoritatem codicum sequi. Deinde *Acerrinarum* Port. a m. pr. *Acerrinam* a m. sec. et Haverk. *Achrinam* Harl. 2. *Acrentinam* Flor. *Acerniam* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *Acerinam* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. Harl. 1. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses: quomodo primus etiam Aldus vulgavit. Roma enim 1472. ac Parmæ vulgatum fuerat *ac Erinam*, inde vero usque ad Aldum *ac Erxiam*.

Alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes] Τὸ *alias* deficit in Hav. Tum *in Massepiorum* fragm. Hav. a m. pr. *inde Massepiorum* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. Harl. 1. et Klockian. *inde Messepiorum* Flor. *in diemasse priorum* Voss. 2. et Lov. 3. *inde Methaponthinorum* Port. et Hav. *inde Metapontinorum* Lov. 2. *inde Mopsopiorum* Lov. 4. *inde Mesopontiorum* Gaertn. Solus hic Harl. 2. sapuit cum editis. Deinde *cepisse* Lov. 4.

Et trecentas familias inlustres in Epirum, quas obsidum numero haberet] *Ut trecentas* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8. Hinc vox *inlustres* exulat a Leid. 2. et Lov. 1. Tum *obsidium numero* Harl. 1. Sed *obsidum* potius dixisse videntur, evitandæ ambiguitatis caussa. Nam *obsidium* etiam est rectus casus pro *obsidio*. Denique *haberent* fragm. Hav.

§ 5 *Haud procul Pandosia urbe, inminentes Lucanis ac Bruttiis finibus treis tumulos, &c.*] Eorundem tumulorum meminit etiam Strabo, et alterius oraculi, a quo Alexander deceptus sit: sit enim lib. VI. p. 256. Τριπόρυφον δ' ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων προσηγόρευσε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον, Πανδοσία τριπόλεμε, πολλὸν ποτε λαὸν ὀλέσεις. Ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν, οὐκ οἰκείων δηλοῦσθαι. *Sigon.* Bene et antiquorum norma Pal. 2. et Andreæ ed. *tris tumulos*, ut sæpe monui ad Tullium. Infra XXIII. 16. 'Ad tris portas in hostes versae.' XXV. 36. Pall. duo, *Postquam toto agmine tris imperatores cum trinis justis exercitibus aderant*. Gebh. *Inminentes* primus edidit Modius in Francof. ut tres illi tumuli finibus Lucanis ac Bruttiis inminere dicantur. Verum non modo omnes priores editi, sed et scripti mei atque Hearnii Oxonienses constanter legunt in-

Digitized by Google

minente, id referentes ad ipsam urbem Pandosiam, quæ sita fuisset in confinio Lucanorum et Bruttiorum. Quum autem horum consensus minime spernendus videatur, neque etiam caussam dederit Modius, cur a veteri scriptura recedendum existimarit, priscam lectionem reducendam putavi. Deinde *a Bruttiis* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. ut sensus sit, Pandosiam Lucanis proximam esse, qua regio a finibus Bruttiis, a parte finium Bruttiorum, aditur; proximam Lucanis esse, qua parte sunt fines Bruttii. Ut eadem fere locutio sit, atque illa quæ obcurrit XXXI. 24. 'Ab Dipylo accessit:' ubi ea aliis exemplis inlustratur. Vulgato tamen controversiam non moveo. Insuper *tris* etiam Flor. Leid. 1. Lov. 1. Harl. 1. Port. Gaertn. et priscæ edd. Servius notat ad Virg. Æneid. I. 108. 'Tris Latinum est. Genitivus enim pluralis, quotiens in ium exit, accusativum pluralem in is mittit, ut puppium, puppis: quotiens in um exit, in es mittit, ut patrum, patres.' Priscian. Gramm. VII. p. 775. 'Tres trium facit hos et has tres vel tris.' Vide Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. IV. c. 3. Mox voces *aliquantum inter* desunt in Lov. 1.

Ex quibus excursiones in omnem partem agri hostilis faceret] In antiquis codd. est *incursiones in omnem partem*, non *excursiones*, etsi id leviusculum est. Gelen. Pal. 2. *ex quibus faceret incursiones in omnes partes hostilis agri*. Gebh. *Incursionem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. fragm. Hav. et, ut Hearnius testatur, Oxon. N. L. 2. et C. Tum *agri hostis faceret* Voss. 2. Hinc *faceret excursiones in omnes partes hostilis agri* Port. et Hav. *hostiles faceret incursiones in omnem partem hostilis agri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Ducentos ferme Lucanorum exsules*] *Ducentos fere* fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 38. § 5. Sed vox *ferme* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. *exsules Lucanorum* habet Lov. 4.

Ut pleraque ejus generis ingenia sunt] Vult exsulum et transfugarum ingenia cum fortuna esse mutabilia. Sed ingenii levitatem hanccine soli Lucanorum genti assignat Pal. 2. *ut plerumque ejus gentis ingenia sunt*. Gebh. Eamdem lectionem habent et Port. atque Hav. Verum Lucani tamquam φιλόξενοι καὶ δίκαιοι describuntur apud Heraclid. Pont. de Rebuspubl. quare vulgatum verius esse non dubito: et *ejus generis* cum Gebhardo refero ad exsules, qui se hostibus patriæ adjungunt. Similiter locutus est Cic. de Amic. c. 17. 'Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi; cujus generis est magna penuria.' 'Gens' autem et 'genus' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXXIV. 17. § 6. Mox *gerentis* Voss. 2. et Lov. 3. Sed librarii, videntes vocem *gerentes* ad præcedens *ingenia* referri non posse, retulerunt ad alterum *ejus generis*, quum animadvertere debuissent, respondere remotiori 'Lucanorum exsules:' atque ita *gerentis* pro accusativo plurali accipi posset.

§ 7 *Quum interclusissent trifarium exercitum a mutuo inter se auxilio*] Præpositio deficit in Port. Ita Gronov. emendandum censuit XXVII. 42. 'Ni clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur castris, fecisset:' ubi *a castris* vulgo editur. Alia eo loco vide. Uni tamen codici fidem habere nimis temerarium foret: præsertim quum et alterum in Livio sæpius obcurrat. Vide ad III. 70. § 5. Ceterum *trifarium exercitum* perperam Port. et Hav. Paullo ante etiam *continuis campis* Leid. 1.

Improviso hostium adventu obprimuntur] *Improvise* Leid. 2. *ex improviso* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Male. Cic. ad Fam. II. 10. 'Castella munita improviso adventu capta et incensa.'

Deletisque eis, ad ipsius obsidionem omnes conversi] *Delectusque ejus* Voss. 2. *delectisque ejus* Lov. 3. *delectisque*

Digitized by Google

eis Lov. 1. Klockian. et Hav. Sæpe ita lapsi sunt librarii. Vide ad IV. 25. § 8. Præterea *conversi sunt* Port. Gaertn. et Hav.

§ 8 *Nuncii missi sunt, pactoque reditu promissum est*] *Tò sunt* deest in Voss. 2. particula *que* in fragm. Hav. a m. pr. Deinde *permissum est* Gaertn. Vide ad l. III. c. 8. § 4. c. 43. § 6. et aliis locis sæpe.

Regem, aut vivum, aut mortuum, in potestatem daturos] Vocula *aut* priori loco deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *in potestate daturos* Port. Gaertn. et Hav. atque ita in Pal. 2. se invenisse auctor est. Gebhardus h. lib. c. 20. § 6. quod eodem modo dictum foret, quo sæpe 'in conspectu dare' in Mss. inveniri, observat Burmann. ad Phædri Fab. v. 1. 15. Vide etiam ad VII. 40. § 1. Integriores tamen codd. quibus tutius credi potest, hic in vulgatum conspirant.

§ 9 *Ducem Lucanorum cominus congressum obtruncat*] Campani ed. *detruncat*. Gebh. *Cominus congressus* Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. sec. et Hav. utramque scripturam junxit Lov. 4. qui *cominus congressus congressum obtruncat* dedit. *Cominus congregasset* sine sensu Klockian.

§ 10 *Quem vis aquæ abstulerat*] Pal. 2. *vis aquarum*. Gebh. Ita et Port. et Hav. quod ferri posset, si certiores codd. adsentirentur. Nam ita *aquæ* numero multitudinis XXIV. 9. 'Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt.' XXXVIII. 28. 'Aquæ ingentes eo anno fuerunt.' Ceterum male *quamvis* una voce Hav. Paullo ante *palatos ex fuga* trajectis vocibus Lov. 4. *ex fuga palantes* Flor. a m. sec. Male. Vide ad I. 11. § 1. *Pervenit* autem deficit in Harl. 2.

Indicantem iter] Immo *negantem*, aut *denegantem*. Sic lege. *T. Faber*. Doujatius vulgatum contra Fabrum tuetur, existimans sensum Livii esse, per ruinas et vestigia pontis cognitum fuisse, qua foret eundum. Similiter Wasse ad Sall. Jug. c. 57. quum primo conjecisset *indignantem*, vel *insecantem*, tandem addit, nec editam lectionem admodum displicere, hoc modo: campi inundabantur, at pontis ruinæ viam inter aquas commonstrabant. Contra Jac. Gronov. in Resp. ad Cavill. Fabretti p. 50. opinatur, Doujatii expositionem ferri non posse; si enim ruinæ pontis cognoscendum dabant iter, cur igitur Alexander eas secutus non est, et illac transivit amnem? cur, si indicasse iter nunc dixit Livius, statim post significat incertum fuisse vadum? At non indicabat iter: at non potuit illac ire: at vagari cum multa arumna in ripa coactus miles ad quærendum vadum: Livium itaque omnino velle indicare putat, ruptum pontem vetuisse progredi. Fatetur tamen, paullo ulterius, quam decuit, Fabrum abiisse ab Mutorum codicum omnium lectione; et jubet ut videat lector, an non scripserit Livius *inficiantem iter*: ut sensus sit, amnem per ruinas recentes pontis inficiatum fuisse iter, sive ostendisse, illac iter non concedi. Sed codd. nulli aliquid mutant, nisi quod *iter* desit in Leid. 2. et Lov. 1. ejusque loco *inter* præferat fragm. Hav. a m. pr. Vide ad V. 37. § 4.

§ 11 *Quum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles*] *Transiret agrum* Lov. 2. Tum *fusum metu ac labore* Leid. 2. *fessum ac labore* Hav. *fessum metu et labore* fragm. Hav. Mox *abnominandum*, pro *abominandum*, Flor. *nomen fluminis abominandum* Harl. 2. Deinde *Acherons* Lov. 2. et 4. Forte duplicem lectionem *Acheros* et *Acheron* librarii in codd. suis invenerunt, quam utramque hoc modo exprimere conati sunt. Vide alia exempla ad III. 44. § 4. Nomen autem fluminis a Strabone Ἀχέρων proferri lib. VI. p. 256. *Acheron* a Plinio III. 5. docet Cellar. Geogr. Antiq. l. II. c. 9. p. 582.

Digitized by Google

§ 12 *Tum Sotinius minister*] Illud majoris aliquanto momenti, quod *Sotimus* in *Sotinium* depravatus erat. *Gelen. Postimus* Flor. *Soturius* Lov. 2. *Sotinius*, ut ante Gelenium edebatur, Harl. 2. *Sotimus* Leid. 2. et Lov. 4. *Socinius* Port. et Hav. *Socimus* Voss. ambo. *Semmus* Harl. 1. *Sentimus* Hearnii Oxon. L. 1. *Sotonus* ejusdem C. Reliqui Gelenio consentientes *Sotimus*. Insuper *minister ejus* Port. Gaertn. et Hav. *Cum* autem, pro *Tum*, Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa fin. et mox ad § 14.

Quid in tanto discrimine periculi cunctaretur interrogans] Plura hujus generis collegerunt Ryckius ad Taciti Hist. II. 21. et Cortius ad Epist. ad Cæsar. de Rep. Ordin. I. 2. *Duk. Quod* Hav. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. Tum *in tanto periculi discrimine* Port. *in tanto periculo discrimine* Hav. Supra VI. 17. 'In ipso discrimine periculi destituat.' Deinde *interrogatus* Leid. 2. Mox verbis seqq. *indicans*, pro *indicat*, fragm. Hav.

§ 13 *Quos ubi respexit rex procul grege facto venientes*] Ita primum editum vidi in recensione Ascensiana 1513. atque inde in reliquis plerisque. Antea legebatur *Quod ubi respexit*. Et ita præferunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. duo, Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2, B. ac C. Deinde *res*, pro *rex*, Klockian. Vide ad XXXVI. 9. § 9. Tum *procul egre facto* Hav. *procul grege facta* Harl. 2. Lucretium 'greges' fœminino genere usurpasse, notat Non. Marc. ea voce. Hic tamen omnes alii codd. uno ore vulgatum defendunt.

Et per medium amnem transmittit equum] Tres priores voces omittuntur in Flor. *et per medium agmen* habet Gaertn. errore scribarum. Mox enim quum addatur, jam in vadum egressum fuisse, quum veruto transfigeretur; *amnem* legendum esse, satis adparet. Nonnumquam scribæ in his vocibus commutandis turbarunt. Vide ad XXI. 5. § 9. Præterea *transmisit equum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Jamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exsul transfigit] *Jam in vadum* Lov. 3. *Jamque in medium* Lov. 4. *Jamque in vadum ingressum* fragm. Hav. a m. pr. 'Egredi in vadum,' at 'egredi in pacata,' 'in tumulum,' 'in altitudinem.' Liv. X. 32. 'Egredi inde in pacata sociorumque populi Romani fines Samnitem prohiberent.' XXVI. 44. 'Quod ubi egressus Scipio in tumulum animadvertit.' XL. 22. 'Quantum in altitudinem egrediebantur.' Deinde *Lucanus exsul veruto transfigit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *veruto Lucanus exsultans fixit* Harl. 2. et editi Aldo priores. *Exsul transfixit* Lov. 4.

§ 14 *Corpus exanime detulit omnis in hostium præsidia*] Vox *exanime* deest in Voss. 2. quemadmodum etiam præpositio *in* exsulat a contextu *Flor.* in quo tamen manu antiqua inter versus adscripta est. Paullo ante *tum*, pro *cum*, Lov. 3. et Gaertn. Contrario modo mox peccatum vidimus ad § 12. In verbis seqq. *lacera*, pro *laceratio*, est in Hav.

Præciso medio partem Consentium misere] *Præcisso medio* Hav. De verbo 'præcidere' vide viros doctos ad Ovid. Epist. Her. XX. 143. Deinde *Cosentium* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *Conscientium* Hav. Vide hoc cap. ad § 4. Tum *miserunt* Gaertn. Mox *ad lubrium*, pro *ad ludibrium*, Port. *ad delubrum* Hav.

§ 15 *Ultra humanarum irarum fidem*] Potest explicari, 'ultra quam credi potest humanam iram progredi.' Malim tamen *finem*. Justinus XVII. 1. 'Non solum patrium, verum etiam humanum ultra morem perosus.' XXIV. 3. 'Ultra veræ affectionis modum.' *J. F. Gron.* 'Fides' et 'finis'

Digitized by Google

sæpe in Mss. commutantur. Vide ad II. 24. § 6. IV. 58. § 1. VIII. 4. § 9. et c. 32. § 15. Quare si codd. ita legendum esse auctores forent, Gronovianæ conjecturæ subscriberem; nunc vero, illis invitis, nihil mutandum censeo. *Ultra fidem*, ut apud Suet. in Cæs. c. 57. 'Laboris ultra fidem patiens erat:' apud Justin. II. 6. 'Quæ non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem peracta sunt:' et apud Valer. Max. III. 2. ex. 24. 'Ultra fidem veri excedere judicari possent:' ubi etiam unus codex *ultra finem*. Dukero etiam videbatur, vulgatum commode exponi posse. Ceterum *exultra humanarum rerum* Klockian. *ultra humanarum rerum* Leid. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. De usu autem vocis *ultra* hoc sensu, eique obpositarum *citra* vel *intra*, vide Burm. ad Albinov. Eleg. ad Liviam vs. 50. et Duker. ad Flor. II. 7. § 9.

Corpore regio utcumque mulctato se suos redemturum] Ita fere habent libri. Sed D. Erasmus Roterod. præceptor noster *mutilato* legendum nos olim admonuit. *Glar.* Glareanus Erasmo præceptori suo placuisse ait, hoc in loco pro *multato* legendum esse *mutilato*. At Cicero ita quoque locutus est pro Milone c. 14. 'Qua in turba C. Vibienus ita est multatus, ut vitam amiserit.' *Sigon.* Pal. 2. *mutilato*, quod placuisse refert Erasmo Glareanus; mihi non item. Mox c. 27. 'Inter se mulctati ipsi virgis.' Vel legendum est *mulcato*. Sic habet Pal. 1. Lib. XXIX. c. 9. 'Lictoribus prius indignum in modum mulgatis:' lege *mulcatis*. Gebh. *Mulcato* hic legendum esse, dudum censuit Lambin. ad Cornel. Nep. Hannib. c. 7. Infra c. 27. 'Mulcati virgis.' 'Multare' sæpe male scribi pro 'mulcare,' observarunt Victorius. ad Cic. Brutum c. 22. G. Fabric. et alii ad Terentii Eun. IV. 7. 4. et Gudius ac Burmann. ad Phædri Fab. I. 3. *Duk.* *Mutilato* Port. Gaertn. et Hav. *mulctato* Lov. 1. 4. et Leid. 2. *multato* Leid. 1. Flor. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *mulcato* reliqui, quomodo etiam hoc aliisque Livii locis, ut et illo, quem Sigonius laudavit, Ciceronis legendum esse, monuit Lipsius ad Tacit. Ann. I. 32. Vide etiam quæ notantur ad XXVIII. 30. § 12. Ceterum *utrimque* Leid. 2. Simili fere modo variant codd. VI. 13. § 1. et X. 14. § 12. Deinde *se suosque redemturum* Voss. 1. *se suos redemturo* Harl. 2.

§ 16 *Is finis lacerationi fuit*] *His finis* Gaertn. Vide ad VI. 1. § 8. *Laceratio fuit* fragm. Hav. a m. pr. *lacerationis fuit* Port. et Hav. et ita Pal. 2. præferre, monuit Gebhard. ad c. seq. § 5. Sed nihil mutandum. *Finis lacerationi*, ut 'finis populationibus:' de quo vide ad II. 30. § 9. Litera *s* in fine vocis repetita est ob similitudinem literæ initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10.

Sepultumque Consentiæ, quod membrorum reliquum fuit] Quum mox addatur 'ossa' sepulti Alexandri 'Metapontum remissa' fuisse, patet 'sepelire' hic pro cremare poni, de quo larga manu egerunt Bosius et Augustin. van Staveren ad Nepot. Eum. c. 13. § 4. quosque ipsi eo loco laudarunt. Sed in primis huc facit locus Justin. a Cuper. Obs. I. 7. laudatus ex VIII. 4. 'Bello consumtorum corpora ad sepulturam reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est.'

Ossaque Metapontum ad hostes remissa] Literis, quæ olim perpetua serie scribebantur, perperam in voces suas distributis *ossa quæ et apontum* præfert Leid. 1. Tum *ad hostem remissa* Port. et Hav. quod ferri posset, si gravioris auctoritatis codd. pro hac lectione starent. Vide ad V. 50. § 2. *Ad hostes remisit* Hearnii Oxonienais C.

§ 17 *Inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem, sororemque*] *Inde in Epirum* fragm. Hav. a m. sec. Ve-

Digitized by Google

rum præpositio addita videtur ex grammatici glossa aut expositione, qui nesciebat, Livium exemplo aliorum optimorum scriptorum sæpius præpositionem omisisse, ubi eam ex artis suæ præceptis ac regulis necessariam putabat. Vide ad XXXIII. 51. § 5. *In Epirum* Port. et Hav. Sed hi librarii non adsecuti sunt compendium scribendi *ĩt*, id est *inde*; aut certe notam voci additam non animadverterunt. Vide ad X. 20. § 6. Deinde *evecta* Gaertn. *revecta* Lov. 4. et fragm. Hav. Solent verba cum vocalis *de* et *re* composita passim commutari. Vide ad IX. 10. § 6.

§ 18 *Paucis dixisse satis sit*] *Pauca dixisse* Port. et Hav. Frustra. Supra VII. 37. 'Paucis milites adhortatus ad castra obpugnanda ducit.' Deinde *sufficiat*, pro *satis sit*, Lov. 4. quod sine dubio iterum ex glossa receptum est. Similem glossam notavimus hoc lib. c. 2. § 10.

CAP. XXV. § 1 *Placandis habitum est Diis*] *Tò est* deficit in Lov. 2. *habitum est de his* præferunt Flor. Leid. 1. et Gaertn. Sed in eorum primo litera *à* postea extrita est, ut sit *deis*, quomodo etiam præferunt Voss. 1. Lov. 1. 2. Harl. 1. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad X. 40. § 18. In verbis præcedd. *his quibus ante* Lov. 2. *iisdem, a quibus ante* Klockian.

§ 2 *Novi deinde consules jussu populi quum misissent*] *Novi consules deinde* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Tum quum inissent* Gaertn. *quum jussissent* Hav. Verbis seqq. *indicerent bellum Samnitibus*, trajectis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Et ipsi majore conatu] Prima vocula demum adparuit in Froben. ed. 1535. Eam autem non modo priores ignorant, sed etiam, si forte Harl. 1. excipias, ex quo nihil in excerptis notatum video, reliqui omnes, quibus utor, scripti.

Nihil tum animo tale agitantibus accesserunt auxilia] *Nihil cum animo tale agitantibus* Lov. 4. et Hav. De locutione 'cum animo agitare' vide Cortium ad Pseudo-Sall. Ep. ad Cæs. de Rep. Ordin. II. 1. § 4. Alibi tamen ea Livium usum non recordor, qui potius vel simpliciter 'agitare,' aut 'agitare animo' et 'in animo' dixit. Vide ad Livii XXV. 36. § 5. et ad XLIV. 18. § 1. quare et hic vulgatum præfero. Passim vero *cum* et *tum* in Mss. confundi, toties jam dictum est, ut repetere pudeat. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Præterea *nil tum animo* Harl. 1. Vide ad VI. 40. § 3. Vox autem *tale* perperam deficit in Lov. 2.

§ 3 *Quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat*] *Fuerunt*, nescio quo sidere adflati, præferunt optimi codd. Flor. Leid. 1. et insuper Harl. 2. et Gaertn.

In fidem venerunt] *Fidem invenerunt* absurde Gaertn. Supra VIII. 2. 'Qui non fœdere, sed per deditionem in fidem venissent:' ubi in uno meorum codicum eadem erat varietas lectionis. Similiter 'tradere in fidem' XXXVI. 28. 'Non in servitutem, sed in fidem tuam, nos tradidimus.' XXXVII. 45. 'Asiæ civitates in fidem consulis ditionemque populi Romani sese tradebant.' XXXVIII. 31. 'Quum in fidem Achæorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicæ oræ castella et vicos tradidissent:' 'in fidem dedere' Auct. Epit. Liv. l. XLIX. 'In fidem populo Romano dediti.' Ceterum *arma viresque, &c. in potestatem venerunt* desunt in Port. cujus codicis librario inposuit vocis *venerunt* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

Fœdere ergo in amicitiam accepti] Recte. Nam aut fœdere aut deditione in amicitiam veniebant. Sic enim hoc lib. c. 2. 'Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere, sed per deditionem, in fidem venissent.' *Sigon.* Pall. duo *recepti*.

Digitized by Google

c. 27. habet Pal. 2. *Præsidia in loca munita recipere.* Gebh. *Recepti* etiam Lov. 3. Sed, nihil mutandum esse, docuit Gronovius ad VII. 30. § 4. *Igitur* etiam, pro *ergo*, est in Voss. 2. quæ varietas sæpe in Mss. obcurrit. Vide ad XXI. 40. § 6. Tum *in amicitia accepti* Leid. 2. et Lov. 1. Sæpe quidem optimi scriptores neglexerunt regulas, quas de constructione præpositionis *in* modo cum quarto, modo cum sexto casu dederunt grammatici, vide ad § seq. hic tamen aliorum omnium codd. consensus uni illi atque alteri fidem abrogat.

§ 4 *Tria oppida in potestatem venerunt*] *In potestate venerunt* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. quod ob codd. auctoritatem ferri potest. Nam ita etiam 'in conspectu venire,' æque atque 'in conspectum,' in usu esse, videbimus ad Livii XXXV. 27. § 4. Addita voce, quæ in reliquis deest, *in potestatem porro venerunt* dedit Gaertn. Paullo ante trajectis vocabulis *in Samnio res etiam prospere gesta* habent Leid. 2. et Lov. 1.

Allifæ, Callifæ, Ruffrium] *Alliphæ* Hearnii Oxoniensis N. *Allifa* Flor. *Allife* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Alliffe* Hav. *Alife* Lov. 1. et 4. *Alifoe* Voss. 1. *Alifde* Leid. 2. *Alfide* Lov. 2. Sed *Allifæ* verum esse, evincunt quæ notantur ad Sil. Ital. VIII. 536. et ad XII. 536. Adde Cellar. Geogr. Antiq. l. II. c. 9. p. 522. Similes autem aliosque novos errores librariorum in hujus oppidi orthographia vide ad IX. 38. § 1. XXII. 13. § 6. c. 17. § 7. et c. 18. § 5. Tum *Callife* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Calliffe* Hav. *Calife* Lov. 1. 3. *Califoe* Voss. 1. *Califre* Port. *Califde* Leid. 2. *Caprifæ* Flor. *Cariphre* Lov. 4. *Gallirife* Harl. 2. Verum hujus oppidi alibi haud temere mentio obcurrit. Deinde *Ruffrium* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxoniensis N. *Ruffium* Gaertn. Hav. et Hearnii L. 2. *Ruffum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. et a m. sec. Lov. 3. (in quo a m. pr. exstitit *Ruffumque*) ut et apud Hearnium C. et in margine N. *Rufrum* Lov. 4. Pessime trium oppidorum nomina hoc modo exhibentur in Klockian. *Alfæcalli, Ferarium.* Cluverius Ital. Antiq. l. IV. c. 8. p. 1200. *Rufrium* illud oppidum esse existimat, quod Virg. Æn. VII. 739. *Rufæ*, et Silio Ital. VIII. 568. *Rufræ* vocatur. Verum non modo Virgilium auctoritate codd. vett. ex Silio emendandum esse Nic. Heinsius ad d. l. Silii docuit, sed etiam Cellarius *Rufrium* et *Rufræ* diversarum urbium nomina esse indicat Geogr. Antiq. II. 9. Nam p. 544. *Rufras* in Samnio recenset, p. vero 557. *Rufrium* in Hirpinis. Et ita jam ante Cellarium statuit etiam Holsten. Annot. ad Cluv. Ital. Antiq. p. 270.

Aliusque ager primo adventu consulum longe lateque est pervastatus] *Alifusque ager* habet ed. Andreæ. *Gebh. Aliisque eg'* Klockian. *Alliflumque ager* Port. *Alifusque ager* ed. Rom. 1472. Parm. Tarvis. utraque, et aliæ ætate proximæ. *Alifanusque ager* edd. Ven. 1495. Ascensianæ, Mogunt. Ald. et aliæ. Sigonius in cod. suo invenerat *in potestatem venerunt Califæ, Ruffium, Alifflumque. Ager primo adventu*, ut in prima ed. Schol. monuit, eamque lectionem in contextum recepit. Postea Scholion illud expunxit, et edidit *Allifæ, Callifæ, Ruffiumque. Ager primo;* nulla mutatæ sententiæ ratione reddita. At codicum plerorumque et optimorum lectioni adhærens vulgatum servo, et per 'alium agrum' intelligo reliquum Samnium, eam Samnii partem, quæ cum tribus his oppidis non venerat in potestatem Romanorum. Tum *primo eventu consulum* Voss. 1. et Lov. 1. *primo adventu consulis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. Port. Hav. Gaertn. et, teste Hearnio, Oxon. L. 1. B. ac C. Sed male. Nam præter illud bellum, quo Græci obsidebantur, cuique Publilius

Digitized by Google

pro consule præerat, non aliud gerebatur, quam cum Samnitibus, cui ambo consules præerant. Ceteroquin Livius, ut semper solitus est, addidisset, cui eorum bellum Samniticum evenisset: supra etiam novi consules, non alteruter eorum, Samnitibus bellum indixisse, et majore conatu, quam adversus Græcos, cuncta parasse dicuntur. Alibi etiam sæpissime compendium *cons.* vel *coss.* male librarios exposuisse, videbimus ad X. 10. § 2.

§ 5 *Hoc bello tam prospere commisso*] Id est, tam prospere incepto. Vide ad XLIV. 4. § 8. *Prope commisso* perperam Flor. Forte scriptum fuerat *prospe* vel *prosp'e*; quod, omissa compendii nota, in *prope* mutare proclive fuit. Non multum dissimili errore pro *prospere* datum est *pro spe* VII. 11. § 4. ubi vide.

Alteri quoque bello, quo Græci obsidebantur, jam finis aderat] Pall. duo *ulterius quoque belli*; ut paullo ante Pal. 2. *Is finis lacerationis fuit*. Gebh. *Alterius quoque belli* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Verum ut cap. præc. § 16. *finis lacerationi* præferendum dixi alteri illi *lacerationis*, ita et hoc loco præstare puto *alteri bello finis aderat*, quod non optimi tantum, sed et reliqui alii codd. tuentur. Vide eo loco notata. *Quoque alteri bello* habet Leid. 1. *bello quoque alteri* Harl. 2. et editi ante Aldum. *Altero quoque bello* Gaertn. Antiquiores scriptores, et qui eos imitari solent, ita locutos esse, et casum secundum ac tertium vocis *alter* extulisse *alteri* et *altero*, vel *alteræ* genere sequiori, observavit Voss. Gramm. VI. 6. attamen id hic scribæ librario tribuo, quod Livius antiquata hæc numquam captaverit. Ceterum *quo bello obsidebantur* Voss. 2. et Lov. 3. *quo et illi obsidebantur* Lov. 2. Sed per 'Græcos' intelliguntur Palæpolitani, quos eodem nomine adpellavit c. 22. c. 23. et hoc cap. ac cap. seq.

Præterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscissa erat] *Postquam quod* Voss. 2. et Lov. 3. in quorum priori tamen et alterum pro varia lectione adscriptum erat. *Præter*, omissis *quam quod*, Lov. 4. *Præterquam quod* inlustratum est hoc lib. c. 22. § 2. Tum *interceptis munimentis hostium* Leid. 2. et Hav. qui error ex minus distincta dictantis pronunciatione facillime nasci potuit. Vide ad III. 23. § 3. Eumdem in hoc ipso verbo errorem etiam notavimus ad VI. 2. § 7. *Interseptis monumentis hostium* Lov. 4. De hoc sæpius obvio scribarum lapsu vide ad IV. 10. § 6. Dicendo *interseptis munimentis hostium* indicat id quod extulit c. 23. 'Jam Publilius, inter Palæpolim Neapolimque loco opportuno capto, diremerat hostibus societatem mutui auxilii.' Deinde *abcisa* Leid. 1. *abscisa* Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. Lov. 2. a m. sec. Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. ut et edd. Rom. 1472. ac Parm. Neque aliter in Thuan. membranis se reperisse, testatus est J. F. Gronov. in prima ed. nott. ad XLIV. 5. ubi eamdem vocem permultis locis, quibus eam vulgatæ edd. amiserant, restituendam docuit; quorum in repetitis curis pleraque omisit, alia plane mutavit. Si vera est Aratzenii observatio ad Amrel. Vict. Epit. de Cæsar. c. 23. § 3. 'abscisus' a veteribus adhiberi, si de parte aliqua corporis humani detruncata mentio fiat; 'abcissus' si de aliis rebus sit sermo, quæ vi aliqua abrumpuntur; vulgatum non erit mutandum: a quo tamen optimi codd. discedunt. Tandem *esset* edd. Aldo priores, qui consentientibus scriptis primus reposuit *erat*.

Fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat, patiebantur] Videtur suspectum esse verbum *patiebantur*, quum idem mox sequatur, et satis commode hic intelligi possit. Scribe, *fœd. aliq. int. mur. iis, quibus*

Digitized by Google

hostis territabat, et, velut capti a suismet ipsi præs., indigna in lib. quoque ac conj., et quæ capt. urb. extr. sunt, pat. J. F. Gron. Klockius etiam vocem *patiebantur* priori loco linea inducta delerat, indicans, ut videtur, eam ejiciendam esse. Et sane, si id eodd. auctoritate firmaretur, non intercederem. Verum nunc, quum in iis omnibus constanter supersit, eam expellere non audeo; quod enim mox repetatur, non satis caussæ præbet, cur controversiam ei moveamus. Vide ad I. 3. § 9. Præterea *int' muros*, id est *inter*, Lov. 2. Vide ad V. 27. § 3. Deinde *qui hostis territabat* Port. et Hav. *quibus hostis recitabat* Gaertn. Verba autem *patiebantur, et velut, &c. urbium extrema sunt* exulant a Port. cui errori ansam dedit vocis istius *patiebantur* repetitio. Vide ad IX. 11. § 11.

§ 6 *Veluti capti a suismet ipsis præsidiis*] Ita Clericus edidit, invitis omnibus scriptis, qui, nullo dissentiente, legunt *velut*, quod restitui. Similiter etiam non semel Dan. Heinsius in Elzevir. ed. erravit, aliisque errandi caussa exstitit, ut monui ad V. 44. § 7. *Velut* rapti Hav. *velut raptim* Harl. 2. Vide ad VI. 23. § 5. Præterea Ant. Perizon. ad marginem Livii monuit, haud dubie scribendum esse *a suismet ipsi præsidiis*; quomodo etiam Gronov. § præc. hic legebat. Sæpissime Livium et alios optimos scriptores hoc modo locutos esse, haud diffiteor; quum tamen in vulgatum conspirent membranæ omnes, iis invitis formulam illam loquendi revocare audacius videtur. Vide ad II. 10. § 5.

Indigna jam liberis quoque ac conjugibus] Corruptus locus. Sensus Livii fuerat, *indigna jam liberis* (non intelligo *raïbus*, sed libera capita) *et quæ capt. ur. extrema sunt, patiebantur, filiis ac conj. stupratis.* Hæc, opinor, sunt a mente non prorsus læva. *T. Faber.* Alii fortassis aliter judicabunt. Nam locus sanus est. Eadem, quæ indigna liberis ac conjugibus patiebantur, sunt captarum urbium extrema. Virginius, cujus filiam Appius decemvir stupro destinaverat, apud Livium III. XLVII. 'Quid prodesse, si incolumi urbe, quæ capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda?' Idem Locrenses a præsidio Romano passos fuisse narrat XXIX. 8. 'In corpora ipsorum, in conjuges, in liberos infandæ contumeliæ editæ.' Nec necesse esse puto, pro *jam* cum Gronovio scribi *in*. Duk. Locum corruptum esse Fabro adsentior. Verum, si ita emendandum censuerit, quemadmodum sensum Livii esse dixit, nimium a vulgata lectione discessisse, nullum est dubium. Sin, qua ratione loco male adfecto subcurrendum sit, addere omisit. In scriptis parum aut nihil auxilii est. *Indigna cum lib. quoque ac conj.* habet Lov. 2. *indigna cum lib. ac conj.* Harl. 2. *indigna ac lib. ac conj.* Hav. *indigna jam lib. quoque conj.* Lov. 1. *indigna jam lib. quoque et conj.* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *indigna jam lib. quoque a conj.* Leid. 1. Sed ultima litera *τοῦ ae* ibi intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Nihil itaque propius video, quam ut vel cum Gronov. ad § præc. legamus *indigna in liberis quoque ac conjugibus*; ut ita vocula *jam* nata sit partim ex ultimis literis præcedentis *indigna* male repetitis, partim ex illis juncta præpositione *in*: vel cum Doujatio *indigna jam in liberis ac conjugibus*; ut præpositio *in* elisa sit ab ultima litera vocis *jam*. Vide ad X. 13. § 3. Præterea mox *quæ capturum urbium esse solent, patiebantur* Harl. 2. Supra I. 29. 'Pavor, qualis captarum esse urbium solet.' Sed reliquos nihil mutantes sequi longe præstare puto. Per *capturum urbium extrema* hic stupra mulierum similiaque intelligmntur.

§ 7 *Quum et a Turento et a Samniti-*

Digitized by Google

bus] *Quum a Tarento et a Samnitibus* Lov. 2. Harl. 2. et fragm. Hav. *quum et ab Tarento et ab Samnitibus* Port. et Hav. *quum et Tarento et Samnitibus* Leid. 2.

Intra mœnia esse rebantur] Pall. duo *intra mœnia exercebantur*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. et Lov. 3. At *intra mœnia efferebantur* Harl. 1. Livio amatum verbum est *rebantur*, quod sæpe vario modo scribæ corruperunt. Vide ad XXVII. 25. § 11.

§ 8 *Tarentinorum juventutem, Græci Græcos*] Tarentinos Græcos Palæpolitani Græci exspectabant. Tarentum enim Lacedæmoniorum colonia fuit. Justin. III. 4. *Sigon.* Duo priores voces male omittuntur in Lov. 4. Tum *Græci Circeos* præfert Harl. 2. *Tarentinorum Græci juventutem Græcos* Port. et Hav. Mox *Samni Nolanoque* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *Romano hostibus* Gaertn.

Postremo levissimum malorum deditio ad Romanos visa] *Postremum* Harl. 2. Deinde *novissimum malorum* Gaertn. *levissimi malorum* Leid. 2.

Charilaus et Nymphius, principes civitatis, communicato inter se consilio] *Clarilaus* Lov. 2. Port. Harl. 2. et Hav. qui similiter hoc et cap. seq. præferunt, nisi quod ultimus deinceps semper *Curilaus* scribat. *Charileus* Lov. 1. *Charilanus* Gaertn. Sed hi postea vulgatum recte servant. Tum *Mimphius* Voss. 2. et Lov. 3. *Ruflus* Lov. 2. Deinde *comitato inter se consilio* Hav. qui error natus est ex non intellecta scriptura compendiaria *coïcato*, id est *communicato*; unde etiam factum est, ut 'comis' et 'communis' commutentur. Vide ad XXV. 12. § 9.

Partes ad rem agendam divisere] Prima vox omittitur in fragm. Hav. *partem* habent Hav. et Port. Deinde *ad rem gerendam* edd. ante Aldum, qui, consentientibus omnibus meis scriptis, substituit *agendam*. Vide ad XXII. 28. § 1. Hinc *diviserunt* Gaertn. Ceterum voces *agendam divisere, ut alter ad imperatorem* exsulant ab Harl. 1. Cui errori ansam præbuit similitudo inter præcedentem vocem *rem* et syllabam finalem ultimæ vocis *imperatorem*. Vide ad IX. 11. § 11.

Transfugeret, alter subsisteret ad præbendam opportunam consilio urbem] *Confugeret* Lov. 4. Tum *alter sustineret* fragm. Hav. a m. pr. Similem varietatem lectionum etiam notabimus ad IX. 31. § 6. Deinde *præbendum opp. consilio urbem* idem fragm. Hav. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad præbenda opportuna consilio urbem* Lov. 3. *ad præbendam opportuno consilio urbem* Port. et Hav. *ad præbendam utroque consilio urbem* Gaertn. *ad præbendam consilio urbem* Lov. 2. Sed vulgatum verum est. Vide Gronov. ad Liv. XXV. 30. § 5.

§ 10 *Ad Philonem venit*] Vet. lib. *ad Publilium Philonem*. Sigon. Pall. tres *ad Publilium Philonem*. Gebh. Similiter etiam Leid. 1. et Klockian. neque abludunt plerique reliqui mei et Hearnii, ut et vetustiores typis excusi, qui partim servant *ad Publium Philonem*, partim *ad P. Philonem*: quomodo passim librarios erasse vidimus hoc lib. c. 12. § 4. Frobenius demum *ad Philonem* edidit 1531. forte quoniam meminerat, ei non 'Publii,' sed 'Quinti,' prænomen superius inditum fuisse.

Quod bonum, faustum, felix, Palæpolitanis populoque Romano esset] Vet. lib. *felixque*. Sigon. Pall. tres *faustum felixque*. Gebh. Ut Sigonius et Gebhardus in suis invenerunt, etiam non modo præferunt edd. principes, verum etiam multi ex scriptis meis. Unus Leid. 2. *bonum et faustum felix* legit. Sed fide digniores sine copula *bonum, faustum, felix*. Ita sane Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Et ita Froben. 1535. eumque secuti alii usque ad Sigonium ediderunt. Sæpe quidem ita

Digitized by Google

Livium locutum esse, ut hic Sigonius restituit, docent exempla laudata III. 34. § 2. id tamen non impedit, quo minus ipsi hic alterum placere potuisse, ac codd. optimorum scripturam probandam existimem. Deinde *populo Romano*, copula iterum omissa, Voss. 2. et Lov. 3. Sed alii omnes eam constanter agnoscunt. Quare etiam servandam puto. Vide insuper ad III. 54. § 8. Præterea τὸ *esset* male ab uno abest Hav.

§ 11 *Utrum ab se prodita, an servata, patria videatur*] *A se prodita* Lov. 2. et Gaertn. Hinc *ac servata* Flor. Tandem *videbatur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 2. et Gaertn. Mox *privatum* Leid. 2. At verba seqq. ita exhibet Harl. 2. *sibi privatim nec pacisci quicquam, nec publice: quam pacisci magis;* bis omisso verbo *petere* sine sensu.

§ 12 *Ut si successisset inceptum, cogitaret*] Flor. *inceptumis cogitaret*. Quod ego sic accipio, ut censeam librarium invenisse in alio exemplari *inceptum*, in alio *inceptis*, et dubium, utram lectionem probaret, utriusque copiam lectori fecisse. Quod et aliis locis in bonæ fidei libris et in hujus excerptis sæpius notavimus. Placet autem *successisset inceptis*. Sic XXI. 7. 'Ita handquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat.' XL. 11. 'Si facinori eorum successerit.' *J. F. Gron.* Omnes nostri vulgatum tuentur. Utrumque genus loquendi, 'succedit inceptis,' et 'succedit inceptum,' Livio in usu fuit. Et quidem prius firmant, tum quæ Gronov. hoc loco adtulit, tum quæ notantur ad XXIV. 19. § 6. Posterius locus ex XLII. 58. 'Postquam inceptum non succedebat.' Si tamen codd. forent, qui lectionem, quam Gronov. ex vestigiis Flor. Masti eruit, probarent, eam recipere non dubitarem, quod verisimilius esset, lectionem hanc, librariis minus notam, ab iis mutatam, eique alteram substitutam esse. Ceterum morem librariorum, quem hoc loco Gronovius notavit, pluribus inlustravi ad III. 44. § 4.

Quam qua stultitia et temeritate de officio decessum] Pall. omnes, *quam quanta stultitia*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *quam quod tanta stultitia* Harl. 2. Videtur librariis displicuisse compositio orationis 'potius cum quanto studio, quam qua stultitia;' quum tamen similes locutiones Livio in usu fuerint. Ita τοῖς 'non tantum' subjunxit 'quam,' pro quantum, XXXVII. 51. 'Non tantum gaudium ab recenti metu adtulerunt, quam averterunt famam.' Similiter τῷ 'quantum' respondet 'eo' loco τοῦ 'tanto,' XLIV. 7. 'Quantum procederet longius a Thessalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens:' ubi quædam vide. Adde Jac. Periz. ad Sanctii Minerv. III. 14. § 8.

§ 13 *Præsidio ei L. Quinctius tribunus militum præpositus*] *Præsidio et L. Quinctius* Port. a m. sec. Vide ad XLI. 15. § 6. Vocula *ei* deest in Harl. 2. *eis* habet ed. Parm. Tum *L. Quinctius T. B. R.* Leid. 1. Pariter *L. Quinctius tb'r* Klockian. quibus notis quid indicare voluerint librarii, constat ex Voss. 2. qui *L. Quinctius trib. Romanorum mil. præp.* exhibent: quemadmodum, trajectis dictionibus, *L. Quinctius trib. Romanorum præp. mil.* Klockian. et *L. Quinctius trib. mil. Romanorum præp.* Lov. 3. quum tamen notæ illæ tantum transponendæ *trb.* forent, ut notarent *tribunus*. Paullo ante *Collaudatis* est in Leid. 2. *Collaudatum* in Lov. 1. *Collaudatur* in Lov. 2. *tria millium* in Voss. 2. sed ambæ illæ voces exsulant a Leid. 2.

CAP. XXVI. § 1 *Eodem tempore et Nymphius prætorem Samnitium arte adgressus perpulerat*] *Eo tempore* Lov. 2. Vide ad X. 10. § 6. Tum vocula *et* deficit in eodem Lov. 2. Hinc *Nymphus* vel *Nimphus* Flor. Voss. 2.

Digitized by Google

et Lov. 3. *Rufius* Lov. 2. et Harl. 2. Deinde *pepulerat* Port. et Hav. Vide ad I. 59. § 11. Mox, transpositis dictionibus, *exercitus Romanus* Lov. 2. Tò *esset* etiam exsulat a Lov. 1. Verum ejus loco *Rōnū* est in Leid. 2.

Sineret se classe circumvehi ad Romanum agrum] *Classem circumvehi* Flor. Tum voces *ad Romanum* desunt in Leid. 2. et Lov. 1. In verbis seqq. alio ordine *non oram maris modo* præferunt Port. et Hav. Deinde *depopulandā*, pro *depopulaturum*, Port. Forte voluit librarius *depopulatum*; de quo usu supini vide ad XXII. 21. § 3. Reliquorum tamen consensus in vulgatam scripturam, efficit ut eam veriorem esse existimem.

§ 2 *Proficiscendum esse, extemploque naves deducendas*] *Proficiscendum esse extemplo, navesque deducendas* fragm. Hav. a m. pr. Mox *quodque maturius*, pro *quod quo*, Gaertn. Deinde *ad luctus*, pro *ad littus*, Hav.

§ 3 *Multitudine semet ipsa impedientem*] *Semet ipsam imp.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *semet ipsum imp.* Leid. 2. Non sequor. Quemadmodum enim invito Livio ejusque Mss. hanc ei locutionem non ubique obtrudendam censeo; ita etiam, eamdem adprobante magna codicum parte, quales sunt Flor. Voss. 1. Klockian. Harl. 2. omnesque typis excusi, removendam non arbitror. Vide ad II. 19. § 5.

Sedulo aliis alia imperia turbans] In sola Andreæ principe ed. reperi hanc scripturam. Mss. enim codd. omnes diversum abeunt, quorum Pall. 1. ac 3. *sedulo in sacra imperia turbatis terit tempus*. Pal. 2. *sedulo varia imperia turbans*. At omnium pessime Campanus *sedulo inscitia ac imperitia alia aliis imperans terit tempus*. Quod autem tam enormiter mutatum ac peccatum, ignoratione loquendi generis elegantissimi factum est. *Gebh. Sedulo in sacra imperia turbans* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *sedulo isatia imperia turbans* Leid. 1. et Harl. 1. *sedulo isannia imperia turbans* Lov. 2. sed altori literæ a adjectis notis, quæ indicant, eam delendam esse. *Sedula varia imperia*, omissa voce *turbans*, Harl. 2. *sedulo varia imperia turbans* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *sedulo alia aliis imperans terit tempus* Lov. 4. *sedulo alia aliis imperia turbans* Leid. 2. et Klockian. Vox *aliis* recenti manu in Flor. adscripta est. Sed recte Gebhardus vulgatum probat, quod præter omnes editos, uno Camp. ab ipso memorato excepto, servant etiam reliqui scripti. De locutione 'aliis alia' vide ad XXVIII. 19. § 11.

Ab sociis in urbem receptus] *A sociis* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Gaertn. Tum *in urbe receptis* se in cod. suo invenisse, Gebhardus testatus est hoc lib. ad c. 20. § 6. et ita ex meis præfert Voss. 2. *In urbe receptus* Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Ita Ovid. Ep. Her. VI. 20. 'In mihi promissi parte recepta tori:' ubi vide Nic. Heinsium: et Met. II. 520. 'Sideraque, in cœlo stupri mercede recepta, Pellite.' Et ita codd. legunt apud Sall. in Jug. c. 28. 'Placeretque legatos Jugurthæ recipi in mœnibus:' ubi tamen Cortius prætulit *recipi manibus*, ut vulgo edebatur. Vide ad VII. 40. § 1. Sed nec alterum damnandum est. Supra IV. 15. 'Propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum.' Auct. Epit. Liv. lib. XIII. 'Ut componendæ pacis caussa rex in urbem reciperetur:' ubi etiam vett. edd. *in urbe*: et ita 'accipere in urbem' II. 3. 'De accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.' Mox *milite Romano* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Signo accepto a principibus quievere] *Accepto signo* Lov. 4. Hinc voces *a principibus* deficiunt in Leid. 2. Tum *quieverunt* præfert Gaertn. In ver-

Digitized by Google

bis autem præcedd. *tolli jussit clamorem*, trajectis vocibus, Lov. 2.

§ 4 *Nolani per aversum partem urbis via Nolam ferente effugiunt*] *Nolani qui adversum* Lov. 1. *Nolani per adversam* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. qui error in scriptis frequens est. Vide ad IV. 22. § 4. Tum *viam Nolam ferente eff.* Flor. *viam Nolam ferentem eff.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *per adversum*, vel *aversum*, *urbis viam Nolam ferentem effugiunt* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Nihil muto. 'Effugere via,' ut 'ducere clivo' XXIX. 30. 'Ipse leni clivo ferente ad hostem per adversum montem erectam aciem ducit.' Vox *urbis* deficit in Lov. 4.

Exclusis ab urbe, ut expeditior in præsentia fuga] *Exclusere ex urbe* Hav. *exclusis ex urbe* Port. Sed vide ad XXII. 2. § 10. Tum vocula *ut* deficit in Lov. 3. Mox autem in verbis seqq. vox *visa* deficit in Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2.

§ 5 *Nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrium non externis modo*] *Nulla rerum suarum non relicta congerie*, addita ultima voce, Lov. 2. Male. 'Nulla non rerum' dictum eadem forma, qua 'nullus hominum' in Epit. Liv. lib. LXXXVIII. 'Pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit:' et 'nulli hominum' Colum. III. 1. 'Nullis hominum cogentibus ipsæ sponte sua veniunt.' Neque multum differt 'ultimæ terrarum,' de quo vide ad XXVIII. 39. § 14. Tum *inter hostem* Flor. Vide ad V. 30. § 2. Deinde *non exercitus modo* Leid. 2. Paullo ante *τὸ qui* exulat ab Harl. 2. *quippe qui* sollemniter jungi, docent exempla quæ, licet alia occasione, laudata sunt ad II. 37. § 5. Adde ad XXXVII. 7. § 5.

Spoliati atque egentes domos rediere] Pall. duo *redirent*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. et Harl. duo. *redirei* Leid. 1. Præterea *τὸ atque* non adparet in Leid. 1. et Lov. 1.

§ 6 *Haud ignarus opinionis alterius, qua, &c.*] Sensus est: proditionem Palæpolis ab aliis Palæpolitanis auctoribus, ab aliis Samnitibus auctoribus factam esse, traditum est: me, ut Palæpolitanis ducibus factam esse credam, cum scriptorum auctoritas movet, qui id tradiderunt, tum fœdus Neapolitanum. Nam Græcorum rei summa a Palæpoli Neapolim deinde translata est. Videtur autem fœdus Neapolitanum vocare id, quod Græci cum Romanis victoribus Neapoli icerunt. Nam si cum Samnitibus ictum esset, non Neapoli fœdus, quæ Græcorum erat, sed in Samnio factum esset. *Sigon.* Cavillatur Camillus Peregrinus Dis. IV. c. 15. *J. F. Gron. Opinionis alterius sum*, addita ultima voce, Lov. 2. et apud Hearnium Oxon. L. 2. *alterius opinionis tum* Harl. 2.

Qua hæc proditio ab Samnitibus facta traditur] Mitius appellat Pal. 2. *qua hæc seditio ab Samn. facta trad.* Gebh. Similiter etiam mitigant Portug. et Hav. Aliter vero Gaertn. qui habet *traditio*: quomodo cap. præc. Charilaus Publilio; 'tradere se, ait, mœnia statuisse;' eoque facto, 'utrum ab se prodita, an servata patria videatur, in fide Romana positum esse' videri vult. Placet tamen *proditio*, quod reliqui scripti servant. Non enim *proditio* hic de ipsis Palæpolitanis usurpatur, sed de Samnitibus; qui, si ea ratione urbem suæ fidei commissam insciis Palæpolitanis tradidissent Romanis, eam re vera prodidissent hostibus. Similiter etiam 'prodere' et 'tradere,' quamvis alio sensu usurpentur, etiam supra in Mss. commutabantur III. 54. § 12. ubi vide. Deinde *quum*, pro *qua*, est in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Tum

Digitized by Google

hæc deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *a Samnitibus* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et editi principes ante Froben.

Quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est] Perperam Pal. 2. *tum auctoribus hoc credam.* Iterum ignoratione linguæ Latinæ atque elegantiæ. *Gebh.* *Tum auctoribus* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad VI. 23. § 3. Ex ea scriptura *tamen auctoribus* pejus datum est in Harl. 2. Deinde *hæc deditio* Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. in quo deinde posterioris vocis tres ultimæ literæ deletæ sunt. *Hæc credam* Port. *hoc credam* Lov. 2. Gaertn. et Hav. Sed recte vulgatum præfert Gebhard. Ita fere v. 17. 'Sanguini tamen nominibusque et præsentibus periculis consanguineorum id dari.' VII. 20. 'Cære hospitio Vestalium cultisque Diis darent:' hoc lib. c. 5. 'Consanguinitati hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utrisque.' Insuper *dignus credi est* Leid. 1. *dignum credi est* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *dignius est credi* Harl. 2.

Eo enim deinde summa rei Græcorum venit] Obscure dictum, etiamsi a Livio ita positum est, ut caussam ante dictorum explicet. Neque fœdus hoc notum est. *Glar.* Pal. 2. *ea enim demum summa*, &c. non approbe, nisi legas *eo*. Gebh. Forte *summa res Græcorum*. J. F. Gron. *Eorum deinde* Voss. 2. et Lov. 3. *eo deinde* Harl. 2. *eo enim int' deinde* Lov. 1. *eo enim de* fragm. Hav. a m. pr. *eo enim demum* a m. sec. ut et Port. atque Hav. Ita ubi sæpe variatum est in Mss. Vide ad XL. 22. § 1. Quod autem ad conjecturam Gronovii adtinet, qui *summa res Græcorum* legendum censet, ea inlustrari potest illis quæ notantur ad XXVI. 10. § 2. ubi *de summa republica*, pro *reipublicæ*, ex Mss. restituit, et de ea locutione latius egit. Adde etiam quæ notavit ad XXXVIII. 50. § 9. ubi similiter 'summa res' et 'summæ res' dici docuit. Ceterum quemadmodum huic generi loquendi, ubi adsentiuntur codd. non moverim quæstionem, ita etiam, invitis omnibus scriptis, id Livio obtrudendum non existimo. Passim enim non modo 'summa res,' verum etiam 'summa rei,' ac 'summa rerum,' præsertim apud Livium, obcurrit. Supra III. 51. 'Placere decem creari, qui summæ rei præessent:' ubi tamen ambiguum esse agnosco, utrum recte casu *summa rei*, an *summæ res*, fuerit. IV. 17. 'Ad auram summæ rerum quieta plebe tribunisque ejus, nihil controversiæ fuit:' hoc lib. cap. 14. 'Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare.' X. 14. 'Quia discrimen summæ rerum augebat animos.' c. 27. 'Ad discrimen summa rerum adducta.' XXVIII. 8. 'Principumque iis, qui, &c. summa rerum et custodia urbis permissa.' XLII. 59. 'Summam rerum temere in pon necessariam aleam daret.' Similiter 'summa imperii' est V. 54. § 7. 'summa belli gerendi' XLIV. 2. § 1. et hujus generis alia passim. Quum itaque *summa rei Græcorum* constanter supersit in scriptis, id temere conjectura tentandum non videtur. Mox *τὸ ipsos* deficit in Lov. 2. Deinde *rediisse* Port. Gaertn. et Hav. *redivisse* Lov. 4. Sæpe ita variant scripti. Vide ad I. 41. § 5. c. 56. § 10. II. 43. § 8. III. 58. § 1. VII. 11. § 3. hoc lib. c. 2. § 4. c. 8. § 11. et passim. Similiter 'redit' et 'rediit' confunduntur. Vide ad XXXVI. 35. § 3.

§ 7 *Quod satis credebatur, obsidione domitos hostes in fidem venisse*] Pall. duo 1. ac 3. *quod satis credebatur obs. domitus hostis in fid. ven.* Quod si quis velit amplecti, ne illum lubrica constructione verba suspendere oportet! *Gebh.* Forte *cui satis*, nimirum triumpho. Et forte *quod* ab Livio scriptum. *J. F. Gron.* *Quod satis credebant* Leid. 2. et Lov. 1. ac 4.

Digitized by Google

Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Tum *domitus hostis in fidem venisse* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. quod Gronov. in prima ed. notarum ex Thuan. cod. ac duobus melioribus Pall. probabat. *Domitus hostis in fidem venisset* Harl. 1. *domitus hostes in fidem venisset* Leid. 1. *domitos hostis in fidem venisse* edd. Rom. 1472. ac Parm. et ex hac non intellecta lectione, quam librarii et in codd. obviam habuisse videntur, illas, quas ex Mss. notavi, natas esse puto. Ceterum *satis credebatur* Doujatius accepit pro 'facile credebatur.' [Vid. Nott. Delph.] Melius tamen puto, *credebatur satis*, scilicet esse, hic poni pro 'credebatur sufficere ad impetrandum triumphum.' Vide ad IV. 30. § 15.

Duo singularia hæc ei viro primum contigere] Suspicor *ei viro primo*. J. F. Gron. Τὸ *hæc* exsulat a Lov. 2. cujus loco *hic* est in Gaertn. Tum *primum ei viro* Lov. 4. *ei viro prima* Port. *ei viro præmium* Hav. *ei viro præmia* Lov. 2. et Harl. 2. *ei viro primum præmia*, utraque lectione expressa, Gaertn. contra *primum* deficit in fragm. Hav. *primo* malebat Gronovius. Vide ad l. VI. c. 11. § 6. Deinde *contingere* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Gaertn.

Et aucto honore triumphus] Alii pro *aucto* legunt *acto*. At ego ingenue fateor, me neutrum intelligere: *aucto* tamen malim, nisi quis *acto* intelligat contrarium 'negato.' *Glar.* Glareanus legendum censet *aucto honore*. Quid tamen sit aut *acto* aut *aucto honore*, se ignorare profitetur. ['Glareanus ingenue fatetur, sibi non constare, ut aliis cogitandi daret ansam.'] Mihi vero hæc esse videtur mens auctoris: duo hæc singularia Publilio contigisse, et quod primus prorogato ultra consulatum imperio pro consule rem gesserit, et quod primus exacto consulatu pro consule triumpharit. Est enim *acto honore* pro eo, quod est, 'postquam honore abiit.' Sic III. 35. 'Ea ætate iisque honoribus actis.' Et Epitome l. LXI. 'Gracchus seditioso tribunatu acto interemtus est.' Sic in Capitolinis lapidibus: Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II. PRIMVS. PRO. COS. DE. SAMNITIBVS. PALAEOPOLITANEIS. *Sigon. Non ante ullo facta* Harl. 2. *non ante in nullo facta* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *exacto honore triumphus* Lov. 4. *auctus honore triumphus* Lov. 2. *aucto honore triumphus* demum obvium fuit in edd. Ascensii 1510. 1513. 1516. et Paris. 1529. Sed recte Sigonius vulgatum tuetur. Ita 'anteactus consulatus' est III. 69. ubi plura dicta sunt. Adde Burmann. ad Phædri Fab. I. 18. 2.

CAP. XXVII. § 1 *Bellum cum alterius oræ Græcis exortum*] *Bellum Cornelio Valerio consuli exortum* Lov. 2. *bellum cum alterius oræ gentis exortum* Port. et Hav. *bellum cum alterius ore gente exortum* Hearnii Oxon. C.

§ 2 *Vana spe auxilii*] *Una spe* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Vide Burm. ad Valer. Flacc. II. 167. VII. 240. et 539. ad Suet. Calig. cap. 38. quæ notavi olim ad Silii Ital. V. 126. ad Livii II. 42. § 8. III. 40. § 13. c. 70. § 7. VII. 17. § 5. VIII. 7. § 18. XXIV. 31. § 14. Paullo ante alio ordine *quum Turentini* edd. ante Jac. Gronovium, cui verba transponenti favent tantum non omnes scripti. Insuper *Neapolitani*, pro *Palæpolitani*, Gaertn.

Ac non qui ipsi destituissent, increpare] *Quia ipsi* Lov. 2. Port. Harl. 2. et Hav. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Qua ipsi* Gaertn. Tum *increpere* Lov. 3. In verbis seqq. *fuere*, pro *furere*, Leid. 1. Lov. 3. fragm. Hav. et multæ ex principibus edd. Vide ad IV. 44. § 3. *Fruere* Hav.

Quod Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas capta est)] *Quod jam Lucanos* fragm. Hav. Tum *non utraque eo anno* Harl. 2. Sed librarius perperam confudit compendia

Digitized by Google

scribendi nã et nõ, quemadmodum etiam factum erat v. 29. § 9. IX. 17. § 12. et ita *quid nõ*, pro *quidnã*, datum erat III. 38. § 8. *Nam utroque eo anno* Lov. 3. *nam utraque anno* Lov. 4. *namque utraque eo anno* edd. Frobeniana 1535. priores. Deinde *societas accepta est* Leid. 2. et Lov. 1. *societas est cæpta* Lov. 2. In verbis seqq. *τὸ est* ante *adlatum* deficit in Hav.

§ 3 *Perventum ad se esse: jamque in eo rem fore*] *Ad se perventum esse* Voss. 2. et Lov. 3. *perventum se esse* Leid. 2. Tum *ideoque in eo rem fore* Gaertn. *jamque in eo rem esse* editi usque ad Aldum; qui, consentientibus omnibus scriptis, primus reposuit *fore*. Mox *τὸ sint* non adparet in Lov. 2.

§ 4 *In bello Samnitium eventuque ejus verti*] Prima vox non adparet in Leid 2. nec duæ priores in Lov. 1. *in bello Samnitiumque ejus verti* habent Voss. 2. et Lov. 3. *in bello Samnitium eventumque ejus verti* Leid. 1. Flor. Lov. 4. et fragm. Hav. *in bellum Samnitium eventumque ejus verti* Harl. 1. *in bello Samnitium eventuque ejus vei verti* Port. Gaertn. et Hav. Paullo ante *Discrimine*, pro *Discrimen*, Harl. 2.

§ 5 *Quem revocari adhuc inpellique ad abolendam societatem Romanam*] *Quam revocari adhuc* Lov. 1. *quam vocari adhuc* Lov. 2. *quem vocari adhuc* Harl. 2. et fragm. Hav. *quem vocari ad hunc* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *ad soc. abol. Rom.* Lov. 4. *ad abol. Rom. soc.* Lov. 2. *ad abolendam soc. Rom.* Gaertn. et Klockian. *Τὸ ad* deest in Harl. 1. vox *Romanam* in Harl. 2. Mox etiam *qua* in Lov. 2.

§ 6 *Quidam Lucanorum pretio acciti*] Pro *acciti* ambo exemplaria habent *asciti*. Gelen. Sic etiam præferunt plerique meorum. In excerptis enim dissentiunt tantum Leid. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sæpe hæc vocabula in Mss. commutari, videbimus ad XLV. 25. § 12.

Clari magis inter populares, quam honesti] Klockius vocem *magis* transversa linea inducens ad marginem adscripserat locum Taciti, 'Claris majoribus, quam vetustis.' Unde patet, eum existimasse vocem illam a mala manu additam, iteromque delendam esse. Livium aliosque ita nonnumquam locutos esse, videbimus ad XXXIV. 49. § 11. Sed mali exempli est, id ubique recipere, præsertim si codd. non addicant, qui hic omnes in voce *magis* servanda conspirant. Unus tantum Lov. 2. transpositis dictionibus *magis clari* præfert. Præterea *clari magis populares præcio, quam honesti* nullo sensu est in Leid. 2. et Lov. 1.

Inter se mulcati ipsi virgis] Ita recte Gronovius vulgari curavit. Olim legebatur *mulctati*; quomodo etiam, vel *multati*, erat in plerisque scriptis. Gronovio tamen consentiunt Flor. et Klockian. forte etiam Harl. duo, unde nihil in excerptis notatum video. Vide ad XXVIII. 30. § 12. Voss. 2. hic obfert *inter se mulctati ipsi virgis cæsi*. Sed ultimæ voci subjectæ notæ indicant, librarium eam deletam voluisse; quæ sane ex interpretatione marginali in contextum irrepserat, aut ex § seq. huc se infausto pede intulerat.

Quum corpora nuda intulissent] Vet. lib. *nudata*. Sigon. Pal. 2. ut et Sigonii liber *corpora nudata*: quod non placet. *Gebh.* Id neque mihi placet, licet non aliter invenerim in Harl. 2. Port. et Hav. Alibi sæpe simili modo variare librarii consueverunt. Vide ad X. 37. § 2. *Corpora nuda data* habet Gaertn. cujus scriba hac ratione utramque lectionem *nuda* et *nudata* servare voluisse videtur. Vide ad III. 44. § 4. Klockius ad exemplar suum adscripsit, alios velle *corpora notata*, quod accipi posset, 'lacerata,' 'laniata:' quo sensu 'notare ora' Passerat. exponit laniare, rade-

Digitized by Google

re genus, ad Propert. Eleg. I. 6. 16. Et ita Ovid. referens qua arte Tarquinius Gabios obpressit, de filio ejus inquit Fast. II. 695. 'Qui mea crudeli laceravit verbere terga. (Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.) Luna fuit: spectant juvenem, gladiosque recondunt: Tergaque, deducta veste, notata vident.' Verum lectionis hujus vestigium in scriptis mihi obvium non fuit. Probo igitur vulgatam scripturam. Mox etiam in *civium castu*, pro *castum*, Lov. 4. Male. Vide ad III. 5. § 7.

§ 7 *Se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consule virgis caesos*] *Sed'm*, id est *secundum*, pro *se*, sine sensu Gaertn. Tum *essent ausi* Harl. 2. Sed utraque illa vocabula omittuntur in Port. Hinc *ab consule* idem Port. *ab consulis* Hav. *a consulibus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. et Gaertn. Et id quoque Frobenio placuit, qui a. 1535. *a COSS* edidit. Eamdem lectionem reliquæ postea servarunt edd. usque ad postumam Grateri, nisi quod interim Sigonius priscam scripturam revocarit. *A consule et virgis* fragm. Hav. Mox *τὸ esse* deficit in Leid. 2.

§ 8 *Deformis suapte natura res*] *Deformis per se suapte natura res* Gaertn. Sed illud *per se* ex interpretatione sequentium vocum *suapte natura* margini adscripta in contextum perperam receptum est, quod manifestius patet ex lectione codd. Port. et Hav. in quibus *Deformis vel per se suapte natura res* inveni. Mox *feret*, pro *ferret*, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *comitati*, pro *concitati*, Leid. 2. Vide ad § seq. Idem cod. vocem *magistratus* ignorat. *Clamore suos magistratus* male legit Harl. 2.

§ 9 *Et alii, circumstantes concilium, bellum in Romanos poscunt*] Prima vocula deest in Harl. 2. Tum *circumstantes consilium* Leid. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Intelligi senatum Lucanorum, ex verbis præcedd. constat. Jam autem Gronovius ad Livii XLIV. 2. § 5. docuit, senatum *consilium* publicum, non *concilium* vocari. An ergo ita hoc quoque loco scribendum erit? Ne id mihi persuadere audeam, efficit codd. aliorum in vulgatum conspirantium auctoritas; tum et quod 'concilium Patrum' vel 'senatus' in usu esse, me supra notare meminerim ad IV. 48. § 5. Deinde *petunt* est in Lov. 4. quod languet pro altero *poscunt*, neque respondet ardori quo hæc acta esse adparet. In his vocibus commutandis etiam alibi lapsi sunt scribæ. Vide ad VI. 23. § 8.

Ad concitandam in arma multitudinem] *Id concitandam* Gaertn. Vide ad XXI. 10. § 12. *Ad comitandam* Leid. 2. Vide ad § præc. et cap. 30. § 6. *Ad concitandum* Voss. 2. Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XL. 49. § 1.

Tumultuque etiam sanos consternante] 'Consternare' est concitare, neque est, ut vulgus existimat, *consternari συνταράττεσθαι*. Optimum Onomasticum: 'Consterno, as, *συστέλλω*:' aptissime. Livius VII. 42. 'Romes eam multitudinem conjuratorum ad arma constermatam esse:' hoc est, concitatam et congregatam. X. 43. 'Repente in fugam consternantur, conspecti ab equitibus.' XXI. 24. 'Metu servitutis ad arma consternati.' XXXVIII. 46. 'Fundis sagittisque in fugam consternatæ.' *Gebh.* Vide ad X. 43. § 18. Insuper *tumultuque sanos etiam* præfert Gaertn. at *tumultuque insanos* Harl. 2.

Ut societas cum Samnitibus renovetur, legatique ad eam rem mittantur] Pall. duo *ut societas cum Samn. renovaretur, legatique ad eam rem remittuntur*. Nihil mihi placet novari. *Gebh.* Omnes mei *renovaretur*. Et ita præferunt etiam edd. principes; pro quo demum a Vascos. *renovetur* vulgatum est. Displicuit, credo, tempora diversa *renovaretur* et *mittantur* conjungi. Verum non modo interdum id

Digitized by Google

factum fuisse patebit ex iis quæ dicta sunt ad v. 49. § 7. sed etiam ne *mittantur* quidem probum est. Nam *ad eam rem remittuntur* habent Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. ubi syllaba initialis *re* male repetita est ex voce præced. *rē*, vel *rem*. Vide ad XXXVII. 41. § 1. *Ad eam rem mittuntur* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. duo, Port. et Hav. quod probum existimo, ideoque in contextum recepi. Non enim hoc cohæret proximo *renovaretur*, sed remotiori *decernitur*. Non tantum societatem cum Samnitibus renovandam esse a senatu Lucano decernitur; sed mox etiam, ne interposita mora aut ardor animorum elanguesceret, aut fraus adhibita diluceret, legati ad eam rem mittuntur. Sequentia etiam hanc lectionem veriorem esse probare videntur.

§ 10 *Quam causam nullam, tam ne fidem quidem habebat*] *Qua causa nullam* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. Deinde *tñ ne fidem quidem* Lov. 2. Alibi sæpe *tñ*, sive *tamen*, et *tam* commutantur. Vide ad XXII. 59. § 13. *Tam ne fidem quadem* Lov. 3. Vox *quidem* deficit in Lov. 4. et Gaertn. Interdum *ne* pro 'ne quidem' obcurrit. Vide ad XLIV. 36. § 9. Hic tamen codicum eam lectionem suadentium auctoritatem leviorem esse puto, quam ut iis fidem haberi tutum sit. Præterea *habeat* Harl. 1. *habebant* Harl. 2. Sed cohærere debent 'Repentina res ne fidem quidem habebat.'

Coacti a Samnitibus et obsides dare, et præsidia in loca munita accipere] *Ab Samnitibus* Voss. 2. et Lov. 3. *coacti et Samnitibus obsides dare* Port. et Hav. *coacti et a Samnitibus obsides dare* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *coacti a Samnitibus obsides dare* Lov. 2. et edd. principes usque ad Frobenianam 1535. qui illud *et* recte interposuit. Ita enim reliqui codd. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *in loca munita acceperunt* Gaertn. *in loca munita recipere* Port. et Hav. quomodo etiam in Pal. 2. fuisse, Gebhardus monuit ad hujus lib. c. 25. § 3. Sed fide digniores stant pro vulgato. Infra XXIII. 18. 'Verbis benignis ad portas aperiendas, præsidiumque accipiendum perlicere jubet.'

§ 11 *Dilucere deinde brevi fraus capit*] *Dilu... deinde* Harl. 2. *Diluere deinde* Hav. *Delucere deinde* Gaertn. Frustra. Supra III. 16. 'Dilucere res magis Patribus atque consulibus.' XXV. 29. 'Diluere id, quod erat, coepit.' Deinde *brevis fraus* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Sed literas in fine vocis *brevis* ex similitudine initialis vocis seq. repetita est. Vide ad IV. 33. § 10. In verbis seqq. *Terentini*, pro *Tarentum*, perperam Leid. 2.

Amissa omni de se potestate] Latinum non est. Sensus Livii erat, ut videtur, *amissa omni spe rei perficiendæ*. T. Faber. Videtur subintelligi 'statuendi;' adeo ut sensus sit, omnia ipsis integra non fuisse, nec potuisse pro libitu statuere. *G. Cuperus*. Quæ hic Livio obtrudit Faber, profecto a mente læva sunt. Cuperus recte vidit sententiam. Livius XXIII. 30. 'Et in fide erga Romanos, et potestatis suæ ad ultimum manserunt.' XXXI. 45. 'Postquam præsidio regio arcem teneri, nec se potestatis suæ esse respondebant.' XXXVI. 27. 'Ipsos nihilominus suæ potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.' *Duk.* Eodem modo, quo Cuperus, locum adversus Fabrum defendebat etiam A. Perizonius. Ejus deinde filius insuper adscripsit locum Livii XXV. 4. 'Multos postea principes civitatis judicium de se populi passos.' Doujatius etiam Fabri conjecturam rejiciendam docuit, notans vulgatum non modo Latinum, non modo elegantius, sed etiam ad sensum adcommodatius esse. Et sane non video, cujus rei perficiendæ om-

Digitized by Google

nem spem amisissent Lucani. Ceterum *admissa omnia de se potestate* fragm. Hav. a m. pr. *omnia* etiam est in Leid. 1. *omissa omni de se potestate* Port. et Hav. Male. Spes enim non erat 'omissa,' sed 'amissa,' acceptis in loca munita Samnitium præsidiis. Verba hæc sæpissime commutantur. Vide IV. 63. § 1. VII. 34. § 9. Adde superius notata ad IV. 38. § 11. In verbis seqq. *quam ut pœniteret, et frustra, restabat* Leid. 2. Sed illud *et* ex literis finalibus proximæ vocis natum puto.

CAP. XXVIII. § 1 *Eo anno plebi Romanæ*] *Plebei* Flor. Vide ad II. 42. § 2. Deinde *Romæ* Hav.

Quod necti desierunt] Vet. lib. *quod ligari nexi desierunt.* Recte: nam paulo post hoc cap. subdit: 'Ita nexi soluti: cautumque in posterum, ne necterentur.' Et Epit. lib. VI. 'Cum obstrictos ære alieno liberaret, nexos exsolveret.' Et Varro de Lingua Latina l. VI. p. 82. 'Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Pœtelio Visolo dictatore constitutum ne fieret:' quæ verba quamquam mendosa sunt, tamen ad hunc locum pertinere perspicuum est. Et Suidas in voce Γάϊος· Καὶ δι' ἐκεῖνο τὸ πάθος ἔκαστοι οἱ δουλωθέντες πρὸς τὰ χρέα Ῥωμαῖοι νόμῳ κυρωθέντι ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο. *Sigon.* Genuina an sit hæc lectio, *quod necti desierunt*, incertum reddit Mss. codicum diversitas: nam Pall. tres *quod ligari nectique desierunt.* Campani vero ed. *quod ligari nexi desierunt*: quod mera ambrosia accidit palato Sigoniano. Mihi non dilucet de veritate. Festus Pompeius: 'Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia, quæ per nexum obligatur.' Varro de Ling. Lat. l. VI. p. 82. 'Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur.' *Gebh.* Cupio doceri, cur *quod ligari nexi desierunt* melius sit vulgata scriptura, *quod necti desierunt*, quam ex hoc loco describentes Sigonius de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 6. et Salmas. de Modo Usurar. c. 18. p. 808. nullam suspicionem mendi injiciunt. Miror tamen non nihil, Gronovium hic plane tacuisse, et vix persuadere mihi possum, omnes illius libros cum Sigoniano consensisse. *Duk.* Meorum codd. nullus vet. lib. Sigonii consentit: sed *ligari necti desierunt* est in fragm. Hav. *ligari vecti desierunt* in Harl. 2. *legati nectique desierunt* in Hav. *ligari nectique* in Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *quod necti desierunt*, ut ante Sigonium vulgo edebatur, in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 4. Harl. 1. et Klockian. Doujatius vulgatum tuetur, docens id actum esse, ne omnino necterentur: et hinc Livium addidisse 'cautumque in posterum, ne necterentur.' Sigonius in ea fuit opinione, duplicis generis nexos fuisse, alteros vinctos, sive, ut hoc loco cod. ejus præfert, ligatos, qui inviti; alteros solutos, qui sponte suas operas ob æs alienum creditori dabant. Vide ad II. 23. § 8. ubi idem etiam Salmas. sensisse vidimus. Ea sententia si vera censenda est, ex emendatione Sigonii sequeretur non utrumque genus nexorum, sed nexos tantum vinctos sive ligatos sublatos fuisse. At contra, quum latum esse ad populum Livius mox addat, 'pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset,' inde patet, non tantum vetitum fuisse, ne nexi ligarentur; verum in genere, ne quis necteretur. Recte igitur Doujatio displicuit Sigonii emendatio, cui etiam integerrimi codd. adversantur; quos, prisca scriptura revocata, secutus sum. Omnis, quæ in reliquis codd. obcurrit, varietas inde nata videtur, quod τὸ *necti* olim per 'ligari' expositum fuerit, idque simul cum altero in contextum receptum sit,

Digitized by Google

quod deinde paullatim magis magisque scribæ corruperunt.

Mutatum autem jus ob unius fœneratoris simul libidinem] *Mutatum autem jus est*, addito verbo, Leid. 1. Sed id a reliquis omnibus exsulat. Deinde *libidinem simul, simul crudelitatem* Lov. 4. Mox vox *insignem* negligitur in Leid. 2.

§ 2 *L. Papirius is fuit*] Cognomen omittit, multum ad rem pertinens: sed ipsemet Livius de his dubitat, ut a. CDXXVIII. (hoc lib. c. 23.) et postea a. CDXXXV. (l. IX. c. 15.) Porro hactenus tres L. Papyrii a Livio numerati sunt, Cursor, Crassus, ac Mugillanus. Cursor cum Crasso dictatore magister equitum fuit a. CDXV. quo P. Decius pater perierat: (hoc lib. c. 12.) Crassus ipse consul fuit a. CDXXIV. (c. 19.) Mugillani autem bis mentio, a. CDXXVIII. (c. 23.) et a. CDXXXV. (l. IX. c. 15.) Est et mentio M. Papyrii Crassi a. CDXXII. (hoc lib. c. 17.) ubi dictator creatus fuit adversus tumultum Gallicum. Fortassis autem et in prænominibus et cognominibus Papyriorum erratum, ut ex variis hujus belli locis lector facile notabit. *Glar.* Doujatius existimat, L. Papirium hic memoratum neque hujus anni consulem, qui eodem nomine ac prænomine fuit, neque alium ullum ex iis qui magistratus gesserunt, fuisse. Vero enim simile videri, si quis eorum fuisset, Livium id neutiquam silentio prætermissurum. Ejus autem sententiam probabilem puto. Ceterum Papirii prænomen *L.* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et utroque Harl.

Cui quum senatusconsulto Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset] Sincera lectio, *cui quum se C. Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset*. Gelen. Lego ex Ms. sicut ex suo quoque Gelenius legit, *cui quum se C. Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset*. Budæus autem in prioribus annot. ad ff. (ad inscriptionem tituli 'De in diem addictione') *nexum iniisset* legendum putat. *Klock.* Budæus vitiosis exemplaribus Livii usus est. Nam habet *cui cum senatusconsulto Publius*; et mox *quem ætas formaque ad misericordiam elicere poterunt*. Posterius etiam Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. *in nexum dedisset* rursus Salmas. Observ. ad Jus Attic. et Rom. cap. 11. p. 317. *Duk.* Si Gelenius, pro *cui quum se C. Publius*, dedisset *C. Publius*, (vide ad c. 12. § 4.) loco huic egregie consuluisset. Recte enim pro *senatusconsulto* dedit *se C.* De similibus varietatibus in Mss. vide ad XXII. 10. § 1. Quemadmodum autem emendavit, reperi etiam in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 4. Harl. 1. Gaertn. et Hav. voces vero *se C.* vel aliud earum loco, desunt in Port. et Hav. solum *τὸ se* in Harl. 2. Sed *cui quum senatusconsulto Publius* habet Voss. 2. *cui quum senatusconsultum Publium* Lov. 2. *quum Se C^to Publius*, omissa voce *cui*, Lov. 3. Deinde *Publius obses*, pro *ob æs*, fragm. Hav. a m. pr. Vox vero *paternum* non comparet in Lov. 4. ut nec *nexum* in Leid. 2. Ceterum Doujatius emendationem Budæi, a Klockio hic jam memoratam, eo nomine refellere conatur, quod *se nexum iniisset* salvo sensu dici nequeat. Sed non observavit, id Budæo non adversari, utpote qui non *cui quum se C. Publius*, sed, ut antea edebatur, *cui quum senatusconsulto Publius* legebat. Quare recte quidem emendatio hæc rejicitur, non tamen eam ob caussam, sed quod Mstis adversetur, et a vulgato nimium recedat. Aliam conjecturam proposuit Salmas. qui de Modo Usur. c. 18. p. 838. scribendum existimat *in nexum dedisset*: nam 'in nexum dare' vel 'nexui' eodem modo dici, quo 'in pignus' et 'pignori.' Quam lenissima est hæc medicina! Facile enim præpositio in absorberi potuit a præced. vocis litera finali *m*, ut sæpe

Digitized by Google

factum. Vide ad x. 18. § 3. Verum neque eo opus puto. *Nexum* enim hic potest esse supinum a verbo *nectere: dedisset nexum*, id est, ' ad nectendum,' ' ut necteretur.' Vide ad XXII. 21. § 3. Jam autem supina vera substantiva esse, prius quarti casus, in quo subauditur præpositio *ad* vel *in*; posterius sexti casus, in quo subintelligitur præpositio *in*, docuit Perizon. ad Sanct. Min. III. 9. num. 1. p. 460. Id igitur, quod commode omitti potest, invitis scriptis et editis addere, nihil adtinet.

Quem ætas formaque ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt] Sincera lectio *quæ ætas formaque mis. elicere pot., ad lib., &c.* Gelen. Pall. duo *accendere*; quod modo infinitivo apte accipi posse credo, ut sustineatur a verbo *poterat*, seu, ut quidam habent codd. *poterunt*. Mire vero Camp. *quem ætas formaque ad mis. elicere pot., ad lib. contumeliamque omnium acc.* Gebh. Lectio notis Gelenii præscripta neque in scriptis, neque in edd. antiquioribus exstat; sed demum in Mediol. 1480. tum utraque Tarvis. et deinde aliis vidi. *Quæ ætas formaque in mis.* habet Lov. 2. *quæ ætas formaque ad mis.* Lov. 4. Harl. 2. et Hav. Et quidem ' elicere animum ad misericordiam ' dictum videri posset, quemadmodum ' elicere hostem ad certamen,' de quo vide ad VI. 31. § 7. Quo minus tamen placeat, obstat aliorum codd. atque edd. principum consensus in expellenda præpositione sive *in*, sive *ad*. Ut autem ' elicere misericordiam,' ita ' elicere arcana ' XL. 20. ' Fide data arcana ejus elicuit:' et ' elicere querelas ' apud Cic. de Clar. Orat. c. 80. ' Ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet?' Quod ' ad querelas elicere ' dixit Suet. in Calig. c. 10. ' elicere iram ' Curtius VIII. 5. ' Elicuitque iram Alexandri.' Præterea *poterat* præfert ed. Froben. 1535. in quam quum Rhenani et Gelenii emendationes passim receptæ sint, ita etiam ex Gelenii mente datum fuisse suspicio est, quamvis aliter in notis scribi voluerit. Certe *poterat* præferunt omnes codd. præter Lov. 4. Quod autem duobus substantivis singularis numeri duo addantur verba, alterum singulare *poterat*, alterum plurale *accenderunt*, non magis displicere debet, quam quod etiam conlectivum singulare in eadem periodo primo verbum singulare deinde plurale adjunctum habeat; de quo dictum est ad IV. 16. § 8. Insuper *et ad lib. et cont. animum* Port. Gaertn. et Hav. *ad lib. contumeliamque animum* Lov. 4. *ad lib. et cont. animi* Lov. 2. Harl. 2. et fragm. Hav. Tandem *accendere* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Quod si, præeunte Gebhardo, modo infinitivo accipiatur, commode tamen, ut credidit, a verbo *poterat* sustineri nequit; sed erit per infinitivum concepta oratio, quales innumeræ aliæ apud Livium obcurrunt. Neque ei obstabit, quod in eadem periodo subjungatur mox finitum ' conatus est,' tum infinita ' territare,' ' admonere,' et postea iterum finitum ' jubet.' Solet enim Livius finita infinitis, et contra infinita finitis subdere. Vide ad V. 47. § 5. At præstat hic *accenderunt*; quod integriores codd. aliique omnes servant.

§ 3 *Et florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus*] Pall. duo *ut florem*. Pal. 2. *ac florem*. Deinde Pall. tres et Camp. *creditor ratus*. Andreæ ed. *ut florem æt. ejus fructum adventitium credit ratus*. Gebh. *Ut florem ætatis ejus* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXI. 28. § 8. *Ut florem juventutis ejus* Leid. 2. Ita *juventæ florem* memorat Florus in Præem. § 4. Quum tamen reliqui in vulgatum *florem ætatis* con-

Digitized by Google

sentiant, verius videtur, lectionem hanc natam esse ex glossa interpretis, qui *florem ætatis* in margine per 'juventutem' exposuerat. Ita XXI. 3. Justin. v. 2. 'Erat enim et ætatis flore, et formæ veneratione insignis.' Et 'ævi Flore virens' Silius Ital. I. 60. *At florem ætatis* Port. Vide ad XXXVI. 35. § 7. Deinde *fructum enimum adventicium creditor ratus* Harl. 2. *fructum adventicium ejus crediti ratus* Leid. 2. et Lov. 1. *fructum adventicium creditor ratus* Voss. 2. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *fructum adventicium credit iratus*, inperite in voces distributis literis, quæ olim continua serie scriptæ fuerant, Leid. 1. hinc nata videtur lectio *fructum adventicium credit ratus*, quæ est in edd. Rom. 1472. et Parm. Sed, quod vulgo editur, aliorumque codd. fide nititur, genuinum est.

Primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus] Illud *est conatus* grammatici additamentum videtur minus grammaticum. *Grut.* Pal. 1. *pollicere*: forte leg. *prolicere*. Pal. 3. *primo polluere adolescentem*. Gebh. *Pellicere* Leid. 2. *pollicere* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Reliqui *perlicere* defendunt, quod cur conjecturis tentemus, caussa nulla est. Similiter *perlicere* simpliciter, non addito ad quid perliciatur, est III. 44. 'Appius, amore ardens, pretio ac spe perlicere adortus, postquam omnia pudore septa animadverterat, ad vim animum convertit.' Alibi id additur. Infra XXIII. 17. 'Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere.' c. 18. 'Ad portas aperiendas præsidiumque accipiendum perlicere jubet.' XLIII. 18. 'Gentium quoque regem jam diu dubium in societatem perlici posse.' XLV. 5. 'Modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, quum conaretur.' Tum *adulescentem* Flor. et Harl. 1. Vide ad VI. 34. § 11. Tà *est conatus* cur delendum censeat Gruterus, legitimam caussam non video. In expungendis vocibus ex contextu Liviano nimium Gruterum fuisse, videbimus ad XXIII. 34. § 15.

Dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare] *Deinde* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et priscæ edd. pro quo Frob. a. 1535. *dein* substituit, id probantibus aliis codd. Vide ad III. 3. § 6. Tum *aspernebantur flagitium aures* Flor. et Gaertn. quomodo etiam peccabatur in posteriori cod. hoc lib. cap. 13. § 2. *Aspernabatur flagitium, aures* Lovel. 2. et fragm. Haverk. 'Aspernari' interdum passive usurpari, adlatis exemplis docuit Voss. Gramm. v. 6. Participium etiam hujus verbi 'adspernatus' Livium passive adhibuisse, vidimus ad I. 22. § 7. eumdem etiam aliis eadem forma usum fuisse, dicemus ad XXIV. 8. § 14. Ne tamen ipsum hic etiam ita locutum esse existimem, aliorum codicum ei scripturæ adversantium auctoritas persuadet.

Idemtidem admonere fortunæ] *Itidem* Port. et Hav. Male. *Idemtidem* est 'sæpius,' 'subinde;' eaque voce Livius delectatus est. Supra I. 54. 'Ipse idemtidem belli auctor esse.' IV. 10. 'Libri, quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat idemtidem auctores.' V. 25. 'Camillus idemtidem omnibus locis concionabatur.' c. 39. 'Ut idemtidem jam in urbem futurus videretur impetus primo adventu.' VI. 20. 'Idemtidem, Capitolium spectans, Jovem Deosque alios devocasse ad auxilium.' XXVI. 44. 'Subsidia deinde, idemtidem submissa e castris, non averterunt solum in fugam hostem.' XXXIII. 45. 'Homines principibus Romanis, amicis quisque suis, idemtidem scribebant.' XXXV. 23. 'Etsi per legatos idemtidem omnia explorabantur.' XL. 56. 'Quum idemtidem species et umbræ insontis interemti filii eum diris agitarent.' Plin. Epist. I. 13.

Digitized by Google

'Idemtidem admonitus aut non venit, aut, si venit, queritur se diem perdidisse:' ubi vide Catan. Præterea *admovere* Lov. 1. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXXV. 35. § 5. *Admore* Harl. 1. *aut amonere* Harl. 2. *amonere* ed. Parm. Vide ad X. 22. § 6.

§ 4 *Præsentis conditionis memorem videret*] *Memorem videntur* culpa librarii Voss. 2. et Lov. 3. In verbis præcedd. *magis quam ingenuitatis*, in alium ordinem digestis vocabulis, Gaertn. qui mox etiam *audare*, pro *audari*, præfert.

§ 5 *Quum se in publicum propipuisset*] *Prorupisset* Leid. 2. Sed id, quod ad II. 23. § 8. dixi, etiam huic loco convenit. Mox *senatoris*, pro *fenératoris*, Lov. 3. Adparet, per compendium scriptum fuisse *fen'atoris*; unde, deleta nota, et *f* in *f* mutata, nullo negotio *senatoris* exire potest.

§ 6 *Quum ætatis miseratione atque indignitate injuriæ accensa*] *Tum ætatis mis.* Flor. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. 3. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. Vide ad VI. 23. § 9. Insuper *indignatione injuriæ* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. Alibi sæpe hæ voces in scriptis variant. Vide ad Epit. Liv. lib. LVIII. Sed hic nihil mutandum. Vide ad II. 12. § 3. et III. 38. § 11. Paullo ante *Ingens vis hominis* Flor. *Ingens vis omnium* ed. Parm. Vide ad III. 54. § 6.

In forum; atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit] *In forum inde agmine facto concurrit*, reliquis errore scribæ omissis, Port. Insuper *concurrunt* Lov. 2. 'Ingens vis hominum concurrunt' adprime est Livianum. Supra II. 5. 'Desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul inmissa corbibus fudere in Tiberim.' Plura vide ad Livii XXXV. 26. § 9. Uni tamen codici, neque ei optimo, credere periculosum est. Et sane ita dedisse videtur scriba, quod mox sequatur 'ostentabant.' Sed et ita Livium loqui amasse, mox dicemus ad verba seqq. Paullo ante *liberorum suorum respectu* Lov. 2. Port. et Hav. Id displicet. Vide ad XXII. 22. § 5.

§ 7 *Procumbentes ad singulorum pedes ostendebant*] Est in Ms. *ostentabant*, non *ostendebant*. Gelen. Pall. tres et Camp. ed. *procumbentis*. Tamquam solus C. Publilius se ad pedes introëuntium in curiam Patrum prostravisset. *Gebh. Procumbentis* Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Port. et Hav. At optimi alteram lectionem tuentur. *Ostentabant* etiam omnes scripti, quod verum esse rationes ad II. 23. § 4. adlatæ docent. Unus est Lov. 4. qui legit *ostentabat*, sine dubio, ut quum etiam *procumbentis* dederit, conveniat præcedenti *concurrit*. Verum solitus est Livius conlectivo singulari verbum ejusdem numeri jungere in initio periodi, mox vero in sequentibus verbum pluraie. Vide ad Livii IV. 16. § 8. Et quum id nescierit librarius Lov. 2. hinc in verbis præcedd. *concurrunt* dedisse videtur, pro *concurrit*; ut ita conveniret huic *ostentabant*. Ceterum in verbis præcedd. male *et consules tumultu repentino coacti senatus vocare* præfert Harl. 2. ubi *cum* inter alia interceptum est a syllaba initiali vocis seq. *consulis*. Vide ad III. 69. § 5. Ultimas vero literas *vοῦ vocarent* eliserunt primæ vocis seq.

§ 8 *Victum eo die ob inpotentem injuriam unius ingens vinculum fidei*] Imo *ruptum*, non *victum*: neque enim Latinum est. *T. Faber.* Alibi voces 'victus' et 'ruptus' in Mss. commutantur. Exemplum est VI. 13. § 3. Fabri sententiam primo probavit Doujat. postea cogitans, vocem *vinculum* hic figurate sumi pro ipsa fide publica, qua homines se velut nodo quodam in vicem obstringunt; putat tandem, ejus vim facti hujus atroci-

Digitized by Google

tate *victam* dici posse: quod et mihi verius videtur. Idem enim est, ac si dixisset Livius, victam eo die fidem, cujus ingens erat vinculum. Miror, Fabro etiam epitheton *ingens* non displicuisse; proprie enim vinculum non *ingens*, sed 'firmum,' 'validum' dicitur. Alibi tamen Cic. etiam 'magnum,' aut 'maximum vinculum' dixit. Ceterum *eodem die* Lov. 4. Sed syllaba posterior *dē* vel *dem* nata est ex vocis seq. *die* similitudine. Vide ad x. 10. § 6. Τῷ *eodem* hic commode locus esse nequit.

Nisi qui noxam meruisset] Legendum e Pal. 2. *nisi si qui noxam mer.* Lib. xxvi. c. 8. 'Nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse potuisset.' Hanc particulam e Pal. 1. restituo xxviii. 31. 'Nisi si terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent.' *Gebh.* Ita et unus apud me Hav. Vide ad vi. 26. § 5. An tamen his codd. fides haberi possit, lector judicet. Ceterum *nisi noxam meruisset* Lov. 2. et Port. *nisi per noxam meruisset* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *nisi noxiam meruisset* edd. pr. usque ad Mogunt. et Ald. Utramque vocem 'culpam,' 'peccatum,' 'delictum' notare, vidimus ad ii. 54. § 10. Verum hoc loco indicatur damnum seu pœna, quæ propter culpam infligitur. Eo autem sensu et 'noxa' et 'noxia' apud Livium adhibentur. Prius xxiii. 14. 'Qui capitalem fraudem auxi, quique pecuniæ judicati in vinculis essent; qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi jussurum.' xxvi. 29. 'Mergi freto satius illi insulæ esse, quam velut dedi noxæ inimico.' Posterius xli. 23. 'Thessaliam deinde peragravit: quod sine nullius eorum, quos oderat, noxia, hoc magis tentationem metuo.' Quum itaque codd. in receptam lectionem conspirent, eam etiam præferre non dubito. Klockius cod. suo adscripserat *noxam nocuerunt*; sed nescio utrum id fecerit, quod ita legendum conseret, an tantum ut sibi in memoriam revocaret, ea formula Livium usum esse, quæ apud eum obcurrit ix. 10. 'Quandoque hice homines noxam nocuerunt.' Certe ne ea locutio hic reponi possit, prohibet dissentientium Mss. auctoritas. Mox *donec panum luveret* præfert Klockian. errore scribarum. Neque censendum est, forte scribendum esse *luverit*; et *luvi* pro *lui* dici, quemadmodum *pluvi* pro *plui*: Priscian. enim 'diluo' non 'diluvi,' sed 'dilui,' in præterito formasse auctor est lib. x. p. 881.

In compedibus, aut in nervo teneretur] Lege *aut nervo teneretur*. Plaut. Captiv. iv. 2. 108. 'nunc Sicalus non est; Boius est, Boiam terit.' Τὸ *in* revera abest a Pal. 2. sed vulgatum defendit Tibul. Ed. ii. 4. 3. 'Servitium sed triste datur, tenerorque catenis.' Livius xxxv. 18. 'Scire ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere.' *Gebh.* 'Tenere' et 'terere' in Mss. commutari, vidimus ad iv. 31. § 2. Præpositio *in* ante *nervo* deest etiam in Hari. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Neutra tamen satis legitima causa est vulgatum tentandi. Quamvis enim *in* eo loco omittatur, constanter tamen supra omnes libri exhibent *in compedibus*; quin et optimi etiam hic servant. Præterea licet verba illa alibi confundantur, in *teneretur* tamen hic Mss. conspirant. Recte igitur Gebhardus ipse suam sibi conjecturam displicere testatus est, atque *in nervo teneretur* probavit. Ita Livius locutus est iv. 35. 'In æterno se ipsa teneret servitio:' ubi videnda sunt quæ notavi. Adde etiam quæ dicta sunt ad i. 52. § 2.

§ 9 *Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus, obnoxium esset*] Quam magis excutio, quæ habemus de nexis apud Livium et ii. 23. ante leges decemvirales, et vi. 14. post leges duo-

Digitized by Google

decim tabularum, tam minus credo verum esse, quod de eisdem addictis scribitur Gellio XX. 1. ' tertiis nundinis capite pœnas dedisse, aut trans Tiberim venum ivisse.' Si enim res se ita habuit, cur ejus non meminit Manlius, non ii, quos vinculis eis liberavit? Quin imo, cum leges posteriores fere mitiores sint prioribus, hic plane contra est, præcipue si licebat pluribus creditoribus ' tertiis nundinis secare reum,' ut idem Noctium Atticarum scriptor asseverat. Dionysius sane Halicarn. V. 53. tantum refert, ' Contra egenos fœnore oppressos impotenter et immoderate se gerebant fœneratores, et in nervum abducebant obæratorum corpora; quibus non aliter utebantur, quam emtitiis.' Idem VI. 23. nihil aliud queritur miles ille nexus, quam ' cum solvendo non esset, ductum se a fœneratoribus cum duobus filiis in servitium: et, quia domino gravis quiddam imperanti responsarit, cæsum flagris affatim: pannisque abjectis ostentabat pectus vulneribus in bello receptis plenum, tergumque verberibus recens cruentum.' Sed et ii, qui secesserant A. U. C. CCLXI. solummodo quiritantur apud eundem VI. 70. ' Nostros agros illis cogimur colere, fodiendo, plantando, arando, pecora pascendo, nostrorum mancipiorum conservi; pars catenis nexi, pars pedicis, nonnulli, tamquam truculentissimæ bestiæ, boiis aut massis orbicularibus: tacemus tormenta et contumelias flagraque et labores e nocte in noctem, ceteramque violentiæ crudelitatem et injuriosam superbiam, quam sustinuimus.' Itaque non video ullam rationem, cur decemviri plebem immanius vexarent lege sua, quam vexari poterant ingenio aut libidine fœneratorum, qui nexos serviliter tractabant, dum opera sua æs debitum redemissent, tamquam mercenarios. Cur ita sentiam, faciunt verba Varronis fine lib. VI. Ling. Lat. p. 82. ' Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debet, dat, dum solveret, nexus vocatur.' Interim, cur certius nihil definire audeam de Gellio, facit Tertullianus Apolog. adv. Gent. cap. 4. ' Sed et judicatos in partes secari a creditoribus leges erant. Consensa tamen publico crudelitas postea erasa est; et in pudoris notam capitis pœna conversa est: bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere.' Eam enim legem videtur ante oculos habuisse Imp. Valentinianus, de quo sic Ammianus XXVII. 16. ' Item aliud audiebatur horrendum; quod ubi debitorum aliquem egestate obstrictum nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciabat.' Quid ergo? Suspicor legem hanc exoletam excidisse et Livii et Dionysii memoriis. Præterea non memini apud alium legisse istud Varronis loc. laud. ' C. Popillo rogante Sylla dictatore sublatus est nexus: et omnes, qui bonam copiam ejurarent, ne essent nexi, soluti.' *Grut.* Illis, quæ de obæratorum nexorumque ' pœna capitis,' si unus esset creditor, et ' de sectione in partes tertiis nundinis,' si plures forent, ex Gellio hic monet Gruterus, longe meliora notavit Bynkersh. curiæ supremæ, cujus Hagæ Comitum Præsidem agit, maximum decus, Obs. I. 1. docens ' pœnam capitis,' esse usuram sortis; ' tertiis nundinis partes secare ' esse, vendere debitorem in auctione publica ipsis nundinis, ac pretium in vicem dividere. Illis, qui per ' partes secare ' intelligunt bonorum divisionem, ita ut singuli debitores suas partes auferant, adnumerandus est Abram. ad Cic. Phil. II. 26. Vide etiam Burm. ad Suet. Vitell. c. 2. At vulgatæ sententiæ adhuc adhæret Salmas. de Modo Usur. c. 18. p. 809. Ceterum *pecunia credita* Harl. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac C.

Cautumque in posterum, ne necterem-

Digitized by Google

tur] De sententia horum verborum contra Hotomannum disputat Salmas. de Modo Usurar. c. 18. p. 838. et c. XIX. p. 844. et Observat. ad Jus Attic. et Rom. c. 11. p. 316. adversus Heraldum de Rer. Judicat. Auct. II. 26. Sed legem hanc non servatam fuisse, idem ostendit de Modo Usur. d. l. et ex eo Gronov. de Centesim. et Unciis Usur. p. 470. et Grævius in Præfat. Antiq. Rom. tom. III. *Dak. Ne in posterum necterentur* Lov. 4. *Tò ne* deficit in Læid. interceptum a voce seq. literis initialibus: ejus loco *nec* habet Hav. Tum *nectarentur* Leid. 1. Port. et Hav. Paullo ante *Itaque nexi soluti* edd. antiqq. usque ad Frobenianam 1535. Vide cap. seq. ad § 2. *Ita soluti nexi* alio ordine Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Ita soluti innexii* Harl. 2. Insuper Salmas. de Modo Usur. c. 18. p. 822. existimat, apud Livium, Varronem, Columellam, Quinctilianum, Gellium, et alios exempla superesse, unde constat, etiam post hanc legem debitores, qui solvendo non erant, pecuniæ judicatos in vinculis fuisse: quare existimat, legem, hoc anno a consulibus latam, neglectam, et parum post illa tempora in usum revocatam fuisse. Postea vero p. 838. scribit, verba *ne in posterum necterentur* non id significare, 'ne vincirentur,' sed 'ne oppignerarentur,' vel 'pignoris nexu obligarentur;' et p. 839. non hac lege cautum esse, ne quis in nervo aut compedibus teneretur, sed ne pignori obligaretur. Et tamen modo apud Livium præcessit hoc cap. consules ad populum tulisse, 'ne quis in compedibus aut in nervo teneretur;' ad quæ verba non adtendit.

CAP. XXIX. § 1 *Et defectio recens Lucanorum*] Pall. tres et vetustissimæ duæ edd. *defectio repens*. Melius existimo. Supra c. 27. 'Repentina res, quia quam caussam nullam, tam ne fidem quidem habebat.' *Gebh.* Mss. et vetustæ edd. *repens*. Sic lib. VI. c. 42. 'Fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem.' IX. 41. 'Repens adventus consulis ita exterruit Umbros.' XXI. 26. 'Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus.' Scimus, inquis, et quid exemplis opus? Scilicet tibi contingere non potest, quod accidit doctissimo viro Italiæ Antiq. II. 3. p. 587. qui cum adduceret ex Livii l. XXII. c. 8. 'Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nunciatur cladis:' apponebat, 'Lege *repente*.' Lucretius v. 402. 'Phaëthontis repenti fulminis ictu Deturbavit equis.' *J. F. Gron. Repens* etiam omnes mei, exceptis Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. qui similiter *recens* præferunt. Illud *recens* autem demum vidi in Francof. ed. 1576. quomodo errore operarum datum esse crederem, nisi, qui editioni illi præfuit, similis corruptelæ loco mox indicando auctor exstitisset. Scribas librarios etiam ita labi solitos fuisse, constat ex iis quæ notavi ad Silii Ital. XV. 604. quibus adde Burmann. ad Valer. Flacc. II. 91. Vocabulum autem 'repens' Livio in deliciis fuit: præter loca enim Gronovio laudata, eo usus est I. 14. 'Tumultus repens ex agris in urbem inlatus pro nuncio fuit.' IV. 14. 'Quod bellum repens aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium rectorem reipublicæ quæsisset.' X. 7. 'Si quod repens bellum oriatur.' c. 18. 'Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est.' XXI. 30. 'Quinam pectora semper inpavida repens terror invaserit.' XXII. 7. 'Quæ repens clades adlata esset, obvios percunctantur.' c. 21. 'Fama repens alio avertit bellum.' XXIX. 10. 'Civitatem eo tempore repens religio invaserat:' ubi similiter peccatur in ed. Francof. 1578. XXXIII. 2. 'Tantum Thebis moratus, quantum Attali repens casus coëgit.' cap. 15. 'Repens terror castris infertur.' Paullo autem *Eo-*

Digitized by Google

dem tempore, pro *Eodem anno*, Hearuli Oxon. C. Deinde *per se Samnitium bellum* Leid. 2. *per se ipsum bellum Samnitium* Harl. 1.

Auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent Patres] Hæc verba concipiunt ita Pall. duo, *auctores def. Tarenti sollicitos haberent Patres.* Pal. 2. *auctores defectionis Tarentinæ soll. h. P.* Gebh. *Auctores defectionis Tarenti* Voss. 2. et Lov. 3. *auctores defectionis Tarentinæ* Lov. 2. Harl. 2. et Port. a m. sec. Sed vulgatum verius est; non enim Tarentini, quibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, defecisse dici possunt; sed Lucanis, qui nuper in fidem venerant, deficiendi auctores exstiterunt.

Ut et Vestinus populus Samnitibus esse conjungeret] *Ut Vestinus populus* Leid. 2. et Gaertn. Tum *se conjungeret* Lov. 4. *se conjungerent* Hav.

§ 2 *Sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico ullo concilio est*] *Sermonibus passim magis hominum* fragm. Hav. Tum *in publico concilio* Lov. 2. *in publico ullo consilio* Gaertn.

Ita insequentis anni consulibus L. Furio Camillo iterum, Junio Bruto Scæva] L. Furius Camillus primum fit consul a. CDVI. deinde iterum a. CDXVII. Ergo hic non *iterum*, sed *tertium*, legendum, nisi quis duos fuisse contendat, quod mihi non fit verisimile. *Glar.* Quam vehementer erret Glareanus, qui *L. Furio Camillo tertium* legit, ostendi ad cap. 13. § 1. *Sigon. Itaque sequentis anni* Port. et Hav. Verum præcedens *sicut* nunc *ita*, non *itaque*, requirit. Vide ad XXI. 53. § 7. *Creati insequentis anni consules L. Furius Camillus iterum, Junius Brutus. Sed tum nulla prior* Harl. 2. quam et ipsam lectionem genuinam non esse, præcedens *sicut* evincit. Tum prioris consulis prænomen *L.* omittitur in Port. et Hav. forte quod et alterum nullo prænomine indicatum videbant, de quo mox. *P.* vocatur in Gaertn. Deinde *Scæva* Lov. 2. et Hav. *Scænæ* Lov. 3. et Gaertn. *Scove* fragm. Hav. *Servæ* Port. Sed vox illa deest in Klockian. Ceterum Sigonio contra Glareanum favet etiam Pighius in Ann. Rom. ad a. CDXXVIII. p. 341. statuens Camillum non tertium hoc anno consulem fuisse; celeberrimi enim Camilli, non filium, sed nepotem fuisse. Addit etiam, alterius consulis prænomen apud Livium periisse; quem 'Decimum' dictum fuisse, præterquam ex Mariano Scoto, etiam ex Diod. Sicul. l. XVIII. p. 627. constare: ubi tamen male hodie editur Δεύκιος Φούριος καὶ Δέκιος Ἰούνιος, pro Φούριος et Δέκιος. Utrum tamen culpa librariorum perierit, an de industria a Livio omissum sit, incertum existimo. Vide ad IV. 49. § 1. ubi Livium duorum pluriumve collegarum uni nullum prænomen addidisse, licet aliorum memoraret, dictum est.

Nulla prior potiorque visa est] *Prior potiorve visa est* Leid. 2. Vide ad XXIV. 10. § 2. Sed nihil muto. Vide ad XXIII. 28. § 1. *Nulla prior potiorque res visa est* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sæpius vocem *res* perperam a librariis interjectam esse, sæpius etiam Livium aliosque a repetenda hac voce non abstinuisse, vidimus ad II. 18. § 2. Verum, quum ea hic non nisi in suspectæ fidei codd. supersit, scribarum appendicem esse credere malo. *Nulla propior potiorque est visa* Lov. 3. Vide ad V. 15. § 4.

§ 3 *Quamquam nova res erat, tamen tanta cura Patres incessit*] Si *nova res* erat, non mirum est, magnam curam incessisse Patres: nam res novæ et inopinatæ semper per se magis perturbant animos, et majorem curam ac sollicitudinem adferunt, quam ante prævisæ et exspectatæ. 'Major ignotarum rerum est terror,' ait Scipio apud Livium XXVIII. 44. Itaque hoc non satis capio, et puto aptius ad sententiam esse *non nova*, vel *nota*

Digitized by Google

res: nam Livius eam jam superiore anno passim sermonibus hominum jactatam fuisse dicit, quorum non ignari poterant esse Patres. *Dukr. Quæquam nova referat* Lov. 3. Vide ad VII. 26. § 8. *Quam nova res erat* Port. Vide ad VIII. 4. § 1. Deinde *Patres cessit* Lov. 3. errore librarii. De verbo *incessit* hoc sensu vide ad XXII. 12. § 5. Mox *neglectamque* Flor. a m. pr. Vide ad II. 48. § 7.

Ne aut impunitas eorum] *Nam ut impunitas* Lov. 3. *ne aut impunitate* Lov. 2. Mox in verbis seqq. *aut* deest in Harl. 2. qui insuper *bello pœnæ expetita bello* præfert. Tum *motu propinquo*, pro *motu*, Port. Vide ad III. 69. § 2.

Concirent finitimos populos] Male *conarent* Lov. 3. *concurrent* Gaertn. *conciret* Voss. 1. *concitent* Voss. 2. et Hearnii Oxon. C. *concitarent* Klockian. Alibi sæpe hæc vocabula confunduntur in Mss. Vide ad IX. 37. § 1. De verbo 'conciere' vide ad III. 53. § 4.

§ 4 *Genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi, Pelignique, et Marrucini*] *Genus omne habundans bello aliunde Samnitibus par* corruptissime Gaertn. Vox *bello* deficit in Klockian. Deinde *Martucini* Lov. 2. *Mamercini* Lov. 3. *Aurunci* Lov. 4. *Marii civi* Hav. *Matrucini* Leid. 1. *Marsicini* Voss. 2. *Maruncini* fragm. Hav. Vide etiam ad IX. 45. § 18.

Si Vestinus adtingeretur] *Adjungeretur* Voss. 2. et Lov. 3. *accingeretur* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VI. 35. § 2. *Adtingeret* Lov. 2. Klockian. Hav. et quædam vett. edd. Vide ad X. 10. § 1. Mox *habentibus omnes hostes* Lov. 4.

§ 5 *Vicit tamen pars, quæ in præsentia*] *Vincit tamen pars* fragm. Hav. Vox *pars* exsulat ab Hav. Tum *in præsenti* editionibus. Rom. 1472. et Parm. Ita l. XXXIV. c. 35. 'Daret talenta centum argenti in præsenti.' Vide Bosium ad Corn. Nep. Alcibiad. cap. 4. § 2. Sed codicibus constanter *in præsentia* legentibus adhæreo. Vide ad XXXIII. 13. § 13. *Mox videri potuerit*, pro *potuit*, Harl. 1. Vide ad XL. 14. § 10. Tum *animi* deest in Lov. 2. Denique *consilii*, loco *consilii*, Hav.

Fortes fortunam juvare] Eodem proverbio utitur XXXIV. 36. et Cic. Tusc. II. 4. 'Fortes non modo Fortuna adjuvat, ut est in veteri proverbio, sed multo magis ratio.' *Sigon.* Vide Erasmi Adag. tit. 'Audacia,' et Hier. Columna. ad Ennii Fragm. Annal. l. VII. c. 73. Ceterum *fortuna* Voss. 1. unde videri posset, librarium dare voluisse *fortuna juvari*. Sed reliqui in vulgatum conspirantes nihil mutandum docent.

§ 6 *Provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit*] *Ea provincia Bruto* Lov. 2. Sed prænomen *ea* exsulat a Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 3. Harl. utroque, et fragm. Hav. Deinde *forte evenit* Leid. 2. Lov. 1. Port. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad I. 4. § 4. *sorte venit* Leid. 1. a m. pr. Sed ibi prima litera *vo evenit* intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad IX. 12. § 1.

§ 7 *Exercitus utroque dusti*] *Utrobique* Lov. 4. In quibus vocibus commutandis etiam alibi lapsi sunt scribæ. Vide ad XXXIII. 30. § 12. *Utroque* est 'versus utramque locum.' Supra II. 53. 'Utroque versis signis resistunt.'

§ 8 *Alterum consulem L. Furium, cui major moles rerum imposita*] *Alterum consules* Voss. 1. ubi inter versus adscriptum est *alterum consulem*; quomodo etiam præferunt Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. quod si non ab ipso Livio profectum, Livio tamen non indignum est. Vide ad IX. 32. § 2. Deinde *L. Furium Camillum* Lov. 4. Sed cognomen in aliis omnibus constanter omittitur, neque necessarium est. Deinde *major cura rerum* idem Lov. 4. Sed vox *cura* modo præces-

Digitized by Google

sit, quæ librarii hanc scribentis animo adhuc obversabatur, nisi potius ex interpretis glossa orta sit. Mox alio ordine *gravi morbo* Hav.

§ 9 *Jusseque dictatorem dicere*] *Jussusque est* Port. et Hav. Cæterum Livius hanc dictaturam ita describit, quasi omnis inciderit in eum annum, quo Furius et Junius Romæ consulatum gesserunt, idque etiam ex rationibus Catonianis statuendum est. Verum ex calculo Varroniano tempus dictaturæ Papirianæ annorum, et quidem a consulatu Furii et Junii diversum fuit. Certe in Fastis Capit. Triumph. triumphus Publilii, quem pro consule anno ante Furii et Junii consulatum triumphasse Livius dicit c. 26. refertur in a. CDXXVII. Triumphus autem Papirii, quem ante depositam dictaturam triumphasse, Livius auctor est cap. 37. refertur in a. CDXXIX. Ergo secundum hunc calculum ultra a. CDXXVIII. quo Furius et Junius consules fuerunt, dictaturam produxit. Plura vide apud Sigon. ad Fast. ad a. CDXXIX. Pighium in Annal. ad eumdem a. p. 343. Dodwell. de Cycl. Diss. X. § 71. et in notis ad Chronol. Græco-Rom. post Dionys. Halic. p. 102. Mox *rei gerendæ gratia*, pro *caussa*, Lov. 4. Alibi has voces eo sensu commutarunt librarii. Exemplum habuimus l. VII. c. 3. § 9. Vide etiam IX. 29. § 9.

A quo Q. Fabius Maximus Rutilianus magister equitum est dictus] Duo fuere Q. Fabii hoc tempore, Ambustus et Rutilianus. Ambustus magister equitum fuit cum P. Valerio Publicola A.U.C. CDXI. Rutiliani autem hic est mentio, et a. CDXXIII. ut puto; nisi quis unum esse censeat. Certe nec hic nec in superioribus recte additus *Maximus*, ut antea admonuimus hoc lib. ad c. 12. Porro, ambone fuerint M. Fabii Ambusti filii, nihil asseveravero: de Rutiliano autem nulli dubium. *Glar.* Ex Capit. tabulis apparet, *Rullianum*, non *Rutilianum*, esse legendum. Mendose etiam apud Valerium II. 2. (aliis VII. ex. 8.) At apud Plinium VII. 21. recte Q. *Fabius Rullianus*. Livius eundem post XXIV. 9. *Rullium* nominat. Plutarchus in Pompeio p. 625. Ῥοῦλλον, in Fabio p. 174. Ῥυλλίωνα appellat, ut puto, vitiose. *Sigon. Rullianus* etiam Fasti Cæsarei, quos Norisius et Eccardus ediderunt; *Rullus* Fasti Idatiani, et Livius XXX. 26. ubi hoc præterierunt interpretes. Ῥοῦλλος Zonaras lib. VIII. princ. et Fasti Græci. Quod in Plutarchi Fabio in princ. est ἀπὸ Ῥυλλίου, Xylander ex eodem in Pompeio emendat Ῥούλλου, et suspicatur ex *Rutilius* contractum esse *Rullus*. Mihi *Rullus* et Ῥοῦλλος e compendio scripturæ videntur orta, pro *Rullianus* et Ῥουλλιανὸς, eo quod in Plutarchi Fabio quidam scripti habent Ῥουλλιανοῦ. In Frontino, Valerio Max. et Aurelio Vict. est *Julius*, *Rutilius*, et *Rutilianus*. Vide Oudendorpium ad Frontin. II. 4. ex. 2. Sed probanda est sententia Sigonii, Pighii, et aliorum. *Dub.* Magistri equitum prænomen *Quintus*, sive Q. omittunt Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. omnesque Mearsii Oxonienses, quod facile absorberi potuit a voce præcedenti. Vide Gronov. ad XXII. 27. § 7. et quæ notantur ad XXIV. 11. § 2. et XXXIX. 33. § 1. Recte etiam Sigonius *Rullianus*, licet codd. fere omnes corrupti *Rutilianus*, *Rutulianus*, vel *Rutilanus* præferant. Vide viros doctos ad Valer. Max. II. 7. ex. 8. et ad III. 2. ex. 9. De Fabii cognomine *Maximus*, quod non recte addi Glareanus monuit, sed commode per prolepsin hic accipi potest, vide ad c. 18. § 4. Vocula *est* non exstat hoc loco in Leid. 2.

§ 10 *Prope ad ultimum dimicationis ventum est*] *Prope ad dimicationem* Lov. 4. Male. Supra II. 66. 'Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam.' Eodem sensu 'ultimum cer-

Digitized by Google

tamen,' 'ultima dimicatio.' Supra VII. 37. 'Certamine ultimo fortunam experiri statuit:' ubi vide quæ notantur.

§ 11 *Multiplex bellum, nec usquam vario eventu gestum est*] *Nec umquam* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. in margine. Alibi sæpe ita variant membranæ. Vide ad XXXIX. 31. § 5. Similiter etiam *nusquam* et *numquam* commutari solent. Vide ad XXXVI. 17. § 10. Hic vero optimorum codd. in vulgatam scripturam consensus, eam veriorem esse, testatur. *Multiplex, nec usquam bellum vario eventu* Leid. 1.

In aciem invitos extraxit] *In acie* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Sed prima syllaba vocis seq. ultimam literam vocis præced. intercepit. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Præterea *invictos* Flor. Sed sollemnis est aberratio scribarum, ut voces 'invitus' et 'invictus' in Mss. commutent. Vide ad X. 36. § 3. *Invitos in aciem traxit* præfert Lov. 4. Male. 'Extrahere in aciem,' nempe ex castris vel urbibus suis, quibus antea latitantes in æquum prodire nolebant. Infra XXVI. 13. 'Circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse.' Hujus generis alia vide ad III. 4. § 5. Paullo ante *et* ante vocem *populando* deerat in fragm. Hav.

§ 12 *Et ita prælio uno accidit Vestinorum res*] Prima vocula deest in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *abscidit* Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lov. 1. *occidit* Voss. 2. et Lov. 3. *excidit* Hearnii Oxon. N. *cecidit* Lov. 4. Similiter fere in hac voce lapsi erant librarii VI. 5. § 2. ubi monui, de locutione 'accisæ res' videnda esse quæ notantur ad III. 10. § 8.

Haudquaquam tamen incruento milite suo] *Haudquamquam* Harl. 1. ac Lov. 1. et 3. Vide h. cap. ad § 3. Deinde *tã* sive *tam*, pro *tamen*, Leid. 2. Vide ad XXII. 59. § 13. Tum Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tantum* Harl. 2. Vide ad III. 46. § 1. Sed *tamen* deficit in edd. Rom. 1472. et Parm. Insuper *ingruente milite suo* Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *moriente milite suo* Harl. 2. *incruento milite suo* Ro. Hav. Mox *non castra solum refugerent*, pro *non in castra*, Leid. 2.

Sed jam ne vallo quidem ac fossis freti] *Sed etiam* Voss. 2. et Lov. 3. Tò *sed* inperite per *t* scriptum fuit *set*. Ex ejus autem ultimis literis male repetitæ sunt priores in sequenti *etiam*; quemadmodum contra *et* intercipi etiam solet a præcedenti *sed*, vel *set*. Vide ad II. 30. § 6. licet tamen et alibi *jam* et *etiam* inter se commutentur, ubi eadem erroris ratio reddi nequit. Vide ad V. 7. § 2. Deinde mox *descensuri*, pro *defensuri*, Harl. 2. Vide ad XXXIX. 24. § 9.

§ 13 *Postremo oppida quoque vi obpugnare adortus*] *Postremo quoque oppida* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *expugnare* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Flor. Harl. 2. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. omnes præter illas, quas Sigon. et Jac. Gronov. curarunt. Ea verba alibi sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXI. 57. § 6. hic tamen *expugnare*, optimorum codd. auctoritate defensum, satis fero, quod propterea etiam revocavi. Denique *adorsus* Hav. sollemni scribarum varietate. Vide Pierium ad Maron. Æn. VI. 397. et Nic. Heins. ad Nason. Trist. II. 92. atque ad lib. II. ex Pont. Ep. II. 16. Similiter variant etiam codd. apud Curtium III. 1. 'Arcem vero obpugnare adortus, caduceatorem præmisit.' IX. 4. 'Alteram deinde urbem expugnare adortus, multos Macedonum amisit.' Notat autem Donat. ad Ter. Ad. III. 3. 50. 'Adgredimur de longinquo; Adorimur de insidiis et ex proximo. Nam adoriri est quasi ad aliquem oriri, id est, exsurgere.'

Digitized by Google

Cutinam tingenti ardore militum aut vulnerum ira] *Cathenam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Port. *Catenam* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. ac C. *Cutenam* Harl. 1. Dubitat autem Cluverius Ital. Antiq. II. 12. p. 752. an non *Aufinam* legendum sit. Deinde *militum ardore* Lov. 3. Tum *ac vulnerum ira* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. *haud ac vulnerum ira* Harl. 2. Mox *excesserit* Port. a m. pr. *excessit* a m. soc.

Deinde Cingilium] *Cingulam* Harl. 2. *Cingillium* Leid. 2. et Lov. 1. *Cingilam* Haverk. *Catigilium* Lov. 3. Oppidi hujus nomen alibi non obcurrere, testis est Cluverius loc. laud. ideoque dubium esse, an satis sit integrum ac sine menda.

§ 14 *Quod eos neque portæ, neque muri hostium arcuerant*] *Arcuissent* Lov. 2. *arguerent* Klockian. *arguerunt* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav. Vide ad VI. 25. § 6. *Neque portis neque muris hostium arguerunt* Gaertn. Insuper *nec muri hostium* Flor. et Harl. 1. Vide ad IX. 9. § 14.

CAP. XXX. § 1 *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est*] Pall. tres *gestum esset*. Gebh. Ita et Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Deinde *rei initium* Lov. 4. Harl. 2. Gaertn. et Hav. Tum *in belli cūctū* Gaertn. cujus erroris similitudo literarum *c* et *e* in scriptura Longobardica caussa et origo exstitit. Vide ad XXXIX. 35. § 8.

In rabiem atque iras imperatorum vertitur] Hic quoque, sicut sæpe alias, sen scriba, seu castigator *vertit* depravavit in *vertitur*. Gelen. *Vertit* servant omnes, quibus usus sum, codd. Alibi sæpe Livium ita loqui solitum fuisse, vidimus ad II. 62. § 2. Præterea *in rabiem atque in iras* Gaertn. quod Livio familiare est. Vide ad VI. 28. § 6. Huic tamen uni codici fidem habere, ejusque auctoritate vulgatum mutare, temerarium videtur. *In rabiem atque iram* Port. Hav. et fragm. Hav. Notant quidem viri docti ad Virg. Æn. I. 11. *iras* plurali numero signanter dici, cum sermo est de Diis; similiter tamen etiam usurpatur de hominibus. Infra XXIX. 22. 'Jam senescente invidia molliebantur iræ.' Ita enim Gronov. contra Rhenanum, qui *molliebatur ira* substituerat, ex Mss. legendum docuit. Vide quæ ibi notantur.

§ 2 *Quum ad auspicium petendum Romam proficisceretur*] Pro *petendum*, *repetendum* legi debet. *Gelen.* Andreæ ed. *ad auspicium petendum*. Sed male. Infra paullo c. 32. 'Itemque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi, turbatis religionibus, respublica in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem?' Pejus Pal. 2. *ad auspicium capiendum*. Gebh. Idem habet Valer. Max. III. 2. ex. 9. ubi eandem narrat historiam, et II. 2. (aliis 7. ex. 4.) de Cotta. Servius Fuldensis in Æn. II. 178. docte hunc morem enarrat: 'Sed hoc,' inquit, 'servatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum est, propter vicinitatem. Postquam vero imperium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, in quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret.' 'Repetere auspicia' dixit Livius IX. 39. et X. 3. Cicero post reditum ad Quir. *H. Valesius.* Livius fere aliter loquitur, quam Servius loc. laud. nam duces bellorum 'auspicia repetere' dicit hoc lib. c. 32. aliisque locis, ut et his, quæ hic habet Valesius, nec non Valer. Max. apud eumdem: interreges autem 'renovare auspicia' V. 21. VI.

Digitized by Google

5. adde VIII. 17. et, quantum nunc memini, semel 'repetere' v. 17. Inter hæc multum interfuisse, ex ipso Livio cognosci potest, quod nunc pluribus exsequi non lubet. *Duk.* Supra vidimus ad v. 52. § 9. 'renovare' et 'repetere auspicia' interdum eodem sensu usurpari. Plerumque tamen 'renovantur auspicia' a novis magistratibus; 'repetuntur' ab iisdem magistratibus. Locutio hæc etiam obcurrit XXIII. 19. 'Dictatore auspiciorum repetendorum caussa profecto Romam.' et cap. 36. 'Occupatus primo auspiciis repetendis, deinde prodigiis.' Ceterum *ad hospitium repetendum* Leid. 1. Vide ad XXI. 2. § 5. *Ad auspicium capiendum* Port. et Hav. quod in Pal. 2. inventum recte Gebhardo displicuit. Tum *proficiscerentur* Port. a m. pr. et Hav. Paullo ante *munitus*, pro *monitus*, Flor. *moratus* Lov. 4. a m. pr.

Denunciavit, ut esse loco teneret, neu absente se] *Renunciavit* Klockian. Vide ad XXII. 49. § 3. *Denunciaverit* Gaertn. Vide ad Liv. XL. 14. § 10. Deinde *sepe loco teneret* Lov. 1. a m. pr. *loco esse teneret* Port. et Hav. Tum *neve se absente* idem Hav. et Port.

§ 2. *Omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset*] *Omnia soluta apud hostes esse*, reliquis omissis, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Error inde natus videtur, quod librarii illi inciderint in codd. præferentes *apud hostes esse, ac si nemo, &c.* (quomodo reperi in Lov. 2. et Harl. utroque) et *esse* atque *esset* vicinis locis repetita fraudi illis exstiterint. Illud *esse* alio loco interserit Gaertn. qui legit *omnia soluta esse apud hostes, ac si nemo, &c.*

§ 4. *Exercitu instructo paratoque profectus ad Imbrinium*] Harmol. Barbarus in III. 12. Plinii meminit hujus loci, idque etiam 'Simprivium' dictum scribit. Unde Tacitus Ann. XIV. 22. 'ad stagna Simprivina.' Et Silius VIII. 370. 'gelidoque riganter Simprivio.' Et iterum Tacit. Ann. XI. 18. 'Fontes sub Imbrivinis collibus deductos urbi intulit.' *Sigon.* Manci sunt hoc loco Pal. duo meliores. At Pal. 2. *ad Umbrium*. Hermolaus Barbarus *ad Imbricium* legendum esse existimavit; quo videtur acquiescere Sigonius. Camp. edidit *ac Imbrium*. Gebh. *Imbrinium* Flor. *Umbrinium* Lov. 1. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *Umbrinum* Leid. 2. *Umbrium* Harl. 2. et Port. *urbium* Hav. *Cimbrinium* Oxon. Hearnii B. et N. in cujus posteriori margine, ut et in C. se *Imbricium* reperisse testatus est: quomodo Lipsius etiam ad Taciti Ann. XI. 13. in melioribus Livii codd. hoc loco legi, testatur; in quo forte Hermol. Barbarum secutus est. Post ea Abrah. Ortelius in Thes. Geogr. h. voce monuit, Livii 'Imbrinium' a Taciti ac Silii 'Simbruino' longe diversum esse. Et quidem Cluver. Ital. Antiq. l. II. c. 10. p. 714. docuit, 'Imbrinium' esse in Samnio; 'colles autem 'Simbruinos' in Latio ad Anienem. Eodem loco promiserat quidem, se de 'Imbrinio' inferius in Samnio acturum, sed tamen id non præstitit. Neque Cellar. etiam in Geogr. Antiq. ullam 'Imbrinii' mentionem fecit. Quod autem Gebhardus duos meliores Pall. hic manos dicat, ita intelligendum videtur, in iis non legi voces *profectus ad Imbrinium*, quæ etiam desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Solam vocem *profectus* negligunt Harl. 2. Port. et Hav. quemadmodum præpositionem *ad* Gaertn. Præterea *exercitu instructo parato profectus*, sine vocula connectente *que*, legit fragm. Hav. *exercitu instructo ac parato* Lov. 4. In nupera autem Clerici ed. vocabula *exercitu instructo paratoque* minore distinctione a sequenti *profectus* separantur, quasi absolute accipienda forent. Sed rectius in aliis, sublata interpunctione, ei junguntur.

Digitized by Google

Livius enim sæpissime 'proficisci exercitu,' pro 'eum exercitu,' dicere amavit. Vide ad XXII. 9. § 5. Mox in verbis seqq. *ita vacant locum*, pro *vocant*, Leid. 1. Vide ad V. 8. § 2. *Ita vacante locum* Lov. 4. *in vacuum locum* Lov. 2. Supra vero *adulescens* scribebatur in Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Ex omnibus autem vocibus *seu ferox adolescens, &c. reposita esse* in Gaertn. sola exstat dictio *reposita*: reliquæ culpa librarii deficiunt.

§ 5 *Ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum sit*] *Ea fortuna pugna fuit* Lov. 3. Tum *ut nihil pugnæ relictum sit* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *pugnæ* menti librariorum hæc scribentium ex verbis præcedentibus male adhuc obversabatur. Tò *sit* non adparet in Voss. 2. et Lov. 3.

Quo, si adfuisset dictator, res melius geri potuerit] *Quod si adfuisset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et ed. Parm. sed frequenter hæ voces a librariis commutantur. Vide ad XXXVI. 33. § 3. *Quod si adfuisset dictator* Harl. 2. Tum vox *res* exsulat a Port. et Hav. Denique, interposita perperam negatione, *geri non potuerit* Leid. 2. Mox alio ordine *non duci miles* vetustiores typis descripti, invitis codd.

§ 6 *Auctore L. Cominio tribuno militum*] Prænomen omisit Hav. vocem *militum* antiquiores excusi, quam primus exhibent Parm. tum Aldina, et inde fere reliquæ. Paullo ante *Et eques etiam* est in Lov. 1.

Perrumpere non poterat hostium agmen, detraxit frenos equis] *Prorumpere* Port. Vide ad l. IV. c. 39. § 4. Tum *hostium agrã* Lov. 3. Hinc *extraxit* fragm. Hav. Supra IV. 33. 'Frenos ut detrahant equis, imperat.' Vox *equis* deerat in Flor. a m. pr. ac postea demum adscripta fuit. Mox *comitatos*, pro *concitatos*, Leid. 2. Vide ad c. 27. § 9. Tum *late* non adparet in Lov. 4.

§ 7 *Viginti millia hostium cæsa eo die tradunt. Auctores habeo, bis cum hoste signa conlata, &c.*] Aliter hæc distincta videas atque concepta in Pall. duobus, hoc nimirum modo: *Viginti millia hostium cæsa eo die tradunt auctores, ab eo bis cum hoste signa collata, dictatore absente, bis rem egregie gestam.* Gebh. Eandem lectionem servant etiam Voss. 2. Lov. 3. et Hav. 2. Attamen a vulgato non recedendum arbitror. *Tradunt* primo datum est, pro *traduntur*, sollemni scribarum errore. Vide ad X. 10. § 2. Deinde, pro *habeo*, primo scriptum est, omissa adspiratione, *abeo*. Vide ad XXII. 59. § 19. ex *abeo* postea factum sunt duæ voces *ab eo*, ut sensui consuleretur. Mox vocabulum *rem* omittitur in Hav.

§ 8 *Multis petitus spoliis*] *Petitus* Flor. Eodem errore Valeriorum cognomen *Potitus* quum in eodem Flor. tum in aliis codd. in *Petitus* corrumpitur. Vide ad IV. 49. § 7. c. 53. § 1. c. 58. § 6. et alibi. *Multis potitis spoliis* fragm. Hav. *Potitus* interdum passive usurpari, Voss. docuit Gramm. v. 6. Hic tamen nihil mutandum esse, reliqui codd. vulgatum defendentes docent.

Congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit] Pall. duo legunt *cremavit*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. et Lov. 3. Non sequor. Supra III. 33. 'Vivosque igni concrematuros minabantur:' ubi plura vide. Præterea *conjecta in ingentem acervum* fragm. Hav. quomodo alibi etiam librarios variasse, vidimus ad l. III. c. 38. § 7. *Congesta ingentem acervum* Flor. omissa præpositione, quam elisit vocis seq. syllaba initialis. Vide ad l. V. c. 47. § 1. Deinde *subito igne* Gaertn. Ovid. Fast. IV. 856. 'Ultima plorato subdita flamma rogo.' Metaphorice paullo inferius c. 32. 'Irritatis militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni.'

§ 9 *Seu votum id Deorum cuipiam fuit*] *Eorum cuipiam* Flor. quomodo etiam codd. variant X. 6. § 10. Sed

Digitized by Google

primam literam vocis *Deorum* intercepit ultima præcedentis, ut innumeris locis factum in Mss. Vide ad II. 44. § 6. quamvis ceteroquin, etiam ubi ea ratio dari nequit, similiter erraverint librarii. Vide ad XXIX. 11. § 6. Contrario errore *Deos*, pro *eos*, datum erat in uno cod. l. X. c. 40. § 4.

Seu credere libet Fabio auctore factum] Vet. lib. *seu, si credere libet, Fabio, &c.* Sigon. Crepat hic suum veterem cod. Sigonius, ex quo producit *seu, si credere libet, Fabio:* quod nullibi reperi. Pall. 1. ac 3. et Andream ed. *seu credere libet Fabio auctori, eo factum.* Pal. 2. autem *seu (credere libet) Fabio auctore eo factum.* Denique Camp. *seu, ut credere libet Fabio auctori, eo factum.* Quæ sit vera lectio, ingeniosus lector facile ipse decernet. *Gebh.* Sigonius ex suo *seu, si credere libet.* Ignorant nostri, et nullius pretii est. Gravius hic ulcus curandum. Mss. et primæ edd. *seu credere libet Fabio auctori, eo factum:* id est, vel scriptori, vel censenti aut edenti. Nec Fabius intelligitur equitum magister, sed Pictor, scriptor antiquus rerum Romanarum, sæpe Nostro memoratus. Lib. I. c. 55. 'Eo magis Fabio, præterquam quod antiquior est, crediderim, quadringenta ea sola talenta fuisse.' Idem, ne quid dissimulem, notaverat ex Fulvii codice Claudius Puteanus. *J. F. Gron. Seu credere libet Fabio auctori, eo factum* non tantum præferunt omnes mei et Oxonienses Hearnii, verum etiam quidquid est librorum typis descriptorum usque ad Froben. qui a. 1531. subposuit *seu credere libet Fabio auctore factum*, Sigonii notis præscriptum, quod servant omnes ad Gronovium usque edd. excepto Sigonio, qui in contextum recepit *seu credere libet, Fabio auctore eo factum*, quamvis aliud in scholiis ipsi placeat. Veriorem esse lectionem, quam Gronovius reduxit, nullus dubito. Cum eodem etiam *Fabio auctori* exponendum puto 'Fabio scriptori,' vel 'Fabio narranti.' Ita 'auctor' pro eo qui aliquid narrat, est X. 26. 'Delotum quoque ibi legionem, quidam auctores sunt:' hoc lib. c. 18. 'Illud pervelim (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse.' Ovid. Ep. Her. XIV. 119. 'Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus Auctor?' Vide etiam Gronov. ad Liv. XXI. 38. Utrum vero 'auctor' pro scriptore Latine dicatur, dubitat Harduin. ad Plinii Præfat. p. 3. ed. ult. idem negabat Manut. ad Cic. ad Fam. I. 1. Contra id vindicarunt Voss. de Vitiis Serm. VIII. in voce 'auctor,' et Vorst. de Latin. mer. Susp. c. 25. quorum etiam sententia verior esse videtur. Ita VI. 12. 'Quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit.' Et eodem cap. 'Ingens certe (quod inter omnes auctores convenit) Volscorum exercitus fuit.' c. 20. 'Quæ pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio.' Præterea *eo* hic est pro 'ideo.' Vide ad v. 16. § 3. Ceterum *credere Fabio libet auctori, eo factum* Lov. 4.

Nomenque ibi scriberet] Freinsh. ad Flor. III. 2. § 6. de tropæo intelligendum putat, cui victorem nomen suum inscribere moris erat. At Dukerus ad eumdem locum docet, Livium accipiendum esse de spoliis post triumphum in templis Deorum cum sollemni inscriptione fixis. Ceterum *sibi scriberet* Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad I. 55. § 5.

Aut spolia in triumphum ferret] Vet. lib. *in triumpho.* Sigon. *In triumpho* non tantum omnes scripti, sed etiam quotquot vidi edd. ut nesciam, quid Sigonio occasionem huic scholio dedisse potuerit. Nisi forte *in triumpho* scholio præscribi debuerit, et deinde indicare voluerit se in vet. lib. *in triumphum* invenisse; quæ lectio commode hoc sensu accipi posset: *ferret*,

Digitized by Google

id est, acciperet, *spolia in triumphum*, id est, in tempus triumphi; ut *in* ponatur eo sensu, quo inlustravit Gronov. XXXIV. 6. § 6. Sed scriptos sequi præstat. Præterea *aut ne spolia* Port. in marg. a m. sec. At reliqui illud *ne* ignorant.

§ 10 *Literæ quoque de re prospere gesta*] *De ea re* Lov. 2. Tum *bene gesta* Lov. 4.

Argumentum fuere minime cum eo communicantis laudem] Pall. tres et Camp. recensio *communicantis laudes*. Gebhard. *Argumentum minime fuere* Klockian. Deinde *cum eo communicandas laudem* Voss. 1. *cum eo communicandas laudes* Leid. 2. Lov. 1. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *cum eo communicatas laudes* Harl. 2. *cum eo communicantis laudes* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 1. Port. et Hav. quomodo etiam Hearnius in suis L. 2. et B. se invenisse testatus est. Eos sequi æquum visum. Mox *lectis*, pro *lætis*, Klockian. Vide ad X. 21. § 6.

§ 11 *Missoque repente senatu*] Legi debet *Misso itaque repente senatu*. Gelen. Non aliter legunt omnes, quibus usus sum, codd. Alibi ita variant librarii. Vide ad XXI. 53. § 7.

Se ex curia proripuit] *Sese repente ex curia* Voss. 2. et Lov. 3. Sed illud *repente* modo præcessit. *Proripuerit* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. *Prorupit* Port. et Hav. quomodo etiam Gebhardus se in Pal. 2. reperisse testatus est c. 6. § 2. Sed vide quæ ibi notavi. Idem enim et huic loco convenit.

Tum vero non Samnitium magis legiones] *Cum vero non Samn. magis* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *cum vero non in Samn. magis* Gaertn. *cum vero in Samn. magis* Lov. 3. 4. et fragm. Hav. *cum magis in Samn.* Voss. 2. *cum non Samn. magis* Lov. 1. *tum non Samn. magis* Leid. 2. *tum non vi Samn. magis* Lov. 2. *enimvero non Samn.* Harl. 2. Port. et Hav. Illi tamen *enimvero* hic locus non esse videtur.

A magistro equitum victam et aversam dictitans] *Ab magistro* Port. Gaertn. et Hav. Tum *et versam* Port. et Hav. Denique *dicitans* Leid. 2. et Lov. 1. Vide cap. seq. § 3. Mox alio ordine *si illi imperium spretum impune fuisset* Port.

§ 12 *Plenus minarum iraque profectus in castra*] *Plenius* Voss. 1. et Lov. 1. Tum *minarum iraque profectus* Voss. 2. et fragm. Hav. *minarum neque profectus* Gaertn. *minarum ire profectus* Hav. Mox *iisset* Gaertn. Vide ad XXVIII. 38. § 3. Deinde trajectis vocibus *famam sui adventus* Lov. 4.

§ 13 *Præcurrerant enim ab urbe*] E Pall. duobus lege *præcucurrerunt*. Gebh. Ita et legunt Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Infra XL. 7. 'Præcucurrit index ad Persea.' Ubi vide quæ notantur; sed in primis quæ dicta sunt ad I. 12. § 8. Eamdem hanc lectionem J. F. Gronovius jam in contextum recepit. *Præcurrerunt* est in Klockian. *prævenerunt* in Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Præterea *ad urbem* perperam est in Voss. 2. et Lov. 3.

Alternis pene verbis T. Manlii facta laudantem] Vet. lib. *factum*. Probo. Severitatem enim in ejus filium, qui injussu imperatoris pugnaverat, intelligit. *Sigon. Factum* etiam omnes mei. Præterea *alterius* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. et Hav. Vide ad IV. 53. § 11. *Pene* exsulat a Leid. 2. et Lov. 3.

CAP. XXXI. § 1 *Concione extemplo advocata, obtestatus milites est*] *Extemplo concione advocata* fragm. Hav. et edd. ante Frobenianam 1535. *concione advocata, extemplo* Lov. 4. Deinde τὸ *est* non comparet in fragm. Hav. Deest etiam in Hearnii Oxon. L. 1. Sed is insuper præfert *obtestatur*. Mox *ab infestissimis hostium* Gaertn. *ab infestissimis hostium armis* Lov. 4.

Digitized by Google

Cujus ductu auspicioque vicissent] Magistri equitum non suis, sed semper alienis, hoc est, dictatorum suorum auspiciis pugnarunt. Qua etiam de causa nulli unquam reperiuntur magistri equitum vel soli vel cum dictatoribus triumphasse, quamvis consul et prætor ex eodem prœlio in festis triumphalibus triumphum egisse legantur; quoniam uterque ille magistratus suis auspiciis ad bellum gerendum proficiscebatur: magister equitum vero dictatoris auspiciis et imperio suberat. Hic tamen Fabius magister equitum sibi vindicat, ut et mox pater ejus apud populum, ad quem a dictatore erat provocatum, intercedens c. 33. 'Quo id animo exercitum, qui ejus ductu auspiciisque vicisset, laturum?' Verum in ejusmodi orationibus minus accurate loqui scriptores, et plerumque dignitatem illustrium virorum amplioribus et honestioribus vocabulis plus justo extollere atque augere, nemo est qui ignoret. *J. Perizon.* Animadv. Histor. c. 7. p. 262. Mox *ab impotente crudelitate* est in Port. et Hav.

§ 2 *Venire amentem invidiæ, iratum virtuti alienæ felicitatique*] *Amentem, invidum, iratum justitiæ alienæ* Lov. 4. *amentem, invidiæque iratum virtuti alienæ* Lov. 2. et Hav.

Furere, quod se absente respublica egregie gesta esset] Vet. lib. *res egregie*, ut ante II. 64. Sic paullo post c. 32. 'Ad rem gerendam.' *Sigon.* Quidquid pertendat Sigonius, oggerunt constanter Pall. tres vetustissimæque edd. *respublica egregie gesta.* Mox hoc cap. 'Republica bene gesta.' *Gebh.* Hic perperam auscultatum Sigonio, qui mutavit omnium scriptorum et vett. editorum *quod se absente republica egregie gesta esset.* Sæpe ita loquuntur optimi quique de illis, qui quamcunque partem ad summam rerum pertinentem administrant. Sallustius Jugurth. c. 100. 'Nisi tamen republica pariter ac sæviesimo imperio bene ac decore gesta.' Cæsar ad milites Civil. I. 7. 'Hortatur, cujus imperatoris ductu novem annis rempublicam gessissent.' Noster III. 19. 'Tum hercle illo die, quo ego consul creatus sum, male gesta respublica est.' Possem dare exempla innumera, ex his et Cicerone, Seneca, Tacito, quo non? Neque aliter legendum II. 64. 'Et in Volscis respublica egregie gesta, tum ducis tum militis opera:' sic meliores etiam scriptl: ubi adest item cum fere Sigonius. Et XXVIII. 9. 'Ut quemadmodum uno animo rempublicam gessissent, ita quamquam ex diversis regionibus convenirent:' sic enim Mss. non tantum *rem gessissent.* Cur autem reliquit statim infra Sigonius? 'devictis hostibus, republica bene gesta.' *J. F. Gron.* Sigonio ex meis tantum consentiunt Leid. 2. Lov. 1. et Port. ex Hearnii vero Oxoniensibus solus B. Quare recte Gronovium vulgatam lectionem adversus vet. ejus lib. defendisse conseo. Voces enim *res* et *resp.* id est *respublica*, sæpe in Mss. commutari solent. Vide ad III. 12. § 4. IV. 43. § 7. c. 60. § 2. V. 12. § 13. hoc lib. c. 8. § 2. XXXIII. 45. § 4. 'Gerere' autem vel 'administrare rempublicam' etiam de duce bellum gerente dici, vidimus ad II. 64. § 5. Ceterum *finire* pro *furere* Gaertn. a m. pr. *fuere* Hav. et ed. Parm. Vide ad IV. 44. § 3. et mox hoc cap. ad § 4. Deinde *gesta egregie esset* alio ordine edd. ante Frobenianam 1535.

Si mutare fortunam posset, apud Samnites, quam Romanos, victoriam esse] *Fortunam mutare* trajectis dictionibus Lov. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. Tum *possit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *apud Samnites, quam apud Romanos* Lov. 4. Vide ad VI. 28. § 6. Verum uni huic codici plus fidei habere, quam reliquis omnibus, audacius puto. Denique *victores esse* edd.

Digitized by Google

Rom. 1472. et Parm. *Victoria esset* Leid. 1. et Harl. 1.

§ 3 *Imperium dictitare spretum*] Præter Campani ed. omnes libri desciscunt a vera hac lectione. Quippe Pall. 1. ac 3. *Dolere imperium dictaturæ spretum.* Pal. 2. autem editioque Andreæ *Imperium dictaturæ spretum.* Gebh. *Imperium dictaturæ spretum* Lov. 2. et Harl. 2. cum quibusdam ex edd. vett. Et ita erat etiam in Port. a m. pr. pro quo in margine postea emendatum est *Imperium dictaturæ spretum dolere.* Sed *Dolere imperium dictaturæ spretum* Lov. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Gronov. quum similem lectionem ex duobus codd. Pall. priori ed. notarum protraxisset, eam considerandam putavit: quod recte iteratis curis omisit. *Imperium dictitare spretum* Leid. 2. 'Dictitare' Livio frequens est. Supra cap. præc. 'Disciplinam militarem a magistro equitum victam et eversam dictitans:' ubi etiam *dicitans* duo codd. III. 29. 'Sæpius Quinctius dictitabat, se consulem comitia non habiturum:' ubi alia vide. VI. 28. 'Elevando ætate auctoritatem collegæ, juvenibus bella data dictitans.' Mox *quam pugnatum*, pro *quæ*, Port. et Hav. Vide ad VI. 35. § 9.

Cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus, ne se absente] *Cupidissimosque* Flor. et Harl. 1. Sed ad vocem *cupidissimis* ex præcedenti intelligendum videtur *pugnandi.* Tum *militibus fuisse* Gaertn. *fuisse militibus fuisse* Lov. 3. Tò *se* autem abest ab Hav. *nec se absente* habet Harl. 2.

§ 4 *Et nunc id furere, id ægre pati*] Pulcherrimam lectionem inquinat Pal. 2. *et nunc id ægre ferre, id ægre pati.* Paullo superius: 'Venire amentem invidia, iratum virtuti alienæ felicitatique, furere.' *Gebh.* Eadem lectio, quam recte rejicit Gebhard. mihi quoque obvia fuit in Harl. 2. Port. et Hav. Cic. ad Fam. VIII. 14. 'Nunc furit, tam gravisos homines suum dolorem, unumque me studiosiorem Antonii.' *Id fuere* est in Gaertn. Vide modo ad § 2. idem cod. etiam præfert *id patri ægre.*

Non inermes, non manci milites fuerint] *Non mancipi milites fuerint* Harl. 1. Male. 'Mancus' est sine manu. Ita Mucium, qui manum foculo injectam adussit, 'mancum' vocat Senec. Ep. 67. 'Confecit bellum inermis ac mancus, et illa manu trunca reges duos vicit:' ubi *inermis ac mancus*, quemadmodum etiam hoc loco, junguntur. 'Sine armis sine manibus' id exprimit eodem sensu Livius VII. 13. 'Exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse: et de nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares esse.'

Quod ea Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris] Iterum fœdant genuinam lectionem Mss. quippe duo *accensis*, Pal. 2. *assensu.* Omittunt autem omnes prænomen Quintus. Gebh. Prænomen Fabii deest in omnibus meis, nisi quod forte superfuerit in solo Flor. ex quo nihil variantis scripturæ notatur; et quod vestigia ejus maneant in Klockian. qui prænominis loco obfert vocalem *que.* Solent autem prænomen hoc et particula illa in Mss. commutari. Vide ad XXII. 31. § 7. Insuper *Fabius magister equitum duxerit* Harl. 2. Gaertn. et Hav. *Fabium magistrum equitum dixerit* ed. Mediol. 1506. *dixerit* etiam Lov. 2. et fragm. Hav. millies in Mss. obvio errore. Vide ad Liv. XXXVIII. 43. § 1. Denique *ac non ab sensu dictatoris* Leid. 2. *ac non assensu dictatoris* Voss. 1. Lov. 1. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et ita erat in Voss. 2. a m. sec. quum *ac non accensis assensu dictatoris* a m. pr. fuisset: *ac non accessum dictatoris* Lov. 2. *ac non acensis dictatoris* Lov. 3. *ac non accensus dictatoris* Flor. Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. et Klockian. Sed, quæ vulgo exstat,

Digitized by Google

genuinam lectionem esse, recte Gebhardo visum est.

§ 5 *Quod belli casus ferunt, Marsque communis, adversa pugna evenisset*] *Quæ belli casus ferunt* Lov. 2. *quod belli casu ferunt* Gaertn. sed *casus* et *causa*, id enim compendio illo indicari videtur, etiam alibi perperam commutantur. Vide ad XXXVII. 17. § 7. *Quod belli casus fert* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. *quod belli casus fertur* Voss. 2. et Harl. 1. Hinc *adversa pugnæ venisset*, indocte divisis literis, Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *adversa pugna venissent* Lov. 2. Mox *re bene gesta* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. Male. Vide hoc cap. ad § 2.

Supplicium magistro equitum et tunc victori minetur] Absunt ab tribus Pall. atque etiam ed. Camp. *et tunc victori*. Gebh. Verba *et tunc victori* a tribus Pall. Thuan. utroque Voss. Fulviano et Cujaciano codd. absunt: et sane superflua esse revincunt antecedentia. Quare cancellare ea pudori non habui. *J. F. Gron.* Quæ codd. auctoritate Gronovius delevit, absunt etiam a meis omnibus, ut et Hearnii Oxoniensibus: quæ propterea etiam recte expuncta esse arbitror. In primis vero edd. ex verbis quæ § 7. sequuntur, huc inlata videntur: ut autem ita sentiam, efficiunt codd. Flor. et Klockian. qui pluscula inde in hunc locum trajiciunt. In Flor. enim ita exhibetur: *supp. magistro eq. tunc victorem velut in capto exercitu infest. quamquam tribunis militum, &c.* in Klock. autem *supplicatio* (sed postea emendatum est *supplicio*) *magistro eq., tunc victorem velut in campo exercitu infestiorem quam tribunis militum, &c.* quorum posterior eo loco verba huc translata omisit; Flor. vero eadem quidem omittit, sed eorum loco hic omissa *minetur, neque illum magistrum equitum* ibi expressit. Præterea *minuetur* est in Harl. 2. Sed ea vox omittitur in Hav. qui in verbis præcedd. etiam omisit particulam *ita*. Insuper *ab ullo unico duce*, pro *ab illo*, est in Lov. 2. Vide ad XXV. 11. § 3.

§ 6 *Neque illum magistro equitum infestiorem, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus esse*] *Nec illum mag. eq. infest.* Port. et Hav. *Neque illum magistrum eq. infest.* Leid. 1. *Neque illum mag. infest.* Lov. 4. Deinde verba *quam tribunis militum* desunt in edd. ante Aldum. Contra duo sequentia in Voss. 2. tria ultima in Hearnii L. 1. Verum omnibus ita errantibus certissime fraudi fuit ter repetita vocula *quam*.

Si possit, in omnes sæviturum fuisse: quia id nequeat, in unum sævire] *Si possint* Leid. 1. *si posset* Lov. 2. Harl. 1. Gaertn. et editi Aldo priores. Forte caussa exstitit mutandi, quod mox sequatur *sæviturum fuisse*, cui *possit* minus convenire putabatur; quod et Jac. Perizon. permovisse videtur, ut *sæviturum esse* in margine Livii legendum conjecerit. Si *possit* et *sæviturum fuisse ἀσύνταρα* habenda sunt, ut statuisse videtur Voss. Gramm. v. 16. cum Matis malo *posset*. Ceterum sex postrema verba desunt in Leid. 2.

§ 7 *Etiam invidiam, tamquam ignem, summa petere*] Post voces *Etiam invidiam* in Leid. 1. hæc interponuntur, *Jussu dictatoris Papirii Q. Fabius per præconem citatur, et ante tribunal assistens respondere in verba interrogantis jubetur*. Similia paucis mutatis leguntur eodem loco inserta in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. quod glossema est marginale, ad caput sequens pertinens, unde perperam in contextum migravit, ut alibi non raro factum est. Vide ad VII. 40. § 4. Ut tamen glossa hæc interjecta aliquo modo cum præcedentibus ac sequentibus cohæreat, alii alia commenti sunt. Nam *Et jam invidiam esse dictatoris Papirii Q. Fabius* præferunt Lov. 2.

Digitized by Google

et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Et jam invidia ac jussu dictatoris Papirii* Q. *Fabius* Lov. 4. *Et jam in judicium dictatoris Papirii Q. Fabius* ejusdem Hearnii L. 1. Præterea, pro *tamquam ignem summa petere*, L. 1. *tum Fabius ignem suum ponere*. Neque dissentit C. nisi quod in eo desit *tum*. Mox *in duosmque incurrere* Harl. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *inducenti incurrere* Gaertn.

Simul cum gloria rei gestæ] *Simul gloria* Lov. 3. *simul* hoc modo construi, docuit Burmann. ad Val. Flacc. IV. 88. Verum respicienda sunt quæ notavi ad I. 31. § 3. Nam et huic loco conveniunt.

Extinxissent, tunc victorem, velut in capto exercitu dominantem] Quæ codd. Flor. et Klockian. lectio hoc loco fuerit, vide ad § 5. *Victorum* est in Leid. 1. et Lov. 3. pro quo *victorum* dedit Voss. 2. eodem errore quo *victus* et *vinctus* sæpe commutari solent. Vide ad XXX. 12. § 6. *Cunctorum* Lov. 4. *victore* Lov. 2. qui etiam *campo*, pro *capto*, præfert. Mox *licuerit magistro equitum*, omissa præpositione, quam intercepit proximæ vocis litera initialis. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Denique *hausurum*, pro *ausurum*, Hav. eodem modo quo *auxit* et *hausit* commutari solent. Vide quæ notavi ad Silii IX. 230. et varias lectiones Lucani X. 62.

§ 8 *Inclinaturum ad clementiorem sententiam animum*] Pall. duo *ad mitiorem sententiam*. Gebh. Ita et Voss. 2. in contextu, et Lov. 3. Gronov. etiam eamdem scripturam ex duobus Pall. in pr. edit. notarum protulit. Sed, quum reliqui vulgatum tueantur, lectionem illam ex interpretis glossa natam puto. *Inclinatum* habet Lov. 4. Præterea paullo ante *esse* deerat in Lovel. 2.

§ 9 *Postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere*] Pall. iidem *se vitamque fortunasque suas suæ fidei*. Gebh. Eadem scriptura obcurrit in Lov. 3. *vitamque* etiam in Lov. 4. Deinde *illorum fide virtutique* Leid. 1. et fragm. Hav. more antiquo. Vide ad V. 13. § 5. Insuper *committere* Harl. 2. Quod ex interpretis glossa iterum receptum videtur. *Permittere* enim hic pro 'committere' ponitur. Vide ad IV. 49. § 8. Terent. in Andr. I. 5. 61. 'Bona nostra hæc tibi permitto, et tuæ mando fidei:' ubi etiam alii codd. *committo*. Curtius VI. 7. 'Caput suum permisisset fidei adhuc inexpertæ.' IX. 9. 'Flumini ignoto caput suum totque fortissimorum virorum salutem permittere.' Quinctil. Declam. VIII. 5. 'Hic est ille moriturus, hic quem permiseras medico:' ubi paullo ante præcessit, 'quem tibi pariter medicoque commisi.' Ceterum omnia hæc verba exsulabant a Voss. 2. et Leid. 2.

CAP. XXXII. § 1 *Clamor e tota concione ortus*] Codd. iterum duo Pall. et Andreæ recensio *Clamor est totu c. o.* At Camp. nescio qua auctoritate, *Clamore tota concione orto, uti bonum animum haberet*. Gebh. Perperam junctis duabus vocibus *Clamore tota concione ortus* Port. a m. pr. in quo, ultimam literam *vo͞* *Clamore* delendam esse, adposito signo librarius indicavit. In similem autem cod. incidisse Camp. videtur, unde eam lectionem, quam in contextum recepit, ex conjectura formavit. *Clamorē tota contione ortus* Leid. 1. et Harl. 1. *Clamor tota concione ortus* Lov. 4. ut librarius in Port. emendarat. *Clamor est tota concione ortus* Flor. Lov. 2. 3. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Clamor in tota concione ortus* Voss. 2. Harl. 2. et fragm. Hav. Mox *salvis legibus Romanis*, pro *legionibus*, Hav. Eas voces nonnumquam in Mss. commutari, vidimus ad VI. 39. § 7. Paullo ante *neminem illum inde ablaturum* Lov. 2. ex nī, sive *vim*, factum est minima mutatione tī, sive *inde*. Vide ad V. 20. § 2. Hoc errore admisso, facile

Digitized by Google

fuit ex vulgata scriptura eam formare, quæ in hoc cod. exstat; præsertim quum *ablatus* et *adlatus* etiam sæpe in Mss. commutentur. Vide ad III. 42. § 6.

Classicoque extemplo ad concionem advocavit] Credo, imo persuasus sum, hanc esse legitimam Livii lectionem. Sed quare turbant Pal. 2. et Camp. ad.? *extemplo concionem advocavit*. Gebh. Similiter turbant etiam Lov. 2. 4. Port. et Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit. Vide ad XXVI. 48. § 13. Præterea *classi* ꝙq, pro *classicoque*, Leid. 1. Sed passim *c* et *qu* commutantur. Vide ad IX. 2. § 15. et mox h. cap. § 2.

§ 2 *Præco Q. Fabium magistrum equitum citavit*] Fabii prænomen Q. omittitur in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Sed insuper *per præconem Fabium magistrum eq. citavit* Harl. 2. fragm. Hav. et Hearnii L. 2.

Ex inferiore loco ad tribunal accessit] *Ex inferiori loco* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *ex infero loco* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *dictator inquit: quæro de te* Voss. 2. et Lov. 3. *dictator: Quæro de te, inquit* fragm. Hav. *dictator: Quæro, inquit, ex te* Lov. 2.

§ 3 *Pareantque ei consules, regia potestas*] Recte: quod pro rege duo consules creati sunt iisdem insignibus et eadem fere potestate; præterquam quod annua hæc, illa perpetua erat: II. 1. *Sigon. Pareatque ei consulum regia potestas* Port. a m. sec. *parentque* est in Klockian.

Prætores, iisdem auspiciis, quibus consules, creati] *Prætoresque* Lov. 2. et Harl. 2. cum edd. vett. usque ad Frobenium, qui a. 1535. copulam omisit. Deinde *quibus quos creati* Leid. 1. et Lov. 3. Sed hic iterum *qu* pro *c*, atque ita *quos* pro *cos*, id est *consules*, librarii dederunt. Vide hoc cap. § 1. Ex eo, quod sensu carebat, *quibus vos creati* factum est in Lov. 2. *quibus consules creati sunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. et Hav. *quibus consules creati sint* Gaertn.

Æquum censeas, nec ne, magistrum equitum dicto audientem esse] Mss. *obaudientem*. Lego *æquum censeas, magistrum equitum ejus dicto obaudientem esse?* Cyprian. Pamelii Epist. LXIII. 'Id nos obandire et facere opertet, quod Christus fecit.' *Klock. Mag. eq. audientem esse* Port. et Hav. *mag. eq. dictum obedientem esse* fragm. Hav. *mag. eq. dicto obedientem esse* Hearnii Oxon. C. Sed lectio illa ex interpretis expositione profluxit. Vide ad XXXVIII. 46. § 13. Klockii autem *obaudientem* Cypriano aliisque, ex quibus id viri docti laudarunt, non invideo, modo id invito Livio non obtrudatur. Insuper licet cum Mato *obaudientem* reciperetur, tamen ne sic quidem Klockii conjecturam probandam putarem. Ut enim 'dicto audiens alicui esse,' ita etiam hic *magistrum equitum ei dicto obaudientem esse* legendum foret. Vide ad XXIX. 20. § 11.

§ 4 *Utrum mihi turbatis religionibus respublica in discrimen committendat*] *Turbatis legionibus* Gaertn. Vide ad X. 40. § 11. *Religionibus turbatis* fragm. Hav. Tum *in discrimen permittendæ* Leid. 2. Verum 'committere in discrimen' dictum est, ut 'committere in casum ancipitis eventus.' Vide ad IV. 27. § 6. Paullo ante *Itemque inde interrogo* fragm. Hav. Deinde *a domo* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. fragm. Hav. et Gaertn. in quo posteriore deest etiam pronomen *me*.

Ne quid dubiis Diis agerem] Pal. 2. *ageretur*. Gebh. Ita et Hav. *Agerem*, id est *ageremur*, Port. *ne quid dubius agerem* Lov. 2. *Diis dubiis* edd. ante Aldum: *dubiis Dis* Flor. et Klockian. Vide ad V. 14. § 4.

§ 5 *Quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea*] *Quod*

Digitized by Google

dictatori religio Voss. 2. et Lov. 3. *qua dictatorio religio* Port. et Hav. Tum *fuerit* non adparet in fragm. Hav. Deinde *non ea* Voss. 1. et Lov. 1.

Si ego tacitus abiissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meæ] *Si tacitus ego abiissem* fragm. Hav. *si ego tacitus abiissem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Gaertn. et Hav. *si tacitus ego abiissem* Harl. 2. Vide ad x. 36. § 3. Deinde *ibi*, pro *tibi*, fragm. Hav. quomodo etiam alibi in his vocibus commutandis lapsi sunt scribæ librarii. Vide N. Heins. ad Claud. in Rufin. 1. 208. Præterea *ad interpretationem voluntatis meæ* Lov. 1. *ad interpretationem mentis meæ* Leid. 2. Mox *digerenda*, pro *dirigenda*, Gaertn. Sed sollemniter hæ voces confundi, docuit Burmann. ad Suet. Cæs. c. 44. Paullo ante *hoc interrogo*, pro *hæc*, Voss. 2. et Lov. 2. *hic interrogo* Gaertn. et fragm. Hav.

§ 6 *Quin tu respondeas, vetuerimne te quidquam rei me absente agere*] Scribo *Quin tu respondes?* Golen. In nullo meorum est *respondeas*, sed omnes præferunt *respondes*, nisi quod *responde* sit in Lov. 2. et 4. Vide ad I. 57. § 7. Deinde *vetueramne quidquam* Lov. 4. *vetuerim quam te quidquam* Lov. 2. *vetuerim nec te quidquam* Harl. 1. *vetuerimne quidquam*, omisso pronomine, edd. Aldo priores. Mox *rei* deest in Port. *gerere* vero pro *agere* præfert Leid. 2. Vide ad IV. 44. § 4. Cæterum omnia hæc verba *vetuerimne te quidquam rei me absente agere* desunt in Lov. 3. et Hav. manifesto lapsu librarii, qui repetitione vocis *vetuerimne* ablatus est in errorem. Vide ad IX. 11. § 11. Mox *vetuerimne te signa* Voss. 2. et Lov. 3. *vetueramne signa* Lov. 4. *vetuerim ac signa* Lov. 2. *vetuerim nec signa* Harl. 1.

§ 7 *Quo tu imperio meo spreto*] Illud *quo* quid referat, dubium est. Ego distingnendum puto post *imperio*, et deinde inferendum *meo spreto*: si quidem interrogative legendum est. *Glar.* *Quo* est pro eo quod Græci dicunt πρὸς τί, et τί δέ: ut Cicero ad Fabium ad Fam. VII. 23. 'Martis vero signum quo mihi pacis auctori.' *Sigon.* A Sigonio non dissentio. Sic quidam poëta: 'Quo mihi divitiæ, si non conceditur usus.' Quod non intellectum pollutum est turpi additamento in Pal. 2. et prisca recensione Camp. *quomodo tu meo imperio spreto*. Gebh. Sigonius, quasi operæ pretium sit, monet τὸ *quo* esse pro eo quod Græci dicunt πρὸς τί, vel τί δέ: ut apud Ciceronem 'Martis signum quo mihi pacis auctori?' Tu vero, si sapis, tolle interrogationis notam a fine hujus periodi: non enim rogat, sed affirmat, quasi diceret: 'quod tu meum imperium spreveris, et ausus es confligere.' Plautus Asinaria II. 4. 'Tu, verbero, imperium meum contempseris.' *J. F. Gron.* *Quo tamen imperio meo spreto* Klockian. quæ diversitas scripturæ orta est ex similitudine τῷ τῇ, id est *tamen*, et *tu*. *Quo tu imperio modo spreto* Lov. 2. *quo tu modo imperio spreto* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quo modo tu meo imperio spreto* Port. et Hav. *quomodo tu imperio meo spreto* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. qui se in L. 2. et C. invenisse testatur *tu imperio meo spreto*, omisso τῷ *quo*: unde sententiam Gronovii, notam interrogationis a fine tollentis, confirmari existimabat. Sed Ant. Perisonius ad marginem Livii emendabat *qui*, id est 'cur,' 'quomodo.' Verum, si hunc sensum constituamus, ne sic quidem aliquid mutandum foret. Nam *quo* etiam eodem sensu accipi solet. Ovid. Epist. Her. XIV. 61. 'Quo mereare necem patruelis regna tenendo, Quæ tamen externis danda forent generis?' ubi vide Nic. Heinsium. Præfero tamen sententiam Gronovii, qui *Quo imperio* hic relative accepit, cui etiam Doujatius subscribit. Mox *contra morem*, pro *adversus morem*, Lov. 4. Vide ad

Digitized by Google

Epit. Liv. lib. LVII.

§ 8 *Ad hæc, quæ interrogatus es, responde*] *Quæ interrogatus, responde* Leid. 2. *quæ interrogatus est, respondeat* Flor. Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. 1. Lov, 2. 3. *interrogatus es, respondeas* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav.

Cave, vocem mittas] *Cave, vocem mittat* Flor. Voss. 2. et Lov. 3. *cave, ne vocem mittas* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxonienses L. 1. B. et N. *cave, ne vocem emittas* Hav. *cave, vocem ne emittas* Port. *cave, vox mittatur* Harl. 2. et Gaertn. *cave, vox emittatur* Lov. 4. *cave, vocem mictatur* fragm. Hav. *cave, voce mittatur* Leid. 1. *cave, vox nece mittatur* Harl. 1. *cave, ne vox mittatur* Hearnii Oxonienses L. 2. et C. *cave, ne vox emittatur* Lov. 2. Vulgatum satis placet. Vide ad III. 50. § 4.

Accede, lictor] Ita et dixit Livius XXIV. 9. 'Lictores ad eum accedere consul jussit.' III. 41. Appius 'ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit.' *Modius.* Exempla hæc descripsit ex Briss. de Form. lib. II. p. 270. *Accedat lictor* est in Hearnii Oxoniensi L. 2. *Accede, lictor, accede* in edd. Aldo antiquioribus: quod Klockio placebat. Verum lectio illa in nullo Mato superest.

§ 9 *Adversus quæ singula Q. Fabio quum respondere haud facile esset*] Pall. duo *Adv. singula quæ quum resp. haud facile esset.* Pal. 2. *Adv. quæ quum resp. non facile esset.* Andr. ed. *Adv. singula Q. Fabio cum resp. haud facile esset.* Campani ed. meo animo sincerissime *Adv. quæ singula cum resp. haud facile esset.* Gebh. Τὰ *Q. Fabio* absunt a Flor. Rott. Helm. Voss. duobus. *J. F. Gron.* Vulgatum illud in nullo superest cod. neque in ullis etiam exstat edd. ante Aldinam. Priores legunt *Adv. singula Q. Fabio cum resp.* Neque etiam τὰ Q. *Fabio* codd. meorum auctoritate nituntur, nisi unius Hav. qui tamen transpositis vocibus *Adv. singula Q. Fabio quæ cum resp.* præfert: alii, in quibus illa omissa sunt, non tamen in eamdem lectionem consentiunt. *Adv. singula quæ quum resp.* habent Flor. Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Harl. 1. et fragm. Hav. *Adv. singula quibus tum resp.* Lov. 2. et Harl. 1. *Adv. quæ quum resp.* Port. et Klockian. *Adv. singula quum resp.* Hearnii Oxonienses L. 2. et C. cujus Oxonienses reliqui cum Voss. 1. et Gaertn. legunt *Adv. quæ singula quum resp.* quod etiam recepi, ejectis duabus vocibus, quas Livii non esse, tot codd. fide credidi. Deinde *non facile esset* Port. et Hav. *haud facile erat* Harl. 2. Vocula *haud* deest in Leid. 2.

Eumdem accusatorem capitis sui ac judicem esse] *Capitis sui esse adinvicem* Lov. 4. *capitis sui ac vindicem esse* Harl. 2. et Gaertn. Vide ad IX. 1. § 8.

Vitam sibi eripi citius, quam gloriam rerum gestarum, posse, vociferaretur] *Sibi vitam eripi* Port. et Hav. *sibi eripi vitam* Flor. qui pro *vitam* alia manu *victam* inter versus adscriptum præfert. *Vitam sibi eripi, sed numquam gloriam* Lov. 2. *vitam sibi arripere, sed tamen numquam gloriam* Hearnii Oxoniensis C. *vitam sibi eripere, sed tamen numquam gloriam* Harl. 2. quæ lectiones ex glossa marginali in contextum inrepsisse videntur. *Citius* eo sensu est apud Ovid. ex Pont. Ep. II. 7. 25. et epist. 8. 65. Cic. de Off. I. 18. 'Vicinum citius adjuvetis in fructibus percipiundis, quam aut fratrem, aut familiarem.' in Verr. IV. 26. 'Vox me citius defecerit, quam nomina.' Præterea *vociferetur* Hav. *vociferatur* Flor. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 1. et fragm. Hav.

§ 10 *Redintegrata ira, spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri*] *Reintegrata ira* Lov. 1. 2. Leid. 2. Port. et Hav. *redintegratura*

Digitized by Google

Leid. 1. omissa voce *ira*, quæ etiam deest in Lov. 3. *ac secures expediri* Port. et Hav. *et secures impediri* Voss. 1. Lov. 1. et Harl. 1. Paullo ante *τὸ se* deficit in Hav. Quæ vero Modius ad hunc locum descripsit ex Brissonii de Formul. lib. v. p. 481. deleri jussi, quia satis commode ex eo peti possunt.

§ 11 *Lacerantibus vestem lictoribus*] Vet. quidam lib. *lacerantibus fœde lictoribus.* Sigon. Pal. 2. *lacerantibus fœde lictoribus:* ita tamen, ut repositum ad exteriorem oram custodiat *τὸ vestem*, quod minime altero supposititio mutandum censeo. *Gebh. Vestem lacerantibus* Leid. 1. *lacerantibus fœde lictoribus* Port. et Hav. *lacerantibus fœde vestem lictoribus* utraque lectione juncta, Gaertn. *lacerantibus vestem fœda lictoribus* Hearnii Oxoniensis N. Sed rectius reliqui nihil mutant.

Ad triarios, tumultum jam in concionem miscentes, sese recepit] Hem! quæ Latinitas? Lego *tumultu jam concionem miscentes.* T. Faber. Duo Voss. Rott. *in concione.* J. F. Gron. Sic rursus XXXV. 18. 'Circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas.' *Duk. In concionem* apud me tantum superest in Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod forte non adeo damnandum putat Doujatius, qui vocem 'concio' hic accipit pro ipsa concionem habentis oratione, ut triarii 'tumultum miscuisse,' id est excitasse, dicantur 'in concionem,' id est contra dicta Papirii, quæ tranquille ex more audire debebant: immo, ut insuper addit, in ipsum quoque cœtum et multitudinem turbas ac tumultum injecerunt. Ego cum Gronovio *in concione* malo, quod est in reliquis meis, omnibusque Hearnii Oxoniensibus. Voci *concionem* adhæsit in fine litera initialis vocis seq. *miscentes.* Vide ad XL. 7. § 8. Ceterum *in contentione* est in Harl. 1. Vide ad IV. 6. § 4. Tum *sese recepit* Voss. 1. et Lov. 1.

§ 12 *Qui proximi forte tribunali steterant*] Pall. duo *tribunal.* Infra XXXV. 27. 'Ager proximus finem Megapolitarum est.' *Gebh.* Duo meliores Pall. cum altero Voss. *proximi forte tribunal:* ut monuimus olim Observ. III. 2. Cæsar Gall. III. 7. 'P. Crassus adolescens cum legione septima proxime mare Oceanum in Andegavis hiemabat.' Idem VI. 31. 'Pars in continentes paludes profugit, qui proximi Oceanum fuerant.' Sic utrobique optimæ membranæ: et priore loco jam admiserunt. Livius XXVIII. 15. 'Vincente verecundiam metu, quum proximus quisque hostem cederet.' XXIX. 7. 'Scorpione icto, qui proximus eum forte steterat.' *J. F. Gron.* Adde Sanctium Minervæ I. 16. et ibi Perisonium num. 5. et Gronovium ad Gellium III. 16. *Duk. Tribunal* etiam Lov. 3. et Hearnii Oxoniensis L. 1. et C. Vide ad I. 21. § 1. et Modium ad XXVIII. 15. § 9. Insuper *qui forte proximi* Harl. 2. Paullo ante *per totam concionem* edd. ante Frobenianam 1535. Deinde *τὸ est* deficit in Leid. 1.

Neu cum eo exercitum damnaret] *Ne cum eo* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. duo, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Neque aliter Lov. 3. nisi quod, vocis seq. litera initiali etiam in fine præcedentis repetita, habeat *nec cum eo.* Sæpe librarios *neu* et *ne* commutasse, vidimus ad II. 15. § 2. Vide etiam mox ad § 15. Hic vero *ne* præstare videtur. His enim verbis continetur caussa, quare orabant, ut magistro equitum parceret; si enim de eo pœnam exigeret, quasi universum exercitum simul cum eo damnasse videretur.

§ 13 *Extrema concio et circa Fabium globus increpabant*] *Circa Fabium glovus* Klockian. sollemni literarum *b* et *u* commutatione. Vide ad V. 24. § 5. *Circa Fabium glomis* Flor. *circa Fabium glomus* Voss. 1. a m. pr. quæ

Digitized by Google

lectiones ex prima natæ sunt. *Circa Fabium globi* Harl. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses B. ac C. His librariis displicuisse videtur *globus* singulare, sed conlectivum, construi cum verbo plurali *increpabant*. Eodem modo Silius locutus est XI. 232. 'Cum juvenem sævis (horrendum) concitus armis Invadunt globus, et pedibus sublime sedentis Ductoris sistunt:' ubi vide quæ notantur. Simili constructione 'cuneus' est XXV. 34. 'Cuneus is hostium, qui in confertos circa ducem inpetum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt.' Plura alia hujus generis vide ad XXXV. 26. § 9.

Nec procul seditione aberant: ne tribunal quidem satis quietum erat] *Seditione aberat* Leid. 2. Port. et Hav. *seditione abierant* Voss. 2. a m. sec. Vide ad XXXIX. 21. § 6. Deinde *nec tribunal quidem satis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. et Hearnii Oxonienses N. B. et C. Vide hoc lib. ad c. 7. § 19. *Nec tribunal satis* Port. et Gaertn. Præterea verbum *erat* non adparet in Port. et Hav.

§ 14 *Legati circumstantes sellam*] Vide Schelium ad Hygin. Antiq. Rom. tom. X. p. 1066. *Duk.*

Et iræ suæ spatium, et consilio tempus daret] Pal. 2. *ut iræ suæ*. Gebh. Ita et Port. et Hav. Quod eadem elegantia dictum esse videri potest, qua erat IV. 4. 'Præterquam ut hominum, ut civium numero simus:' ubi alia exempla vide. His tamen codicibus, quos toties lapsos et vitiosas locutionas genuinis substituisse vidimus, aurem præbere periculosum puto. Passim *et* atque *ut* in Mss. commutantur. Vide ad XXI. 28. § 8. Præterea *iræ suæ et consilio*, omissa voce *spatium*, Port. et Hearnii Oxon. N. ac B. Male. Supra II. 56. 'Darent iræ spatium.' Ovid. Ep. Heroid. VII. 73. 'Da breve sævitiæ spatium pelagique tumque.' Vide Bossii Exerc. Philolog. ad Pauli Epist. ad Roman. c. 12. vs. 19. ubi verba Apostoli δότε τόπον τῇ ὀργῇ simili modo explicanda docuit, et locutionem inlustravit. Ceterum *daret tempus* Gaertn.

§ 15 *Satis castigatam adolescentiam Fabii esse*] *Satis castigatum adolescentem Fabium esse* Klockian. *adulescentiam* Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Deinde *Favii* idem Flor. Vide ad VII. 22. § 2. Omnia autem hæc verba exsulant a Leid. 2. et Lov. 1. cui errori occasionem dedit repetitio vocis *satis*. Vide ad IX. 11. § 11.

Ne ad extremum finem supplicii tenderet] *Ad extr. fidem supp.* Klockian. Scribas non raro has voces commutasse, vidimus ad h. lib. c. 24. § 15. *Tenderet*, sive *tenderetur*, Port. frequenti scribarum aberratione. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Ne ad extr. suppl. tenderet* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *ne unico juveni*, pro *neu*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. 2. et fragm. Hav. Vide modo ante ad § 12. *Nec unico juveni* Voss. 2. *neve unico juveni* Port. et Hav. qui mox etiam *neve patri ejus*.

Neu Fabiæ genti eam inureret ignominiam] Libri omnes, qua scripti, qua cusi, *eam injungeret ignominiam*. Forte legendum *eam impungeret ignominiam*: ut sit 'impungere' pungendo incidere, ἐντυποῦσθαι. Gellius lib. XVII. 9. 'Servo suo, diu oculos ægros habenti, capillum ex capite omni, tamquam medendi gratia, deradit: caputque ejus leve in literarum formas compungit.' Campani ed. *neu Fabiæ genti jungeret ignominiam*. Gebh. Valde faveo huic scripturæ, et ex libris fide dignissimis propagatam esse cupio: quod tamen adhuc tantum suspicari mihi contigit. Apud primum eam reperio Ascensium, altera, quam mox memorabo, in margine notata: inde Moguntini acceperunt, mox Frobenius, post omnes. At in tribus Pall. Thuan. utroque Voss. Helm. Fulvii Cujaciique Mss. in pri-

Digitized by Google

ma Romana Andrem, Mediol. Ven. Tarv. Juntæ *injungeret*. Nec videtur incommodum loquendi genus. Lib. III. c. 65. 'Injuriam a nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati necesse sit, injungimus aliis.' XXXVIII. 8. 'Nec tum large gratiam relatam sibi, nec nunc immodice pœnam injungi debere.' Valerius Max. VI. 9. ext. 2. 'abdicationis injungentem notam' Themistocli patrem dicit. Cæsar. Civil. I. 4. 'Cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem illo affinitatis tempore injunxerat Cæsari:' ita non modo Fulvii codex, sed et Flor. pervetustus, Longobardicis exaratus literis, sed et Torrentianus, quum Lipsii manu collatum vidimus. 'Injungere detrimentum' dixit Brutus ad Ciceronem Fam. XI. 18. 'Jungere legem, laborem, servitutem, munus, onus,' hæc omnia Livius. Ut ergo 'onerare contumeliis,' 'maledictis,' ita et 'injungere ignominiam' non male pronuntiari videtur. Sed alterum tamen dedignari non possumus. Vide ad sequentem librum c. 3. § 13. *J. F. Gron. Injungeret*, præter codd. Gronovio memoratos, tuentur etiam Flor. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses omnes: illa vox omittitur in Harl. 2. ejus loco Klockian. *inuerat* habuisse videtur: cujus unius auctoritatem sequi, aliorum, etiam optimorum, consensum spernere, audacius esse puto, quam ut placere possit. De verbo 'injungere' vide ad XXXII. 3. § 4. Præterea *ne Fabiæ genti* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *neve Fabiæ genti* Port. et Hav.

§ 16 *Quum parum precibus, parum causa proficerent*] *Patrum precibus parum causa proficeret* Hav. a m. pr. in quo *proficerent* emendatur a m. altera. Verum in castris nullus locus est *Patribus*. Et tamen *Patrum* etiam præferunt Lov. 1. a m. sec. et Port. *Quum parum precibus causa proficeret* Harl. 2. Elegantiam orationi quæsivit Livius ex repetitione *vŏ parum*, quemadmodum in similibus vetibus sæpe solitus fuit. Vide ad V. 35. § 4. Mox *servientem inuri* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *videbant*, pro *jubebant*, Hav. Vide ad XXVII. 5. § 18. *Irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni*] *Incitatis mil. animis* Lov. 2. Similiter 'inritare' et 'incitare' commutabantur VI. 19. § 2. Deinde *et materiam* Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3.

§ 17 *Neminem id Q. Fabio pœnam deprecanti suam vitio versurum*] *Neminem idque Fabio* Voss. 2. et fragm. Hav. *neminem id quæ Fabio* Lov. 3. Vide ad XXII. 31. § 7. *Neminem id quidem Fabio* Klockian. Deinde *vicem deprecanti suam* Port. in margine: *neminem Q. Fabio dep. suam vicem vers.* Harl. 2.

§ 18 *Postremo, ne id se gratiæ dare Q. Fabii crederet*] Τὸ *se* deest in Port. Tum *gratiæ daret Fabii* Harl. 1. *gratiæ dare Q. Fabio* Lov. 4. et Gaertn. *gratiæ dare Q. Fabius crederet* Hav. Voces *Q. Fabii* desunt in Hearnii Oxon. L. 1. at voces *Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare* in Leid. 2. et Lov. 1. cui neglegentiæ librariorum ansam dedit repetitio vocis *dare*. Vide ad IX. 11. § 11.

Non videri e republica, in Q. Fabium eo tempore animadverti] *Non videri expedire reipublicæ* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *non videri reipublicæ expedire* edd. ante Aldum, quæ lectiones ex interpretis expositione, margini olim adscriptæ, in contextum Livii inrepserunt; unde etiam scriba Hav. utramque quodammodo recipere conatus, *non videri expedire e republica* dedit: nam 'esse e republica' ponitur pro expedire reipublicæ. Supra hoc lib. c. 4. 'Permiserunt, ut ageret diceretque, quæ e republica nominis Latini fideque sua viderentur.' c. 28. 'Quum, Publilium avocari ab spe capiendæ in dies ar-

Digitized by Google

bis, haud e republica esset.' Ceterum Fabii prænomen *Q.* sive *Quintus*, quod deerat in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. eorum auctoritati obsecutus delessem, quum modo præcesserit, et tuto omitti possit; nisi me revocasset mos Livii, qui, aliorum decretum referens, eorum, quorum jam meminerat, prænomina repetere non refugit. Ita XXXVIII. 60. 'Quo minus ex bonis L. Scipionis, quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere prætori. L. Scipionem, &c. non passurum inter hostes populi Romani L. Scipionem in carcere et vinculis esse.' Alia exempla passim obcurrunt.

CAP. XXXIII. § 1 *Quum in se magis incitarent dictatorem*] *Concitarent* edd. antiqq. ante Frobenianam 1535. sed *incitarent* servant omnes scripti. Verba hæc interdum commutantur. Vide viros doctos ad Sueton. Cæs. c. 7. et ad v. 8. § 7. Forte scriptum fuerat *ĩcitarent*, quod similitudine ductuum facile in *c̃itarent* mutari potuit. Vide ad X. 5. § 11. Et quidem tanto magis hic placet *incitarent*, quod Livius verbo cum præpositione composito eamdem præpositionem in regimine addere soleat. Vide ad Præfat. § 11. Voces *in se magis* perperam omittuntur in Leid. 2.

Quam magistro equitum placarent] Pall. omnes *quam in magistrum eq. plac.* Gebh. Tres Pall. et Voss. alter *quam in magistrum equitum placarent*. Exquisitius. Cicero ad Attic. II. 9. 'Si me non offendes, satis tamen habeto commendatam, patrumque in eam, quantum poteris, mitigato:' quamvis vulgo legatur *in ea*. Et hoc quoque recte: epistola 12. 'Etsi non dubito, quin is lenis in eum futurus sit.' Cornelius Nepos in Pelopida c. 5. 'Post id factum numquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus.' Suetonius Aug. c. 27. 'Illis in multorum sæpe personam per gratiam et preces exorabilibus.' Tib. c. 13. 'Facilis exorabilisque in vitricum.' *J. F. Gron.* Eamdem lectionem ex meis præfert Lov. 2. ex Hearnii vero Oxon. L. 1. 2. et N. Et huc ducunt etiam vestigia aliorum, qui legunt *quum magistrum equitum placarent:* inter hos autem sunt Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Harl. 2. et Port. in quibus præpositio *in* intercidit vel ob vocis præced. literam finalem *m;* vide ad X. 13. § 3. vel ob sequentis initialem; vide ad XXXVII. 1. § 2. Mox *de tribunalibus* Leid. 1. Lov. 2. 3. Harl. 1. et fragm. Hav.

§ 2 *Silentio nequidquam per præconem tentato, quum, præ strepitu ac tumultu*] *Nequiquam* Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Tum particula *quum* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Tandem *et tumultu* Port. et Hav.

Nox, velut in prælio, certamini finem fecit] *Velut imperio* Klockian. errore librarii. Deinde *certaminis finem fecit* Hearnii Oxon. C. ut III. 31. 'Finem tandem certaminum facerent.' Unum tamen testem non audiendum censeo. Vide ad II. 30. § 9. Litera *s* fini vocis adcrevisse videtur ex similitudine literæ initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 10.

§ 3 *Agitatum contentione ipsa*] Pall. iterum omnes et Andreæ ed. *conventione:* ita ut superscriptum sit in Pal. 2. *contione*. Gebh. *Conventione* etiam Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Harl. 1. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *contione* Klockian. Vide ad IV. 6. § 4. Mox *aufugit*, pro *profugit*, Voss. 2. a m. emendatrice.

§ 4 *Et, patre auctore M. Fabio, qui ter jam consul dictatorque fuerat*] *Q. Fabio* et *tertium consul* quidam libri habebant; sed errant. Fuit autem hic M. Fabius Ambustus primum consul A. U. C. CCCXCV. l. VII. c. 11. iterum a. CCCXCIX. l. VII. c. 17. tertium

Digitized by Google

CCCCI. lib. VII. cap. 18. dictator autem semel CCCCIV. lib. VII. cap. 22. et pater Rutiliani. M. vero Fabius Dorsuo, alius, fuit consul A. U. C. CCCCX. l. VII. c. 28. *Glar.* M. Fabius Ambustus pater fuit consul annis CCCXCV. CCCXCIX. CCCCI. Dictator anno CDV. Livius et Plinius auctores. *Sigon. A patre auctore* Hav. Tum *Q. Fabio* editi ante Aldum. Præterea *qui jam ter consul* Harl. 2. *qui tunc jam consul* Lov. 4. *qui tertium consul* in ed. Rom. princ. esse, auctor est Hearnius. Verum Rom. ed. 1472. omnesque, quas consului, usque ad Ascens. præferunt *ter jam*, pro quo is a. 1510. *tertium* dedit; idque postea a. 1513. ac 1516. servavit, altera tamen lectione in marginem rejecta. Mox *vocatoque extemplo senatu* Lov. 3.

Quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris] *Quum jam conq.* Harl. 2. *quum maxime conqueretur* Leid. 1. et Harl. 1. Vide ad II. 56. § 7. Deinde voces *apud Patres* omittuntur in Leid. 2. Mox alio ordine *strepitus repente* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 2. Port. Gaertn. et fragm. Hav. at voces *dictatoris repente strepitus ante curiam* omittuntur in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. et Harl. 1. cui errori caussam dederunt literæ finales vocum *injuriam* et *curiam:* sed sola vox *strepitus* deest in Hav. Præterea *auditum*, pro *auditur*, Port. et Hav. *audiator* Harl. 1.

§ 5 *Et ipse infensus aderat*] *Infensus* Voss. 1. et Lov. 1. *et ipse dictator intentus aderat* Hav. *et ipse infensus aderat dictator* Harl. 2. Gaertn. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. Mox *e castris*, pro *ex castris*, Lov. 4. Port. et Hav.

Iterata deinde contentio, et prehendi Papirius Fabium jussit] Vet. lib. *contentio est.* Sigon. Voculam *est*, intrusam ab Sigonio, fastidiunt Pall. duo, et Andreæ recensio. Mihi non displicet expressa lectio Campano, *Iterata deinde contentione prendi Fabium Papirius jussit. Prendi* quoque, non *prehendi*, asserunt Pall. duo meliores. Vide notas II. 56. *Gebh.* Tò *est*, quod Sigonius ex vet. lib. addidit, apud me tantum superest in Port. et Hav. reliqui uno ore damnant, ut et apud Hearnium Oxon. C. alique. Si fide digniores codd. consentirent, illud *est* recepissem, et ob similitudinem sequentis *et* excidisse existimassem, ut factum est XXXVII. 51. § 3. Nunc potius delendum censeo. Insuper *Item erat deinde contentio* est in Voss. 2. et Lov. 3. *Ita rata deinde contentio* Hav. *Iterat deinde contentio* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *Iteratur deinde contentio* Lov. 2. 4. *Iterata deinde contentione prendi* Neapol. Latinii, omnesque editi ante Aldum, quod, si plures codd. conspirassent, haud spernendum putassem. Nunc considerandum puto illud *Iteratur;* quod non obscure probant codd. integerrimi, qui *Iterat* legunt: in ea enim scriptura tantum omissa est terminatio finalis passivi, quæ nota exprimi solet, ideoque facile excidere potuit. Vide ad X. 10. § 1. Quin neque contendere velim illi, qui lectionem, quæ ante Sigonium obtinuit, præferendam existimet. Concisis enim periodis Livium sæpius usum esse, in quibus connectendis viri docti nimii fuerunt, videbimus ad XXI. 36. § 4. Vox *denique* exsulat ab Harl. 2. Præterea *prendi* etiam omnes codd. præter Voss. 2. Port. in margine, et Hav. Vide ad II. 29. § 4. Denique omnes codd. *Fabium Papirius jussit;* quem ordinem vocabulorum, ab editoribus nescio qua auctoritate mutatum, recepi.

§ 6 *Perstaret incepto inmitis animus*] Miror sic editum, quum et Rott. et duo Voss. et vulgg. habeant *perstaret in incepto:* quomodo cap. 2. 'Se tamen perstaturum in incepto.' X. 13. 'Ille quidem in recusando perstabat.' *Jac. Gronov. In incepto* etiam Flor. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl.

Digitized by Google

duo, Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et C. ut ex meis τὸ *in* omiserint tantum Lov. 3. Gaertn. et forte Klockian. Præterea *in incepto* servant quoque edd. Rom. 1472. ac Parm. proxime omiserunt præpositionem usque ad Froben. qui a. 1531. *in cæpto*, sed a. 1535. *in incepto* restituit: quæ lectio iterum obtinuit usque ad Gruter. qui in ultima ed. substituit *in cæpto*, Gronov. vero a. 1665. *incepto*, quod filius ejus recte mutavit, prisca lectione revocata. Infra XXXVII. 52. 'Senatus in eadem perstare sententia.' XXXVIII. 14. 'Perstare tamen in pertinaci simulatione inopiæ.' Auctor Epit. Liv. lib. XLIX. 'Catonis sententia pervicit, ut in decreto perstaretur.' Justin. XIV. 2. 'Si in bello perstent, ultro hostes pacem petituros.' Præpositio *in* elisa erat in Mss. nonnullis a prima syllaba vocis *incepto*: quomodo librarii sæpissime errarunt: *infima* pro *in infima* dederant I. 22. § 1. *invidiam* pro *in invidiam* II. 7. § 8. *incautum* pro *in incautum* III. 5. § 5. *integra* pro *in integro* c. 10. § 13. *interregno* pro *in interregno* IV. 7. § 7. *imperio* pro *in imperio* c. 20. § 10. *insequentem* pro *in insequentem* c. 30. § 12. *incerto* pro *in incerto* V. 28. § 5. *ingenti* pro *in ingenti* cap. 47. § 1. *insidias* pro *in insidias* VI. 30. § 4. *impetu* pro *in impetu* VII. 12. § 11. *inbelles* pro *in inbelles* cap. 32. § 6. *innocentia* pro *in innocentia* cap. 41. § 2. *intervalla* pro *in intervalla* VIII. 8. § 9. *insulas* pro *in insulas* c. 22. § 6. *induciis* pro *in induciis* IX. 9. § 13. *incremento* pro *in incremento* c. 17. § 5. *insidiatores* pro *in insidiatores* c. 31. § 15. *interiorem* pro *in interiorem* XXXIX. 12. § 3. *intestina* pro *in intestina* XL. 7. § 7. *inpluvio* pro *in inpluvio* XLIII. 13. § 6. *ingrata* pro *in ingrata* XLV. 38. § 9. Alia quædam vide ad XXXIV. 28. § 3. Eadem ratione intercipitur eadem præpositio a vocibus, quarum litera *m* initialis est. Vide ad XXXVII. 1. § 2. Similiter etiam a vocibus, quæ litera *i* incipiunt. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXV. Ceterum *præstaret* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Paullo ante *Ibi*, pro *Ubi*, Voss. 1. Port. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. et mox hoc cap. ad § 10. *Ibique* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Tribunos plebis adpellat, et provocat ad populum*] Hinc intelligi potest, a dictatore ad populum provocationem fuisse. Qua de re sic Festus: 'Optima lege cum dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset jus esse significabatur, ut fuit M. Valerii M. F. Volusi N. qui primus magister populi creatus est, postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ ante non erat, desitum est dici, ut optima lege, utpote imminuto jure posteriorum magistrorum.' *Sigonius*. Sunt tamen viri docti, qui existiment, a dictatore provocationem datam non esse, idque hoc ipso Papirii exemplo probari, qui provocationi non cesserit. Non enim populi sententia Fabium absolutum, sed precibus ejus, rogantis ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret, donatum fuisse. Vide Jensium de Dictat. c. 8. Paullo ante *mitigare*, pro *mitigavere*, Flor. a m. pr.

§ 8 *Fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium*] Tria priora vocabula omittuntur in Harl. 1. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. quem errorem librarii commiserunt ob vocis *fugienti* iterationem. Vide ad IX. 11. § 11. Solum prius in fragm. Hav. omittitur; quartum in Lov. 1. et apud Hearnium in Oxon. N. Deest id etiam in Leid. 2. sed is insuper præfert *fugienti exercitus tui senatusque judicium*. Mox *censurusne*, pro *censurusne*, Flor. Vide ad I. XXXVII. c. 52. § 3.

§ 9 *Cum omni genere principum magister equitum cum ascendisset*] Legendum *cum omni agmine principum*. Ge-

Digitized by Google

len. Legendum *cum omni agmine principum*. Glar. Pal. 2. *cum omnium agmine principum*. Quod forte voluit Gelenius: nam ejus *omni* non capio. Alludit secundo quoque Pal. 3. præhibens *cum omnem*. Andreas publicavit seculo suo *cum omni genere*. Gebh. Incidit Gebhardus in recentiores edd. quæ perperam Gelenii adnotationem redduut. Eas ex prima edit. hic exhibui; unde aliud eum voluisse patet. Scriptura Pal. 2. cui nullus meorum adsentitur, vitiosa est. Vide ad XLV. 19. § 13. Vocem *omni* omittunt Port. et Hearnii Oxon. B. *agmine*, pro *genere*, ante Gelenium et Glareanum exhibuerunt jam edd. Parm. Tarvis. utraque, Venet. 1495. et 1506. Ascens. tres priores, Mogunt. et Paris. 1529. et ita est in omnibus scriptis. Deinde *principium* legunt Harl. 1. et edd. duæ Venet. modo memoratæ. Vide ad II. 27. § 12. ubi quod judicium tuli, etiam huic loco convenire existimo. Præterea vox *cum* posteriori loco deficit in Voss. duobus, Leid. duobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. duobus, Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et omnibus edd. ante Froben. 1531. Verum illa excidit ob similitudinem syllabæ finalis vocis præced. Vide ad X. 1. § 5. Denique *ascendissent* Aldus in contextu, qui inter errata *ascendisset* revocandum monuit. *Escendisset* ediderunt Jac. Gron. eumque secutus J. Clericus. Nulla quidem emendationis ratio additur, non tamen propterea rejicienda. Ita enim exhibent Flor. Voss. 1. Harl. 1. Lov. 1. et Klockian. Eodem etiam ducunt vestigia Leid. 2. qui *descendit* præfert. Plura vide ad II. 28. § 6. Mox transpositis vocabulis *eum deduci* Leid. 1. et *in partem inferiorem Papirius jussit* Lov. 4. legunt.

§ 10 *Bene agis, inquit, quum eo nos deduci jussisti*] Hoc ait, quia M. Fabius in concione pro rostris ad populum loqui non potuisset, quod esset privatus: ex inferiore autem loco, quo eum deduci dictator jusserat, licebat. Non enim nisi magistratus, et qui a magistratibus producti erant, in concionem ascendere poterant. *Sigon.* Vide Hotom. ad Cic. Orat. pro l. Manil. cap. 1. et ad Orat. in Vatin. cap. 10. ubi etiam videndus est Abram. Adde P. Manut. ad Cic. ad Att. IV. 1. Ceterum *duci* præfert Harl. 2. *inquit* etiam omisit librarius Flor.

Unde et privati vocem mittere possemus] Exterminat genus loquendi Livianum Pal. 2. *vocem emittere*. Lib. XXXV. c. 32. 'Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent.' *Gebh.* *Emittere* etiam Lov. 4. et Hav. quod recte Gebhardo displicuit. Vide ad III. 50. § 4. Ceterum *unde et privatim* edd. Rom. 1472. et Parm. *unde privati* Mediol. 1480. Tarvis. utraque, et aliæ usque ad Aldum.

Ibi primo non tam perpetuæ orationes, quam altercatio exaudiebantur] Quidam libri *altercationes audiebantur*. Quod non probo. Nam IV. 6. inquit; 'Cum res a perpetuis orationibus in altercationem vertisset.' *Sigonius.* Meis auribus satisfaceret magis *exaudiebatur*. J. F. Gron. *Ubi primo* Port. a m. pr. Gaertn. et Hav. Vide paullo ante ad § 6. Jac. Gronov. edidit *In primo*, eumque secutus est J. Clericus. Et ita est in Lov. 1. et Harl. 1. De locutione illa vide Gronov. ad X. 14. § 17. et Abrah. Gronov. ad Justini XII. 7. § 1. Videtur tamen hoc loco vulgatum præferendum, quod pro eo stent et plures et meliores libri. Præterea *altercationes exaud.* Lov. 1. 2. Harl. 2. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et edd. Parm. Tarvis. ambæ, ac quædam aliæ: quam lectionem jam recte Sigonius rejecit. *Altercationes aud.* Lov. 3. Port. Hav. Hearnii Oxon. N. B. C. et Neapol. Latinii: quod multo magis adhuc rejiciendum. Eodem modo enim 'exaudire' Livio familiare es-

Digitized by Google

se, vidimus ad III. 56. § 8. *Altricationes and.* Leid. 2. Vide ad IV. 6. § 1. *ulteratio and.* Voss. 2. Gronovii conjectura *altercatio exaudiebatur* nullius codicis auctoritate probatur. Neque video, quid ipsi displicuerit in vulgato, ut ita emendandum judicaret. Eadem sane constructio etiam est XLIV. 14. 'Prusiæ preces magis, quam postulatio, fuere:' ubi iterum Gronov. ex conjectura emendat *postulata.*

§ 11 *Superbiam crudelitatemque*] *Superbiam et crudelitatem* Lov. 3. Paullo ante *trepitum*, pro *strepitum*, Leid. 1.

§ 12 *Nec a se quemquam, ne plebis quidem hominem*] *Ne a se quemquam* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *ne ab se quemquam* Port. et Hav. Deinde *nec plebis quidem hominem* Leid. 2. Lov. 1. 2. et edd. Aldina priores. Vide ad VIII. 7. § 19. et hoc cap. § 18. *Ne plebeis quidem hominem* Flor. An librarius duplicem lectionem *plebei* et *plebis* hoc modo simul exprimere voluit?

§ 13 *Quantum interesset inter moderationem*] Malim *interesse*, ob dicta Obs. III. 9. *J. F. Gron. Interest* Leid. 1. Reliqui vulgatum tuentur.

Crudelitatemque. Dictatorem Quinctium Cincinnatum] Hac de re III. 29. *Sigon. Crudelitatemque dictatorum. Quintium Cincinnatum* Klockian. Vocem *Dictatorem* omittit apud Hearnium Oxon. B.

§ 14 *Ex obsidione a se ereptum non ultra sævisse*] *Ab se ereptum* Voss. 2. et Lov. 3. *a se crepitum* Harl. 2. *a se areptum* Flor. *a se abreptum* edd. Aldo priores. At v. 17. 'Ut Veios communi animo ex obsidione eriperent.' XXXI. 16. 'Eripique ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt.' Ita *eripere ex servitute* emendat Gronov. XXXII. 23. § 2. ubi alia vide. Præterea *non ultra sævisset* Voss. 1. Leid. 1. et fragm. Hav. *non ultra fuisse* Voss. 2. et Lov. 3. Mox τὸ *cum* deest in edd. Mediol. a. 1480. Tarvis. utraque, et quibusdam aliis. Verum servant id constanter codd. nisi quod ejus loco *cum* legat Hav. Insuper *proconsulem* Lov. 3.

§ 15 *M. Furium Camillum in L. Furio*] Hoc fecit Camillus trib. VI. a. CCCLXXV. *Liv.* VI. 25. *Sigon.* Prænomen *L.* perperam deest in Harl. 1.

Qui contemta sua senectute] *Cū contemta* Leid. 2. Vide ad VII. 37. § 9. *Qui contenta* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXV. 38. § 20. Tum *sua senecta* Leid. 1. An voluit librarius *sua senecta?* ut II. 40. 'In hoc me longa vita et infelix senecta traxit?' XLV. 40. 'Quum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa majestatem præ se ferens.' Reliquis tamen codd. in vulgatum conspirantibus nihil muto.

Populo aut senatui scriberet] *Senatu scriberet* Voss. 2. et Lov. 3. Notum est, ita interdum veteres casum tertium proferre solitos fuisse. Vide ad XXIV. 19. § 6. Levior tamen horum codd. auctoritas est, quam ut, reliquis Mss. in aliam lectionem abeuntibus, a Livio id profectum putem. Potius igitur scribarum errori tribuo. Paullo ante τὸ *solum* deficit in Leid. 2. Deinde *moderatum iræ se esse* habet Port. et Hav. *moderatum præesse* Flor.

§ 16 *Socium sibi imperii delegerit*] *Deligeret* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *delegeret* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Port. et Hav. In verbis præcedd. *obitione ab senatu datu* Harl. 1. *a senatu* Gaertn.

§ 17 *Populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem*] Prius *quidem* non adparet in fragm. Hav. nec posterius in Voss. 2. Τὸ *esset* exulat etiam ab Port.

Ne iram quidem unquam atrociorem fuisse, &c. quam ut pecunia] Lib. IV. c. 41. 'Mœstæ civitati ab re male gesta et iratæ ducibus M. Postumius

Digitized by Google

reus objectus, qui tribunus militum pro consule ad Veios fuerat, decem millibus æris gravis damnatur.' *Sigon.*

Temeritate atque insciția exercitus amisissent] *Inscientia* fragm. Haverk. Sic XXII. 25. 'Biennique clades per temeritatem atque inscientiam ducum acceptas referret.' XXVI. 2. 'Multos imperatorum temeritate atque inscientia exercitum in locum præcipitem perduxisse:' ita utroque loco legendum docuit, et lectionem etiam in contextum recepit ὁ πάνυ Gronov. Vide quæ ibi notantur. Ut tamen dubitem, an ita etiam hoc loco legendum sit, efficit consensus reliquorum codd. in alterum illud *insciția*. Præterea *admisissent* Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad IV. 12. § 11. Mox *pecunia eos mutaret*, pro *mulctaret*, Voss. 2. *pecunia eos multaret* Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. Vide ad III. 67. § 5.

Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse] Quidam hoc *nullo* in *nullum* mutarunt, quod mihi non placet: nisi quis *anquisitum* substantivum judicet, ut 'decretum,' et similia; quod mihi non fit verisimile. *Glar.* Vetustæ edd. *nullo*, quod fecit ad palatum Loriti. Ceterum in codd. Mss. hic locus male fœdatus est: quippe Pall. duo, *capitis inquisitum ob rem bello male gestam de imp. nullum ad eam diem esse in judicibus*. Pal. 2. *capite autem quæsitum ob rem bello male gestam de imp. nullum ad eam diem judiciis esse*. Est vero 'capite anquirere,' vel 'capitis,' diem rei capitalis dicere. Sic dicitur 'pecunias' vel 'pecunia anquirere,' multam alicui dicere. *Gebh.* *Nullum* jam reperio apud Juntam editum: nec ei desunt scripti codd. Numquid excidit vox *exemplum*? Ut XXXVIII. 50. 'Auctoritas seniorum valuit, negantium exemplum proditum memoriæ esse, ut imperator,' &c. XXXI. 20. 'Res triumpho dignas esse, censebat senatus; sed exemplum a majoribus non accepisse, ut qui neque,' &c. An medicina mitior, quam adhibent prima Romana et eam secutæ, tum Ascensiana, Moguntinæ, *de imperatore nullo ad eam diem esse:* an denique τὸ *capite anquisitum* pro oratione, cui substantivum inest, ponitur; quæri sit, 'Capitale factum judicium,' vel 'quæstionem habitam?' Sic alibi VII. 9. 'Diu non litatum tenuit dictatorem.' *J. F. Gron.* *Capite inquisitum* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. sollemni scribarum errore. Vide ad VI. 20. § 12. *Capite anquiritum* Lov. 1. et fragm. Hav. *capite ante quiritum* Leid. 2. *capite ante quæsitum* Gaertn. *capite aut quæsitum* Hav. *capite autem quæsitum* Harl. 2. et Port. Vide ad II. 52. § 5. *Capiti anquisitum* Flor. An voluit librarius *capitis?* Sed utrumque Livio in usu fuit, 'anquirere capite,' et 'capitis.' Vide ad XXVI. 3. § 7. In Lov. 4. vox *anquisitum* librario ignota deerat, lacuna tamen relicta. Deinde Hearnius *ob rem male gestam* in Oxon. L. 2. *ob rem bello gestam* in B. se invenisse testatur. Tum *de imperatore nullo* Voss. 1. a m. pr. Hearnii Oxonienses, edd. ante Aldum omnes, et forte etiam Klockian. *De imperatore nullam* Florent. Reliqui *nullum*. Insuper *ad eam diem*, omisso τῷ *esse*, Voss. 2. et fragm. Hav. *ad eam diem nuncium esse* Port. *ad eam diem judicium esse* Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. *ad eam diem esse judicium* Lov. 2. 4. Harl. 2. et Gaertn. *ad eam diem esse in judiciis* Lov. 3. Nihil propius video, quam ut vulgatum tueamur. Neminem enim adsensurum existimo ei, qui, *nullum* recipiens, 'anquisitum de imperatore nullum esse' acciperq mallet pro anquisivisse de imperatore nullum; licet 'communicatb sint' pro communicaverint habuerimus IV. 24. § 2.

§ 18 *Nunc ducibus populi Romani*,

Digitized by Google

quæ ne victis quidem] Prima vox deest in Lov. 4. duæ priores in Lov. 2. et 3. *Nunc ducibus esse populi Romani* habet fragm. Hav. Deinde *qua ne victis quidem* Voss. 2. et Lov. 3. *quæ victis quidem* Leid. 2. *quæ nec victis quidem* Lov. 4. et Klockian. Vide modo ad § 12. *Quæ nunc victis* Flor. Vide ad VI. 37. § 6.

§ 19 *Si fusus, fugatus, castris exutus fuisset*] *Quid si fusus* Port. in margine, ut ad illud *quid* ex præcedenti repetatur 'passurum fuisse filium;' et *quid* eodem modo hic repetatur, quemadmodum 'quod' I. 59. § 4. At unius illius auctoritatem mutandæ lectioni vulgatæ non satis idoneam judico. Deinde *fusus exusque castris fuisset* Port. *fusus, fugatusque, mulctatus castris fuisset* Hav. a m. sec. qui veculam *que* a m. pr. non agnoscit. *Fusus castris fugatus exercitus fuisset* Gaertn. *fusus, fugatusque, castris exutus fuisset* Lov. 2. eodem errore, quo II. 30. § 1. Tantum non omnes codd. præferunt *fundit, fugatque, exuit castris;* ubi, si, quæ diximus, displicent, etiam ad exemplum hujus loci *fundit, fugat, exuit castris* legi posset. Nam similiter fere lib. XXVIII. cap. 28. 'Quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli.' Certe hoc loco nihil mutandum puto. Paullo ante *Quod enim*, pro *Quid*, Voss. 2. et Harl. 3. errore scribarum. Vide ad XXXVIII. 10. § 1. *Quid enim tandem passurum fuisse filium fuisse suum* Flor. unde Salvin. legendum conjiciebat *fuisse filium fusuros suum*. Sed potius videtur, ut dicamus, librarium per errorem *fuisse* bis scripsisse, vel in cod. duas lectiones invenisse *fuisse filium*, et *filium fuisse*, atque utramque expressisse.

Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse] Pal. 2. *quid ultra iram violentiamque ei excessurum fuisse.* Gebh. Ita et Port. et Hav. neque multum differunt Lov. 2. et Harl. 2. nisi quod in priori insuper sit *accessurum*, in posteriori *fuisset*. Insuper *quid ultra* est in Leid. 2. *quod ultra* in Lov. 1. Præterea *ei* etiam Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Ceterum omnia hæc verba desiderantur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Mox τὸ *ut* defit in Port. Sed præterea *verberaretur necaretursque* præferunt Lov. 4. et Harl. 1.

§ 20 *Propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse*] Vet. lib. *propter Q. Fabii victoriam civ. in lat., suppl., ac gratul. esse.* Sigon. Ms. *Quam conveniens esse, propter quem civitas in lætitia victoriæ, suppl. ac gratul. esset; eum, propter quem Deum delubra paterent, &c.* Optime: tamen deleas oportet τὸ *eum*, et postea præponas τῷ *nudatum*: ut sit, 'eum nudatum virgis lacerari.' *Klock.* Repræsentat Sigonii lectionem Pal. 2. nec multum dissonat Camp. Sed reliqui duo Pall. *conveniens esse, propter Q. Fabium civit. in læt., victoria, suppl. ac gratul. esse.* Gebh. A mala manu est, quod finxit hic Sigonius. Vett. edd. et meliores scripti, *propter Q. Fabium civ. in lætitia, victoria, suppl. ac gratul. esse.* Scilicet insolens visum 'in victoria esse.' Num insolentius illo apud Sallustium Jug. c. 14. 'Semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur?' Plinius Nat. Hist. VII. 7. 'Tu qui fortunæ munera amplexaris, et te ne alumnum quidem ejus existimas, sed partum; tu cujus semper in victoria mens; tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens.' *J. F. Gron.* Sigonii vet. lib. consentiunt Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. nisi quod *in lætitia, in supplicationibus* habeant eorum primus et tertius. Illud autem 'in victoria esse' insolentius videri nequit, quam 'in pace esse' V. 4. § 13. 'esse in inducis' VII. 38. § 1. quibus locis alia vide: 'in libertate esse' II. 15. 'in

Digitized by Google

concordia esse' XXXV. 39. 'in seditione esse' XXXVI. 17. et XLII. 5. 'in amicitia esse' XXXVI. 35. et apud Nepot. in Hann. c. 2. ἐν ἔχθρᾳ εἶναι apud D. Lucam Euang. XXIII. 12. Ceterum *Quam* deest in Voss. 2. et Lov. 3. *Quam conveniens esset* præfert Lov. 2. et Harl. 2. et ita vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit. Verum, hoc, æque ac præcedentia et sequentia, per infinitivum enunciari, convenientius est. Præterea *propterque Fabium* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad Livii XXII. 31. § 7. *propter quem Fabium* Lov. 4.

§ 21 *Eum, propter quem Deum delubra pateant*] *Eumque, propter quem* Voss. 1. et Lov. 1. *eumque, per quem* Leid. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Deinde vox *Deum* omittitur in Rom. ed. 1472. Mediol. 1480. 1495. et 1505. ac quibusdam aliis; quam Parm. utraque Tarvis. Ascensii omnes, et inde reliquæ cum omnibus scriptis recte servant. Vide ad v. 30. § 1. *Delubra Deum* Lov. 4.

Deosque ab se duobus præliis haud frustra advocatos] *Deos ab se* Lov. 3. *Deosque a se* Gaertn. Tum *dubiis præliis* Port. in contextu: *duobus plus* fragm. Hav. Sed scriptum fuerat p̄liis: inde nullo negotio negligens librarius illud finxit. Paullo ante *in conspectu* R̄P̄ Harl. 1. Præterea *intuente*, pro *intuentem*, Voss. duo, Leid. 1. Harl. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 22 *Quo id animo exercitum, &c. laturum*] *Quod animo ex.* Lov. 2. *Quid animo ex.* Leid. 1. et Harl. 1. *Quid animos ex.* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *Quos animos ex.* Lov. 4. Præterea *vicerit*, pro *vicisset*, idem Lov. 4. Mox *lætitiam in hoste fore*, pro *inter hostes*, Harl. 2. Alibi sæpe *inter*, sive *int'*, et *in* confunduntur. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Ultima autem litera vocis *hostes* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11.

§ 23 *Jurgans, querens, Deum hominumque fidem obtestans*] *Jurgans querelis* Lov. 4. *jurgans querensque* Harl. 2. Lov. 2. Port. Hav. et edd. Frobeniana 1531. antiquiores, nisi quod Aldus quidem in contextu conjunctionem omiserit, sed tamen inter errata eamdem revocandam monuerit. Præterea Hav. legit *fidem obtestatus*; qua forma etiam dixit VII. 41. 'Salonius, obtestatus Patres conscriptos, ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, æstimarent, perpulit, ut,' &c. Uni tamen, et quidem huic testi, non credo. Mox τὸ *et* deficit in Port. et Hav.

Plurimis cum lacrimis agebat] *Lacrumis* diserte hic Flor. De varia ratione, qua vocabulum hoc et inde derivata scribantur, vide Pierium ad Virgil. Æn. VI. 1. Voss. in Etymol. Ling. Lat. et Dausquei. de Orthogr. part. II. voce 'Lacrimæ.' Deinde *ajebat* Lov. 2. Harl. 1. a m. sec. inter versus, Harl. 2. Port. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in margine. Sed vulgatum placet. *Agebat* dictum est, quemadmodum 'peragere sententiam,' de quo vide ad XXXIV. 31. § 19. Ceterum voces hæ frequenter in Mss. commutantur. Vide ad I. 26. § 9. II. 23. § 4. III. 31. § 6. c. 49. § 3. c. 57. § 1. c. 58. § 5. c. 64. § 9. c. 65. § 3. v. 20. § 7. VII. 5. § 3. c. 26. § 7. c. 33. § 17. IX. 8. § 14. X. 13. § 9. XXVIII. 26. § 14. XXXV. 10. § 8. et alibi.

CAP. XXXIV. § 1 *Stabat cum eo senatus majestas, favor populi*] *Cum eo stabat* Gaertn. Deinde *populi favor* Leid. 2. Lov. 1. et Harl. 2. Mox *et memoria* idem Harl. 2. addita priori vocula.

§ 2 *Ex parte altera imperium invictum populi Romani, et disciplina rei militaris*] *Ex altera parte* edd. ante Aldum. Tum *imperium pop. Rom.* Harl. 1. *imp. injunctum pop. Rom.* fragm. Hav. Vide ad IX. 16. § 14. *Imp. invictum populus Romanus* Voss. 2. et

Digitized by Google

Lov. 3. quæ lectio inde nata est, quod, quum per notas *invictum P. R.* librarius scriptum reperisset, in iis exponendis errarit. Vide ad XXXIX. 47. § 11. Ceterum, judice Donjatio, facilius constabit sententia, si legamus *ex disciplina militari*; ut velit Livius, per eam stetisse, invictumque esse imperium Romanum. Sed nihil muto. Nam ita disjunctim 'imperii' et 'disciplinæ militaris,' tamquam duarum diversarum rerum, meminit iterum Livius cap. seq. 'Vicit disciplina militaris, vicit imperii majestas.'

Et dictatoris edictum pro numine semper observatum] Tò *et* male omittitur in Gaertn. Tum *semper observatum pro numine* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *observatum semper pro numine* Port. et Hav.

§ 3 *Nunc patres comes, et senes faciles de alieno imperio spreto*] Lege *dictatorio imp. spreto*. Cetera ut mittam; quæ isthæc Latinitas 'corruptæ disciplinæ gratiam tibi facio de imperio alieno spreto?' *T. Faber*. Locus re vera obscurus, qui nescio an parva transpositione clarior fieri possit: *senes faciles de alieno, tamquam rei parvæ, disciplinæ militaris spreto imperio eversæ, juventuti gratiam facere*. Neque enim video, quare dici non possit 'gratiam facere de alieno,' cum 'largiri de alieno' usitatum sit. Addit autem *de alieno*, quia res solum dictatorem L. Papirium spectabat: et *spreto imperio*, quia et alia vim sunt, quibus disciplina militaris tolli potest. Putabam nonnumquam tolli posse τὸ *de*; ita ut *alieno imperio spreto* referatur ad 'patres' et 'senes,' qui, spreto dictatoris imperio, L. Manlio gratiam faciebant eversæ disciplinæ. *G. Cuperus*. Neque Donjatio Fabri conjectura placuit, partim quia ejus rei jam satis mentio facta fuit, cum dictum est 'dictatoris edictum pro numine semper observatum,' partim quia acutius hoc et amarius dicitur *de alieno imperio*, quum Fabius pater non æque facilis futurus esset in suo imperio spreto. Vulgatum deinde defendit, dicendo Fabrum meminisse oportere, quam sæpe Livianæ historiæ majestas supra grammaticorum minutias adsurgat. Illud autem *de alieno imperio spreto* non revocandum putat ad 'gratiam facere,' sed per parenthesin dictum, ut, si quid desit, facile suppleri possit, velut (cum agitur *de alieno imperio spreto*). Verum neque ipsi hæc sententia satis placuit, unde tandem eo delabitur, ut, deleta præpositione *de*, scribendum judicet *alieno imperio spreto*. Quod et Cupero in mentem venisse adparet. Neque video, quum omnes codd. vulgatam scripturam servent, quid minus a recepta lectione discedens in mentem venire possit. Acutioribus itaque locum considerandum trado. Ceterum *patres dines* Port. in contextu, Gaertn. et Hav. *patres omnes* Lov. 4. et ed. Mediol. 1505. In verbis præcedd. *etiam* deerat in Port. In sequentibus vero *facere gratiam* transpositis vocibus legunt idem et Hav.

§ 4 *Perstaturum in incepto; nec si, qui adversus dictum suum*] *Perstiturum in incepto* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 25. § 2. *Perstaturum incepto* Leid. 2. Lov. 3. Harl. 2. Hav. fragm. Hav. et præter Romanam 1472. reliquæ, quas vidi, edd. principes Aldo priores. Male. Vide ad cap. præc. § 6. Deinde *adversus edictum suum* Voss. 2. Lov. 3. Klockian. Hav. Neapol. Latinii, editique priores usque ad Aldum. Optimi stant pro vulgata, quod ideo etiam præferendum non dubito. Vide quæ notantur ad XXII. 25. § 13. Mox *aut dubiis*, pro ac, Lov. 4.

§ 5 *Majestas imperii perpetua ne esset, non esse in sua potestate*] Voces *Majestas imperii*, ut et præcedens *remissurum*, perperam omittuntur in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *perpetua*

Digitized by Google

nec esset. Gaertn. *perpetua necesset* Harl. 1. Tum *sua in potestate* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad II. 19. § 8.

Papirium nihil de ejus jure deminuturum: optare ne potestas] Pall. tres omittunt præpositionem *de*. Amplius Campanus, sed perperam *nihil ejus diminuturum optare*. Gebh. *Papirium nihil ejus jure deminuturum*, vel *diminuturum*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. 1. Port. Klockian. et Hav. *nihil ejus jure diminutum ut optare* Voss. 2. *nihil ejus jure dimicaturum* fragm. Hav. *nihil ejus vitæ deminuturum* Harl. 2. *nihil ejus dimicaturum* Gaertn. *nihil ejus diminuturum* Leid. 1. et Lov. 4. *nihil ejus diminuturum: ut optare* Lov. 3. *nihil ejus jure deminutum: optare* Flor. pro quo Salvin. legendum conjicit *nihil ejus deminutum optare*. Verum, quemadmodum mens Livii exigit, ut *optare* ad sequentis periodi initium referatur, ita, quum omnes codd. in expellenda præpositione consentiant, animus eo ferme propendet, ut probem codd. qui etiam vocem *jure* expellunt, ac legam *Papirium nihil ejus deminuturum*. Nam *deminuturum* potius, quam *diminuturum*, legendum esse, vidimus ad II. 1. § 7. nisi quis præferendum censeat *nihil ejus jus deminuturum*, ut ita in codd. in quibus vox *jure* non adparet, *jus* interceptum sit a præcedentis ultima syllaba. Similiter fere IV. 24. 'Quamquam deminutum censuræ jus noluissent.' Neque fore existimo, qui credant, conjecturam hanc propter ὁμοιοτέλευτον *ejus jus* rejiciendam esse. Nam ita etiam Livius IV. 7. 'Non tamen pro firmato jam stetit magistratus ejus jus:' ubi accedit tertia vox *magistratus* iisdem literis finiens. Ibidem quoque unus codex similiter τὸ *jus* omisit.

§ 6 *Potestas tribunicia, inviolata, ipsa violet*] Jac. Perisonius ad marginem Livii aliter distinguebat hoc modo, *potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet*. Et ita jam locum interpunxit Hearne.

Neu populus Romanus in se potissimum dictatorem et jus dictaturæ extinguat] *Ne* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et fragm. Hav. Vide ad II. 15. § 2. Tum vox *Romanus* exulat a Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. Harl. utroque, Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Et videtur vox illa commode abesse posse. Ita hoc cap. 'favor populi' cum Fabio stetisse dicitur, et mox 'pravum populi judicium' memoratur. Eam itaque delevi. Deinde *potentissimum dictatorem* Gaertn. et Port. in contextu. Alibi etiam hæ voces male in Mss. confunduntur. Vide ad II. 53. § 3. v. 12. § 12. et Burmann. ad Suet. Cæs. c. 28. Præterea *et* deest in Leid. 2. et Lov. 1. An legendum *in se pot. dictatore jus dict. extinguat?* Puto enim vix Latine dici posse hoc sensu, quem locus requirit, 'exstinguere dictatorem:' vel, si Latine dici potest, non differt ab eo, quod additur, 'extinguere jus dictaturæ;' adeoque addi non adtinebat. Eadem conjectura etiam Dukero in mentem venit; cui eædem obstabant difficultates in vulgata scriptura.

§ 7 *Non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi judicium*] *Nec tribunos* Port. et Gaertn. Male. Vide ad III. 11. § 2. Hinc *parvum populi judicium* Flor. Leid. 2. et quædam ex antiquioribus edd. vitiosa literarum transpositione. Vide ad XXIX. 37. § 16. *Populi primum judicium* Gaertn. Mox *accusatores*, pro *accusaturos*, Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1.

Quum, polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, &c.] *Et quum* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *polluta simul* Port. Alibi sæpe ita peccasse scribas, videbimus ad XXIV. 22, § 14. Insuper *non miles centurioni, non centurio tribuno, non tribunus legato, non legatus consuli, non magister equitum dictatori pareat imperio* Voss.

Digitized by Google

1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. C. quod probare non audeo, quamvis etiam eadem ratione 'dicto parere alicui,' pro *alicujus*, ex conjectura emendet Gronov. supra hoc lib. c. 4. § 2. *Dictatorio pareat imperio* Voss. 2. et Lov. 3. Voces *pareat imperio* non comparent in Port.

§ 8 *Nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat*] *Nemo Deorum, nemo hominum*, transpositis vocibus, Port. quasi conveniret, Deos ante homines memorari. Verum similia non observarunt Romani, certe Livius sæpe neglexit. Ita *equi virique* dixit. Vide ad XXI. 27. § 1. filius Perseus de se et patre Philippo 'nec me, nec te.' Vide ad XL. 10. § 5.

§ 9 *In pacato, in hostico errent*] [Vid. Lectt. Varr.] Posterius *in* omittitur in Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. ejus loco *etiam* habet Lov. 4. Tum *hostico errarent* Flor. Harl. 1. Port. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Hostico coërrarent* Leid. 1. Lov. 1. et apud Hearnium L. 1. ac C. *hoste concurrent* Hav. *hoste coërrent* Lov. 2. *hosti coërrarent* Leid. 1. *hosti coërrent* Lov. 4. quæ quatuor posteriorum codd. lectiones ostendunt, verbum 'coërrare' potius librariorum, quam Livii, esse: illudque unice imperitæ literarum in suas voces distributioni originem hoc loco debere. Eorum autem codicum auctoritatem firmant illi Mss. qui vel nihil mutant, vel certe primam τοῦ *coërrare* syllabam nesciant: inter quos etiam sunt plerique optimi. Simili fere modo peccant codd. XXXVI. 43. § 6.

Licentia sola, qua se, ubi velint, exauctorent] *Qua* redundat. *Gelen.* [Vid. Lectt. Varr.] *Licentia sola, qua se* etiam Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et edd. Aldina, eamque secutæ usque ad Gelenium: et hanc lectionem Doujatius probat, verba ita distinguens, *licentia sola, qua se, ubi velint, exauctorent, infrequentia deserantur signa.* Verum *licentias sola vasa* præferunt Leid. 1. et Lov. 4. *licentia sola vase* Harl. 1. *licentia sola vasa* Lov. 2. *licentia sola, ubi velint* Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. Klockian. Hav. et editi ante Aldum. Gronovii emendatio minus placet, quum vox *vagi* modo præcesserit. Licet enim, easdem voces repetere Livio familiare esse, docuerim ad I. 3. § 9. non tamen id sine codd. Mss. auctoritate captandum existimo. Nihil itaque propius videtur, quam ut vulgatum servemus; quod in uno superest Flor. optimo, et commodum sensum præbet. Tum *ubi velut* Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *excutiant* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C.

Infrequentia deserant signa; neque conveniant ad edictum, nec discernant] A nimia Curionis est cura. Gryphius anno ante cum prioribus editis et scriptis ediderat *deserantur* . . . *conveniatur* . . . *discernatur*, non sine lepore per ipsam illam varietatem, quæ displicuit. Sed et medii verbi eamdem formam sæpius aboleviase corruptores librorum observavi. Sic apud Cæsarem Gall. VI. 35. 'Tribus horis Atvatucam veniri potest. Hac omnes suas fortunas exercitus Romanus contulit:' sic inculpatæ membranæ Claud. Menardi: at vulgo *venire potestis.* De Civ. I. 67. 'Posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur.' *J. F. Gron.* Tria hæc verba passiva forma *deserantur, conveniatur, discernatur* constanter supersunt non modo in edd. illa Curionis antiquioribus, verum etiam in omnibus Mss. nisi quod medium *conveniant* active sit in Flor. et Hav. in quo tamen Gronov. facile consentio, id potius *conveniatur* legendum esse, quia forma hac minus frequens, ideoque librariis minus cognitum est, qui similia in notiora mutare consueverunt: præ-

Digitized by Google

terquam quod etiam passim ‘ conveniăt,’ sive ‘ conveniant,’ et ‘ conveninĕ,’ sive ‘ conveniatur,’ aliaque ejusdem formæ in Mss. commutentur. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Hanc itaque priorum edd. lectionem Curio eam ob caussam, ut Gronovius docuit, mutavit, quia præcedentia ac sequentia active proferuntur, et hæc diversitas ipsi displicebat; quam Livius tamen ubique captavit. Supra III. 46. ‘ Placuit, inpigros juvenes pergere inde recta ad portam, et Virginium adciri e castris.’ IV. 2. ‘ Primo, ut alter consul ex plebe fieret, id modo sermonibus tentasse; nunc rogari:’ ubi quædam etiam exempla notantur: c. 6. ‘ Eo deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex Patribus ac plebe creari sinerent, de consulibus creandis nihil mutaretur.’ V. 39. ‘ Placuit, &c. sacra publica a cæde ab incendiis procul auferre, nec ante deseri cultum eorum.’ VI. 24. ‘ Optimum visum est, in fluctuantem aciem tradi equos, et pedestri pugna invadere hostem.’ X. 21. ‘ Supplicationem ob rem bene gestam consulis nomine decernunt; justitium remittitur:’ ubi etiam unus cod. cum vett. edd. *remittunt*. XXI. 8. ‘ Quo acrius et confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur:’ ubi olim etiam editum est *pugnabatur*. c. 38. ‘ Eo magis miror ambigi, quanam Alpes transierit; et vulgo credere, Penino transgressum:’ ubi etiam varie locum tentant viri docti. XXXIII. 3. ‘ Tirones ab decem et sex annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis ad signa revocabantur.’ XXXVIII. 6. ‘ Arma capiunt, et omnibus portis ad opem ferendam effunduntur.’ XL. 2. ‘ In prodigium versa ea tempestas, procurarique aruspices jusserunt.’ c. 23. ‘ Fuga per Pæoniam præparata arguebatur; et corrupti quidam, ut comites itineris essent, maximę falsæ literæ T. Quinctii arguebant.’ XLII. 24. ‘ Agrum, qua cujusque sit, possideri velle: nec novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere.’ Sic etiam Val. Max. VII. 2. ext. 14. ‘ Ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere; ita bis humiles et pauperes constringi, divites et prępotentes non adligari:’ ita viri docti ediderunt, et confirmant duo Mss. Trajectini. Alii legunt *illis retineri, transmitti*. Silius Italic. III. 456. ‘ Nunc celso capite et cervicibus arma tuentur, Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.’ Et ita etiam alii. Ceterum *nec*, pro *neque*, Voss. 2. et Lov. 3. quomodo dediisse videntur, quia mox iterum *nec* sequitur. Sed vide ad IX. 9. § 14. Tum *concinatur*, pro *conveniatur*, Gaertn. Deinde *ad edicta* Lov. 2. *ad delicta* Lov. 4. Insuper *ne*, pro *nec*, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii III. 47. § 7.

§ 10 *Injussu imperatoris pugnent*] Detracta erat una dictio. Legendum enim *jussu injussu imperatoris*. Gelen. Vox *jussu* deest in omnibus scriptis et edd. antiquis. Sed exeidisse videtur ob similitudinem vocis seq. quam recte Gelenius, ejusque monitu Frobenius in ed. 1535. revocarunt. Deinde *pugnet* Leid. 2. et Lov. 1. *pugneť*, id est *pugnetur*, Lov. 2. ut ita conveniat præcedentibus. Sed reliquos codd. qui vulgatum tuentur, sequor.

Et non signa, non ordines servent; latrocinii modo cæca] Hæc minus cohærere visa sunt librariis Voss. 2. et Lov. 3. ideoque, ut melius connecterentur, scripserunt *et, si non signa ordines servent, latrocinii modo*. Sed, interruptas ac concisas has periodos Livio non displicuisse, videbimus ad XXI. 36. § 4. Præterea elegans illud *non signa, non ordines* ac vere Livianum est. Ita enim locutus est II. 23. ‘ Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed inpediendæ rei caussa

Digitized by Google

absesse.' c. 55. 'Adparebatque omne discrimen adesse: nihil cuiquam sanctum, non publici fore, non privati juris.' IV. 43. 'Non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse?' v. 6. 'Non status, non frigora pati possint?' et inferius eodem cap. 'Ea demum Roma libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militem.' c. 39. 'His corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent.' VI. 4. 'Laborque continuus, non die, non nocte remissus, subegit eos:' hoc lib. c. 32. 'Militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni, non esse statis, non prudentiæ ejus:' hoc cap. supra, 'Non edicta imperatorum, non auspicia observentur.' IX. 37. 'Non signum certum, non ducem sequentes.' Alia vide ad XL. 15. § 5. Hinc neque probandi sunt librarii Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. qui dederunt *et non signa et non ordines*. Mox *et pro sollemni et sacrata* Leid. 1. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *etiam pro sollemni et sacrata* Lov. 4.

§ 11 *Horum criminum vos reos in omnia secula obferte tribuni plebei*] *Vos reos injuria in omnia secula offert et tribuni* Lov. 2. *offert et* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. *offerre tribuni* Leid. 2. et Lov. 1. *offerentes et tribuni* fragm. Hav. Deinde *tribuni plebei* edidit Clericus, quod in nullo cod. reperi. *Plebis* habuerunt primæ edd. usque ad Jac. Gronovium, consentientibus Voss. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Jac. Gronovius deinde substituit *plebi*, quod superest in Flor. Leid. 1. et Harl. 1. Alii omnes ambigue *tribuni pl.* Vide ad II. 42. § 6.

Vestraque obnoxia capita pro licentia Q. Fabio objicite] *Pro licentia M. pr Fabii obicite* fragm. Hav. *pro licentia P. Q. Fabici obici* Leid. 1. *pro licentia P. Q. Fabii obicit* Lov. 2. *pro licentia paterque Fabii obicit* Voss. 2. et Lov. 3. *pro licentia paterque Fabii obicite* Gaertn. *pro licentia Fabii objicite* Voss. 1. Leid. 3. Harl. 1. et Port. *pro licentia Q. Fabii obici* Lov. 4. *pro licentia Q. Fabii obicite* Flor. Lov. 1. Harl. 2. Klockian. Hav. et Hearnii Oxon. N. neque aliter est in edd. antiqq. usque ad Gruter. qui Q. *Fabio* subposuit; sed, ut videtur, operarum errore, licet id recentiores servarint. Non enim capita obnoxia Fabio objecturi erant pro licentia, sed posteris sive omnibus seculis pro licentia Fabii. Priscam igitur lectionem revocavi.

CAP. XXXV. § 1 *Tepentes tribunos*] Quid (malum) *Tepentes? Stupentes* lege. *Gelen.* Pall. duo *Tepentes*. Legendum omnino videtur *Hærentes*. Cic. Philipp. II. 29. 'Hærebat nebulo; quo se verteret, non habebat.' Juven. Sat. VI. 280. 'Dic aliquem, sodes, dic, Quinctiliane, colorem; Hæremus.' *Gebh. Tepentes* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. ac 4. Ex simili autem lectione, in duobus Pall. obvia, Gronov. in prima ed. notaram scribendum conjecit *Terpentes:* quod recte in repetitis curis omisit, quum reliqui codd. *Stupentes*, quod Gelenius reposuit, servent. Id autem huic loco recte convenit; et alibi etiam librarii 'stupere' ac 'tepere' in Mss. commutarunt. Vide Burmann. ad Nemes. Ecl. I. vs. 13. Mox *auxilium ab se petebant* Hearnii Oxon. L. 1. De quo errore vide ad XXXVIII. 40. § 1. *Auxilium ab se petebatur*, utraque quasi scriptura juncta, Lov. 2. *auxilium a se petebatur* Gaertn.

Consensus populi Romani ad preces et obtestationem versus] Pal. 2. *obtestationes*. At Pal. 1. *census populus Romanus ad preces et obsecrationem versus*. Pal. 3. *census populus Romanus ad preces et obtestationem versus*. Gebh. Ita III. 34. 'Eas leges habituram populum Romanum, quas consensus

omnium, non jusseisse latas magis, quam tulisse videri posset.' VI. 22. 'Comitiisque jurare parato in verba excusandæ valetudini solita consensus populi restiterat.' Velleius II. 77. 'Tum expostulante consensu populi, cum Pompeio pax inita.' *J. F. Gron. Senatus populi Romani versus* Harl. 2. *consensus populus Romanus versus* Leid. 2. et Lov. 1. *census populi Romani versus* Leid. 1. *census populus Romanus versus* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Similem scripturam quam etiam Gronov. in duobus Pall. invenisset, existimans, neminem sibi persuasurum, hæc Livii esse, in pr. ed. scribendum conjecit *consensu populus Romanus versus*, vel etiam *consensus populi Romani versi*. Id recte in iterata ed. omisit, ejusque loco tria hæc testimonia Livii ac Velleii adscripsit, ut vulgatum tueretur. Deinde *ad preces* deest in Lov. 3. Tum *et obtrectationem* habet Voss. 2. *et obtestationem* Lov. 3. *et obsecrationem* Hearnii Oxon. N. Ita 'orare' et 'obsecrare' jungit Livius XXIX. 18. 'Orare atque obsecrare, ut sibi senatum adire ac deprecari liceret.' Si tamen vera est differentia *τῶν obsecrare* et *obtestari*, quam statuit Manut. ad Cic. ad Famil. II. 1. vulgatum loco non est movendum, quod etiam firmant reliqui et inter eos optimi codd. Ita XXVII. 50. 'Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versæ.' Et ita 'orare' et 'obtestari' junguntur XXX. 12. 'Morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obtestorque.' Mox *dictator* non exstat in Leid. 2. *mittat* autem, pro *remittat*, habet fragm. Hav.

§ 2 *Orare dictatorem insistunt*] Hic etiam vocem *dictatorem* ignorat fragm. Hav. Deinde *insistereque* Port. a m. sec. *insistant* Gaertn. *insistuntque* Harl. 2. Illud *que* etiam margini Port. adscriptum est. Mox *adulescentiæ* et § seq. *adulescens* Flor. *adulescens* etiam Lov. 4. Vide ad VI. 34. § 11.

§ 3 *Contentionis oblii*] *Contemptionis* fragm. Hav. solito lapsu scribarum. Vide ad Livii XXV. 38. § 20. Mox *deprecati*, pro *deprecari*, Leid. 2.

§ 4 *Tum dictator, silentio facto, Bene habet, inquit*] *Tunc dictator* Port. Hav. fragm. Hav. et multæ ex vetustis edd. Vide ad II. 12. § 15. *Cum dictator* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem. *Tum dictatori* Leid. 1. et Harl. 1. Deinde *Unde habet* Voss. 2. et Lov. 3. *Bene habetis* Lov. 4. *Bene habe* Leid. 1. et Harl. 1. *Bene habent* Gaertn. Sed nihil mutandum. Est enim sollemnis formula, de qua dictum ad VI. 35. § 8. Mox *virit disciplina rei militaris* Harl. 2. cui nullus reliquorum codd. adsentitur.

Quæ in discrimine fuerunt, an nulla post hanc diem essent] *Fuerat* Lov. 2. 4. Harl. 2. et Port. a m. sec. *fuera* Gaertn. Deinde *ac nulla* Voss. 1. et Lov. 1. *ut nulla* Port. *quæ nulla* Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *esset* Voss. duo, Leid. duo, Harl. 2. et fragm. Hav. Sed nihil mutandum. Vide ad I. 31. § 7.

§ 5 *Non noxæ eximitur Q. Fabius*] *Noxa eximitur* Voss. 2. Lov. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. atque in margine N. Ita locutus est Livius VI. 24. 'Orare singulos universosque, ut se, reum fortunæ ejus diei, crimine eximerent.' Vide ad XXXIII. 23. § 2. Sed nec alterum damno. Quinctil. Instit. Orat. l. x. c. 1. p. 900. ed. Burm. 'Meretur, qui turbæ quamvis bonorum post hos auctorum eximatur.' Val. Flacc. II. 256. 'Exime me sceleri, pater, et miserere piorum.' Sueton. Claud. c. 11. 'Biduum, quo de mutando reipublicæ statu hæsitatum erat, memoriæ eximere.' Curtius VII. 1. 'Supplicio magis, quam crimini, fuerat exemtus.' Gell. IV. 20. 'Tum notæ jam destinatæ exemtus est.' Paullus l.

Digitized by Google

22. § 4. ff. ad l. Cornel. d. Fals. 'Dicamus, eum pœnæ eximendum esse.' Præterea Fabii prænomen Q. deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. utroque, et fragm. Hav.

Noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribuniciæ potestati] *Donatus* Hav. a m. pr. et contra *damnatur populo Romano* Gaertn. Solent in his verbis confundendis errare librarii. Vide ad Epit. h. lib. *Donatur patri, donatur tribuniciæ potestati* Hearnii Oxon. L. 2. Male. Valer. Max. II. 7. ex. 8. 'Testatus est, non pœnam illam se Fabio, sed populo Romano et tribuniciæ concedere potestati.' Interdum *P. R.* id est *populus Romanus*, et *pr̃*, id est *pater*, commutantur. Vide ad VII. 20. § 3. Mox *auxilium petenti*, pro *ferenti*, idem Hearnii L. 2.

§ 6 *Quam, qua paullo ante exsultabas, victoria*] Pall. duo, quod in Pal. 2. quoque superscriptum reperi, *insultabas victoria:* ubi 'insultare' est ferociorem se facere; quod Græci exprimunt ἐπιγαυροῦσθαι. *Gebh. Exinsultabas* Leid. 1. Flor. et Lov. 1. unde Salvin. scribendum conjecit *insultabas*, quod etiam superest in Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Mihi nondum vulgatum displicet, et hæc lectio ex duarum lectionum conjunctione orta videtur. Præterea *quamquam paullo ante* Leid. 1. Lov. 1. et Gaertn. Sed *qua* et *quam* sæpe confunduntur. Vide ad l. VI. c. 35. § 9. *Quam quæ* Lov. 3. *quam quo* fragm. Hav. Illud *qua* deest in Klockian. et Lov. 2. Sed a præcedenti interceptum est. *Quam in qua* habent edd. Aldina priores, quam præpositionem omnes codd. uno ore repudiant. Paullo ante *Vive* deest in Voss. 2. *Vive quidem, Q. Fabi* habet Leid. 2.

Vive, id facinus ausus] *Vives* Leid. 1. Lov. 2. 4. et Harl. 1. Quum autem modo dixerit *Vive, Q. Fabi*, hic etiam dicendum esse videri posset, *vive, id facinus ause;* pro quo haud male legitur *ausus*. Vide Sanctium Minerv. II. 6. et quæ ibi notavit Perizon. Mox *hoc loco*, pro *eodem loco*, Lov. 4.

Quo fuit L. Papirius] De se ipse loquitur Papirius, quare minus convenire credidit Jac. Gronov. in scholiis privatis ad Livium, ut uteretur tertia persona. Existimat igitur legendum esse *quo fui L. Papirius*. Ita XLV. 22. 'In hoc squallore venimus in curiam Romanam Rhodii.' Sed plura vide ad XXXII. 21. § 16. Omnes tamen scripti vulgato adhærent.

§ 7 *Mecum, ut voles, reverteris in gratiam*] Cic. Phil. II. extr. 'Mecum, ut voles; cum republica redi in gratiam.' *J. F. Gronov. Meam, ut voles* Voss. 2. et Lov. 3. Voces etiam *in gratiam* desunt in Lov. 4. *reverteris in gratiam populi Romani* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. Sed, nihil mutandum esse, constare potest ex loco Cic. a Gronovio laudati, ad quem videndus est Abram. Mox *populoque Romano* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Tum *cui ita te debes* Klockian. Hinc *nihil magis*, pro *nihil majus*, Gaertn. Vide ad XXVI. 41. § 16. Deinde *præstiteris*, pro *præstiteris*, Voss. 1. et Leid. 2.

Si hic tibi dies satis documenti dederit] *Hæc tibi dies* Voss. 2. *hic dies tibi* Port. et Hav. Præterea *satis documento dederit* Leid. 2. et Gaertn. Mox τὸ *pati* deest in Voss. 2. *pace uti legitima imperia* legit fragm. Hav.

§ 8 *Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset*] Genus dicendi, quo utebantur in absolvendo. Sic IV. 42. tribunus plebis, 'Sempronium nihil moror:' et Philipp. in Epist. Antonii XIII. 17. 'Nihil moror eos suivos esse, et ire quo lubet.' *Sigon.* De hac formula vide ad IV. 42. § 8. *Magistrum equitum pronunciaret* Harl. 2. *magister equitum pronunciasset* Lov. 2. *magister equitum promisisset* Voss. 2. et Lov. 3.

Digressum cum templo lætus senatus]

Digitized by Google

Vide quid hic 'templum' significet. Paullo ante c. 33. dixerat: 'Ex curia in concionem itur, quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum quum ascendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit. Secutus pater,' &c. Quidam curiam Hostiliam intelligunt. *Glar.* 'Templum' non curiam Hostiliam intelligendum esse puto, ut ait Glareanus quibusdam placere, sed 'rostra,' quæ, summoto magistro equitum, dictator adscenderat, et ex eis verba ad populum fecerat. Supra autem rostra 'templum' dici monuimus hoc lib. c. 14. § 12. *Sigon.* Ex c. 33. 'Deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit,' legendum hic videtur *degressum*. 'Templum' autem vocat rostra c. 14. 'Naves Antiatium partim in navalia Romæ subductæ, partim incensæ, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, rostraque id templum appellatum.' *Gebh.* *Digressum* servant omnes, quibus usus sum; codd. et edd. usque ad Gronov. qui *degressum* vulgari curavit: cujus sensum eumdem esse Doujatius pronunciat. Sed 'degredi' et 'digredi' significatione differre, vidimus ad IV. 17. § 11. Qui rostris adstans inde discedit, a rostris 'digreditur:' sed, quum rostra fuerint suggestus sive locus altior in foro, dictator inde descendens proprie rostris 'degreditur.' De eodem paullo ante in loco, quem Glareanus laudavit, Livius 'ascendere' sive 'ascendere,' et contra 'deducere de rostris in partem inferiorem' usurpavit. Ceterum *extemplo*, pro *cum templo*, Lov. 4. In verbis seqq. *gratulantes hinc magistrum equitum, hinc dictatorem* Gaertn. Tum *secuti sunt* Lov. 4. Vide ad VI. 34. § 7.

§ 9 *Supplicio miserabili adolescentis Manlii*] Vet. lib. *T. Manlii*. Recte: præcessit enim *Q. Fabii*. Sigon. Pal. 2. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii*. Gebh. *Miserabili supplicio adolescentis Manlii* Lov. 2. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii* Port. et Hav. *T. Manlii* etiam Harl. 2. et Hearnii Oxon. B. quod Sigonius probavit, quia, quum Fabii prænomen paullo ante additum sit, nunc Manlii vix commode omittitur; cui etiam, sed alio modo, mederi voluisse videtur librarius Harl. 1. paullo antea omittendo Fabii prænomen *Q.* quod in reliquis superest, quemadmodum alii omnes hic illud Manlii ignorant. At, sæpe, si duo memorentur, alterius prænomen a Livio supprimi, vidimus ad IV. 49. § 1. Paullo ante *formatumque*, pro *firmatumque*, Voss. 2. Vide ad IV. 7. § 3. Adde viros doctos ad Suet. Claud. c. 37. Etiam *militare* exsulat a Leid. 2.

§ 10 *Forte ita eo anno evenit*] *Forte eo anno ita evenit* Harl. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Forte eo anno evenit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 2.

Quotiescumque dictator ab exercitu recessit] Voss. alter, et Mureti liber *recessisset*. J. F. Gronov. *Recessisset* præferunt etiam Lov. 2. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. B. C. In Voss. altero autem a m. pr. est *recessit*, pro quo deinde *recessisset* repositum est.

Exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato] *Exemplo erat* edd. ante Aldum. Utrumque loquendi genus non tantum aliis, sed et ipsi Livio, in usu fuit. Vide ad XXIV. 8. Verum, quum codd. hoc loco in eam, quam Aldus adoptavit, lectionem conspirent, eam veriorem esse censeo. Ceterum prænomen Fabii *Q.* deficit in Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. quod in reliquis constanter superest, nisi quod ejus loco *que* Leid. 1. et *Quinctius* Gaertn. præferant scribarum errore sæpius in Mss. obvio. De priori vide ad XXII. 31. § 7. de posteriori ad III. 1. § 1.

Qui in castris præerat] Lege *qui castris præerat*, non *in castris*. Gelen.

Digitized by Google

Ut Gelenius emendat, præferunt omnes mei. Mox *nequaquam vim hostium*, pro *ne quam vim* Klockian. et Gaertn.

§ 11 *Ni tristia edicta exhorruisset*] *Tristia dicta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. de quo vide ad XXII. 25. § 13. Hic tamen optimorum consensus in vulgatam lectionem persuadet, eam præferendam esse. *Tristicia edicta* Port. Gaertn. et Hav. De simili scribarum errore vide ad IV. 52. § 5. *Tristicia dicta* Leid. 1. Paullo ante *a legato* Gaertn. et edîti ante Aldum.

§ 12 *Ea quoque ira alienavit a dictatore militum animos*] Pal. 2. *abalienavit*. Gebh. Livius XLV. 6. 'Omnium ab se abalienavit animos.' Nostri tamen omnes a vulgato non recedunt. Liv. II. 30. 'Quæ res utique alienasset plebem.' Mox *inplacabilis questio fuisset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *inplacabilis Q. filio fuisset* Lov. 1. *inplacabilis Fabio fuisset* Harl. 1.

Ejus populo Romano veniam dedisset] *Ejus populi Romani* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. ut ex præcedenti repetatur 'populi Romani precibus.' Quæ lectionis varietas inde nata est, quod in codd. per compendium scriptum foret *ejus po. R. veniam*, quemadmodum etiam in multis inveni. Vide ad XXXIX. 47. § 11. *Ejus populo veniam dedisset* Harl. 2. Port. et Klockian. *Ei populo Romano veniam dedisset* edd. ante Aldum.

CAP. XXXVI. § 1 *Pro magistratu agere, in castra rediit*] *Pro mag. agere in castris, redîit* Voss. 1. et Leid. 2. Ceterum hoc loco iterum Doujatius animi ad verba Livii minus adtenti specimen dedit, monens 'hinc,' sive 'ex hoc loco,' colligi, magistrum equitum ab dictatore abdicari ob culpam, destitui alio substituto, Urbi etiam præfici potuisse, et prohiberi ne in castra proficisceretur. Adparet eum verba 'præposito in Urbe L. Papirio Crasso,' quibus Livius indicat, L. Papirium Crassum a dictatore, quum adhuc in Urbe foret, antequam in castra profectus esset, magistrum equitum dictum esse, accepisse de Q. Fabio, et legisse *præposito urbi*.

§ 2 *Nunquo postero die, seu, ignari omisse dictatorem*] *Neque postero die num postero die* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VII. 28. § 7. Deinde *omisset dictatorem* Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. Paullo post *adesset seu abesset* Leid. 1. et Lov. 2. Tum *abstructa acie* Flor. Mox etiam *accessere* Harl. 2. Port. et Hav.

§ 3 *Ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit*] Pall. tres contra normam grammaticorum *Ceterum tanti momenti*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Erroris caussam sæpe dedi. Vide ad VI. 3. § 8. *Ceterum tam momenti*, id est *tamen*, Leid. 1. *Ceterum tĩ momenti* Lov. 2. Vide ad III. 46. § 1. *Ceterum momenti tantum* Lov. 4. Tum *in uno viro fuit L. Papîrio* Harl. 2.

Si ducis consilia favor subsecutus militum foret] Prima vocula non adparet in Lov. 3. Tum *ducis consilia* præfert Lov. 1. Vide ad I. 8. § 6. Deinde *favor* Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad III. 38. § 7. Denique *militum subsecutus* Lov. 4.

Pro haud dubio habitum sit] Pall. omisso *sit*, legunt *pro haud dubio habitum*. Gebh. Illud *sit* non comparet etiam in Leid. 1. et Lov. 3. quod intercipi potuit a sequenti *ita*. Præterea *quod haud dubie habitum* Leid. 2. *quod haud dubio habitum* Voss. 2. Lov. 1. a m. sec. et fragm. Hav. *quod pro haud dubio habitum*, juncta utraque lectione, Portug. *haud dubio habitum* Lov. 4. *haud dubie habitum* Gaertn. *procul dubio habitum* Lov. 2. Sed vulgatum genuinum est. Vide ad VII. 6. § 8.

§ 4 *Cessatum a milite, ac de indu-*

Digitized by Google

via] Inicit dictionem Pal. 2. (num reliqui duo quasi quindecim vocibus manci sunt) *cessatum a milite ira, ac de ind., ut obbr. laudibus ducis, impedita victoria est.* Gebh. Eamdem vocem interponunt Port. et Hav. quorum cum Pal. 2. consensus tanto magis eam *sedulo* suspectam reddit. Voces, quas in Pall. reliquis deesse Gebhardus queritur, fuisse videntur *aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit: cessatum a milite, ac de industria, ut,* (quæ tamen numero sunt sedecim) quia illæ omnes etiam desunt in Lov. 3. 4. et Voss. 2. Ceterum *ac industria*, omissa præpositione, Gaertn. Verum, præterquam quod Livius aut quam rarissime, aut potius nunquam, particulam *ac* adhibuerit ante voces quæ a vocali incipiebant, (ut videbimus ad X. 36. § 17.) reliqui omnes *ut de industria* constanter agnoscunt; et Livius ita etiam locutus est IV. 58. 'Plebem de industria vexandam militia, trucidandamque hostibus objici.' In verbis præcedd. *ita* posteriori loco omittebatur in Harl. 1. adversantibus reliquis: et recte. Solet enim Livius in similium particularum repetitione elegantiam sermonis sectari. Vide ad V. 35. § 4.

Ut obtractaretur laudibus ducis] *Ut detractaretur* Hearnii Oxon. C. *ut obtractaretur* edd. Rom. 1472. et Parm. quomodo sæpius *detractare*, pro *detrectare*, est in membranis antiquis. Vide ad XXXIV. 15. § 9. Mox *mulctati sunt*, pro *vulnerati sunt*, Leid. 2.

§ 5 *Temperandum ingenium suum esse, et severitatem miscendam comitati*] Pall. duo *commiscendam*. Gebh. Ferri potest, si intelligas tam id misceri quod adfunditur, quam id cui adfunditur. Melius tamen erit, opinor, *comitate*. Lib. XL. c. 8. 'Quum pavorem mistum admiratione patri injecisset.' *J. F. Gron.* Vide Gronov. ad Senecæ Epist. XC. Qui severitatem comitati miscet, is jam ante comis est; sed cavet ne plus sit quam satis est: quod in Papirii ingenium non convenit; qui nihil minus, quam comis, ac potius severus sine comitate erat; unde severitatem comitate miscendam sentiebat. Cicero de Universo cap. 12. 'Voluptate et molestia mixtum amerem.' Nec tam rarum est hoc genus loquendi, ut videtur viro docto in Indice Sallustii. *Duk. Temperandum ingenium esse suum* fragm. Hav. Sed τὸ *esse* omisit Harl. 2. sequentem vocalem *et* Flor. quod Salvinio non displicebat. Deinde *veritatem*, pro *severitatem*, Port. a m. pr. Tum *comiscendam* Voss. 2. *commiscendam* Lov. 3. *comitati* vero servant omnes codd. Non contentus tamen Doujatius conjectura Gronovii, insuper legendum censebat *severitati miscendam comitatem*. At, si quid mutandum, longe minus a vulgato recedit id quod Gronovio, quam quod Doujatio, in mentem venit.

§ 6 *Singulos, ut sese haberent, rogitans*] Flor. *inserens in tentoria caput, singulosque, ut sese haberent, rogitans.* Sed et Rott. *ipse circumiens saucios.* Tacitus Annal. I. 71. 'Utque cladis memoriam comitate leniret, circumire saucios, facta singulorum extollere, vulnera intuens.' *J. F. Gron.* Illud *circumiens* etiam inlustrari posset hoc Suetonii in Tiberio cap. 11. 'Diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit:' sed factum dictatoris illo imperatoris Alexandri Severi apud Lamprid. ejus vit. cap. 47. 'Ægrotantes ipse visitavit per tentoria milites, etiam ultimos.' In meis tamen omnibus constanter *circum saucios*. Sed *singulosque* unus præfert Harl. 1. Præterea *ut se haberent* Lov. 3. *ut sese haberet* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 2. Harl. 1. et fragm. Hav. Mox *tribunis legatisque*, alio ordine, Voss. 1. et Leid. 2.

§ 7 *Rem per os popularem ita dexter egit*] *Ita* deficit in Lov. 4. *ita sedulo egit* præfert Klockian. *ita dextere egit* Port. et fragm. Hav. Verum ul-

Digitized by Google

tima litera τοῦ *dextere* repetita est ex initio vocis seq. ut alibi sæpe factum est. Vide ad XL. 7. § 8. Vel lectio hæc nata est ex interpretis expositione; qui adjectivum *dexter* nunc pro adverbio poni docuit. Id autem Livio familiare esse, dicam ad XXII. 12. § 7.

Animi multo plus militum imperatori reconciliarentur] Lego *multo prius*, non *multo plus*. Gelen. Pall. duo *animi multo prius forte debellati mil. imp. reconc.* Gebh. Illud *plus* demum mihi obvium fuit in ed. Mediol. 1480. priores, quas vidi, ut et omnes scripti *multo prius* cum Gelenio præferunt. Vide ad II. 56. § 6. Deinde *animi multo prius forte debellati militum* Voss. 2. et Lov. 3. Sed *foret debellari*, pro *forte debellati*, præferunt Leid. 1. et Lov. 4. *animi multo prius foret rebellati militis* Lov. 2. Deinde *militum imperatoris* Flor. Leid. 1. et Harl. 1. *militum* deest in Gaertn. qui tamen etiam *imperatoris* præfert. Hinc *conciliarentur* Leid. 2. Lov. 1. 3. Port. et Hearnii Oxon. N. ac B.

Quam quod grato animo ea cura accepta est] Vox *ea* non adparet in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *recepta est* Lov. 2. Paullo ante *nequicquam*, pro *nec quidquam*, Leid. 1. Vide ad IX. 18. § 5. *Ne quam* Flor.

§ 8 *Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque*] *Spe militum suaque* habet Pal. 2. *Gebh.* Similiter Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Sed insuper *refecto exercito* Lov. 2. Vide ad l. VI. c. 36. § 4. Præterea *cum hoste congressus est* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. et Hav.

Ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies] *Ira fudit fugavitque* fragm. Hav. *ira fuit fugavitque* Gaertn. a manu pr. *ira fugit fugavitque* a m. sec. *Ira* et *ita* sæpissime a librariis confunduntur. Vide ad XXIV. 16. § 1. 'Fudit' autem et 'fuit' commutantur hoc lib. cap. 18. § 5. ac 'fudit' et 'fugit' XXXVIII. 17. § 6. Deinde *ut ille dies ultimus eis dies* Harl. 2. *ejus*, pro *eis*, Gaertn. a m. pr.

§ 9 *Incessit deinde, qua duxit prædæ spes, victor exercitus*] *Insepsit deinde* Lov. 4. in contextu. Tò *deinde* deest in Lov. 3. et Voss. 2. Tum *qua duxit pede spes* Hav. Deinde *victor exercitum* Lov. 3. Mox *perlustravit*, pro *perlustravitque*, Harl. 2.

Nulla arma, nullam vim, nec apertum, nec insidiis, expertus] *Nulla arma nullamque vim* habet Pal. 2. *Gebh.* Flor. *nec ex insidiis.* J. F. Gron. *Nulla arma nullamque vim* etiam Harl. 2. Male. Supra III. 10. 'Nullum terrorem externum, nullum periculum esse.' XLV. 37. 'Cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat.' X. 22. 'Ut uno animo, una mente viverent.' Alia similia vide ad VI. 39. § 9. *Ex*, quod Gronov. ex Florent. profert, in nullo alio mihi obviam fuit. Non tamen displicet. Ex aliis autem excidisse potuit ob vocis præced. sonum haud multum diversum.

§ 10 *Addebat alacritatem, quod dictator prædam omnem*] *Adderat* Flor. An voluit librarius *Addiderat?* Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *omnem prædam* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Nec ira magis publica, quam privatum compendium in hostem acuebat] *Nec iram magis publicam* Leid. 1. *nec ira magis quam publicam* Flor. *nec ira magis quam publica* Harl. 1. *nec magis r. publ.* sive *res publica*, Klockian. Vox *publica* deficit in Lov. 2. Deinde *privatum commodum* Voss. 2. et Lov. 3. quod ex interpretis glossa natum videtur. Cæsar Bell. Gall. VII. 43. 'Capti compendio ex direptis bonis.' Bell. Civ. III. 32. 'Præter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant.'

§ 11 *Pacem ab dictatore petiere*] *A dictatore* Flor. Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. Gaertn. fragm. Hav. omnesque editi ante Gronov. Deinde *petiverunt* Lov. 4.

Digitized by Google

petierunt fragm. Hav. Sed tota vox ille exulat a Leid. 1.

Cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus et annuum stipendium darent] Vox *quo* non adparet in Flor. *cum quo pacti sunt, singula vestimenta* habet Lov. 3. Deinde *et annuum stipendium* Leid. 1. *in annum stipendium* Hav. Supra hoc lib. c. 2. 'Extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo stipendio et trium mensium frumento acceptо:' 'stipendium in eum annum' dixit IX. 41. 'Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum penssum.'

§ 12 *Secuturos se dictatorem*] Pronomen *se* omittitur in fragm. Hav. ut mox *suum* in Port. et Hav. *Virtutisque*, pro *virtutique*, legit Gaertn.

Ita deductus ex Samnitibus exercitus] Referunt Pall. 1. et 2. *e Samnitibus*. Gebh. Idem mihi etiam obvium fuit in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *itaque deductus* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. De quo errore vide ad XXI. 53. § 7. *Ita reductus* Gaertn. Passim 'deducere' et 'reducere' commutari, dictum est ad VI. 26. § 8.

CAP. XXXVII. § 1 *Triumphans urbem est ingressus; et, quum se dictatura*] Vox *urbem* omittitur in Harl. 1. a quo etiam ut et ab fragm. Hav. exsulat vb *et*. Mox *priusquam abdicaret se*, addito pronomine, præferunt Port. et Hav. *priusquam se abdicaret* Harl. 2. Sed quum mox præcesserit, melius hoc in aliis non exstat.

C. Sulpicium Longum iterum] Prænomen abest a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. *Cn. Sulpicium* vocant Hearnii Oxonienses. Similis diversitas etiam est hoc lib. c. 15. § 1. ubi tamen, ut et hoc loco, recte *Caii* prænomen servant plerique libri. Non modo enim *Cnæi* prænomen in gente Sulpicia inauditum est, sed in tertio etiam consulatu in Fast. Capit. a. CDXXXIX. vocatur C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS. quem eumdem, sed non addita tertii consulatus nota, memorat etiam Livius IX. 24. ubi recte tantum non omnes codd. in prænomen *Caius* conspirant.

Q. Æmilium Caretanum] In pleriqueque libris *Aurelius* legitur A. U. C. CDXXXV. IX. 15. Sed ego *Ælius* ubique de hoc Caretano legendum puto. *Aulus*, quia prænomen est, prorsus non quadrat. *Aulius* fortassis magis quadraret, quod quidam substituerunt. *Glar. Cerretanum* ex Cap. consulibus et vet. lib. *Sigon.* Vetustissimæ edd. *Cerretanum*, quod ex Capitolinis fastis confirmat Sigonius. Pal. 1. *te etanum*. Pal. 2. *Centanum*. Pal. 3. *Tectanum* habent. *Gebh.* Immo *Aulium*, ut recte Sigonius et Pighius, qui et interpositionem istam, 'Aulium quidam annales habent,' putat esse ab studioso, qui tamen scripserit *Æmilium quidam*, tanquam notius nomen. Certe IX. 22. Mss. ubi *Aulius*, non *Æmilius*. J. F. Gron. Omnes libri mei *Q. Æmilium*, nisi quod *Q. Æmilitum* sit in Leid. 1. *et Q. Æmilium* in Port. et Hav. De copula hac addita quid sentiendum sit, vide ad II. 17. § 1. Præterea recte viros doctos *Q. Aulium* restituisse existimo; audaciam tamen Clerici, qui ita etiam in contextu edidit, probare nequeo, quoniam omnes adversentur huic lectioni codd. scripti. Iusuper *Teetanum* Voss. 2. et Lov. 3. a m. sec. quum antea *Teenatanum* scriptum fuisset. *Centanum* Port. et Hav. *Cerunum* Harl. 2. *Teretanum* Lov. 4. *Terentanum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Terretanum* Gaertn. et fragm. Hav. *Terretanum* Lov. 1. *Cerretanum* Leid. 1. Harl. 1. et Klockian. cum edd. Rom. 1472. ac Parm. quod recte Sigonius in contextum recepit.

§ 2 *Quia de conditionibus agebatur*] Id est, res hærebat, non conveniebat: ut X. 10. 'De societate haud abnuunt barbari; de mercede agitur, qua pacta acceptaque,' &c. Posses alioqui legere *ambigebatur*. Ter. Heaut.

Digitized by Google

III. 2. 92. 'Simus et Crito Vicini nostri hic ambigunt de finibus.' Justinus I. 10. 'Cum de regno ambigerent.' Festus in 'Silvii.' 'Cum inter eos de regno ambigeretur.' *J. F. Gron.* Vulgatum in omnibus codd. superest. Id tamen displicet; nec propius video, quam, quod Gronovio in mentem venit, *ambigebatur:* quo verbo Livius sæpius hoc sensu usus est. Infra XXXV. 32. 'Verbis potius de iis, quæ ambigerentur, disceptarent.' XLII. 39. 'Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret.' Eadem autem constructione, qua hoc loco, III. 71. 'Agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse.' XL. 15. 'Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam:' et XLII. 29. 'Ambigendo de Cœlesyria canssam belli se habiturum existimabat.' Etiam sine præpositione XXII. 31. 'Regni certamine ambigebant fratres.'

Nec earum ipsarum sancta fides fuit] *Eorum ipsorum* Harl. 2. quasi ad 'Samnites' referendum sit, quum ad 'inducias' referatur. Infra IX. 40. 'Ad Perusiam, quæ et ipsa induciarum fidem ruperat, dimicat.' XXX. 24. 'Quum quidam pacis petitæ, alii induciarum fidem obponerent:' et c. 25. 'Ab iis, qui petiissent pacem, et spem pacis et fidem induciarum violatam esse.' XLII. 43. 'Fide induciarum interposita, legati Romani in Bœotiam comparati sunt.' Ita 'fides fœderum' III. 18. 'Periculum ipsum, discrimenque ac sociales Deos, fidemque fœderum id poscere.' Mox *facta fides* Harl. 1. Port. et Gaertn. *făcta* olim scriptum fuerat, quod in *facta* mutare facillimum fuit. Certe *făcta* est in Harl. 2. Similiter aliis locis librarios errasse, videbimus ad X. 9. § 3. *Sancta fides* est 'inviolata,' 'religiose servata.' Ennius apud Cic. de Offic. I. 8. 'Nulla sancta societas nec fides regni est.' Et ipse Cic. mox: 'Ut difficillimum sit sanctam servare societatem.'

Abisse magistratu nunciatum est] *Abiisse* Lov. 4. Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 4. § 2. Tum *notum est* Lov. 2.

Adrecti ad bellandum animi sunt] Recidit ultimum vocabulum Pal. 2. qui item cum Camp. ed. præfert *erecti.* Alteri duo codd. Mss. 1. ac 3. *porrecti.* Placet *arrecti,* reteatum editione Andreæ. *Gebh. Porrecti ad bellandum animi sunt* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *porrecti ad bellum non sunt* Lov. 2. *erecti ad bellandum animi sunt* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. Lov. 1. Harl. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. idque præfert Corte ad Sallust. Jug. c. 22. § 1. ubi sæpissime hæc vocabula confundi docuit; de quo etiam vide quæ notavi ad Silii II. 268. An forte hic *adrecti* datum est propter adjunctam præpositionem *ad?* quod Corte ibid. de loco Sallustii suspicabatur. *Adrecti* tamen servant optimi Flor. Harl. 1. et Klockian. contra *erecti* non tantum est in Neapol. Latinii, verum insuper *ad rebellandum:* quod verum videri posset, quoniam modo pacem petierant, induciasque composuerant. Sed vide ad XL. 38. § 5. Singularis exstat lectio in Klockian. qui præfert *arrecti adsuetis ad bellandum animis:* quomodo 'adsuefacere ad aliquid' dixit Livius ad III. 52. et 'adsuetus in aliquid' XXIV. 5.

§ 3 *C. Sulpicio, Q. Æmilio (Aulum quidam annales habent) consulibus*] *Aulium* lege. Nec enim de prænomine *Quintus* ambigitur, sed de nomine gentili, *Æmiliusne,* an *Aulius,* dictus fuerit. *Gebh.* Quæstio est, an alter consul *Q. Æmilius,* an *Q. Aulius Cerretanus* fuerit? *Aulium* vocandum esse, et Livius et Capitolini scriptores consentiunt. Est enim is, qui post magister equitum in prælio occisus est. Livius IX. 22. et Capitolinæ tabulæ. *Sigon.* Locus hic Livii non parum mihi suspectus est. *Q. Auli-*

Digitized by Google

um enim fuisse potius collegam Sulpicii, fit verisimile, quod eo tempore consulum alter plerumque plebeius esse soleret; deinde cognomen *Cerretanus*, de quo nihil dubitat Livius, Æmiliæ genti insolitum et peregrinum sit. Q. *Aulium* igitur et hoc loco scripsisse Livium puto, et quando secundum ipsius consulatum postea IX. 15. recenset. Nomen *Aulius* ut rarum et ignotum, ita quasi incorrectum a sciolis in *Aulus* vel *Æmilius*, non secus ac in Diodoro lib. XVIII. p. 641. Mariano et Cassiodoro perperam in *Ælius*, et Livii IX. 15. in *Aurelius* mutatum constat. Immo verba hæc, in margine apud consulum nomina a studioso aliquo annotata, ('Aulium quidam annales habent') similium culpa in historiæ contextum irrepsisse videntur: ut malim Livii verba sic legere: *C. Sulpicio, Q. Aulio consulibus ad defectionem Samnitium, &c.* quam, sicut nunc habentur, *C. Sulpicio, Q. Æmilio (Aulium quidam annales habent consulem) ad defectionem Samnitium, &c.* Diversitatem enim annalium Livius paulo ante potuisset commodius annotare, si quæ fuisset, ubi magis accurate nominat item consules: sed et istic male pro *Aulius* suppositus *Æmilius* est. 'Aulii' autem ab 'Aulo' prænomine dicti sunt, ut 'Marcii' a 'Marco,' 'Quinctii' a 'Quincto,' 'Sextii' a 'Sexto,' 'Publilii' a 'Publio.' Frequens enim hoc apud Romanos fuit. Quod ob eam causam adjicio, quia J. Cuspinianus, vir alioquin doctissimus, Diodori et Cassiodori exemplaria corrupta sequutus, *Ælius* potius appellandum censet, et *Aulium* vocem nihili putat. *Pighius* in Annal. ad a. CDXXX. p. 345. Quemadmodum ante Gelenium edebatur, ejusque adnotationi præscriptum est, legunt Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. duo, Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Reliqui autem tantum parum differunt ab eorum lectione. Nam *Cum Sulpicio Q. Æmilio Aulium quidam annales habent cons.* est in Voss. 1. *Cum Sulpicio pro Æmilio Aulum quidam annales habent cons.* in Leid. 2. et Lov. 1. Quamvis vero Pighium rem acu tetigisse, et loco male adfecto salutarem medicinam adtulisse censeam, probare tamen nequeo consilium Clerici, qui, ejecta veteri lectione, contextum Livii ad Pighii conjecturam, invitis omnibus Mss. emendavit. Priscem itaque scripturam, donec integrior codex aliunde eruatur, cujus vestigia tutius sequi possimus, revocavi.

Sulpicio Samnites, Apulia Æmilio sorte evenerunt] Lege *Apuli Æmilio*, non *Apulia*. Gelen. Malim *Aulio*, ut dixi. Accedit, quod pro *Æmilio* Diodorus lib. XVIII. p. 641. Αἴλιον, Cassiodorus *Ælium* vocant, mendose. *Sigon. Forte evenerunt* Lov. 4. Vide ad XXXVIII. 40. § 13. *Sorte venerunt* Leid. 1. Sed prioris vocis litera finalis posterioris initialem intercepit. Vide ad XXIX. 20. § 4. *Apuli Æmilio sorte evenit* fragm. Hav. An voluit librarius *Apulia Æmilio sorte evenit?* ut ultima vocis *Apulia* litera intercepta sit a prima vocis seq. Certe *Apulia Æmilio sorte evenerunt* fuit in edd. ante Gelenium. Ita loquutio *Samnites, Apulia* formata foret ad similitudinem eorum, de quibus dixi ad VII. 26. § 9. Sed reliqui codd. vulgatum servant; quare etiam nihil muto, sive potius Gelenio consentio.

§ 4 *Socios ejus gentis populos*] Id est, socios populi Romani Apulim populos: in amicitiam enim paulo ante venerant una cum Lucanis. *Sigon.*

§ 5 *Ceterum fortuna Samnitium vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum*] Sed quomodo 'vix a se ipsis propulsantium bellum,' qui statim sequente anno tanto exercitu Romanos aggressi sint? aut quomodo Apu-

Digitized by Google

li tum cito defecissent, qui superius cap. 25. una cum Lucanis in amicitiam Romanorum venerant? imo posteriore libro statim post initium c. 2. 'boni ac fideles socii' appellantur. Hæc ut Livio divisa sint temporibus, judicet lector. *Glar. Ab se ipsis* Lov. 4. Tum *eodem tempore* Voss. 1. Lov. 1. et Harl. 2. Vide ad x. 10. § 6. Deinde *propulsatum bellum* Lov. 4. *populantium bellum* Parm. ed. Ceterum verba *vi atque injuria defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium* desunt in Leid. 1. et Lov. 3. culpa librarii ob vocem *Samnitium* repetitam. Vide ad IX. 11. § 11.

Non Apulis ab Samnitibus arma inlata] *A Samnitibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Deinde *inlata arma* Leid. 2. et Lov. 4. *arma non lata* Lov. 3. Paullo ante *proprius*, pro *propius*, Voss. 1. Lov. 1. Harl. et fragm. Hav. Vide ad IV. 17. § 5.

§ 6 *Ager Apulus Samniumque evastatum*] Pal. 2. *Samnitumque evastatus*: ad quam lectionem alludunt quoque reliqui duo Pall. Male autem Campanus edidit *Samniumque vastatum*: nam ita elegans verbum subtrahit Livio. Lib. X. c. 14. 'Omnia spatio quinque mensium evastarent.' XXVIII. 5. 'Segetibus tamen, quæ jam prope maturitatem erant, maxime in sinu Æniano evastatis:' sic legendum e Pall. duobus et prisca ed. Eodem lib. c. 44. 'Requiesceat aliquando vexata tam diu Italia; uratur evasteturque invicem Africa:' quam lectionem ex unico libro Rhenanus pervertit. Utitur eo verbo bis Livius XXXII. 28. XXXV. 4. ubi tamen Pall. *vastata* simplex saltem agnoscunt. *Gebh.* Voss. 1. Helm. Pall. *Samnitiumque evastatus*. Commodius, ut videtur. Adde tamen quæ dicimus X. 20. *J. F. Gron. Samnitumque evastatus* Hav. *Samnitumque evastatur* Harl. 2. *Samnitiumque evastata* Gaertn. *Samnitiumque evastatus* Leid. 2. Lov. 1. et Port. *Samniumque vastatus* Voss. 2. et Lov. 3. *Samnitiumque vastatus* Lov. 2. *Samniumque vastatum* Flor. Verbum compositum, quo Livius uti amat, præ simplici recte Gebhardo magis placet. Vide ad XXXII. 28. § 14. In codd. autem, qui simplex præferunt, litera initialis intercidit ob finalem vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. Utrum vero præferatur *Samniumque evastatum*, an *Samnitiumque evastatus*, non multum interesse existimo, et utrumque etiam satis Livianum videtur. Quod tamen observem, prius superesse in pluribus ac melioribus libris (id enim præferunt Leid. 1. Harl. 1. Klockian. fragm. Hav. Lov. 4. eodemque ducunt vestigia Flor.) id omnino præferendum existimo: quemadmodum etiam fecit Gronov. qui nos respicere jubet, ad Livii X. 20. § 1.

Hostes nec hic, nec illic inventi] *Hostes nec ubi inventi* Pal. 2. At Pall. 1. et 3. *hostes non hic nec illic inventi*. Gebh. *Hostes nec illinc inventi sunt* Gaertn. *hoste nec hic nec illic invento* Harl. 2. *hostes necubi inventi* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. pro 'nullo in loco;' quæ voce alibi sæpe Livius usus est. Non tamen horum codd. auctoritas satis gravis videtur, ut iis fidem habeam. *Hostis non hic nec illic inventi* Voss. 2. et Lov. 3. Sed plures numero et bonitate meliores libri vulgatum tuentur.

Nocturnus terror ita ex somno trepidam] *Nocturnus pavor* Leid. 2. Mox *maniaque et portæ plenæ armatorum*, pro *plena*, Lov. 2. et Gaertn. ut adjectivum proximo conveniat; de quo vide ad V. 15. § 12. Sed et vulgatum, quod superest in reliquis, Livio usitatum est. Ita IX. 38. 'Multa alia castella vicique aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem venere.' Etiam Sallust. in Jug. c. 17. 'Quæ loca et nationes ob calorem

Digitized by Google

aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt:' ubi vide Cortium.

§ 7 *Quum concursatum clamatumque ad arma omnibus locis esset*] Vet. lib. *conclamatumque ad arma*. Sigon. Flor. Ratt. Voss. prior *concursatum clamatumque*. J. F. Gronov. Vocula prima *cum* deficit in Leid. 2. Lov. 1. 3. et Gaertn. intercepta a prima syllaba seq. quemadmodum contra prima syllaba seq. excidit ob vocalæ *cum* similitudinem in Leid. 1. qui eam servarat. Vide ad III. 69. § 5. Deinde *clamatumque* Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. duo, Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Quum tamen Livius in his 'conclamare' pleramque adhibere soleat, compendium scripturæ *c̃clamatumque* effecisse ut prima syllaba excideret, verisimilius videtur. Vide ad l. III. c. 50. § 11.

Nec auctor, nec causa terroris comparuit] *Apparuit* Lov. 4. et Hav. *comparuerit* Voss. 2. a m. pr. An voluit librarius *comparuerunt?* Reliquis tamen eodd. dissentientibus, nihil mutandum duco. Potius enim est, ut existimemus, librarium scriptum credidisse *comparu'it;* nam sæpissime nota hæc perperam vel addita, vel omissa in Mss. peccatur. Vide ad XL. 14. § 10. Ceterum verba præcedd. *omnibus locis esset, prima lux nec auctor* deficiunt in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 8 *Flavia rogatione populi fuit judicium*] *Fabia rogatione* Harl. 1. qui mox *M. Fabius* præfert; quod posterius habent etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. quod ferri nequit, quum gens Fabia fuerit patricia, adeoque M. Fabius tribunus plebis esse non potuerit. Quum pasim literæ *b* et *v* commutatæ sint, primo *Flabia*, inde *Fabia* scriptum est. Alibi etiam in his nominibus permiscendis peccarunt librarii. Exempla habuimus hoc lib. cap. 22. § 2. Præterea *fuit populi judicium* Port. et Hav. Vocem *populi* ignorant multæ ex edd. vett. neque ante Aldum in aliis reperi, quam in Parm. et Mediol. 1505.

Ut in Tusculanos animadverteretur] De Tusculanis nihil ante lib. VII. ubi de Privernatibus et Veliternis ita ait c. 15. 'Accessit ad eam cladem vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt.' *Sigon.* Legendum jubent Pall. tres *tulit ad populum, in Tusculanos animadverteretur*, excussa conjunctione *ut*. Gebh. Τὸ *ut* deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. quam voculam reliqui omnes servant, ideoque non ejiciendam censeo. Tum *in Tusculanis* Harl. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus agendi locus erit ad XXVIII. 43. § 8. Sed vulgatum hic verius esse, aliorum id servantium consensus probat. Deinde *animadverteret*, nempe populus, Hav. Sed ita sæpe scribas lapsos esse, videbimus ad X. 10. § 1.

Quorum ope ac consilio Veliterni] Pal. 2. *quod eorum ope atque consilio*. Gebh. Eleganter et magis ex formula memb. Thuan. Voss. 1. Helm. Chifl. *quorum eorum ope ac consilio*. Ducunt eodem duo alii, *quod eorum*. Putaverunt supervacuum esse: non est. Nam *quorum eorum* est, quorum ex iis Tusculanis. Etsi enim publico consilio id factum suspicio erat, quæstionis tamen in auctores ejus consilii adjutoresque male alacres potius decernere justæ severitatis erat, quam in universos et singulos; quum vix unquam etiam in maxime popolari republica res ejusmodi cunctorum pari consensu et studio fiat. XXIII. 25. 'De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent.' Sic nos ex Mss. XXVI. 34. 'Extra quam qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent.' XXXVIII. 11. 'Aliorum qui non comparebant, quando quisque eorum inventus fue-

Digitized by Google

rit.' Ibidemque, 'Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules subacti.' Ipsum est apud Plautum Trinumm. IV. 3. 'Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum.' *J. F. Gron.* Memorat etiam Valerius Max. IX. 10. ex. 1. 'M. Flavius tribunus plebis ad populum de Tusculanis retulit,' (*tulit* Perizonius; nec male, certe usitatius, et si alterum etiam in Floro est III. 21. § 9.) 'quod eorum consilio Veliternos Privernatesque rebellatos diceret.' Ex his verbis non magis, quam ex recepta in Livio scriptura, intelligi potest, rogationem tantum de auctoribus hujus rei latam. Quæ Gronovius disputat, ratione non carent, sed est quod contra dici possit. Primum enim, non necesse erat, in eos rogatione tribunicia judicium populi constitui: quia hujus generis quæstiones fere senatusconsulto magistratibus mandabantur, ut XXVIII. 30. et XL. 53. Deinde non verosimile est, populum Tusculanum paucorum fortasse, quorum ope ac consilio hoc factum fuerat, supplicio eximendorum gratia rem tam extraordinariam facere voluisse, ut cum conjugibus ac liberis Romam veniret, et, veste mutata, specie reorum tribunos supplicaret. Præterea, nulla magnopere causa fuisset ceteris tribunis antiquandi legem, si ea de solis auctoribus lata fuisset: in hos enim exemplum statui, publice intererat, et justæ severitatis erat; sed lex ab illis antiquata est, quod in omnes sine discrimine sævire crudele et inhumanum videbatur; quemadmodum quum plures, sed alii aliis gravius, deliquerunt, fere tantum in capita et auctores facinoris animadverti solet. Denique, de omnibus Tusculanis latam fuisse rogationem, indicio sunt quum verba Livii, 'plus misericordia, &c. valuit,' quæ de paucis vix dici possunt, tum pertinax illa Tusculanorum in tam atrocis pœnæ auctores ira. Ob has omnes causas non possum probare scripturam librorum, qui habent *quorum eorum ope*, et Gronovii interpretationem horum verborum. Nec tamen temere invectum esse *eorum* arbitror, ac suspicor, hic olim fuisse *quod eorum*, ut in Valer. Max. ex eoque ortam varietatem scripturæ 'quorum ope,' et 'quorum eorum ope.' *Quod* fuit solenne in hac rogatione, ut quum dies ad populum dicebatur, apud Liv. IV. 40. VI. 1. XXXVII. 57. XLIII. 16. Ceterum non possum hic prætorire, quæ de Tusculanis et L. Fulvio scribit Plinius Hist. Nat. VII. 43. 'Est et L. Fulvius inter insignia exempla. Nam Tusculanorum rebellantium consul eodem honore, quum transibat, exornatus est confestim a populo Romano: qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romæ triumphavit ex iis quorum consul fuerat.' Hunc locum nemo, quod sciam, explicare conatus est, præter Merulam ad Ennii Annal. lib. XV. p. 552. qui eum ad hanc historiam de Tusculanis et L. Fulvium, insequentis anni consulem, pertinere putat. Sed non omnia in illius disputatione æque liquida sunt, et gerit rem conjecturis quibusdam, in quibus ne species quidem veri est. Est locus plane singularis, in quo explicando, qui volet, ingenii ac doctrinæ suæ vires experiatur. Mihi, si ad hoc tempus referendus est, nihil aliud dici posse videtur, quam Plinium alios annales secutum fuisse. Nam, vel L. Fulvium, vel ullum alium de Tusculanis solis triumphasse, nusquam alibi, ni fallor, proditum est; ac neque tum, neque post L. Fulvii consulatum, qui primus ex ea gente consul fuit, Tusculanos rebellasse, et a Romanis victos esse, aliunde constat. *Duk.* *Quorum eorum* apud me superest in optimis ac fidissimis codd. Flor. Leid. 1. Lov. 1. et

Digitized by Google

Harl. 1. Id autem, ut Gronovius monuit, ponitur pro 'quorum ex iis Tusculanis.' Qui *eorum* hoc sensu frequens est. Supra v. 41. 'Qui eorum curules gesserant magistratus.' XXI. 26. 'Ceteros adcolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum qui sedes tenuerant, simul perlicit donis.' XXXIV. 35. 'Conjuges restitueret, quæ earum viros sequi voluissent.' XL. 41. 'Qui eorum circa Macram fluvium incolebant.' Mox eodem cap. 'Quos eorum potuit adsequi, deduxit castigatos Pisas.' XLII. 17. 'Quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum curaret.' XLIII. 14. 'Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta in provinciam rediret.' Cic. ad Fam. VIII. 8. 'Qui eorum stipendia emerita habeant:' et mox, 'Quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in provincias pro prætore mitti oporteret.' Ita in Fragmento legis apud Gruter. in Inscript. pag. CVI. QVRIVM. FILIVS. EORVM. QVOIVS. ERIT. et mox QVOIVS. EORVM. EX. H. L. ANTE. K. SEPT. PETITIO. ERIT. Et ita emendat Jac. Gronov. apud Cic. Tusc. v. 27. 'Quum est cujus earum vir mortuus.' Qui eodem sensu accipienda existimavit verba Livii, quæ lib. v. cap. 34. in optimis Mss. ita legnntur: 'Quod ejus ex populis abundabat.' Et hoc modo etiam defendi posset lectio, quæ in quibusdam scriptis et editis exstat XXIX. 15. 'Si qua earum numerum equitum explere non posset:' pro quo nunc vulgatur, *si qua cum numerum*. Verum a Gronovio dissentiunt Perizonii pater et filius ad oram exemplaris Liviani: quorum ille, præfatus omnia sequentia docere, de toto populo Tusculano judicium factum esse, præferebat lectionem codicum, qui obferunt *quod eorum ope*, quemadmodum apud me est in Port. Gaertn. et Hav. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. ac N. At Jac. Perizonius, etiam Tusculanorum liberos et conjuges pœnæ subjici monens, scribendum conjicit *quoniam eorum ope*, quod mihi in uno tantum Lov. 2. obvium fuit. Ceterum quando aut qua occasione Veliterni Privernatesque Tusculanorum ope ac consilio populo Romano bellum fecerint, incertum est. Referendum autem ad defectionem Veliternorum et Privernatium, quam describit Livius VII. 15. ut ad marginem Livii Klockius conjecit, non videtur. Si enim eo tempore Veliterni et Privernates auctoritate Tusculanorum defecerint, hujus criminis jam pœnas dederunt, siquidem Livius narrat hoc lib. c. 14. 'crimen rebellionis' Tusculanorum 'a publica fraude in pancos auctores versum' esse. Post ea tempora quidem Privernates iterum desciverunt, teste Livio hoc lib. c. 19. et seqq. verum non modo, id ope et consilio Tusculanorum fretos admisisse, neque hoc loco addidit, sed etiam Veliternos tum Privernatium socios fuisse non constat. Præterea *opere et consilio* habet Hearnii Oxon. C. Vide ad XXXII. 21. § 31. *Ope atque consilio* Hav.

Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent] *Bellum pop. Rom. fecissent* Port. et Hav. Sed quatuor hæc vocabula deerant in Flor. quorum loco a m. recentiore additum est *defecissent:* quomodo quis, aliquid omissum a librario animadvertens, non consultis integrioribus codd. ex ingenio, quod deerat, supplesse videtur.

§ 9 *Veste mutata et specie reorum tribus circuit, genibus se omnium advolvens*] Vox *mutata* exulat a Voss. 2. Deinde *spem reorum* præferunt Lov. 1. a m. pr. et Gaertn. Tum *circuivit* Hav. Hinc *se genibus omnium* alio ordine Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Gaertn. et fragm. Hav. Paullo ante *et multitudo*, pro *ea multitudo*, Lov. 2. et 4. Vide ad XLII. 5. § 7.

§ 10 *Plus itaque misericordia ad pœ-*

Digitized by Google

ne veniam impetrandam] *Plus itaque misericordiæ* Harl. 2. Deinde vox *impetrandam* deficit in edd. Aldo antiquioribus, præterquam in sola Parm. Mox *causas* non adparet in Leid. 2. cujus loco *eam* præfert Gaertn. Vide ad l. XXXVIII. c. 58. § 11.

§ 11 *Tribus omnes, præter Pollian, antiquarunt legem*] *Tribunos præter Pollian* Gaertn. Vox *Pollian* deficit in Voss. 2. et Hav. Tum *antiquavit legem* habet Port. *antiquarum legem* Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *antiquarum legum* Lov. 2. *antiquare legem* Voss. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Mox *verberatos* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *sub Romana lege belli* exhibet Harl. 2. pro *sub corona*. Male. Bello captos coronatos venditos fuisse, docent Gellius VII. 4. Brisson. de Formul. lib. VI. p. 494. et viri doeti ad Valer. Max. IX. 10. ex. 1.

§ 12 *Memoriamque ejus iræ, &c. manisse ad patrum ætatem*] Vocula *que* non exstat in Voss. 2. Lov. 3. et Harl. 1. Tum *ejus rei iræ*, duplici quasi lectione junctæ, Harl. 2. Deinde *in patrum ætatem* Lov. 4. Insuper *tam atrocis auctorem*, pro *auctores*, Flor.

Nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum, Papiriam ferre solitum] Cum hic locus in aliis exemplaribus aliter atque aliter legeretur, ac jam desperata ejus esset apud me castigatio, Herm. Buschius præceptor meus ex Valer. Max. ita restitui posse admonuit: *nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum magistratum suffragiis Popilia tribus ferre solitum*. In hac enim tribu Tusculanos acceptos in civitatem plurimum potuisse, Valerius indicat. Locus est IX. 10. de ultione. *Jac. Sobius* ad marginem editionis suæ. Vetus lectio sincerior *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum*. Gelen. Moguntinus codex pro *Papiriam* habebat *suffragia*, quod melius intelligitur. At ego locum corruptum valde vereor. *Glar.* Locus non est, ut censet Glareanus, mancus ac debilis. Quod ipsum sensus ostendit, qui est hic: Cum Pollia tribus una Tusculanos condemnasset, memoriam iræ Tusculani in Polliam tribum usque ad patrum memoriam conservarunt: neque enim quisquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre solitus erat, in quam præsertim conjecti Tusculani cives fuerant, et in qua suffragia ferebant. Auctor Valerius IX. 10. ex. 1. quamquam ibi *Popillia* est pro *Papiria*. [' Explicare debebat quid sit *Papiriam ferre*; sic enim satisfeciisset lectori. Ego credo *Papiriam ferre*, suffragium a Papiria tribu ferre.'] *Sigon.* Lego, *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum, magistratum in Papiria ferre solitum*. Klock. H. Glareanus in suis ad Livium Annot. scribit, Maguntinum codicem non *Papiriam*, sed *suffragia* habere, et, interpretationem omittens, ait tantummodo, se vereri locum corruptum esse. Quam rem dum ipse perpenderem, in eam veniebam sententiam, ut Livium de Papiria lege verba facere existimarem: fuere siquidem plures Papiriæ leges: puta ' de consecratione,' ' de refectione tribunorum plebis,' ' de re nummaria,' ' de triumviris capitalibus,' et postremo Papiria tabellaria ' de suffragiis,' qua cautum, ut in jubendis legibus, aut antiquandis, populus tabella suffragium ferret; quæ lex gratissima populo Romano fuit, ut tradit Cic. de Legib. III. 16. de eadem idem dixit in Planciana c. 7. quod frontem aperiret hominum, mentes tegeret, daretque eam libertatem, ut, quæ vellent, facerent; et in II. Agraria, vindicem tacitæ libertatis; et in Corneliana, principium justissimæ libertatis appellavit. Putabam itaque, sensum verborum Livii esse, neminem

Digitized by Google

candidatum ex Pollia Papiriam legem ferre solitum, hoc est, quando populus per tabellas occulta suffragia, ut lege Papiria cautum fuerat, daret, ad petitos honores promotum edio aliarum tribuum, quod sicuti ipsum omnes rogationem Flaviam de animadvertendo in Tusculanos antiquassent, sola Pollia censuisset, Tusculanorum puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire. At quum Liviana dicta exactius perlegissem, dictionem illam *Papiriam* non ad legem, sed ad tribum referendam, manifeste deprehendi, sensumque genuinum esse, Papiriam tribum neminem fere postea ex Pollia tribu candidatum ad honores petitos promoveri passam, eo quod memor esset immanissimæ sententiæ a sola Pollia in Tusculanos suos latæ. Tusculanos autem in tribu Papiria suffragia tulisse, probat Car. Sigonius ex hoc loco solo de Antiq. Jur. Ital. II. 9. quod veritati consentaneum existimandum; si quidem eos cives Romanos factos, et legiones ab Tusculo deductas constat ex ipsomet Livio VI. 26. illinsque mos est, quum absolute profert, gentem aliquam civitate Romana donatam, et suffragium quoque obtinuisse tandem intelligere; sicuti e contra, si suffragandi jus una cum civitate non concessum, id exprimere, uti VIII. 17. ait, Acerranis civitatem sine suffragio datam. Et rursus c. 14. Formianos et Fundanos cives Romanos sine suffragio factos: et IX. 43. Anagninis civitatem sine suffragii latione datam, quod pariter confirmari potest ex Valer. Max. dictis IX. 10. *M. Donatus.* Nemo obscurum Livii locum melius illustravit, quam M. Donatus. Pall. codd. vitiis obliti sunt, quorum Pall. 1. et 3. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu cand. ferme datum, Pap. ferre solitum.* Et ita fere Pal. 2. Andreæque editio, nisi quod prius *ferme* omittant. Ceterum Camposus, *nec quemquam ferme ex Pollia tribu cand.: Pap. mandatum ferre solitum.* Gebh. Vide Brissonium Formul. lib. II. p. 136. *Duk.* Quemadmodum Gebhardus in Pall. duobus invenit, mihi quoque obvium fuit in Leid. duobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 2. et fragm. Hav. neque multum differunt Gaertn. et Hav. nisi quod eorum prior *quemque* pro *quemquam* legat, posterior *ferme* omittat, et *solitam* pro *solitum* præferat. *Nec quemq. ferme ex spolia tribu cand. ferme datum parium ferres solium* habet Klockian. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu cand. Pap. datum ferre solitum* Flor. Et ita erat in Hearnii Oxoniensi N. nisi quod una voce transposita præferat *datum Papiriam*, et *Popiliam* pro *Papiriam* in margine legatur, quomodo fere in Valer. Max. suo tempore edi Sigonius monuit. *Nec quemquam ferme solitum* erat in ejusdem Hearnii cod. B. reliquis omissis, quæ etiam omittebantur in Port. in quo tamen margini adscripta sunt. Ceterum utrum jam hoc tempore Tusculani jus suffragii habuerint, quemadmodum M. Donatus censuit, incertum est. Primo enim non ubique procedit, eos, quos Livius simpliciter jus civitatis accepisse refert, etiam jus suffragii nactos fuisse. Certe de Arpinatibus Trebulanisque ait Livius X. 1. 'Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data.' At de Arpinatibus postea refert XXXVIII. 36. 'De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam antea sine suffragio habuerant civitatem) esset.' Idem etiam de Tusculanis existimandum esse, eos nempe civitatem quidem habuisse, sed sine suffragio, indicare videtur Festus in voce 'Municipium,' ubi inter eos, qui 'participes fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, præter-

Digitized by Google

quam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo,' expresse etiam Tusculani numerantur. Vide etiam Perizon. ad Val. Max. IX. 10. ex. 1. Non diu postea tamen Tusculani jus suffragii et magistratuum Romæ capiendorum accepisse debuerunt, si quidem Ti. Coruncanius tantum quadraginta tribus annis post hunc annum Romæ consulatum gesserit. Eum vero ex municipio Tusculo oriundum fuisse, docet Cic. pro Planc. c. 8. Adde quæ notat Jac. Perizon. in Animadv. Hist. c. 5. p. 198.

CAP. XXXVIII. § 1 *Q. Fabio*] *Rullianum* intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. *Sigon.* Prænomen omittitur in Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. utroque, et Gaertn. Verum *M. Fabio* præfert Hearnii Oxoniensis L. 1. *M.* vel *C. Fabio* N. in margine. Sed, nihil mutandum esse, fasti Triumph. a Sigonio laudati, probant.

L. Fulvio] Fulvii cognomen *Curvus* ex Capitolino ejus triumpho. *Sigon.* Pal. 1. *Fulino;* Pal. 2. *Flavio;* Pal. 3. *Fulirio.* Gebh. *Fulvio* errore librarii scriptum est in fragm. Hav. in similem cod. incidentes alii inde finxerunt *Flavio:* quod etiamnum præter Pal. 2. præferunt Harl. 2. Port. Klockian. et Hav. Verum hic etiam iidem fasti vulgatum tuentur. Ceterum inter duorum consulum nomina voculam *et* interponit Hav. Vide ad II. 17. § 1.

Et M. Fabius Ambustus magister equitum] Magister equitum erat *Ambustus*, Rullianus consul. *Ambustum* Rulliani patruelem fuisse reor, M. Ambusti pontificis maximi filium. *Sigon.* Verum ex illo Fabiorum stemmate, quod ipse Sigonius dedit ad IV. 58. § 6. non Rullianum consulem et Ambustum magistrum equitum, sed eorum patres patrueles fuisse sequitur. Pighius in Ann. ad a. CDXXXI. p. 346. utrumque 'Marci filium Numerii nepotem' vocavit, sive eos fratres crediderit, sive ave eorum Numerio duos filios fuisse putarit, quorum quisque *Marci* prænomen habuerit, ex altero autem consulem, ex altero magistrum equitum natum, et ita patrueles fuisse. Verum de eo nihil certi statui potest. Vocula *et* deest in fragm. Hav. Paullo ante vero *Sin A. Cornelius* Voss. 2. *Si A. Cornelius* Leid. 1. et Harl. 1. *Si A. Cornelius* Gaertn. Sed quid addita vocula librarii indicasse voluerint, non video.

Conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur] *Et conducta* Voss. 2. et Lov. 3. Tum vox *juventus* deficit in Gaertn. pro quo *juventibus* habet Leid. 1. Mox *dilectu* Flor. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 2 *In hostico incuriose ita positu, tamquam procul abesset hostis*] Præpositionem *in* non agnoscunt Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *abesset hostis procul* Lov. 4. *procul abessent hostes* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad V. 50. § 2.

Vallum usque ad stationem Romanam inferrent] *Bellum* Voss. 2. Lov. 1. 3. Harl. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses N. L. 2. ac B. Alibi etiam hæc vocabula librarii commutarunt. Ita apud Lucan. IV. 659. 'en, veteris cernis vestigia valli:' ubi Metum Thuan. satis antiquum *veteris belli* a m. pr. præfert. Præterea vocula *usque* deficit in Harl. 2. Paullo ante *tum subito*, pro *cum*, Hav. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa fin. *Cum advenerunt* Gaertn.

§ 3 *Nox jam adpetebat*] Male Pall. duo *apparebat*. Lib. X. c. 20. 'Et jam lux appetebat.' c. 21. 'Et jam appetebat tempus.' c. 42. 'Appetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat.' XXV. 2. 'Comitiorum consularium jam appetebat tempus.' XXVII. 22. 'Jam

Digitized by Google

enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari volebat præsentia sua.' XXVIII. 10. 'Cum comitiorum tempus appeteret.' Vide XXIX. 10. initium. *Gebh.* *Apparebat* etiam Voss. 2. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum probavit. Vide de hoc verbo ad X. 20. § 9. Solent autem hæc verba confundere librarii. Vide ad XXXVII. 32. § 14. *Jam nox* alio ordine est in Harl. 2. *Noxium adpetebat* in Flor. Mox *monimenta* vel *monumenta*, pro *munimenta*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 2. et Port. Sæpius scribas hæc vocabula in membranis antiquis confudisse, vidimus ad IV. 10. § 6.

Nec dissimulabant, orta luce, postero die facturos] Deleo voces *postero die*. Klock. Eædem tamen constanter supersunt in omnibus scriptis. Soli tantum Voss. 2. et Lov. 3. legunt *postera die*; quod nec ipsum probo. Vide ad I. 12. § 1. Præterea *facturum* Flor.

§ 4 *Ubi propiorem spe dimicationem vidit*] *Propriorem spe* Flor. Voss. 1. ac Lov. 1. Vide ad IV. 17. § 5. *Propior spe* Lov. 3. *p'orem spe*, id est *priorem*, Gaertn. Vide ad V. 15. § 4. Idem etiam cod. *nisi*, pro *ubi*, præfert. Mox *militi virtutum*, pro *militum virtuti*, Harl. 1.

Qui conspectum hostium frustrarentur] *Frustarentur* Leid. 1. et multæ vett. edd. Commutantur etiam hæc verba apud Flor. II. 2. § 32. ubi vide quæ viri docti notarunt.

Nec tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit] *Nec tamen fallere propinq.* Leid. 1. omissa præpositione. Nihil mutandum. *Fallere* hic est latere. Vide ad XL. 2. § 2.

§ 5 *Ita instilit agmini, ut, donec lucesceret, prælio abstineret*] Vocula *ita* non adparet in Port. Deinde *inflcit agmini* Leid. 2. *instituti agmini* Flor. *instituit agmini* Voss. 2. et Lov. 3. solemni scribarum errore. Vide ad XXVIII. 46. § 11. Tum *donec luceret* Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B. Sed *lucescere*, sive, ut ibi unus meorum legebat, *luciscere*, etiam in hac re utitur Livius IV. 48. 'Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant.' Præterea *prælio abstinerent* Hearnii Oxoniensis L. 2. quo etiam ducit lectio Klockian. *prælio abstineretur*. Hæc enim lectionis varietas inde orta esse potuit, quod librarius pro *abstineret*, id est, *abstinerent*, scriptum crediderit *abstinereť*, id est *abstineretur*. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Locutio autem 'eques abstinerent' Livio familiaris est, qui 'miles,' 'pedes,' 'eques,' 'hostis,' similiaque plura pro conlectivis habet. Vide ad XXXV. 26. § 9. Ita codd. præferunt XXXV. 11. 'Discinctus et inermis eques, præterquam quod jacula secum portant:' et lib. XXXVII. c. 11. 'Eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque et ipsis simul consternatis augebant:' ubi vulgo *portat* et *augebat* nunc editur. Neque obstare debet, quod mox alia forma præcesserit *institit*. Nam, et id Livio familiare esse, probavimus ad IV. 16. § 8.

Nec pedestres quidem copiæ] Vet. lib. *ne pedestres quidem*. Samnitium autem copias intelligit. *Sigon.* Præter Lov. 2. et Hav. omnes fere, quibus utor, codd. Sigonio consentiunt. Vide ad I. 10. § 8.

§ 6 *Eques luce demum ausus incursare in hostem*] *Eques ausus luce demum inc.* transpositis vocibus Flor. Deinde *incursare hostem* omissa præpositione fragm. Hav. quomodo alibi Livium locutum esse, vidimus ad VI. 36. § 1. Hic tamen potior est auctoritas aliorum omnium, qui eamdem constanter servant. Nam ita etiam Livius loqui solet. III. 70. 'In aversam incursando aciem ancipiti terrore dissipat hostes.' V. 38. 'Ducem Gallorum, ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, occidit.' VI. 31. 'Quorum in fines incursatum erat.' XXV.

Digitized by Google

35. 'Nunc ab tergo, nunc in latera incursantes.' XXXIV. 19. 'Incursantes in stationes eorum.' XXXIX. 2. 'In agrum Pisanum Bononiensemque ita incursaverant.'

Premendoque iniquis ad transitum locis agmen detinuit] *Premendo iniquis*, sine copula *que*, Harl. Port. et Hav. Deinde *retinuit* idem Hav. Solent verba illa commutari. Vide ad Epit. Liv. lib. III. Sed vulgatum hic verius; quod morari, longissime tenere notat. Liv. XXVII. 12. 'Obtestatus per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem.' XXXVI. 39. 'Qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello.' Vide Broekhus. ad Tibull. Eleg. I. 1. 40. et ad Propert. Eleg. III. 1. 41. Adde Burm. ad Quinctil. Declam. CCCLXII. ubi etiam *detinere*, pro *retinere*, viri docti reponendum docuerunt.

§ 7 *Eum ipsum, in quo constiterat, locum castris communiri jussit*] Vetus lectio est *locum castris dimetari*. Gelen. Vet. lib. *communiri jussit*. Sigon. Gelenius, nescio an e libris, (quod crediderim) an ab ingenio, legere jubet *locum castris dimetari*. Ad quod alludunt Pall. duo meliores *locum castris dimicari*. Gebh. *Communiri* quidem Sigonius ex suo: sed potiores apud me, quibus vir nec ingenio nec doctrina vulgari Gelenius usus, exhibentes *dimetari*: quum præsertim invenissemus ipsi *dimicari*. Lib. XLIV. c. 36. 'Imperat, metarentur frontem castrorum.' Ibidemque c. 37. 'Postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit.' Cæsar Gall. II. 19. 'Opere dimenso castra munire cœperunt.' Cicero de Nat. Deor. II. 43. 'Atque ita dimetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia apparet.' *J. F. Gronov.* *Communiri* ex meis tantum servant suspectæ fidei codd. Harl. 2. Port. et Hav. ut et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *dimicari* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Oxon. C. *dimitteri* Lov. 1. a m. pr. *metari* Klockian. *dimetare* Flor. *dimetari* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. a m. sec. et Harl. 1. *communiri* ex margine ac glossa natum videtur; cujus loco *dimetari* verum est. Infra XLIV. 7. 'Secundis castris pervenit ad Dium; metarique sub ipso templo jussit.' *Metari castra* passim apud scriptores obcurrit.

Id vero, circumfuso undique equitatu, ut vallum poneretur, opusque inciperet, fieri non poterat] Sensus est: Dictator, ubi ultra progredi se non sine summo incommodo posse vidit, locum castris communiri jussit: quum autem hostium equitatus circumfusus esset; ne id quidem fieri poterat, ut vallum poneretur, et opus inciperet. In quibusdam enim libris est, pro *poneretur*, *poneretur*. Sigon. Sigonius *poneretur*. Id quod nobis occurrit nusquam. Sed scribendum *ut vallus poneretur*; vel *ut vallum ponerent, opusque inciperet*. Ut lignatum irent, vallos cæderent ac pararent, quemadmodum alibi loquitur. *J. F. Gronov.* Conjectura Gronovii non aliam rationem habere potest, quam quod putabat non Latine dici *hoc vallum* pro *hic vallus*: de quo ipse etiam dubitabam ad Flor. II. 18. § 10. Nunc, nisi hic variant libri, sententiam mutæ. *Inciperet*, pro inchoaretur, defendi potest. Terent. Eun. IV. 4. 58. 'Jam tum inceperat turba inter eos.' Cic. in Verr. V. 8. 'Quum rosam videret, tum incipere ver arbitrabatur.' Liv. IX. 32. 'Exspectantes, ut ab adversariis clamor et pugna inciperet.' *Duk.* *Poneretur* neque mihi in ullo vel scripto, vel edito obviam fuit. Et certe vulgatum probum est. Liv. III. 27. 'Vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit. Sic juventus discurrit ad vallum petendum.' Quid autem 'vallus' et 'vallum' differant, vide Gronov. Observ. III. 18. 'Vallus' autem memoratur etiam apud

Digitized by Google

Liv. XXXIII. 8. 'Romanus leves et bifurcos pleresque, et trium aut, cum plurimum, quatuor ramorum vallos cædit:' et apud auct. Epit. *Liv.* lib. LVII. 'Militem triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat.' Constanter tamen hoc loco scripti et editi *vallum poterentur:* quomodo etiam locutus est Florus II. 18. 'Ferre plenius vallum, qui arma nescirent.' Si quid tamen mutandum, posterior Gronovii emendatio magis placeret. Ita enim omnis mutatio tantum constabit in notis compendiariæ scripturæ, vel confusis, *poterēt* pro *poterīt*, vel omissis, *inciperet* pro *inciperēt*. Ceterum *opus quod inciperet* Voss. 2. Lov. 3. Harl. 2. Gaerta. et fragm. Hav. Sed illæ quoque notæ, quibus *que* et *quod* per compendium scribuntur, sæpe in Mss. permutantur. Vide ad II. 41. § 3. Deinde *non fieri poterat* Lov. 2. At a Voss. 2. tria hæc vocabula exciderant.

§ 8 *Itaque quum neque eundi, neque manendi copiam esse videt*] Vetus lectio sincerior *Itaque ubi*. Gelen. Ita etiam omnes mei: neque scripturæ differentiam ex Oxoniensibus Hearne notavit, nisi ex solo N. qui præfert *Itaque ut neque*. Sed sæpe *ut* et *ubi* commutari solent. Vide ad XXIV. 15. § 1. Deinde *esse videt* Hav. et Lov. 2. *videt esse* Lov. 4. Mox *instituit aciem* Flor. et Lov. 4. Sed 'instruere' in hac re sollemne verbum est. Vide ad XL. 40. § 3. et ad c. 8. § 8. idque hic verum esse, 'instruunt contra et hostes,' quod sequitur, satis probat. Solent autem verba 'instituere' et 'instruere' a librariis confundi. Vide ad IV. 4. § 4. Adde V. 43. § 2. VII. 31. § 2. Mox voces *aciem, impedimentis ex agmine remotis, instruunt* deficiunt in *Lov.* 3. Sed exciderant culpa librarii ob repetitum *instruere*. Vide ad IX. 11. § 11. *Ex acie*, pro *ex agmine*, habent editi ante Aldum. Sed scripti Aldo *ex agmine* restituenti consentiunt, nisi quod *examine* sit in fragm. Hav. a m. pr.

Instruuntur contra et hostes, et animis et viribus pares] Vetus lectio sincerior *instruunt contra*. Gelen. Ita et omnes mei. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Præterea τὸ *et* primo loco deest in Leid. 1. secundo autem in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad II. 44. § 3.

§ 9 *Auxerat id maxime animos*] Pal. 2. *auxerant*. Forte legendum *auxerant id maxime animi*. Gebh. Non unam ob caussam Gebhardi conjectura displicet. Primo enim quum non tantum Gebhardi reliqui, sed et omnes aliorum, ut et quos ego adhibui, codd. vulgatum tueantur, uni huic Msto, cujus pessimam fidem passim ipse tradexit, artius inhærere audax et temerarium existimo. Deinde non aliis locis Livius τὸ 'augere' παθητικῶς adhibuit, quamvis forte scriptores dentur, qui eo modo usi fuerint. Vide ad III. 6. § 2. neque in aliis verbis id facere Livius veritus sit. Vide ad I. 17. § 6. Denique *augere animum* vel *animos* sæpius apud Nostrum obvium est. Exempla vide apud Gronov. ad VII. 7. § 4. Adde quæ notantur ad XXI. 53. § 2.

Ignari loco iniquo, non hosti, cessisse] Sigonius malit *gnari*, aut *non ignari*, hoc sensu: auxerat Samnitium animos, quod non ignari se loco iniquo non cessisse Romano hosti, nunc Romanos velut territos ipsi terribiles erant persecuti. Perperam, me judice. Nihil mutandum; nec 'hostis' intelligitur Romanus, sed Samnis. Id, ait, superbos et plenos fiducia Samnites fecerat, quod Romanis nuper nocte vasa colligentibus profectisque ab tergo institerant, quasi fugientibus et territis ipsi terrentes. At Romani loco iniquo decesserant hoc regressu, non cesserant hosti Samniti, qui veræ causæ ignarus, tamquam ignavia aut rerum desperatione

Digitized by Google

id factum fuisset, interpretabatur. Lib. VII. c. 13. 'Sicubi loco cessum, si terga data hosti.' *J. F. Gron.* Ita quidem, ut Gronovius ait, Sigonius conjecit in prima ed. Scholiorum. Sed postea in repetitis curis scholion illud plane omisit, eoque conjecturam intempestivam ipse damnasse videtur. Mox *secuti fuerunt*, pro *fuerunt*, Port.

§ 10 *Et, hercule, illo die*] Vetus lectio sincerior *At, hercule.* Gelen. Vet. lib. *Et, hercule.* Sigon. *Et, hercule* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. duo, Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Sæpius hæ particulæ in Mss. commutantur. Vide ad XXXVI. 35. § 7. Geleuii tamen lectio, quam servant Flor. (certe ex eo in excerptis nihil notatum video) et edd. ante Aldum, verior videtur, ut ita particula *At* referatur ad proxime præcedens 'jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati.' Vox *die* deficit in Lov. 3. Paullo ante vero *jam quidem desueto* legit Klockian. Vide ad XLIV. 36. § 7. Deinde *clamorem Romanum exercitus* Port. a m. pr. qui error natus fuisse videtur ex epitome scribendi *Ro. exercitus.* Aliud exemplum est IX. 9. § 5. Plura vide ad X. 10. § 2.

Ab hora diei tertia ad octavam ita cœpe dicitur certamen stetisse] Numquid ad hunc locum exigenda sunt illa X. 34. 'Ab hora quarta diei ad octavam ferme horam pugnatum:' et XLIV. 37. 'Nocte proxima ab hora secunda usque ad quartam horam noctis?' An et hæc dicta credemus, ut VI. 1. 'Ab condita urbe Roma ad captam eandem urbem?' *Jac. Gron.* Neque illa loca ad hunc exigenda sunt, neque hic ad illa: quum neque hic neque ibi quidquam sit, quod vel sensum verborum implicet, vel Latine loquentium consuetudini adversetur. *Duk. Usque ad octavam* Lov. 4. Sed particulam *usque*, quam reliqui scripti et editi omnes nesciunt, ex glossa interpretis adscitam puto. Nam *ad*, pro 'usque ad,' eodem modo est in primo et ultimo Livii loco, a Gronovio hic laudato. Et ita l. III. c. 22. 'Quum ad id spectator pugnæ adstitisset.' c. 28. 'Pugnatum cum consule ad lucem est.' XLII. 31. 'Consules ad id tempus in provincias non exierant.' Vide ad Epit. Liv. lib. CII. Tum *dicitur cœpisse certamen* Lov. 2. Insuper *fuisse* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. L. 2. Sed et hoc interpretis commentum est. Curtius l. VII. c. 4. 'Quum pugnam segnem utrimque æquis viribus stare vidisset.'

Ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit] *Nisi primo semel conc. est subl.* Harl. 2. *ut primo semel concursum est, subl.* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. fragm. Hav. et edd. ante Vascosanum, qui primus *concursu est sublatus* edidit, consentientibus reliquis scriptis, nisi quod τὸ *est* desit in Port. et Hav.

Retrove recepta, neque recursum ab ulla sit parte] *Rectove recepta* Lov. 3. *iteratove recepta* fragm. Hav. *iteratove accepta* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *ab illa sit parte* Leid. 2. Vide ad XXV. 11. § 8.

§ 11 *In suo quisque gradu, obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant*] *In suo quisquis gradu* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et Gaertn. *obnixius urgentes* Lov. 1. Leid. 2. et Port. a m. sec. *obnoxius, urgentes* Port. a m. pr. Hav. Voss. 1. et Harl. 2. *obnoxii urgentes* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav. *obnoxiis urgentes* Klockian. Vide ad VI. 12. § 8. Deinde *sine respirationis, sine respectu pugnabant* Voss. 2. ut mox hoc cap. 'Procul ab armatis sine præsidio, sine munimento stare.' VII. 2. 'Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu:' ubi alia vide. Aliis ta-

Digitized by Google

men adversantibus uni huic codici credere admodum anceps puto. Voces *ac respectu* desunt in Lov. 2. Sed 'sine respectu pugnare,' ut 'sine respectu fugere' XXXII. 12. 'Rex primo effuse ac sine respectu fugit.'

Tenorque idem pugnæ in defatigationem ultimam aut noctem spectabat] Forte *ad noctem spectabatur*. J. F. Gron. *Tonorque* Port. *ternorque* Leid. 2. *tremorque* Lov. 2. De voce *tenor* vide ad IV. 37. § 9. Tum *fatigationem ultimam* Voss. 2. *inde fatigationem ultimam*, inperite divisis vocibus, Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *inde fugationem ultimam* Harl. 2. Port. et Hav. Deinde *aut necem* Neapol. Latinii. Denique *spectabant* Lov. 2. Harl. 2. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. ut duobus singularibus *fremitus tenorque* addatur verbum plurale; de quo vide ad I. 31. § 7. Sed et alterum, ut eis verbum singulare jungatur, Livio non insolitum est. Vide ad XXXVII. 29. § 6. Eam autem lectionem quum tueantur certiores codd. illi etiam controversiam non moveo. *Inspectabat* Leid. 2. Sed prima syllaba nata est ex vocis præced. litera finali. Vide ad V. 23. § 5. *Spabat*, sive *sperabat*, Lov. 4. Vide ad XXXIV. 27. § 4.

§ 12 *Jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant*] Vox *sua* deficit in Lov. 4. Deinde *jam ducibus consilia* edd. ante Frobenianam 1535. quasi hunc ordinem verborum servare deberet Livius, quod præcesserat eodem modo 'viris vires, ferro vis.' At Frobenio mutanti favent omnes scripti.

Turma una longius provecta] *Turba* una Voss. 1. Vide ad XXV. 16. § 15. Tum *longius profecta* Gaertn. et edd. Frobenii 1535. eamque secutæ alias neque ad Modium, qui recte iterum *provecta* restituit. De verbo 'provehi' hoc sensu vidimus ad hujus lib. cap. 7. § 7. Solent autem sæpe hæc vocabula commutari. Vide ad XXI. 2. § 4. *Provecta esset* Harl. 2. et Hav. Paullo ante τὸ *subito* non adparet in Harl. 1.

§ 13 *Sine modo, inquit, esse præda præpediant*] Vocem *modo* non agnoscit Hearnii Oxon. B. Deinde *ut se præda præpediant* non modo idem codex, sed et Harl. 2. Port. et Hav. *esse prædam, præpediant* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. et Harl. 1. *se præda præpediant* edd. ante Frobenianam 1535. *esse, præda præpediant* Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XL. 26. § 5. *Sine modo, inquit, præda eos præpediat* Lov. 4.

Diripi passim ferrique fortunas militum vociferabantur] Vox *passim* exsulat a Lov. 4. *diripi passim agique* præfert Klockian. Utraque verba 'ferre' et 'agere' in direptionibus usitata sunt, ac sæpe conjunguntur. Vide ad XXXIII. 13. § 10. Est tamen in illis differentia: 'aguntur' enim pecora, mancipia, captivi; 'feruntur' reliqua. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 20. § 8. Quum autem milites in castris degentes vix habeant, quæ 'agi,' sed quædam, quæ 'ferri' possunt, vulgatum, quod in scriptis aliis ut et editis constanter superest, verius esse patet. Deinde *fortunasque militum* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *vociferentur* Port. Gaertn. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. *vociferabant* Lov. 4. Eadem forma *vociferare* pro *vociferari* in Mss. erat VII. 12. § 14. X. 28. § 12. et c. 35. § 13. Existimo tamen, librarium hoc loco perperam neglexisse notam literæ *i* suprascriptam, qua terminatio passivi *ur* indicata fuit. Vide ad X. 10. § 1. Ratio est non modo, quia alii omnes codd. verbum hoc forma passiva præferant, verum etiam quia Livius verba deponentia, ut grammatici vocant, numquam forma activa usurpare solitus fuit. Vide quæ notavi ad I. 17. § 2. et VII. 36. § 10.

§ 14 *Vides tu, inquit, M. Fabi, ab hostium equite omissam pugnam*] *Vides, inquit*, omisso pronomine *tu*, Lov. 2.

Digitized by Google

et Hav. Verum id in simili locutione *Videsne tu* Livius addere solet. Exempla vide ad I. 89. § 3. Deinde *Magister Fabi* Voss. 2. et Lov. 3. *Marcelle Fabi* Gaertn. Adeo etiam in vulgatissimis et qualibet pagina obviis errare soliti sunt scribæ. Tum *ab hostium equitatu* Leid. 2. et Lov. 1. quod ex interpretis expositione in contextum irrepsit, quum forte in margine adnotatum fuisset, 'eques' hic pro equitatu usurpari; quomodo sæpe eam vocem omni, dictum est ad II. 20. § 12. Paullo ante *Tunc magistro equitum* Leid. 1. Vide ad II. 12. § 15.

Hærent impediti impedimentis nostris. Adgredere] *Itaque impeditos imped. nostris adgr.* Harl. 2. et apud Hearnium Oxon. L. 2. *hærent. Impeditos imped. nostris adgr.* Gaertn. *hærent impediti imped. nostris. Adgr.* vi Hearnii Oxon. C. Infra X. 36. 'Objacente sarcinarum cumulo hæsere impediti.' lib. XXXVIII. c. 49. 'Hærentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circumvenerunt.'

§ 15 *Quod inter prædandum omni multitudini evenit*] *Quod interpretandum* Leid. 1. Klockian. et Hav. Mox pro *varos* priori loco *ratos* habent Harl. 2. et Gaertn. Ita etiam peccabatur hoc lib. c. 18. § 9. Posteriori vero loco eadem vox exsulabat ab Harl. 2.

Equosque dum præda onerant] *Et quosque dum præda onerant* Flor. Voss. 1. Leid. 1. et fragm. Hav. *quosque dum præda onerat* Port. et Hav. *et quosque dum præda onerat* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Harl. 2. *et quos dum præda onerat* Gaertn. *et quosque dum præda onerent* Leid. 2. *et quosque, dum præda onerantur, eode inermes* Lov. 4.

§ 16 *Mihi legiones peditumque pugna cura erunt*] *Peditumque pugna mihi cura erit* Lov. 4. quasi singularis requireretur, quod proximum nomen eo casu ponatur; quum tamen Livius sæpe verbum ad remotius retulerit. Vide ad XXXVII. 5. § 8.

Cap. XXXIX. § 1 *Qualis quæ esse instructissima potest, invecta*] *Qualis quæ esset invecta*, ceteris omissis, sed sine sensu, Lov. 3. Mox *repleta*, pro *replet*, fragm. Hav. et Lov. 2.

§ 2 *Inter sarcinas omissas repente objacentes pedibus*] Vocem *omissas* inseruit Burm. ad Phædr. Fab. I. 13. 10. *Adjacentes* autem legunt Harl. 2. Port. et fragm. Hav. solito scribarum lapsu. Vide ad II. 65. § 4. X. 36. 'Objacente sarcinarum cumulo hæsere impediti.' In verbis seqq. *cædunt*, pro *cæduntur*, Hav. Vide ad X. 10. § 1.

§ 3 *Circumductis paullum alis ab tergo pedestrem aciem adoritur*] Pall. tres recte *paullulum*. Gebh. Lipsius de Milit. Rom. II. 7. scribit, se non negare, 'alam' commune (equitibus Romanis et sociorum) nomen esse; sed apud veteres perraro de Romanis dici: et unum adfert locum ex Livii l. XXIX. c. 1. ubi 'alæ' de his dicatur. Verum est, plerumque de equitibus sociorum apud veteres dici. Tamen rursus Liv. II. 49. 'Invecta subito ab latere Romana equitum ala.' Et hoc loco *alas* de Romanis accipit ipse Lipsius de Milit. Rom. IV. 8. quos hic designari, liquet ex fine capitis superioris. *Duk. Paullulum* etiam præferunt non tantum edd. Parm. Ald. eamque secutæ aliæ usque ad Grutterianas, Gronovianæ deinde et recentissimæ reliquæ, sed etiam plerique scripti, exceptis tantum Flor. fragm. Hav. et forte Klockian. unde nihil notatur, qui *paulum* ostentant. Alibi sæpe has voces commutarant librarii. Vide ad XXXVI. 9. § 8. Quum tamen verisimilius videatur, scribas geminationem literarum neglexisse, quam eas perperam iterasse; a Gebhardo probatam et a Gronovio in contextum receptam lectionem servavi. Tota illa vox deficit in Hearnii L. 2. Præterea *aliis* pro *alis* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. a m. pr. Harl. 1. Port. Gaertn.

Digitized by Google

Hav. et fragm. Hav. Tum *a tergo* Gaertn. et editi ante Aldum. Paullo ante *exercitu hostium*, pro *equitatu*, Port. et Hav. *hostium* vero deficit in Gaertn.

§ 4 *Clamor inde novus accedens*] Imo *accidens*. Hoc erratum et aliis locis aliquoties obcurrit. *Gelen.* Recte ita emendat Gelenius: neque aliter est in Mss. nisi quod sollemni scribarum peccato *accedens* sit in Voss. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. De hoc errore vide ad XXI. 10. § 12. Præterea *Inde clamor novus* Lov. 2. In verbis seqq. *animos terruit* edd. ante Jac. Gronov. cui ordinem verborum immutanti favent scripti mei.

Respectantes hostium antesignanos] *Res petentes* fragm. Hav. *respectans* Hav. Præterea *antesignarios* Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad IV. 47. § 2. Mox *signa* deficit in Gaertn. *adoriri* autem pro *adhorturi* est in Leid. 2.

§ 5 *Et quocumque pregrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant*] Elegantior vetusta lectio *et quicquid progred.* Gelen. Dictum, ut Propertii Eleg. II. 23. 37. 'Hoc utinam spatiere loco, quodcumque vagabis.' Custoditque hanc lectionem sola Campani ed. Pall. duo in *quocumque progred.* Pal. 2. *et quacunque progred.* Andreæ vero recensio *et quocunque ingrediebantur.* Gebh. *Et quocumque progred.* Voss. 2. Harl. 2. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac C. Similiter etiam edidit Aldus et reliqui recentiores usque ad Gelenium. *Et quocumque ingred.* edd. vetustissimæ usque ad Aldum. *In quocumque progred.* Lov. 3. *et quicumque progred.* Gaertn. *et quocumque gradiebantur* Port. Hav. et Hearnii cod. B. Reliqui cum Gelenio *et quidquid progredieb.* quod eo modo dictum est, ut VII. 32. 'Quidquid ab urbe longius proferrent arma:' ubi vide Gronov. Præterea *magis* exsulat ab fragm. Hav. *magisque* ab Harl. 2. Male. Similiter enim Liv. eodem loco, 'Magis magisque in bellos gentes eos prodire.' Terent. Eun. III. 3. 1. 'Profecto quanto magis magisque cogito.' Vide Muret. Var. Lect. VI. 14. Boslum ad Cic. ad Att. XVI. 3. et Græv. ad Cic. de Senect. c. 4. Mox *primus*, pro *primis*, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. 2. Flor. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et ed. Mediol. 1506. quam Ascensius 1513. et 1516. perperam secutus est. In sequentibus etiam præpositio *in* non adparet in Gaertn.

§ 6 *Vexilla se suorum parmasque cernere equitum*] *Ut exilla se suorum* Leid. 1. et Lov. 4. *ut vexilla sui suorumque respicerent eq.* Lov. 2. *vexilla se suorum eq. parmasque cernere* Leid. 2. *vexilla se suorumque parmasque cerneret eq.* Harl. 2. *cerneret* etiam præfert Lov. 4.

§ 7 *Laboris per diem pene totum tolerati*] Pall. 1. et 3. *laboris, quem per diem pene totum tulerant.* Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *laboris, quod per diem pene totum tulerant* fragm. Hav. *tulerant*, pro *tolerati*, etiam Lov. 2. et 4. *tulerat* Leid. 1. et Harl. 2. Præterea *diem totum pene* idem Lov. 4. *diem pene totam* Hav. Sed vide ad XXVII. 18. § 1. Paullo ante *auditum simul visumque est* Leid. 1. Lov. 4. Harl. 1. Klockian. et fragm. Hav. *auditur simul visumque est* Harl. 2.

Concitaverint se in hostem] Pronomen *se* male omittitur in Lov. 4. Supra VII. 34. 'Accensi ira concitant se in hostem.' In verbis præcedd. *integri castris*, pro *e castris*, Hav. *e castris integri* Lov. 4.

§ 8 *Partim in medio cæsi, partim in fugam dissipati sunt*] Pal. 2. *partim fuga dissipati.* Vetustissimæ edd. binæ *in fuga.* Gebh. *Partim fuga dissipati* Port. et Hav. *partem in fuga dissipati* Gaertn. et præter edd. Gebhardo memoratas etiam reliquæ omnes ante Frobenium, qui demum a. 1535. recte *in fugam* substituit. Infra X. 14. 'Quia passim in fugam

Digitized by Google

dissipati sunt.' Ceterum verbum *sunt* non exstat in Lov. 2. et Port.

§ 9 *Pedestres restantes ac circumventos cædunt: ab equite, &c.*] Scriptura vetus habet *Pedes restantes ac circ. cecidit, ab equite, &c.* Gelen. Vix credo τὸ *ac* esse Livii, qui scripserat *Pedes restantes circ. cecidit.* Vide quæ dicemus ad X. 35. Lib. IX. c. 2. 'Jacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque.' J. F. Gron. Omnes quidem codd. *cecidit* exhibent, nisi quod verbum hoc desit in uno Lov. 4. Eam autem veram scripturam esse, etiam ex alio errore in Leid. 2. et Harl. 1. commisso patet, quorum librarii verba seqq. *ab equite fugientium strages est facta: inter quos et ipse imperator cecidit*, omiserunt: quod factum est ob similitudinem vocis *cecidit*. Si enim *cædunt* scriptum fuisset, ita non aberrassent. Nihilominus *Pedestres* servant, quasi conspiratione facta, Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Port. Gaertn. Klockian. Hav. et fragm. Hav. *Pedesres* Flor. Sed recte *Pedes* Gelenius probavit; quod, nisi excerpta fallunt, fuit in solis Harl. 2. et Gaertn. Ceterum, si libri juberent, cum Gronovio voculam *ac* ejiciendam censerem; ita enim Livium loqui solere, aliis exemplis ad locum, quem Gronov. indicavit, probabo. Nunc tamen, quum omnes scripti eam constanter tueantur, ei controversiam movere non audeo.

§ 10 *Hoc demum prælium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent*] *Hoc demum prælio* Voss. 2. et fragm. Hav. Deinde *ut in omnibus conciliis ita frem.* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ut omnibus consiliis frem.* Lov. 3. Sed indicatur communis respublica conjunctorum totius Samnii populorum; quod *concilium*, non *consilium*, adpellandum esse, Gronovius docuit ad XLIV. 2. § 5. *Infremerent* est in fragm. Hav. *firmarent* in ed. Rom. 1472. Male. Supra III. 56. 'Deos tandem esse, et non neglegere humana, fremunt.' IV. 18. 'Militibus castra urbemque se obpugnaturos frementibus.' VI. 6. 'Erecti gaudio fremunt, nec dictatore unquam opus fore reipublicæ, si tales viros in magistratu habeat.' VIII. 13. 'Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum, senatus fremit.' X. 14. 'Pro se quisque miles, adesse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt.'

Inpio bello et contra fœdus suscepto] Hoc ait, quia paullo ante c. 37. dixerat: 'Samnites inducias annuas ab urbe retulerunt, nec earum ipsarum sancta fides fuit,' &c. Itaque subdit hoc cap. 'Brutulus Papius haud dubie erat proximarum induciarum ruptor.' *Sigon.* Mox *Deis*, pro *Diis*, Voss. 2. Leld. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Neque aliud voluit librarius Flor. qui prius per errorem scripserat *denis*. Sed mediam literam mox erasit.

§ 11 *Utrum supplicia noxia paucorum, an omnium innoxio præbeant sanguine*] Ita ediderunt uterque Gronovius, sed, ut videtur, operarum errore; quem tamen etiam religiose Clericus servavit, quum inter errata mentionem ejus factam esse non invenisset. Non tantum enim omnes priores edd. et scripti, sed et ipsa ratio, docent, legendum esse *noxio paucorum, an omnium innoxio*: noxius enim paucorum sanguis innoxio omnium obponitur. Soli Harl. duo perperam dederunt *supplicio noxio*; at verba *noxio paucorum an omnium* desunt in Hav. Ceterum prior particula dubitandi *utrum* exulat a Port. et Hearnii Oxon. B. quam quidem omitti potest. Vide ad II. 8. § 8. et ad VIII. 7. § 8. Hic tamen consensus aliorum omnium codd. admonet, ne quid temere innovetur.

Audebantque jam quidam nominare auctores armorum] Copula *que* deficit in Leid. 2. Deinde *quidem* legunt

Digitized by Google

Leid. 1. et edd. ante Aldum. Vide ad XXXIX. 17. § 5. Insuper vocem *armorum* neglexit scriba Harl. 2.

§ 13 *Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur*] 'Papia' gens Italica fuit. Itaque bello Italico 'Papius Mutilus' inter ejus belli duces insignis est. Appianus, alii. *Sigon. Brutili Papi* Voss. 1. et Leid. 2. *Brutuli Papi* Voss. 2. Leid. 1. Harl. 1. et fragm. Hav. *Brutuli Papri* Flor. *Brutili Papili* Lov. 4. a m. sec. *Brutilii Papii* Hearnii Oxon. L. 2. C. et Harl. 2. *Bructulii Papii* Lov. 3. Primum nomen deficit in Lov. 1. Mox etiam § seq. *Bruttius, Brutilius*, vel *Brutillus* codd. quidam, unus etiam Flor. *Papus* præferunt; at hoc loco *Brutuli Papyrii*, et mox *Brutulus Papyrius* edd. Aldina antiquiores. Jo. Gottl. Heinsecius ad l. Jul. et Pap. Popp. pro *Brutuli* scribendum putat *Mutili* lib. 1. cap. 4. p. 59. ubi gentem 'Papiam,' ejusque familiam 'Mutilorum,' quæ apud Samnites floruisset, multis inlustrat. Præterea vox *nomen* neglegentia librarii omittitur in Harl. 2. Insuper *exaudiebant* Port. a m. pr. Vide ad XXXVIII. 40. § 1.

Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor] *Nobilis potensque erat vir* Voss. 2. Deinde *proximarum ruptor induciarum* Port. et Hav. *raptor* est in fragm. Hav. Pari modo 'raptus' et 'ruptus' frequenter in Mss. confundi, docuit Arntzen. ad Auct. de Orig. Gent. Rom. c. 18. 'raptim' et 'ruptim' IX. 35. § 4.

§ 13 *Dederetur, et cum eo præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur*] *Dedetur* Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad II. 56. § 7. Tum *et ut præda omnis Rom. captivique Romam mitt.* Harl. 2. *et cum eo omnis præda Rom.* Port. et Hav. Tò *ut* deficit etiam in Leid. 2. et edd. ante Frobenianam 1535.

Quæque res per feciales ex fædere repetitæ essent, secundum jus fasque restituerentur] *Quæquæ res* Lov. 4. Tum voces *ex fædere* non adparent in Harl. 2. Hinc *secundum jussaque restituerentur* Leid. 1. perperam duobus vocibus coalescentibus, et litera *f* in *f* commutata, quod ob ductum similitudinem frequens est. Vide ad XXII. 28. § 10. Hinc factum *secundum jussa restituerentur* in Lov. 3.

§ 14 *Feciales Romam, ut censuerunt, missi, et corpus Brutuli exanime*] *Feciales Romani* Harl. 2. et Hav. Tum *ut censuerant* Port. et Hav. *Feciles Romam censuerunt dedendum corpus* Lov. 2. *missi dedendum corpus* Harl. 2. Mox *ipse enim morte*, addita media voce, Lov. 4. Sed alibi sæpe similes particulæ fulciendæ orationi Livianæ a librariis insertæ sunt. Vide ad X. 39. § 4.

§ 15 *Nihil tamen earum rerum, præter captivos, ac si qua cognita ex præda sunt, acceptum est*] *Nec hoc tamen earum rerum* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *et si qua cognita* Port. et Hav. cum edd. quæ Frobeniana 1535. antiquiores sunt. Tum *sunt* deficit in Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *exceptum est* Port. a m. pr. *acceptavere* Lov. 4. *accepta*, exsulante voce *est*, Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Paullo ante voces *Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi* non adparent in Hav. *bona ejus quoque dedi* alio ordine præferunt edd. ante eamdem Frobenianam.

Sed ceterarum rerum irrita fuit deditio] *Sed* redundat. *Gelen.* Id est, non acceptæ res cæteræ, quæ dedebantur, nec ex eo pax consequuta est. *Sigon.* Illud *sed* superest in Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. 2. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus, quod optimi recte ignorant. Vide ad VI. 32. § 8. Insuper *ceterum rerum* Hav.

Ex senatusconsulto triumphavit] *Ex*

Digitized by Google

senatusconsultis Port. Sed vide quæ ante notata sunt ad v. 18. § 5. Voces *ex senatusconsulto* non adparent in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. 1. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 16 *Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt*] Inter cæteros sunt Capitolini scriptores, qui 'Q. Fabium,' 'L. Fulvium,' hujus anni consules, de Samnitibus triumphasse, non 'dictatorem A. Cornelium,' tradunt. *Sigon. Hoc bello a consulibus bellatum* edd. ante Aldum: *ab consulibus* Port. et Hav. Insuper *debellatum* Lov. 4. Port. et Hearnii Oxon. B. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXVII.

Fabium etiam in Apuliam processisse] Hinc apud eum, qui scripsit de Viris Illustribus, Aurel. Vict. c. 32. scriptum est, Q. Fabium consulem primum de Apulis et Lucerinis triumphasse. Quod idem exstat etiam in Capitolino triumpho. *Sigon. Fabium et locum in Apul.* Lov. 3. *Fabium in Apul. etiam* Hav. *Fabium in Apul. etiam* Port. Deinde *processe* Voss. 1. a m. pr. *præcessisse* Port. *pertransisse* Leid. 2. et Lov. 1.

CAP. XL. § 1 *Nec discrepant, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit*] Pro *Nec discrepant* Mss. exemplaria habent *Nec discrepat*, et quidem panlo Latinius. *Gelen.* Ita etiam non tantum omnes codd. mei, verum etiam edd. Rom. 1472. ac Parm. Supra III. 31. 'Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet:' ubi recte ita legendum Rhenanus monuit. Vide quæ ad eum locum notavi. Præterea *M. Cornelius* Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. 2. et fragm. Hav. a m. sec. *A. M. Cornelius*, utraque lectione simul exhibita, Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et Lov. 2. Vulgatum verius est; nam Κορνήλιος Ἄλλος etiam vocatur Zonaræ Annal. VII. 24.

§ 2 *Quia L. Plautius prætor gravi morbo implicitus erat*] Reponenda vox ex omnibus Mss. codd. atque edd. *gravi morbo forte implicitus erat*. Gebh. Vocem illam *forte* prima omiserat ed. Francof. 1578. indeque omnes usque ad Gronovium, qui eamdem iterum restituit. Et recte. Est enim in omnibus etiam meis codd. Ceterum *quod L. Plautius* fragm. Hav. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. Ultima vox *erat* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Insuper in verbis proxime præcedd. *ut esset aliquis, qui ludis* præfert Port. in margine. At insertum illud *aliquis*, quod in nullo alio codice obviam fuit, sine dubio librarii vel interpretis est emblema. 'Sunt qui,' 'erant qui,' 'fuerunt qui,' et similia Livio nostro aliisque frequentissima sunt. Vide exempla, quamvis alterius rei probandæ caussa, congesta ad Livii XLII. 66. § 9.

Signum mittendis quadrigis daret] Inter cæteras causas dictatoris creandi hæc etiam fuit, ludorum Romanorum causa, quod est, ut signum mittendis quadrigis daret. Signum autem dedisse dictatorem et prætorem, hic locus docet; consulem XLV. 1. *Sigon.* Adiri possunt Columna ad Ennium p. 22. Torrentius ad Suet. Ner. c. 22. Rubenius Elect. I. 30. Panvinius de Ludis Circens. I. 14. et Bulengerus de Circo c. 16. *Duk.*

§ 3 *Functusque eo haud ocne memorandi imperii ministerio*] Legerem *magisterio*. Vide interpretes Suetonii. *T. Faber.* Videtur intelligere illa, quæ viri docti notarunt ad Sueton. Aug. c. 2. unde etiam patet, librarios voces 'ministerium' et 'magisterium' commutare solitos fuisse. At nihil hic muto: 'ministerium' enim hoc loco notat publicam curationem, sive illam operam, quam magistratus reipublicæ edunt. Supra IV. 8. 'Magis necessariam, quam speciosi ministerii' (nempe censoræ)

Digitized by Google

'procurationem intuentes.' Valer. Max. IV. 3. ex. 9. 'De publico scilicet ministerio' (de legatis agitur) 'nihil cuiquam, præter laudem administrati officii, accedere debere judicantes.' c. 7. ex. 3. 'L. Rheginus,' (tribunus plebis erat) 'si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur, posteritatis convicio lacerandus.' VIII. 13. ex. 1. de M. Valerio Corvo, qui plures magistratus gesit; 'Suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicæ ministeriis.' Vide Popmam ad Vellei. Pat. II. 45. § 4. Fabri conjectura etiam Doujatio displicuit. Ceterum *fructusque haud sane memorando imperii min.* Port. *memorandi min. imperii* Lov. 3.

§ 4 *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor*] Hunc locum a Cicerone accepisse videtur in Bruto c. 16. 'Nisi quem nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant. Et, hercule, hæ quidem exstant. Ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam: quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum facta est mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, et a plebe transitiones, cum homines humiliores in alienum ejusdem hominis infunderentur genus.' *Sigon.* Muretus legebat *laudationibus.* Habet pro se usum scriptorum Latinorum, Livii ipsius aliis locis, Ciceronis, Taciti, Suetonii, et aliorum: et disertum auctoritatem Senecæ Epist. 92. 'Aliud est laus, aliud laudatio. Hæc et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat.' Ibidem disputat, laudem etiam esse taciti sentientis, et bonum virum apud se laudantis. Sed hoc nimis quam subtile et philosophicum est, et de tacita hujusmodi laude non male dicas, quod de occulta musica Græci. Grammatici pinguiore Minerva rem tractant, ex quorum sententia, 'laudatio est rerum gestarum relatio, laus secunda existimatio' (non tacite apud se bene de alio sentientis, sed sensum animi cum aliis communicantis) 'recte factorum:' ita auctor libelli inter grammaticos veteres, qui Cornelii Frontonis nomen præfert. Itaque quia 'laus' a laudatione oritur, etiam pro laudatione interdum dici videtur. Cicero de Orat. II. 84. laudationem fori destinguit a laudatione funebri, et hanc ad 'orationis laudem' minime adcommodatam esse dicit: ubi 'laus orationis' est laudatio forensis, qua oratores in causis agendis utebantur. Et quod eodem loco 'laudationes scriptitare' dicit, id Suetonio Calig. c. 20. est 'laudes componere,' et Phædro Fab. IV. 20. 'laudem scribere.' Ex his locis Suetonii et Phædri vulgatam Livii scripturam adversus Muretum tuetur Gudius ad Phædrum. De re, quam hic tangit Livius, vide Perizonium Animadvers. Hist. c. 6. p. 207. et Spanhem. de Præstant. et Usu Numism. dissert. X. p. 8. poster. ed. *Duk.* Pares querelas de falsis imaginum titulis vide apud Livium XXII. 31. Ceterum *funeribus laudibus* Voss. 1. Lov. 1. 4. et fragm. Hav. *familiaribus laudibus* Harl. 2. Port. Gaertn. et Hav. Sed vocem *funebribus* omittunt Hearnii Oxon. N. B. et C. In vocem *laudibus* conspirant omnes codd.

Dum familia ad se quæque famam rerum gestarum, &c. trahunt] *Familiæ* Harl. 2. Hav. et Hearnii Oxon. C. quorum librarii veriti fuisse videntur, ne solœcum foret 'familia quæque trahunt;' a quo eodem metu etiam profluxit interpolatio in Port.

Digitized by Google

obvia, ubi a m. sec. *trahunt* mutatum erat in *trahit*. Verum, Livium τῷ *quisque* plurale verbum sæpissime junxisse, vidimus ad II. 22. § 7. Deinde vox *famam* male omittitur in Port. vox *gestarum* in Hearnii Oxon. B. copula *que* in Lov. 3. Denique *fallenti mendacio*, pro *fallentis*, legit Flor.

§ 5 *Quo satis certo auctori stetur*] Libri omnes *auctore*. Gebh. *Auctori* operarum errore primum comparuit in ed. Paris. a. 1573. inde in reliquis usque ad Grater. qui a. 1628. *auctore* in ultima edit. recte restituit. Vide ad VII. 6. § 6. Hæ autem voces cum præcedenti *exstat* desunt in Harl. 1.

Digitized by Google

LIBER IX.

CAP. I. § 1 *T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus*] Adjiciendum utrisque *iterum*, ut Cicero Offic. III. 30. habet: quanquam apud eundem in Catone majore c. 12. omissus est numerus, errore, ut puto, librariorum. Fuere autem hi consules antea A. U. C. CDXXI. *Glar.* Licet verum sit, hos consules etiam duodecim annis ante in eodem honore collegas fuisse; Glareano tamen ad h. loc. et, qui vestigiis ejus insistit, Pighio in Annal. ad a. CDXXXII. p. 348. non adsentior, utrique eam ob causam *iterum* adjiciendum esse. Iterati enim honoris notam sæpissime apud Livium omitti, vidimus ad II. 16. § 7. Ceterum priori consuli perperam *Lucii* prænomen tribuitur apud Cic. de Offic. III. 30. in ed. Græv. utraque; sed, ut videtur, operarum errore: quamvis similiter etiam exstet in Oxon. 1695. 'Tiberius' vocatur in multis edd. Gellii XVII. 21. quomodo Pighius etiam apud Zonar. Ann. VII. 26. reperiri testatur, idque erroris arguit. Rectius itaque *Titus* dicitur in Gell. ed. Aldina. Deinde inter utriusque consulis nomina voculam *et* interjicit Lov. 2. de quo vide ad II. 17. § 1. Insuper posteriori consuli *Marci* prænomen tribuunt Harl. (intelligo posteriorem, in priori enim libb. IX. et X. desunt: quare deinceps nullo addito numero laudabo) et Hearnii Oxon. L. 1. Prænomen ejus unica litera S. exprimitur in fragm. Hav. more antiquo: eam enim interdum prænomini 'Spurius' indicando olim adhibitam fuisse, docet Ægyptius ad Senatuscons. de Bacchan. p. 144. Ita et X. 40. § 8. Ceterum præcedd. verba hujus cap. perperam desunt in Voss. 1. et Lov. 1.

§ 2 *Samnites eo anno imperatorem C. Pontium, Herennii filium, habuerunt*] Prima vox non adparet in Leid. 2. Sed eamdem transponens Harl. præfert *Eo anno Samnites*, in quo iterum vox quarta *imperatorem* omissa est. Tum *habuere* Gaertn. Præterea Samnitium imperatorem *Pontium Herennii filium* etiam bis Livius vocavit hoc lib. c. 15. At Cic. ejus patrem vocat itidem 'C. Pontium' de Senect. c. 12. 'Hæc cum C. Pontio Samnite, patre ejus, a quo Caudino prælio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam Nearchus dicebat.' Hinc efficiendum videtur, patrem, æque ac filium imperatorem, dictum fuisse *C. Pontium;* at patrem cognomen 'Herennii' habuisse, filium 'Thelesini;' id enim ei tribuitur apud Aurel. Vict. de Vir. Illustr. c. 30. 'C. Veturius et Sp. Postumius consules bellum adversus Samnites gerentes, a Pontio Thelesino duce hostium in insidias deducti sunt.' Et mox, 'Pontius adcitum patrem Herennium rogavit, quid fieri placeret.' Livius vero, *C. Pontium Herennii filium* memorans, eo genere loquendi usus est, quod ei restituit Sigonius IV. 45. *C. Servilium, Prisci filium:* ubi plura dicta sunt. Quum itaque dicit c. 3. 'Herennium Pontium, patrem imperatoris,' cognomen nomini gentilitio præposuisse censendus est; quod Romanis, et in primis Livio, frequens est. Infra XXX. 1. 'Jurisdictionem urbanam Pætus Ælius est sortitus:' ubi plura vide. Eodem modo acci-

Digitized by Google

piendus videtur locus Livii XXXIX. 18. 'Viros eam primam suos filios initiasse Minium et Herennium Cerrinios.' Mox *natum* errore librarii exsulat a Leid. 1. Deinde *bellatoremque ducemque* legit Lov. 4. *bellatorem ducem* Port.

§ 3 *Qui ad dedendas res missi erant*] Addunt Pall. duo 1. ac 3. *missi erant Romam*. Sic enim fine libri anteced. 'Præda omnis Romana captivique ut Romam mitterentur; quæque res per fetiales ex fœdere repetitæ essent.' *Gebh.* Duo Mss. addunt *Romam*. J. F. Gron. Similiter unus meorum Lov. 3. Horum tamen trium testimonium reliquorum omnium, vocem illam non agnoscentium, auctoritate levius esse videtur. Male etiam *quo ad dedendas* Flor.

Ne nihil actum, inquit, hac legatione censeatis] *Inquit* exsulat a Port. Id vocabulum aliudve simile sæpe quidem subintelligi solet, ut videbimus ad XXIII. 45. § 6. reliquorum tamen id defendentium consensus potius unius hic librarium errasse ostendit. 'Ne nihil actum censeatis,' ut XXII. 18. 'Ne nihil actum censeret, exacta prope æstate per ludificationem hostis.' IX. 16. 'Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne utique dorsum demulceatis.' IV. 10. 'Sic, ne quid aliud actum putent, victam legem esse.' Mox *irarum in vos*, pro *in nos*, fragm. Hav. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

§ 4 *Satis scio, quibuscumque Diis cordi fuit*] Thucydidem imitatur in oratione Niciæ c. 77. Ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχηται. καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐφθόνουν ἐστρατεύσαμεν ἀπεχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα, &c. *J. F. Gron. Quibuscumque Dis* Voss. 1. Vide ad v. 14. § 4. Tum *fuerit* Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 10. Omnia autem hæc verba deficiunt in Hav. Mox *subigere nos*, pro *subigi nos*, Gaertn. et inferius *a Romanis* Voss. 1. Lov. 3. et Gaertn. etiam *spretam esse*, addita ultima voce, Lov. 2.

§ 5 *Ad placandos Deos mitigandosque homines potuit, quam quod nos facimus*] *Ad plac. Deos magnosque hom.* Leid. 2. 'Placare Deos, mitigare homines' etiam habes VIII. 33. 'Preces, quæ sæpe hostem mitigavere, quæ Deorum iras placant.' *Ad plac. Deos mitigandosque hom.* Hav. quod variandæ orationis causa eodem modo dictum videri posset, quo multa similia, passim in Livio obvia; de quibus vide ad XXXVIII. 39. § 10. Unum tamen testem, præsertim autem hunc, non audiendum censeo. Præterea *quam quod nunc facimus* Hearnii Oxon. N. *quam quod nos facimus* Leid. 2. Mox *quæque belli jure*, pro *quæ belli jure*, Port. Sed illud *que* ex præcedenti pronomine a librariis repetitum est. Vide ad v. 40. § 7.

§ 6 *Auctores belli, quia vivos non potuimus*] Brutulum Papium intelligit, cujus exanime corpus deditum erat. *Sigon. Qui vivos non potuimus* Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Quia vivi non potuimus* Gaertn.

Perfunctos fato dedidimus] Omnes libri habent *dedimus*. Gebh. *Dedimus* etiam Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. L. 1. B. N. C. et edd. vett. Verum id inertium librariorum adscribendum, qui syllabam mediam *di* geminare neglexerunt. Vide ad XXXIX. 50. § 9. *Dedidimus* enim superest in Leid. 1. Lov. 4. Klockian. et fragm. Hav. Recte itaque restituerunt Sigonius, Modius, et recentiores. Eodem etiam ducit lectio in optimo Flor. obvia *edidimus*.

§ 7 *Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo*] *Quid ultra tibi, Romane, fieri potest? quid Diis, &c.* Klockian. Nihil mutæ. Vulgata lectio est elegantissima, et genium Livii adprime refert. Vide ad I. 59. § 4.

Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram? Neminem] Mutata distinctione scriben-

Digitized by Google

dum, quem tibi tuar. ir., quem meorum supp. judicem feram, neminem neque pop., neque priv. fugio. Nam interrogatio, quæ vulgo habetur, hanc vim habet, ut ostendat vix inveniri quemquam, quem judicem capere possit. At contrarium vult mens dicentis, nimirum tam liquidam esse Samnitium caussam, ut quovis judice vincere facile possint. *J. F. Gron. Irarum tuarum* Gaertn. Tum *nostrorum supplicierum* Lov. 4. Denique *indicem feram* Hav. sollemni scribarum lapsu. Vide ad v. 26. § 6. De locutione 'ferre judicem' vide viros doctos ad III. 24. § 5. et ad c. 56. § 4.

Neminem neque populum neque privatum fugio] Agnoscit sola Andreæ ed. hanc lectionem. Nam Pall. tres et Camp. ed. *nem. neque publicum, neque priv. fugio.* Quod non probo. *Gebh.* Similiter etiam apud me Voss. 2. Lov. 1. in marg. Lov. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. apud Latinium Neapol. et apud Hearnium Oxon. N. et B. Ex editis etiam eamdem lectionem agnoscunt Parm. Tarvis. utraque, et quædam Venetæ. Sed recte eam Gebhard. rejecit. Insuper *neminemque* Lov. 1. qui idem etiam cum Voss. 1. *neque primatum fugio* perperam exhibet.

§ 8 *Relinquitur inopi, at ego ad Deos vindices intolerandæ superbiæ confugiam*] Particulam *at* omittunt Pall. duo. Campanus pro illa substituit *jam ego ad Deos.* Gebh. Cum Campano facit solus Neapol. Latinii. Sed lectio illa ex interpretis glossa nata esse videtur. *Relinquitur inopiata ego ad Deos* Flor. *relinquitur inopia ego ad Deos* Leid. 1. et Lov. 4. in contextu: *relinquitur inopi ac ego ad Deos* Hav. Vide ad III. 61. § 4. *Relinquitur inopi, ego ad Deos* Gaertn. et Lov. 2. 3. atque in margine Lov. 4. Sed particula *at* post præcedens *si* hic elegans est, et pro 'tum' Livio sæpe ponitur, præsertim sequente pronomine 'ego,' 'tu,' vel simili. Vide ad I. 18. § 9. Vox *Deos* exsulat ab Harl. *ad Deos iudices intolerandæ superbiæ* legunt Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Sæpe voces *index* et *iudex*, sive *vindex*, in Mss. confunduntur. Vide ad II. 27. § 11. VIII. 32. § 9. Burm. ad Ovid. Epist. Her. IX. 13. et quæ notavi ad Silii Ital. II. 456. Similiter etiam commutantur *iudicare* et *iudicare*, sive *vindicare.* Vide ad XXXIX. 47. § 2. Fons erroris est similitudo ductuum, quibus literæ in et ni in scriptura Longobardica exarari solent. Hinc etiam permiscentur 'inris' et 'niris' II. 44. § 5. 'ius' et 'uis' III. 38. § 13. 'inribus' et 'niribus' VII. 30. § 10. 'inuxi' et 'ninxi' V. 7. § 2. 'adintam' et 'ad nitam' c. 35. § 3. 'ciuẽ,' sive 'civem,' et 'cni c,' sive 'cui est,' VI. 14. § 4. 'iussus' et 'nius' IX. 24. § 4. et ejus generis alia passim.

§ 9 *Iras suas vertant in eos*] *Iram suam* Leid. 2. Sed signanter *iras* plurali numero dici, quum sermo est de Diis, observat Cerdà ad Maron. Æn. I. 11. laudatis etiam his Livii exemplis ex III. 7. 'Veniam irarum cœlestium finemque pesti exposcunt:' et ex VIII. 33. 'Preces, quæ Deorum iras placant.' Adde hoc cap. 'Quidquid ex fœdere rupto irarum in nos cœlestium fuit.'

Non bona sequentia domini deditionem exsatient] Quidem *exsatient* in *exsatiant* temere mutarunt, cum hæc tria verba *sint, exsatient, nequeant* velut uno tenore de Romanis in conjunctivo dicantur modo. *Glar.* Ita et Port. Harl. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. At, hoc certe loco *exsatient* præstare, præcedens *sint* satis evincit. Præterea *bona sequentia dominum deditionem* Voss. 2. et Lov. 3. An voluerunt librarii *bona seq. dominum deditione exsatient?* Sed vulgatum, quod optimi tuentur, præfero. *Bona sequentia domini ducionem* Gaertn. Paullo ante *non additio exan. corp.* Voss. 2. et Lov. 3. *non deditio*

Digitized by Google

exhibitorum corp. Port.

Placari nequeunt, nisi] Pal. 2. exhibet *placarique nequeunt:* tamquam male cohæreat oratio. Non item mihi videtur. *Gebh.* Videtur indecore hiare oratio, et aut præponendum a fronte *qui*, aut finienda periodos in verbo *exsatient*. Deinde *Placari nequeunt, nisi haur. sang., laceranda viscera nostra præb.* Nam et sic per ἀσύνδετον primæ edd. *J. F. Gron.* Utraque Gronovii conjectura habet præsidium in Mss. Non modo enim Pal. 2. apud Gebhard. sed et ex meis Harl. Gaertn. et Hav. præferunt *placarique nequeunt;* Port. *placari quæ nequeunt.* Unde conjici posset, omissum esse prænomen *qui*, non tamen præponendum, sed addendum post primam vocem, hoc modo *placari qui nequeunt.* Id autem interdum Livio factum esse, videbimus ad XXVIII. 12. § 13. Altera autem ejus conjectura periodum in vote *exsatient* finiendam, et deinde legendum esse *Placari nequeunt* plane auctoritate cod. Klockian. firmatur, quam ejus fide etiam in contextum recepi. Erat autem Doujatius, existimans Gronovium hanc emendationem primarum edd. fide tueri; quod is de sola tantum particula *que*, quam post *laniandа* delet, adfirmat. Eam enim ignorant vett. edd. et demum in Ald. mihi obvia fuit; sed in omnibus scriptis constanter restat. Quamvis itaque Livius sæpius ἀσυνδέτως locutus sit, hic tamen Mss. consensum rejicere non audeo. Quod vero emendatio Gronovii *laceranda*, pro *laniandа*, exhibeat, potius calami aberrantis vitium censeo, quam quod ita legendum existimarit.

§ 10 *Pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes*] Turbant veram lectionem Pall. quorum Pal. 1. *quibus nulla fines armis relinquitur spes.* Pal. 3. *quibus nulla sine armis relinquitur spes.* Gebh. *Nulla sine armis relinq. spes* etiam Voss. 2. et Lov. 3. *nisi in armis nulla relinq. spes* Lov. 4. *nulla nisi in armis spes relinq.* Harl. Paullo ante *quibus necessitas*, pro *necessarium*, Lov. 2. *quibus est necessitas* Hearnii Oxon. L. 1. et C.

§ 11 *Momentum sit, quam propitiis rem, quam adversis agant Diis*] Pall. tres *momentum sit, si quam prop. rem.* Gebh. Possunt intelligi ipsi homines: sed mallem aliquis vetus liber haberet, *quam propitiis, quam adversis agantur Diis.* Id ipsum, quod conjeci, non e lib. vet. sed e LL. VV. notat Muretus. *J. F. Gron.* Vulgata lectio satis defendi potest. Livius v. 49. 'Inter jocos militares, quos inconditos jaciunt.' VIII. 8. 'Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem.' XXVI. 22. 'Vix dum requiesse aures a strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses adsederint prope mœnia Romana.' XXXIV. 3. 'Recensete omnia muliebria jura, quibus licentiam earum adligaverint majores nostri.' Adde Gronovium ad XXXIV. 56. Durius est, quod paullo post omittitur pronomen *nos;* ubi unus liber Hearnii *nos gesturos.* Duk. *Momentum propitiis* Flor. *momentum, sed quam propitiis* Leid. 1. *momentum sit, si quam propitiis* Voss. 2. Harl. et Hav. *momentum sit, si tam propitiis* Port. *momentum sit, tam propitiis* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *propitiis, quam adversis agant Diis* Harl. et Port. quod proxime ad conjecturam Gronovii accedit; eamque plane firmaret, modo pro *agant* legamus *agantĭ*, id est *agantur.* Sæpe autem librarii terminationis passivæ signum literæ *t* superadditum omiserunt. Vide ad X. 10. § 1. Neque temere spernenda est lectio, quæ est in Lov. 2. *quam propitiis rem, quam adversis agamus Diis.* Non enim ideo rejicienda est, quoniam eadem periodo *rerum* et *res*, itidem ut in vulgata scriptura, repe-

Digitized by Google

tantur. Id enim etiam alibi apud Livium fieri, vidimus ad II. 18. § 2. Sed nec vulgatum, optimorum codd. testimonio probatum, damno. Nam et alibi sæpe verbum plurale sine substantivo obcurrit. Vide quæ notantur ad XXXIV. 56. § 11.

Pro certo habete, priora bella adversus Deos magis, quam homines, gessisse] J. Clericus legendum pronunciat *adversos Deos*, alioquin enim addendum esse *vos*. Verum neque conjecturam ejus, neque rationem additam probare possum. Si enim conjecturam ejus recipimus, peribit elegantia, quam orationi quæsivit Livius obponendo ' bella adversus Deos gesta ' et ' bella ducibus ipsis Diis gerenda.' Neque obfendit hic magis defectus pronominis *vos*, ut Clericus existimat, (sive, quod etiam subintelligi potest, *nos*,) quam in verbis seqq. ' hoc, quod instat, ducibus ipsis Diis gesturos,' ubi id interponit Neapol. Latinii, præferens *ducibus ipsis Diis nos gesturos*. Nam et alibi pronomina omitti solent. *Se* ante infinitivum deesse, vidimus I. 28. § 5. pariter *ipsum*, pro ' me ipsum,' ' se ipsum ' poni, exemplis adlatis docui ad Præfat. § 3. Eodem modo ' Achæi sustinebimus,' pro nos Achæi sustinebimus, XXXII. 21. § 16. ubi plura ejusdem generis notantur. Ceterum *propiora bella* Hav. scribarum errore. Vide ad V. 15. § 4. Insuper *gessistis*, pro *gessisse*, Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. 2. a m. pr.

CAP. II. § 1 *Circa Caudium castra, quam potest occultissime, ducit. Inde ad Galatiam*] Quis unquam legit *castra ducit*? legendum *castra locat*. Gelen. Cicero item Offic. III. 30. *Caudium* vocat. Meminit et Horatius Sat. V. libri primi Sermonum. *Caudinos* Plinius III. 11. numerat. *Galatiam* autem, sive, ut alii, *Calatiam*, nescio, quis alius commemoret. Suspicor *Calorem* fluvium (cujus Livius de secundo bello Punico bis meminit, XXIV. 14. et XXV. 17. ubi de Sempronio) legendum esse, qui est prope Beneventum. ' Galatiæ ' rursus meminit de secundo bello Punico I. III. c. 14. Sed et hæc topographia clarior esse poterat. *Glar. Circa Caudinum* male Hearnii Oxon. C. Deinde *ducit* legunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. Neapol. Latinii, Hearnii Oxon. L. 2. C. et in margine N. Utramque lectionem *occultissime locat ducit* præfert Voss. 1. sed *ducit* subjectis notis delendum esse indicatur. Recte etiam hanc lectionem expulit Gelen. Non modo enim, ut observat, nemo ' ducere castra ' dixit, sed etiam *exercitu educto* modo præcessit. Accedit optimos Mss. *locat* firmare. Perperam autem Glarean. *ad Calorem*, pro *ad Calatiam*, legendum existimavit. Non modo enim ' Calatiæ,' a Romanis expugnatæ, et a Samnitibus receptæ, meminit Livius hoc eodem lib. c. 28. et c. 43. verum etiam ejusdem oppidi ac civium Calatinorum partim Livius aliis locis, Cicero, Plinius et Silius Ital. Latini, partim Græci Strabo, Diodorus, et Appianus mentionem fecerunt, quorum testimonia conlegit Cluver. Ital. Antiq. I. IV. c. 5. p. 1180.

§ 2 *Milites decem pastorum habitu mittit*] Hoc strategema, de decem militibus in pastorum habitu missis, mihi suspectum. Quis enim tam manifestum periculum adeat sine certo præmio aut ape majore, quam hic ostenditur? *Glar.* Idem tamen strategema memorat etiam Aurel. Vict. in Vir. Inlustr. c. 30. ' A Pontio Thelesino duce hostium in insidias inducti sunt: nam ille simulatos transfugas misit, qui Romanos docerent, Luceriam Apulam a Samnitibus obsideri.' Neque incertum erat præmium, aut spes exigua, ob quam manifestum periculum adierunt consules Romani. Sperabant enim, se Lucerinos, bonos ac fideles socios, ex

Digitized by Google

obsidione erepturos, et simul prohibituros ne omnis Apulia ad Samnites deficeret. Ceterum *milites decem milia* Voss. 2. et Lov. 3. in quorum priore librarius additis notis *milia* delendum esse indicavit. Præterea *misit* Flor. Paullo ante *castraque jam esse*, addita media voce, Gaertn. Sed ea ex præcedentibus inrepsit. Mox in verbis seqq. *alium* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet*] *Ubi incid. imperatores* Lov. 4. Deinde *ut inde omnibus* Harl. qui error in scriptis frequens est. Vide ad *1.* 19. § 7.

Legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere] Mirum est, ne uno quidem verbo hujus oppidi antea meminisse Livium, cum hic Romanas legiones, ut illi auxilio adessent, in periculum venisse commemoret. Si ea est urbs, quæ 'Appulorum Luceria' dicitur, haud dubie in Romanorum amicitiam cum aliis Appulis A. U. C. CDXXVIII. venit, quibus quarto post anno Romani auxilium contra Samnites tulerunt, ut Livius quosdam tradidisse ait, VIII. 37. quanquam ipsi tum non ita visum. Sed hæc illorum opinionem egregie confirmant, immerito a Livio rejectam. *Glar.* Apuli quadriennio ante societate juncta in fidem populi Romani venerant. Ea de causa Romani hoc tempore Luceriæ, quam a Samnitibus circumsederi nunciabatur, opem ferunt. Ait enim, 'Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis.' Iidem tamen post cladem Caudinam ad Samnites defeciasse videntur. Itaque Luceria post a Romanis recipitur, iterumque cum defecisset, capta, colonia deducitur. Neque enim probare videtur Livius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni consulem de Apulis et Lucerinis triumphasse scripserunt. *Sigon.* Livius VIII. 37. narrat, Romanis eo anno bellum fuisse cum Samnitibus atque Apulis, et rejicit sententiam aliorum historicorum, qui existimant Romanos potius socios suos Apuliæ populos a Samnitium vi atque injurlis defendisse; quia fortuna Samnitium, vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum, efficit ne sententia eorum verisimilis videatur. Quid tamen, si dicamus, Apulos quidem eo tempore a Romanis defecisse, non tamen omnes; sed in fide Romanorum mansisse Lucerinos et quosdam alios Apuliæ populos, quibus propterea Apuli, qui desciverant, simul cum Samnitibus arma intulerunt; Romani contra auxilium miserunt? Ita ratio adparebit, cur, licet Apuli nuper arma cum Samnitibus junxissent, et nondum pace facta in gratiam cum Romanis redissent, Lucerini tamen 'boni ac fideles socii' adpellentur; consules timuisse dicantur, ne, si Lucerinis opem ferre cunctarentur, 'Apulia omnis ad præsentem terrorem deficeret,' id est, illa etiam quæ adhuc fida Romanis manserat. Ceterum in *Apuliam esse* Flor. An voluit scriba *in Apuliam esse?* ut 'in potestatem esse,' et similia passim. Deinde *circumsidere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. a m. sec. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sunt quædam composita verbi 'sedere,' quæ potius literam *e* servant; quædam, quæ eam mutant in *i*. Inter priora sunt 'circumsedere' et 'supersedere;' inter posteriora, 'considere,' 'obsidere,' et 'insidere.' Id tamen discrimen in Mss. non observatur: 'circumsidere' enim, ut hoc loco, etiam obeurrit X. 35. § 14. XXI. 10. § 5. XXV. 11. § 17. 'supersidere' XXXVIII. 51. § 8. Contra 'consedere' VI. 3. § 5. 'insedere' in Epit. Liv. lib. VII. et in ipso Liv. VII. 38. § 7. IX. 24. § 5. c. 25. § 7. 'obsedere' III. 27. § 7. c. 37. § 6. c. 68. § 3. VI. 33. § 9. XXI. 32. § 10.

Nec procul abesse, quin vi capiant]

Digitized by Google

Nec procul adesse Flor. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXIII. 8. § 11. *Nec procul esse* Port. et Hav. *neque procul abesse* Gaertn. Deinde *quin ut capiant* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad IV. 51. § 6. *Quin capiant* Lov. 4.

§ 4 *Jam et is etiam rumor ante de industria vulgatus venerat ad Romanos*] Exstat hæc lectio in sola Andreæ ed. Nam Pall. tres *Jam is rumor ante de ind. vulg.* Pal. 2. amplius *Jam is rumor ante vulg. de ind.* At Campanus *Jam iste rumor ante de ind. vulg.* Gebh. Particulam *et* ignorant Thuan. Voss. cum tribus Pall. Helm. Rott. *Jam et is rumor.* J. F. Gron. *Jam is et rumor ante* Flor. *Tam is rumor ante* Voss. 2. Vide ad XXI. 11. § 12. *Jam is rumor ante* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. *Is jam rumor ante* Gaertn. *Jam is timor ante* Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *volgatus* Florent. Vide ad XXXIX. 53. § 2. Ea vox non adparet apud Hearnium in B. Sed transponitur in Port. et Hav. qui *vulgatus de industria* præfernnt.

Eo maxime, quod sermo inter omnes congruebat] Prima vox deficit in Voss. 2. et Lov. 3. quorum posterior insuper habet *maximeque sermo:* quomodo sæpe librarii in Mss. lapsi sunt. Vide ad II. 41. § 8.

§ 5 *Quin Lucerinis opem Romanus ferret*] *Luceriis* Lov. 1. *Lucretiis* Leid. 2. Tum *Romanus opem ferret* Lov. 4. et Harl. Mox deficit vox *simul* in Port. quæ tamen necessaria est. Ea enim distinguitur posterior ratio, cur Romani Lucerinis opem laturi erant, a priori; ac locum obtinet conjunctionis *et*. Ita apud Sall. in Jug. c. 4. 'Cujus de virtute, quia multi dixere, prætereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet, memet, studium laudando, extollere:' ubi vide Cortium.

Ea modo, qua irent, consultatio fuit] *Qui irent* Voss. 1. Leid. 1. et Klockian. quod si placet, *qui* erit 'quomodo,' ut sæpe alibi. Sed præfero vulgatum: *qua*, id est, 'qua via.' Vide ad I. 23. § 5. Deinde *consolatio* est in Flor.

§ 6 *Altera propter oram Superi maris*] *Præter oram* lege. *Gelen.* Gelenio favent omnes codd. Solent autem hæ voces commutari a scribis. Vide ad IV. 61. § 10. Ita 'prætcrquam' et 'propterquam' confunduntur hoc ipso cap. § 14. Cæterum secundum Doujatium Calatia vel Candio Luceriam eunti primo superandus est Apenninus. Eo superato Luceria XV. circiter millia passuum prepior obcurrit, quam mare Superum, sive Hadriaticum; ideoque non videbat, quomodo Calatia vel Candio Luceriam euntibus iter habendum sit per oram Superi maris, nisi immenso circuitu. Hinc locum corruptum existimat, et legendum esse vel *præter oram Sabati amnis*, vel potius *præter oram Serrati amnis*, vel forsan *præter oram Taburni montis*. Quum tamen has vias angustas esse fateatur, et Livius dicat, eam 'patentem apertamque' fuisse, quo loco conjecturæ ejus, quæ immensum etiam a vulgata scriptura recedant, habendæ sint, quisque videt. Codd. nihil mutant, nisi quod *fracti maris* sit in Leid. 2. *fratri maris* in Lov. 1. Quod autem Calatia vel Candio præter oram Superi maris Luceriam iter non sit, nisi immenso circuitu, Livio obesse non videtur, qui viam hanc, quanto tutiorem, tanto longiorem fuisse tradit: adeoque circuitum hunc ipse agnovit. Videtur autem Livius per *oram Superi maris* non ipsum littus ejus maris intellexisse, sed omnem illum tractum, qui est inter Apenninum et mare. Sed judicent locorum periti.

Altera per Furculas Caudinas brevior] Quædam edd. præsertim Tarvis. ac nonnullæ Venet. et Mediol. *Furcas Caudinas*. Sed omnes codd.

Digitized by Google

ac pr. edd. *ἀνακρουστικῶς Furculas* agnoscunt, et passim Livius multique alii similiter adpellant. Vide Duker. ad Flori I. 16. § 9. et Gronov. ad Livii XXII. 14. § 12. Eodem nomine medio ævo indicatur apud Erchemp. in Hist. Longob. c. 17. 'Convenere utræque acies in Forculas Gaudinas, ibique commissum est belli certamen.' Paullo ante *et quanto tutior*, pro *sed quanto*, Leid. 1. Alibi sæpe ita variant codd. Vide ad XXI. 26. § 6. Hic vero *sed* præferendum est: obponitur enim, quod via quidem patens apertaque, sed simul longior fuerit. Præterea *tanto longior fere* Harl.

§ 7 *Sed ita natus locus est*] *Sed ita natura loci est* edd. principes; pro quo Aldus demum id, quod nunc vulgo exstat, reposuit: cum eo autem faciunt omnes codd. nisi quod *sed ita locus natus est* præferat Harl. et *sed ita natus insidiis locus is est* Klockian. Veterum edd. lectio ex illius, quæ in Mss. est, expositione profluxisse videtur.

Saltus duo alti, silvosique sunt] Lege addendo *alti, angusti, silvosique*. Gelen. Vocem *angusti*, quam Gelenius addidit, servant omnes codd. præter Leid. 2. et Lov. 1. qui itidem ac vett. edd. ignorant. Contra sequens *silvosique* exsulat a Gaertn.

Montibus circa se perpetuis inter se juncti] Vet. lib. *montibus perpetuis inter se juncti*. Sigon. Vetus liber Sigonii *montibus perpetuis inter se juncti*. Pal. 1. *montibus montis cura perpetua inter se juncti*. Pal. 3. *montibus montes cura perpetua inter se juncti*. Campan. *montibus circa perpetuis inter se juncti*. Vulgata tuetur se consensu Pal. 2. et ed. Andreanæ. *Gebh.* Lectiones Pall. retulit Gebhardus Antiq. Lect. I. 22. et de illis pronunciat, non liquere. Cæterum ex illis facile animadvertere est, nihil aliud velle, quam prius *se* deleri: quod etiam non conspicitur in Thuaneo, Voss. Basl. Chiff. Helm. Rott. nec sententiam juvat. Soletque Livius eam particulam sine casu ponere locis similibus, vel hoc lib. cap. 15. 'An altero exercitu et duce Appuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis tentaretur.' Si Cæsaris Augusti scriptum hoc esset, *τὸ se* non expungerem: is enim, teste Suetonio c. 86. quo mentem apertius exprimeret, 'neque præpositiones verbis addere, neque conjunctiones sæpe iterare dubitavit, quæ detractæ adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent.' Cujus consuetudinis exemplum est in verbis ipsius c. 71. 'Si vellent se inter cœnam vel talis vel par impar ludere:' quod non meminerat Torrentius, cum *τὸ inter se*, tamquam supervacanea rejiceret. Crederem vero eandem facilitatem in aliis quoque particulis sequutum Cæsarem. Sed Livii non est hæc religio. Sigonianum, *montibus perpetuis inter se juncti*, speciem ingenii habet; genuinum tamen non putaverim. *J. F. Gron.* Vett. edd. lectio in nullo apud me cod. superest, nisi forte in Flor. unde nihil diversitatis in excerptis adnotatum invenio: illi vero, quam ex vet. lib. laudat Sigonius, unus consentit Leid. 2. *monti montes circa perpetuis inter se juncti* Leid. 1. a m. pr. *montibus montes circa perpetuis inter se juncti* Leid. 1. a m. sec. Lov. 2. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. C. *montibus montes cura perpetua inter se juncti* Voss. 2. et Lov. 3. *montibus circa perpetuis inter se juncti* Voss. 1. Lov. 1. Harl. Port. Gaertn. Haverk. fragm. Hav. a m. sec. Klockian. et Hearnii Oxonienses reliqui. Unde patet, in nullo codice, nisi forte in uno, illud *se* superesse; plerosque vero scripturam, quam Gronov. hoc loc. et in priori ed. not. ad XXVI. 49. revocavit, probare. Solet autem Livius innumeris locis illo *circa* sine casu uti. Supra I. 17. 'Ne civitatem sine im-

Digitized by Google

perio, multarum circa civitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur.' c. 59. 'Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos.' II. 47. 'Fusique circa omnes.' V. 30. 'Ædem Vestæ, cetera circa templa Deorum ostentantes.' IX. 15. 'Apuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis.' c. 23. 'Damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcientur.' XXI. 7. 'In planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens:' ubi male variant pauci codd. XXII. 20. 'Omnem agrum circa depopulati.' XXVIII. 3. 'Ea arx fuit Hasdrubali ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas:' ubi etiam quidam codd. turbant. c. 24. 'Prædatum in agrum circa pacatum ierant.' c. 33. 'Campus ante montibus circa septus erat:' ubi vide Gronov. XXXI. 23. 'Turrim proximam murumque circa scalis cepit.' XXXVI. 17. 'Exercitatus finitimis Thracum atque Illyriorum et circa omnium adcolarum bellis.' XXXVIII. 17. 'Agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt.' XL. 50. 'Nobilis et potens civitas, aliorum circa populorum cladibus territa.' XLII. 56. 'Frumento undique circa ex agris convecto.' c. 64. 'Romanos circa ex agris demessum frumentum convehere.' Et mox, 'Demessis circa segetibus, castra movent.' Alia exempla ex Livio contulit Dukerus ad Flor. I. 18. § 12. et ad Liv. I. 4. § 6. Supersunt tamen etiam plurima loca, ubi Livius τῷ *circa* casum addidit: quare non omnia in eamdem loquendi formulam redigenda sunt, sed codd. integerrimos duces sequi debemus. Vide ad XXXVI. 14. § 12.

Satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque] Tot adjectiva uni substantivo jungi multis librariis displicuit. Ut itaque, quod displicebat, quantum possent, minuerent, alii *patens* omiserunt; ità est in Hearnii Oxon. L. 1. alii *patens claususque* scripserunt; inter quos sunt librarii Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et apud Hearnium N. et B. Rectè tamen alii codd. vulgatum servant. Vide ad I. 14. § 7. Mox *per medium iter est* Oxon. C. teste Hearnio. *Per quem medius iter est* Voss. 2. *per quem medius interest* Lov. 1. a m. pr.

§ 8 *Intrandæ primæ angustiæ sunt*] *Intrandæ primo angustiæ sunt* Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. Neque aliter se in vet. lib. invenisse Sigonius in prima Scholiorum ed. testatus est. Sed nihil mutandum est. Modo dixerat Livius, hic locorum fuisse 'saltus duos altos, angustos, silvososque.' Eorum alterum nunc vocat 'primas angustias.' Mox autem memorabit 'alium saltum artiorem inpeditioremque.'

Qua te insinuaveris] Valde suspectum τὸ *te*. Gellius III. 7. 'Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium.' Et sic Plautus, Cicero, Virgilius. *J. F. Gron.* Si numquam aliter loquerentur Latini scriptores, justa esset suspicio. Sed addunt pro arbitrio ac demunt pronomen huic verbo. *Duk.* Alios ita, ut Gronovius voluit, locutos esse, docent Grævius et Jac. Gronov. ad Cic. in Verr. III. 68. idemque Gronov. ad Cic. de Orat. II. 35. ubi non modo cod. Oxon. quo is usus est, præfert *ut penitus insinuet in causam*; verum etiam reliqui codd. quos Cockman adhibuit, iisque insuper accedit cod. Trajectin. Eodem modo etiam Livium locutum fuisse invenio XL. 37. 'Fraudis quoque humanæ insinuaverat suspicio animis.' Quum tamen hoc loco in receptam lectionem conspirent omnes libri, et scripti et editi, non satis idoneam vulgatum mutandi causam ὁ πάνυ habuit; præsertim quum Livius sæpissime alibi, ut hoc loco circumfer-

Digitized by Google

tur, locutus sit. Ita III. 15. 'Quanto juniores Patrum plebi se magis insinuabant.' VII. 10. 'Quum insinuasset se inter corpus armaque.' XXXII. 18. 'Consul per ipsas angustias, qua se inter valles flumen insinuat, hostem sequitur.' XL. 21. 'Dat ei mandata ut per omne obsequium insinuaret se in quam maxime familiarem usum.' XLIV. 41. 'Romani, quacumque data intervalla essent, insinuabant ordines suos.' Immo ipse quoque Cic. eadem locutione aliquoties uti non refugit. Ita Orat. Agrar. II. 5. 'Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem:' de Amic. c. 26. 'Callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est.' Tuscul. v. 11. 'Zeno Citticus insinuasse se in antiquam philosophiam videtur.' Auctor ad Herenn. I. 6. 'Si fidem factam putabimus, his nos rebus insinuabimus ad causam.' Repetendum itaque, quod modo ad § præc. dixi, scriptores semper ad easdem loquendi formulas non adstringendos, sed codicum fide standum esse.

Retro via repetenda est] Lego *repedanda*. Klock. De verbo 'repedare' vide Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 248. et Rob. Titium ad vs. 244. Hic tamen omnes codd. uno consensu, qui non temere spernendus est, *repetenda* tuentur. Accedit 'repedare' non modo apud Livium alibi obvium non esse, sed ne ullum quidem, ex æquevo scriptore exemplum laudari, unde constet Livii tempore in usu fuisse. Quod enim Titius dicto loco Sallustio et Horatio ex conjectura restituerit, haud facile viri docti probabunt. Vulgatum itaque servo. Ita mox hoc cap. 'Retro, qua venerant, pergunt repetere viam.' XLIV. 6. 'Ipsi montes, per quos descenderant, repetendi erant.'

Saltum arctiorem impeditioremque] Vet. lib. *altiorem impeditioremque*. Recte. Nam paulo ante dixit *Saltus duo alti, angusti*. Sigon. Pall. tres *saltum altiorem*. Sed vulgata defenditur ab antiquissimis edd. Gebh. *Altiorem* etiam quidam libri Hearnii. Hæc facile permutari, sæpe ostenderunt alii: e quo etiam intelligi potest, veteres 'artus' scripsisse, non 'arctus.' Hic non video, cur melius sit *altiorem*, quam *artiorem*, id est angustiorem, ut paullo ante Livius. Sigonius videtur putasse, si legas *artiorem*, bis idem dici, quia additur *impeditiorem*. Sed non omnia loca 'impedita' etiam 'arta' sunt. Duk. *Altiorem* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Haverk. fragm. Haverk. et, teste Hearnio, Oxon. N. B. ac C. Verum omnium instar mihi hoc loco est Flor. qui solus meorum *artiorem* præfert, ut constanter editi exhibent, Sigonianis exceptis. Modo dixerat 'intrandæ primæ angustiæ sunt:' nunc vero indicat, alterum saltum, qui transeundus restabat, *artiorem*, id est, angustiorem priori esse. Supra vero saltus duos 'altos' quidem, sed simul etiam 'angustos' vocarat. Solent autem 'altus' et 'artus' in Mss. confundi. Vide hoc lib. ad c. 13. § 2.

§ 9 *Romani demisso agmine, quum ad alias angustias protinus pergerent*] Pall. tres et Andr. *remisso*. Campan. *remissi*. Gebh. *Remisso agmine* etiam scripti mei, et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. cum edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1531. *demisso* ei substituit: quod probandum esse, ratio Latine loquendi docet. Est enim 'demittere' ex loco alto in inferiorem deducere. Supra VII. 34. 'Quoad totum in vallem infimam demitterent agmen.' 'Demittere' et 'remittere' etiam confundi vidimus ad IV. 44. § 10. et VIII. 3. § 1. Insuper *Romano remisso agmine* ceteris pejus Harl. Erroris causam vide ad VI. 3. § 8. Præterea *dum ad alias* Lov. 2. Male. Vide ad I. 40. § 7. At vox *quum* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov.

Digitized by Google

3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Verum ex his Voss. 2. et Lov. 3. id supra addiderunt. *Quum via alia* Lov. 4. ad inferiora *quum protinus pergerent* rejecit, ubi a m. pr. *ut protinus pergerent* scriptum fuerat.

Septas dejectu arborum, saxorumque ingentium objacentem molem invenere] Malim *objacente mole:* ut sit, 'septas dejectu arborum et saxorum objacente mole.' *Sigon.* Sigonius ariolatur *objacente mole*, ut pendeat a *sæpe septas*. Neque aliter Andreæ ed. Pall. tres Mss. *septam dej. arb. saxorumque ing. objacentem molem invenere.* Gebh. A conjectura Sigonii est. Sane pars sepimenti istius lapidum moles erat, nec eo tamen prohibendus Livius, ne proprietate oratio ejus enitescat. Ea vero magis exprimitur in scriptura omnium veterum, *objacentem molem*. Sepes agrestes quia fiunt ex palis truncisque et virgultis implexis, ideo 'dejectus arborum' dicit 'sepire:' non etiam *saxa*, quæ quoniam in aggeribus et obicibus aquarum præcipue cum alia materia adhibentur, 'moles' et 'objacere' dixit. Ovid. Met. III. 570. de torrente: 'quacumque trabes obstructaque saxa tenebant, Spumeus, et fervens, et ab objice sævior ibat.' Statius Theb. IV. 144. 'magnumque objectus detinet amnem.' Tacitus Ann. I. XIV. c. 8. 'Hi molium objectus, hi proximas scaphas scandere conantur.' Ut non offenderet igitur, 'angustias sepire dejectu arborum, et objacere illis saxorum molem:' ita nec offendere debuit, 'septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacentem molem invenere.' Tacitus Hist. IV. 71. 'Quem locum Valentinus insederat, montibus et Mosella amne septum: et addiderat fossas obicesque saxorum.' *J. F. Gron. Objacente mole*, quemadmodum Sigonius conjecit, præferunt omnes edd. vett. usque ad Froben. qui 1535. reposuit *objacentem molem*. Quum autem hanc posteriorem lectionem constanter servent non modo, quoscumque adhibui, codd. sed etiam Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. eamdem a Sigonio depulsam in contextum reduxi. Neque de verbis prioribus consentiunt scripti. Nam *sectam dejectu arborum* habet fragm. Hav. de quo errore vide ad III. 44. § 4. *Septa dejectus arborum* Leid. 1. *septa dejectu arborum* Voss. 1. et Lov. 1. *septam dejectu arborum* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. Port. et Hav. *septam delectu arborum* Gaertn. *septam derectarum arborum* Harl. quomodo interdum lapsos fuisse scribas monui ad Silii IX. 583. *Septa dejectarum arborum* Lov. 2. *septam dejectarum arborum* Lov. 4. *sepes dejectarum arborum* Klockian. Unus tantum Flor. vulgatum servat, sed alia orthographia scribit *sæptas dejectu arborum*. Eam vero probat Pierius ad Virgil. Ecl. I. 54. Vide etiam Dausquei. Orthogr. part. 2. voce 'sæpes.' Dissentit Voss. in Etym. Ling. Lat. voce 'sæptum.' Mox *fenis hostis*, pro *fraus hostilis*, sine sensu Lov. 3. Deinde *respicit*, pro *conspicitur*, Gaertn.

§ 10 *Qua venerant, pergunt repetere viam: eam quoque clausam sua obice*] *Quam venerant*, et contra *ea quoque* Leid. 1. Deinde *clausam jam obice* Klockian. Mox *invenerunt*, pro *invenient*, Harl.

Stuporque omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet] *Stupor omnium animos* Port. Hav. et pleræque vett. edd. *Stuporque omnium animas* Gaertn. Sed animos deficit in Lov. 4. Tum *aut velut torpor quidam insolitus* Port. *ac veluti torpor insolitus* Lov. 4. Tandem *membrum tenet* Leid. 2. et Lov. 1. *membra temptet* Voss. 2. *membra tentet* Lov. 3.

§ 11 *Quum alterum quisque magis mentis compotem ac consilii ducerent*] *Compotem mentis magis* Lov. 3. *compotem magis mentem* Hav. *compotem magis mentis* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn.

Digitized by Google

et fragm. Hav. quorum auctoritate verba Liviana in hunc ordinem congessi. Deinde *quisque duceret* Lov. 4. Gaertn. et, auctore Hearnio, Oxon. N. et C. Male. Vide ad II. 22. § 7.

§ 12 *Ubi prætoria consulum erigi videre*] *Consulis* Lov. 2. *consules* Leid. 2. Harl. Port. et Gaertn. Varietas nata est ex stupore librariorum, qui nesciverunt, qua ratione compendium scribendi *cons.* vel *cos.* hoc loco exponendum foret.

Quamquam ludibrio fore munientes, perditis rebus ac spe omni ademta, cernebant] *Perditis prope rebus* Hav. At vere, non prope, perditæ erant res; quod librarius nimis inhonestum futurum videtur credidisse, ideoque addita hac voce minuere voluisse. Vide ad III. 67. § 3. *Perditis verbis* Voss. 2. et Lov. 3. *perditis opibus* Lov. 2. Supra v. 39. 'Quænam hostibus in perdita re consilia essent.' Flor. IV. 12. § 35. 'Varus perditas res eodem, quo Cannensem diem Paullus, et fato est et animo secutus.' Deinde *ac spe ademta* Leid. 2. et Lov. 1. *ac spe omnia ademta* Voss. 2. et Lov. 3. *ac spe omnia adepta* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 1. § 3. litera autem *a* in vocis *omnia* fine repetita est ex initio vocis seq. Vide ad XL. 7. § 8. *Ac spe omni demta* Harl. Vide ad V. 13. § 8. Tandem *quamquam cernerent* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. sed vide ad II. 4. § 7.

§ 13 *Tamen, ne culpam malis adderent*] *Tum, ne culpam* Harl. Vide ad XXII. 17. § 5. *Tamen, ne culpa* Hav. quasi voluisset *culpa malis adderetur.* Vide ad XXXVIII. 40. § 1. Potius tamen est, ut ultimam literam vocis *culpam* ab initiali sequentis elisam putemus. Vide ad XXIII. 8. § 9. Tum *adderent malis* Voss. 2. et Lov. 3. Mox sine adspiratione *ortante* est in quibusdam codd. unde *orante* datum in Lov. 2. Insuper *nec sperante*, pro *imperante*, Gaertn.

Castra prope aquam vallo circumdant] Hic potius *propter aquam* legi debet, attestantibus archetypis. *Gelen. Prope aquam* ex meis tantum præferunt Voss. 1. Lov. 2. Harl. et Hav. quod omnino ex *τοῦ propter*, reliquorum omnium consensu comprobati, expositione natum videtur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX.

§ 14 *Cum miserabili confessione eludentes*] *Commis. conf.* Lov. 2. Harl. et fragm. Hav. De hoc lapsu scribarum vide ad IV. 24. § 7. Tum *illudentes* Leid. 2. a m. pr. quod ex interpretis glossa natum videtur. *Eludere* enim hic ponitur pro *inludere.* Vide ad IX. 5. § 2. Paullo ante *propterquam*, pro *præterquam*, Lov. 3. Ita 'propter' et 'præter' in scriptis confundi, hoc ipso cap. vidimus ad § 6. *Propter aquam* Lov. 4.

§ 15 *Ad consules mœstos, ne advocantes quidem*] *Ad quos mœstos* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Error hic natus est ex compendio scribendi *cos:* quod quum non intelligerent librarii, primam ejus literam *c* mutarunt in *qu*, quæ multis locis in Mss. confunduntur. Vide ad IV. 15. § 7. v. 48. § 3. lib. VIII. c. 18. § 6. c. 32. § 1. hoc lib. c. 31. § 12. c. 35. § 7. c. 40. § 14. XXI. 40. § 9. XXVIII. 29. § 8. et XXXV. 43. § 3. Adde Victor. ad Cic. ad Att. Ep. I. 1. Salmas. ad Solin. p. 174. Nic. Heins. ad Silii l. IX. vs. 354. ad Val. Flacc. v. 17. et Burm. de Vectig. Pop. Rom. c. 9. p. 142. Tum *qui*, pro *quidem*, Leid. 2. et Lov. 1.

Quando nec consilio nec auxilio locus esset] Perperam in voces suas contributis literis, olim perpetua serie scribi solitis, *quā donec* Leid. 1. Deinde *nec auxilio opus esset* Gaertn. *Locus* hic est 'occasio,' 'facultas.' Ter. in Andr. I. 1. 127. 'Quis igitur relictus est objurgandi locus?' et II. 1. 20. 'Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.' Mox *inveniunt*, pro *conveniunt*, Lov. 3. con-

Digitized by Google

veniant Port.

Militesque in prætorium versi opem, quam vix Dii immortales ferre poterant, ab ducibus exposcunt] Aliter et paullo concisius Pall. 1. ac 3. *militesque ad præt. versi opem, quam vix Dii imm. pot., ab ducibus exp.* Gebh. Duo Pall. cum Thuan. uterque Voss. Helm. *militesque ad præt. versi.* J. F. Gron. *Ad prætorium versi* etiam Flor. Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Portug. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Tot itaque codicum fide nixam lectionem in contextum recipere non dubitavi. Ita XXVIII. 46. 'Agri Campani regionem a fossa Græca ad mare versam vendere quæstores jussi.' XXIX. 35. 'Litus ad septentrionem versum subductæ naves navalesque socii tenebant.' Lib. XXXVI. c. 15. 'Ab Leucate et mari ad occidentem verso per Ætoliam ad alterum mare tendens.' XXXII. 23. 'Romani ad Cenchreas versum partem urbis obpugnabant.' XXXIV. 9. 'Porta ad Hispanorum oppidum versa numquam, nisi frequentes, egrediebantur.' XXXVIII. 51. 'Hoc Græciæ Asiæque et omnibus ad Orientem versis regibus gentibusque adpareret.' XLV. 29. 'Accessurum huic parti trans Nessum ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos:' ubi non recte quidam eam lectionem convellere conantur. c. 30. 'Alii ad insulam Eubœam, alii ad Hellespontum opportune versi.' Eodem tamen sensu 'versus' cum præpositione *in* Livium construxisse, videbimus ad XXXVI. 15. § 7. Præterea codd. duorum Pall. *τὸ ferre* omittentium lectionem Gebhardus, ut hoc loco, ita etiam probavit Antiq. Lect. l. 1. c. 14. Consentit etiam Lov. 3. Verum, ea omissa, non video, quemadmodum sensus constare possit. Transpositis vocabulis *poterant ferre* habent Leid. 2. et Lov. 1. Tum *a ducibus* Lov. 4. et Gaertn. Ceterum voculam *que* non agnoscunt Port. et Hav. *milites quia* habet Lov. 2. Vide hujus erroris plura exempla ad v. 29. § 3.

CAP. III. § 1 *Querentes magis, quam consulentes*] Lege *consultantes*. Gelen. Ita non tantum legunt omnes codd. mei, sed et ex priscis edd. Rom. a. 1472. Parm. Tarvis. utraque, et aliæ. Perperam autem soliti sunt librarii has voces commutare. Vide ad XXI. 16. § 2. Insuper *Querentes inde magis, quam consultantes* Hav. *Querentes magis consultantes* Leid. 2. et Lov. 1. *Querentes consultantes*, mediis omissis, Klockian.

Quum pro ingenio quisque fremerent] Neque hic per librarios licuit, ut suum loquendi genus Livio salvum maneret. Perperam enim dedernnt *fremeret* Voss. 2. Lov. 2. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. ac C. Male. Vide ad II. 22. § 7.

Alius, per obices viarum; alius, per diversa montium] Vet. lib. *per adversa montium*. Sigon. Alterum *alius* e suis delet Muretus, ut sit 'alius, per obices viarum, per adversa montium, per silvas.' Quibus facile subscribo. *J. F. Gron.* Neque ego adversarer, si fide digniorum codd. testimonio confirmaretur. Nunc, quum solus meorum Port. unusque Hearnii Oxon. B. omittant, reliqui omnes tueantur, his potius, quam illis, fidem habendam esse duxi. Ceterum quatuor priores voces *alius, per obices viarum* omittit Voss. 2. quo et ipso vulgatum verius esse constat; siquidem vocis *alius* repetitio librarium in errorem induxerit. Vide hoc lib. c. 11. § 11. Si autem semel tantum eam in Msto invenisset, non tam facile labi potuisset. Præterea *per adversa* etiam omnes codd. mei. Solent 'adversus' et 'diversus' in Mss. commutari. Vide ad XXII. 7. § 2.

Per silvas, qua ferri arma poterant, eamus] Ms. Fuld. *per silvas ferri arma poterant; eamus*. Quod minus tamen placet. *Modius.* Haud dubie *pote-*

Digitized by Google

runt: nam ex militis, non sua persona, hoc Livius. *J. F. Gron.* Recte Gronovius *poterunt* in contextum admisit. Ita enim est in Klockian. Flor. Leid. 1. et, nisi excerpta fallant, Harl. Alio ordine *arma ferri* habent Port. Gaertn. et Hav.

§ 2 *Quem per annos jam prope triginta vicimus*] Rectius erit *vincimus*. Gelen. Samniticum bellum cœpit a. CDXII. et nunc agitur annus CDXXXIII. Ergo recte Livius *per XX. annos* dixit, quod nuper corruptum est in *XXX. annos* ab nescio quo minus attendente. *Glar.* De Samnite loquitur, qui vinci cœptus est anno CDXII. Quoniam autem ab eo ad hunc annum nisi XXIII. anni numerantur, Glareanus hunc numerum reprehendit, et *XX.* non *XXX.* legendum censet. Ego contra. Nam si *XX.* dixisset, particulam *prope* non addidisset, quæ solet addi, cum numerus revera minor est, quam dicitur. ['Badii codex habet *XX.* et propius id est vero, quidquid hic argutetur Sigonius.'] *Sigon.* Sola Andreæ ed. *per annos jam prope XX. vicimus.* Sed alteram esse veriorem, demonstravit Sigonii calculus. *Gebh.* Aldus est, qui primus hoc loco *per annos jam prope triginta* substituit. Priores omnes, non solus Badii codex, quem laudat Glareanus, Ascensii editionem intelligens, *prope viginti* præferunt. At contra Aldo consentiunt omnes scripti. Et ante Aldum etiam Campanum ita edidisse, innuit Gebhardus. Nisi studio partium obcæcatus fuisset Glareanus, veriora docenti Sigonio non obloquutus fuisset hoc loco. Cogitare insuper debuisset, Romanos tempus, ex quo Samnites vincere cœperint, potius justo longius, quam brevius fecisse. Exsultasset sine dubio, si in Harl. incidens vidisset, eum particulam *prope*, quam urguet Sigonius, expungere. Sed uni huic testi adversus aliorum consensum fides haberi nequit. Transpositis vocibus *prope jam* est in fragm. Hav. Præterea *vincimus* ex emendatione Gelenii Frobenius 1535. recepit, eumque secuti servarunt usque ad Jac. Gronov. qui *vicimus* revocavit. Ei vero favent omnes mei prætur unum Flor. satis gravem, licet unicum, testem, qui *vincimus* habet, nisi ejus excerpta fallant. Deinde *qm per annos*, id est *quoniam*, Leid. 2.

Omnia æque ac plana erunt] Pall. duo *æquata, plana*. Pal. 2. a manu correctoria *æquata et plana*. Gebh. *Æquata, plana* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *æquata et plana* a m. sec. *æquata ac plana* Lov. 4. *æqua et plana* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Hav. *æqua* et *æquata* etiam alibi commutantur. Vide ad XXIX. 2. § 10. Vox *omnia* deficit in Gaertn.

§ 3 *Alius, Quo, aut qua eamus*] *Quo aut quæramus* Flor. et Leid. 1. Seneca de Vita Beat. c. 1. 'Decernatur itaque et quo tendamus, et qua.'

Num montes moliri sede sua parumus] Indicavi in Antiq. Lect. Libellis s. 22. legendum ex Pall. duobus et Camp. edit. *montes demoliri*. Sed nunc mihi magis placet vulgata lectio. Infra XXIII. 28. 'Moliri portas et serras claustraque effringere parat.' XXV. 36. 'Neque transilire, neque moliri onera objecta, nec cædere stipatas clitellas, ipsisque obrutas sarcinis facile erat.' Nam *moliri* ibidem esse 'demoliri,' ipse Livius explicat, 'Quum amoliti objecta onera armatis dedissent viam.' Ibidem, 'Fores nulla moliri potuerunt vi.' *Gebh.* Gebhardus Antiq. Lect. s. 22. melius pronunciat *demoliri*, quod est in duobus Pall. Non credo. Est idem ac 'cujus molimenti adminiculis montes sede sua movebimus,' ut loquitur v. 22. 'Molientes obices portarum' VI. 33. 'Fores moliri' XXV. 36. 'Molientibus ab terra naves' XXVIII. 7. Curtius VII. 5. 33. 'Fundamenta murorum ab imo mo-

Digitized by Google

liuntur.' Adde Gronov. ad Livii l. XXIV. c. 46. Nec magis paullo post probo *pianstro in claustra dicitur adactus*, quod iidem libri habent, et verosimilius putat Gebhardus. *Duk. Demoliri* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte Gebhardus mutata sententia vulgatum nunc tuetur. Vide ad XXV. 36. § 10. Præterea *ñ montes* Lov. 1. *non montes* Leid. 2. Vide ad XXXVI. 3. § 10. *Nunc montes* Lov. 2. Vide ad VII. 6. § 11. Tum *pergimus* Harl. Sed tota illa vox exsulat a Voss. 2.

Dum. hæc imminebunt juga, qua tu ad hostem venies] *Hic imminebunt* Gaertn. *hæc imminebant* Lov. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. Deinde *qua tum ad hostem venies* Leid. 2. *qua tu ad hostem venias* Gaertn.

Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus est hostis] *Nec ferrum quidem ad* Lov. 4. Vide ad VIII. 7. § 19. *Ne ferrum ad* Gaertn. Tum *ad bene movendum* Voss. 2. et Lov. 3. Mox verbis seqq. *sedentes bellum conficiet* Lov. 4. Voces *hostis : sedens bellum conficiet* perperam omittuntur in Leid. 2.

§ 4 *His invicem sermonibus tamquam quietis immemores nox traducta est*] Hanc locutio solœcismo non caret. Secuti nostra exemplaria restituimus ad hunc modum : *His invicem sermonibus qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est.* Gelen. *Tum cibi, quam quietis immemor* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. *tam cibi, quam quietis ĩ merore* Lov. 2. *tam qua cibi, quam quietis immemor* Lov. 1. *qua cibi, qua quietis in merore* Lov. 3. 4. et Harl. *tam cibi, quam quietis immemores* Hearnii Oxon. L. 1. *qua cibi, qua quietis immemores* Leid. 1. *qua cibi, qua quietis immemores* Flor. *qua cibi, qua quietis immemor*, ut Gelenius restituit, Voss. 2. Gaertn. Klockian. et fragm. Haverk. quod etiam de reliquis suis Hearnius testatur. Et jam ante Gelenium Aldus inter errata monuit, ita legendum esse, quem nemo audire dignatus est. Præterea *nox traducta*, sine *vŏ est*, Lov. 4. *nox est traducta* Leid. 1. *nox tradita est* Klockian. Livius XXIV. 38. 'Utinam reliquum tempus nec patiendo infunda, nec faciendo, traduci possit.'

Itaque universi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per literas consulendum censent] Omittunt Pall. duo *per literas*. Gebh. Eadem vocabula omittit Lov. 3. insuper vero omnia hæc decem desunt in Lov. 2. At *universi ad Herennium Pontium patrem* præfert Voss. 2. *universi Herennium Pontium patrem* Lov. 4. *universi Herennium Pontium patrem* Gaertn. *universi Herennium patrem* Leid. 2. Deinde *consulendum censuerunt* edd. vett. usque ad Froben. qui a. 1535. consentientibus omnibus scriptis *consulendum censent* substituit.

§ 5 *Jam is gravior annis*] Vet. lib. *gravis annis*. Sigon. Pall. tres *gravis annis*. Camp. *At is gravis annis*. Andreæ ed. adstipulatur vulgatæ lectioni. *Gebh. Gravius annis* Leid. 1. et Flor. a m. pr. *gravi annis* fragm. Hav. a m. pr. *gravior* a m. sec. Reliqui meorum *gravis* probant. Supra v. 12. 'Vetus tantum senator, et ætate jam gravis.' VII. 39. 'Alios graves jam ætate, aut viribus parum validos.' Infra X. 34. 'Paucos graves ætate aut invalidos inveniunt.' III. 33. 'Graves quoque ætate electos novissimis suffragiis ferunt.' Horat. l. 1. Sat. 1. vs. 4. 'O fortunati mercatores, gravis annis Miles ait.' Ovidius Epist. Her. VIII. 31. 'Me tibi Tyndareos, vita gravis auctor et annis, Tradidit.' Supra tamen est II. 19. 'Quamquam jam ætate et viribus erat gravior.' Præterea *Nam is gravis* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 17. § 5. Mox *sed ab civilibus quoque*, addita præpositione, Harl.

In corpore tamen adfecto vigebat vis animi consiliique] *In corpore tam adfecto* Lov. 4. Port. et Hav. Vide ad

Digitized by Google

XXII. 59. § 13. *Tum*, pro *tamen*, habet Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. et mox hoc cap. § 8. Tum *afecto* Lov. 2. *efeto* Voss. 1. in margine: *effeto* Klockian. et fragm. Hav. a m. sec. Male. Optimi enim et numero plures codd. stant pro vulgato. Vide ad V. 18. § 4. et mox hoc c. ad § 7.

§ 6 *Ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus Romanos*] Pall. duo, et Camp. ed. *ut clausus esset ex. Rom.* Pal. 2. *clausum esse exercitum Romanum*. Gebh. *Claustum esse exercitum Romanum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxonienses: *clausus est exercitus Romanus* fragm. Hav. a m. pr. *clausus esset exercitus Romanus* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *ut clausus esset exercitus Romanus* Voss. 2. et Gaertn. *quod ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausus esset exercitus Romanus* Lov. 4. Verum cum Flor. et Klockian. nihil mutandum est. Intelligendum enim est, utrique consuli suum fuisse exercitum, licet junctis viribus rem gesserint: unde mox hoc cap. inquit Liv. 'amissis duobus exercitibus.' Consentiunt etiam editi, nisi quod ignorent verbum *esse*, quod primus addidit Jac. Gronovius. Id autem recte factum esse, indicant omnes codd. nisi quod etiam desit in Flor. et Klockian. Paullo ante *acceperat* Voss. 1. a m. pr. Mox autem in verbis seqq. *a nuncio filii* Voss. 2. Gaertn. et Lov. 3.

Omnes inde quam primum inviolatos dimittendos] Pal. 2. *incolumes dimittendos*. Gebh. Ita etiam Portug. et Hav. Sed est omnino ex interpretis expositione natum.

§ 7 *Iterumque eodem remeante nuncio consulebatur*] Particula *que* non adparet in Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. *iterumque ab eodem* legit Harl.

§ 8 *Veluti ex ancipiti oraculo responsa*] *Velut ancipiti orac.* Gaertn. *velut ex ancipiti mole* Hearnii Oxon. L. 1.

Tamen consensu omnium victus est, ut ipsum in concilium adciret] *Tum consensu* Gaertn. Vide modo hoc cap. § 5. *Cum consensu* Voss. 1. in contexta. Facile in Mss. commutari potuerunt *cū*, sive *cum*, et *tā*, sive *tamen*. Vide ad III. 16. § 1. hoc lib. ad c. 20. § 8. X. 17. § 9. *Tamen assensu* Portug. *tamen sensu* Hav. Deinde in *consilium* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Neque aliter præferunt edd. omnes ante Modium. Iidem omnes, non tantum excusi, verum etiam manu exarati, et insuper Leid. 2. ac Lov. 1. similiter præferunt mox § seq. *vocatusque in consilium*. Utra lectio verior sit, dubium videtur. Ego tamen *consilium* præferendum existimo. Verisimile enim est, licet etiam supra § 5. 'universi,' et his ipsis verbis *omnium* de quibuscumque, etiam militibus gregariis, intelligantur, tamen Herennium Pontium non in concionem, sed in consessum ducum, adductum esse; quia mox tantum 'filius aliique principes' memorantur. Consessus autem ille ducum non *concilium*, sed *consilium*, erat vocandus, ut Gronov. docuit ad XLIV. 2. § 5. Eam itaque lectionem utrobique restitui. Præterea si quicumque in castris degentes innuerentur, Livius potius *in concionem*, quam *in concilium*, dicturus fuisse videtur. Tum *accirent* Hearnii Oxon. B. *acciperet* edd. vett. pro quo primus Aldus recte restituit *acciret*. Vide ad X. 19. § 1. Insuper in verbis præcedd. *effeto corpore*, pro *adfecto*, Voss. 2. et Lov. 4. Vide hoc cap. § 5.

§ 9 *Plaustro in castra dicitur advectus*] Verisimilis Pall. duorum codd. lectio, *plaustro in claustra*. Nam, ut c. 2. descripserat, 'Ita natus locus est; saltus duo alti, angusti, silvosique sunt, montibus circa se perpetuis inter se junctis: jacet inter eos satis patens, clausus in medio, campus, herbidus aquosusque, per quem

Digitized by Google

medium iter est. Sed ante, quam venias ad eum, intrandæ primæ angustiæ sunt, et aut eadem, qua te iminnaveris, retro via repetenda: aut, si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremque evadendum.' *Gebh.* Ant. Lect. I. 22. Utatur, fruatur Gebhardus inficeto hoc *plaustro in claustra*, modo neminem invitum cogat sibi consentire. Neque animadvertit, huic lectioni in laudato loco nihil præsidii esse, non enim castra Samnitium, in quæ senex advectus dicitur, sed Romanorum erant 'in satis patente, clauso in medio, campo.' Lectionem itaque, quam probavit, sed in nullo meorum reperi, errori librariorum adscribendam esse, nullus dubito. Eosdem etiam alibi has voces commutasse, docet Oudendorp. ad Lucani VI. 118. Vide etiam quæ olim notavi ad Silii Ital. X. 643. Ceterum *ducitur advectus* Lov. 1. a m. pr. et edd. antiqq. ante Aldum, qui omnes mox legunt *locutus est*. Ita vero *ducitur advectus* eadem fere forma dictum foret, qua 'replete obstructas portas,' 'tulit portatas carinas,' hujusque generis alia, de quibus egi ad Silii XI. 198. et ad Livii V. 21. § 16. Quum tamen hoc loco reliqui codd. præferant *dicitur*, et mox legendum sit 'locutus esse,' quo recepto *ducitur* admitti nequeat, id potius iterum labentibus scribis tribuo, qui passim 'dicere' et 'ducere' inter se commutarunt. Vide ad XXXVIII. 43. § 1.

Ita ferme locutus est] Lege *locutus esse*, ut referas ad verbum præcedens 'dicitur.' *Gelen.* Præter edd. Gelenio priores *locutus est* etiam inveni in Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. et Hav. ut et Hearne in Oxoniensibus suis. Sed optimi aliique omnes codd. Gelenio favent. Mox *causas tantum condicere* Port. *causas tantum addiceret* Leid. 2. Adparet librarium ex eo errasse, quod scriptum fuerit *adiceret*, ut præferunt etiam nunc Flor. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et Gaertn. Vide ad I. 30. § 2. *Et tantum causas adjiceret* Hav.

§ 10 *In multus ætates, quibus, amissis duobus exercitibus, haud facile reveptura vires Romana res esset*] *In mutatas ætates* Lov. 1. a m. pr. *in multa ætate* Gaertn. Tum *quibus duobus ex. amissis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *quidem duobus ex. amissis* Voss. 2. *quibus amissis ex. duobus* Leid. 1. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. *quoque amissis ex. duobus* Lov. 2. *quidem amissis ex. duobus* Lov. 3. Voces autem duæ *res esset* desunt in Port. Sed sola vox *esset* in Flor. Voss. duobus, Leid. duobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. Aldo prioribus. Mox *tertium consilium nullum esse* Port. *tertium nullum consilium est* Leid. 2.

§ 11 *Quum filius aliique principes percunctando exquirerent*] Pall. duo *perc. persequerentur*. Gebh. Sic Tacitus Ann. III. 16. 'Crebrisque interrogationibus exquirit.' Sed Thuan. a m. pr. *exequirent*: unde conjeci statim, quod post in duobus fuisse melioribus Pall. Voss. 2. et Chifl. deprehendi, *percunctando exsequerentur*. Est enim ea propria Livii phrasis. Lib. III. c. 20. 'Quum tribuni plebis velut eludentes vana dicta persequi quærendo, quonam modo exercitum educturi consules essent?' VI. 14. 'Itaque exsequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur?' Hoc lib. IX. c. 16. 'Itaque subinde exsequentes a consule legati, quonam se pacto paucos et infirmos præsidio tam valido et armato vim allaturos.' XXII. 8. 'Et cætera, quæ cognosse in rem erat, summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur.' XXV. 29. 'Exsequentibus sciscitando, quæ acta cum Romanis essent, dilucere id, quod erat, cœpit,' &c. sic optimi codd. Ludibrium Lipsiani *acquirentibus*: unde frustra divinat ille *anquirentibus*. Lib. XXXV. c. 14. in Scipionis et Hannibalis colloquio: 'Ex-

Digitized by Google

sequenti, quem tertium, haud dubie semet ipsum dixisse.' Eodemque de Philopœmene cap. 28. 'Quem locum capturus ipse esset, cogitando aut quærendo exsequebatur.' XLI. 7. 'Exsequebantur deinde quærentes, quid non ita potius A. Manlius Romam venisset?' Toties idem loquendi genus repetivit, ut lectoribus illud suis familiare redderet, caveretque, ne usquam novum videretur: quod non mirum ab librariis, mirum vero ab longe doctissimo viro, cui alioqui tantum debet, non impetrare quivisse. *J. F. Gron.* *Tum filius aliique* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem. *Quum filiis aliique* Flor. sed, ultima litera *e* deleta, postea factum est *filii*. Deinde *exquirentur* idem Flor. at *exsequerentur* Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Livius v. 15. 'Exsequebatur inde, quæ sollemnis derivatio esset.' Auctor Epit. Liv. lib. XXXV. 'Exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit.' Vide etiam Sigonium ad XXII. 49.

Quid si media via consilium caperetur] Pall. tres *quid si media via consilii caperetur*. Campan. omittit omnino τὸ *consilium*. Gebh. Tres Pall. Thuan. uterque Voss. Helm. Fulv. Cujacianusque *consilii*. J. F. Gron. *Quid si media via cons. cap.* Klockian. *quid si media via cons. caperetur* Flor. a m. pr. Sed ultima litera τοῦ *consilia* postea deleta est. *Quid si media via consilii caperetur* reliqui non tantum mei, sed etiam omnes Hearnii Oxonienses. Mox sequens *ut* deficit in Hav. ei proximum *et* in Port. Sed alterum ab altero perperam interceptum est.

§ 12 *Ista quidem sententia, inquit, ea est*] *Ita quidem sent.* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *Ista sententia* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Deinde *ea est, inquit* Lov. 2. *inquit, eaque est* Voss. 1.

Quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit] *Nec inimicos tollit* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et Hav. quod mutatum a librariis esse videtur, quia *neque* præcesserat. Vide hoc lib. ad c. 9. § 14. *Ne inimicos tollit* Leid. 2. Præcedens autem *neque* deest in Port. at tres voces *neque amicos parat* in Hav. omissæ a librario propter repetitionem vocis *neque*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11.

Servate modo, quos ignominia irritaveritis] Alii *Servare*, alii *Servate* legunt, neutro satis claro sensu. Vult autem priorem sententiam ipsis persuasam, ut verba statim sequentia indicant. Aut si Romanos servare volent, ut contumelia non irritent: cujus caussam mox subjungit. *Glar. Servate* omnes non modo codd. sed et, paucis exceptis, omnes excusi. Alterum enim non nisi in Ascens. 1513. 1516. et 1530. inveni, quorum duo priores *Servate* adhuc in margine exhibent; at contra ed. Paris. 1529. *Servate* habet in contexta, *Servare* in marginem relegat. Sensus autem est apertus et planus. Deborrtatur Herennius filium ac principes Samnitium, ne Romanos, si eos servare velint, injuria adficiant. Id non intellexit vir doctus, qui ad marginem ed. Curion. conjecit legendum *Servat modo*; nempe sententia, quam senex improbat.

Quæ vicia quiescere nesciat] *Quiescere nequit* Hearnii Oxon. C. *quiescere nequeat* Lov. 2. *quiescere nequeat. nesciat* Voss. 2. Sed mediæ voci subjecta sunt signa, quibus librarii aliquid perperam scriptum, ac delendum esse indicare solent: *nequeat* ex glossa natum est. *Nesciat quiescere* est 'nequeat,' 'non possit quiescere.' Horat. Od. III. 13. 9. 'Te flagrantis atrox hora caniculæ Nescit tangere.' Horat. Art. Poët. vs. 389. 'delere licebit, Quod non ediderit; nescit vox missa reverti.' Ovid. ex Pont. Epist. I. 3. 33. 'Tollere nodosam nescit medicina podagram.' Propert.

Digitized by Google

Eleg. I. 5. 26. 'Nescit amor priscis cedere imaginibus:' ubi videndus est Passerat. Eo sensu 'scire' pro 'posse' est cap. seq. 'Quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent:' ubi vide. *Victa cognoscere nesciat* perperam est in Klockian. Paullo ante *ea, ea Romana gens* Lov. 2. quasi in repetitione pronominis emphasin quæsisset Livius, de qua vide hoc lib. c. 9. § 1. At reliqui constanter vulgatum servant.

§ 13 *Vivet semper in pectoribus illorum*] Pall. duo *At vivat*. Gebh. *At vivat semper* Voss. 2. et Lov. 3. *Vivat semper* Leid. 1. Deinde *in pectoribus eorum* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Quidquid istud præsens necessitas injunxerit] *Inusserit* habent vetusti codd. magno inter se consensu. *Gelen.* Vet. lib. *istinc*. Malim ergo *istic*. Sigon. Lego *isthæc præsens necessitas*. Klock. Ex quatuor Pall. nullus huic lectioni patrocinatur, invectæ a Gelenio, quem et Sigonius amplexus fuerat, ut divinaret tamen legendum *quicquid istic præsens necessitas inusserit*. Mihi placet, quod reperi in tribus Pall. *quicquid istuc præsens necessitas immiserit*: tamquam loquatur de face aliqua contumeliæ, tum revera Romanis immissæ. Sic Latinissimi dicunt, 'immittere ignem tectis:' sic ferme Sallustius Jug. c. 102. *Gebh.* Antiq. Lect. I. 22. Primus, nisi fallor, architectus hujus lectionis est Gelenius. Pall. 1. 3. et Camp. ed. *immiserit*. Pal. 2. et Andr. recensio *injunxerit*, Pal. 2. amplius *istic præsens necessitas injunxerit*. Indicavi hanc lectionem, quantum memini, in antiquis. Duriorem omnino hic esse metaphoram, et non congruam existimo: et, quandoquidem fastidiunt omnes libri, suspicor legendum *quicquid istuc præsens necessitas incusserit*. Gebh. Est a Gelenio, magno inter se consensu vetustos codd. sic habere testato. Et nobis in Thuanee Vossianoque obvium fuit. Nec aliter Helm. et Chiflet. Alludit Voss. alter, qui *jusserit*. Durabit imposita a necessitate nota, nec desinet admonere vindictæ. Cicero Catil. II. 9. 'Tantus illorum temporum dolor inustus est civitati, ut jam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur.' Pro Domo c. 34. 'Tantum homines impios ex vetere illa conjuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat.' Ad Attic. I. 16. 'Doloris, quem improbissimo cuique inusserat severitas consulatus mei.' Orosius I. 18. 'Quantos populos implicuerit, odio excidioque adflixerit, ludi literarii disciplina nostræ quoque memoriæ inustum est:' ubi supposuerunt *insitum est*. Nicetas de Alexio Comneno III. 8. Ὁ δὲ λαθόμενος ὡς ἐγκαίονται τοῖς πλείστοις αἱ συμφοραὶ, καὶ εἰσιν ἀναπόνιπτοι. Tamen hic duo Pall. et Campanus *immiserit*: Pal. 3. et Andreas aliique olim editi *injunxerit*. Quibus adducor, ut retineam quoque III. 58. 'Ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent:' et VIII. 32. 'Neu Fabiæ genti eam inurerent ignominiam:' et jubeam plorare librarios cum suis *ingesta* et *injungerent*. Cic. Catil. I. 6. 'Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est?' *J. F. Gron.* *Quidquid istinc* Harl. Port. Gaertn. et Hav. *quidquid ista* fragm. Hav. *quidquid his tunc* Klockian. *quidquid istud* Lov. 2. Deinde *immiserit*, quod Gebhard. in Antiqq. Lect. probavit, habent Lov. 2. et 3. *invexerit* Klockian. *junxerit* Leid. 2. et Port. *injunxerit*, ut vulgo editum fuit, Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. quod Gronovius in prima ed. notarum simplicissimum rebatur, modo *istis* refingeretur, et intelligeretur 'Romanis,' non 'pectoribus;' aut certe 'istud.' Posterius autem *quidquid istud* inlustrabat hoc Quinctil. Instit. Orat. I. 3. 'Et audacia provecti, quidquid illud possunt, statim ostendunt:' et XII. 6. 'Neque præpropere distrin-

Digitized by Google

gatur immatura frons, et quidquid est illud acerbum, properatur.' Addidit tamen, se nec Gelenii lectionem rejicere. In iteratis autem curis, ubi jam totus a parte Gelenii stat, illa priora omisit. Et recte. Gelenii enim lectionem firmant Flor. Leid. 1. Lov. 4. et quatuor Hearnii Oxon. nisi quod in uno vel altero corrupte, sed ad veram lectionem proxime accedente errore, scriptum sit *iusserit*, quomodo etiam a m. pr. fuit in fragm. Hav. id autem ex *inusserit* et *iusserit* facillimo errore commutari potuit; cujus generis lapsus librariorum innumeri ex Mss. proferri possent, si necesse foret. *Inusserit*, ut apud Cic. in Verr. I. 44. 'Cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti?' *Incusserit*, quod deinde Gebhardo in mentem venit, defendi posse videtur illo Justini XXXVIII. 7. 'Adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum.' Nihilominus tantum abest, me conjecturam illam probare, ut potius una litera apud Justin. deleta legendum cum Gronovio existimem *inussit*. Mox in verbis seqq. *pœnas expetitas a nobis*, pro *a vobis*, Port. Hav. et fragm. Hav. Tum *sineret*, pro *sinet*, Gaertn. Vide ad II. 56. § 7.

CAP. IV. § 1 *Herennius domum advectus*] Vetusti codd. *Herennius domum e castris est avectus*. Gelen. Vet. lib. *revectus*. Egregie. Inde enim in castra vectus fuerat. *Sigon. Domum e castris est advectus* Lov. 3. Port. et Hav. *domum e castris advectus* Harl. *domum e castris est revectus* fragm. Hav. Quam lectionem cur egregiam vocet, et illi, quam Gelenius probavit, prætulerit Sigonius, causam nullam video. Ut enim 'revehere domum,' ita etiam 'avehere.' Infra XLV. 33. 'Non in usum modo præsentem, sed etiam quod domos averherent.' Ita 'avehere in fines Cæritum' VII. 19. 'Karthaginem avehere' XXXVIII. 42. Ejusdem generis est 'avolare Romam,' de quo vide ad I. 57. § 8. et contra 'advectus ab domo,' de quo vide ad lib. VIII. cap. 32. § 6. Præterea 'avectus e castris,' ut 'abstrahere e portu,' de quo dicam ad XXXVII. 27. § 6. Lectionem autem illam Gelenii probant reliqui omnes codd. nisi quod *domum castris est avectus* habeat Gaertn. et *e castris domum est avectus* Lov. 4. *Avehere* autem et *advehere* etiam alibi in Mss. commutantur. Vide quæ notavi ad Silii X. 318. Adde ad V. 51. § 9. et hoc lib. c. 27. § 11.

Quum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent] *Quum multi frustra conatus* Lov. 2. *quum frustra multi conantur* Lov. 1. a m. pr. Deinde *capti essent* Lov. 4. *capti sunt* Leid. 1.

Et jam omnium rerum inopia esset, victi necessitate] Prave distinguunt Pall. duo *et jam omn. rerum in. essent victi*. Gebh. Ita etiam Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Gaertn. Sed recte, hanc interpunctionem sibi displicere, Gebhardus testatus est. Jungendum enim *victi necessitate*, ut vulgo editur. Justin. VIII. 5. 'Victi igitur necessitate, pacta salute se dediderunt.' Ita 'victus ira' II. 5. 'Victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi:' ubi vide. Præterea *etiam omnium rerum inopia* Lov. 1. et Gaertn. Vide ad XXXIX. 10. § 6. *Et omnium rerum inopia* fragm. Hav. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 2 *Si pacem non impetrarent, provocarent ad pugnam*] Lege addendo *uti provocarent*. Gelen. *Si non pacem impetrarent* Gaertn. Deinde vocalem *uti*, quam Gelenius addidit, servant omnes codd. nisi quod simul cum sequenti dictione *provocarent* exsulet a Flor. *uti provocarentur* habent Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Ipse tamen Hearnius *ut provocarent* edidit, quod nupera Londinensis ed. servavit. Paulo ante *legatos mittit* Gaertn. qui, ut dictum est, *victi* ad præcedentem periodum referebat. Verum ne sic quidem ea lectio ferri potest. Duo enim consules pari imperio erant in castris Romanis, adeoque requiritur

Digitized by Google

omnino *mittunt*. Deinde mutato ordine vocabulorum *æquum pacem peterent* fragm. Hav. *æquum peterent pacem* edd. antiquæ usque ad Frobenianam 1535.

§ 3 *Debellatum esse respondit: et, quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent*] *Debellatum est, respondit* Lov. 2. sed peccatum librarii est, qui ē, sive *est*, perperam scripsit pro ēc, sive *esse*. Non enim hoc Pontii responsum directa, sed obliqua oratione Livium proposuisse, sequentia docent. Tum *et qui ne victi quidem* Gaertn. *et quoniam ut victi quidem* Voss. 2. et Lov. 3. *et quoniam ne quidem victi* fragm. Hav. Vide mox hoc cap. § 16. et ad XXXVIII. 15. § 14. *Fortunam scirent*, media voce exsulante, Leid. 2. Male: 'scirent fateri' est possent fateri. Infra XXXVIII. 52. 'Major animus et natura erat, quam ut reus esse sciret.' Eodem modo 'nescire' pro non posse habuimus cap. præc. § 12. Et hoc sensu sumitur ea vox in elliptica locutione 'fidibus scire' similibusque, pro 'scire canere fidibus.' Mox in verbis seqq. τὰ *sub jugum* deesunt in Leid. 1. quemadmodum postea *æquus* in Leid. 2.

§ 4 *Si agro Samnitium decederetur*] Pall. duo *decederent*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. *Recederatur* Gaertn. Vide ad XXXV. 10. § 2. *Decideretur* Flor. Leid. 1. et Lov. 4. Restitui deinde particulam *si*, quam servant omnes et mei, et Oxonienses Hearnii; omnes insuper edd. antiqq. usque ad postremam Gruteri, quæ omisit prima, ejusque exemplo recentiores reliquæ.

Coloniæ abducerentur] Pal. 1. *adducerentur*. Pal. 3. *adducerent*: at Camp. *coloniæ educerentur*. Gebh. *Adducerentur* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *aducerentur* Flor. Sed prima ejus vocis litera postea erasa est. 'Abducere' et 'adducere' sæpe in Mss. confundantur. Vide ad XXVII. 29. § 1.

Suis deinde legibus] Vet. lib. *suis inde legibus*. Sigon. Pal. 2. Andr. Campanique edd. *suis inde legibus*. Gebh. Ita et Port. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. priores. Aldus primus *deinde* substituit, quod in reliquis scriptis, quorum et major numerus, et gravior auctoritas est, exstat.

§ 5 *Paratum se esse fœdus cum consulibus ferire*] Usitatissimam loquendi formam intervertunt Pal. 2. et Camp. ed. *fœdus cum consulibus ferre*. Gebh. Similiter Voss. 2. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea *esse se* Lov. 2.

Si quid eorum displicuit, legatos jam redire ad se vetuit] [Vid. Lectt. Varr.] Illud *jam*, quod ex codd. suis delendum jussit Gronovius, exsulat etiam ab omnibus et meis et Oxoniensibus Hearnii Mss. Præterea *displiceret* Lov. 2. et Harl. Tum *venire* Port. et Voss. 1. in cujus margine tamen altera lectio adnotatur: contra *redire* in contextu, *venire* in margine habet Hearnii Oxon. N. Solent hæc verba a librariis confundi. Vide ad XXXVII. 50. § 6. Denique *legatos ad se redire vetuit*, alio vocum ordine, est in Voss. 2.

§ 6 *Hæc quum legatio renunciaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est*] *Hæc quum legatio nunciaret* Port. *Hæc quum legatio nunciaretur* Hav. Proprium in hac re verbum est 'renunciare;' quod cod. unius auctoritate restituendum videtur auctori Epit. Liv. lib. XLVII. 'Legati, ad disceptandum inter Masinissam et Karthaginienses missi, renunciaverunt, vim navalis materiæ se Karthagine deprehendisse:' ubi vulgo editur *nunciaverunt*. Plura vide ad eum locum. Præterea τὸ *tantus* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. ejus loco *tanti* habet Flor. sine sensu. Mox *subito est exortus* Gaertn. Sed τὸ *est* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Si nunciaretur, omnibus eo loco mœ-

Digitized by Google

tem obpetendam esse] Pal. 2. habet *annunciaretur*. Gebh. Eadem etiam lectio superest in Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Præterea *mortem appetendam* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. sed 'mortem oppetere' etiam est XXVI. 25. 'Pro patria pugnantes mortem oppetierunt:' ubi tamen optimi *occubuerunt*.

§ 7 *Contra fœdus tam necessarium hiscere possent*] *Circa fœdus* Leid. 2. Vide ad XXXVII. 15. § 7. Tum *possent hiscere* Port. a m. pr.

Tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat] Primam vocem in Oxon. C. deesse, Hearne monuit; sed illud *tum* posteriori loco omittitur in Gaertn. Ubi etiam, si alterutro loco delendum est, abesse mallem. Quid enim ibi operetur, aut orationi conciliet, non video. Deinde *virtute ac honoribus* Voss. 2. Gaertn. Harl. Port. et Hav.

§ 8 *Se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis*] *Se unum in Cap.* Lov. 2. *se in Capitolium unum* Hav. Tum vox *non* deficit in Voss. 2. cujus loco *nec* a m. sec. est in fragm. Hav. altera lectione penitus erasa. Hinc *senatui* omiserunt librarii Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ab Gallis* Port. et Hav. Mox *nec fossa nec vallo* Leid. 1.

Si non sine periculo magno, tamen sine certa pernicie possent] Pall. 1. ac 3. *et tamen sine certa pernicie*. Gebh. Voces *si non* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. at vox sequens in Harl. et Port. Adparet, ob literarum similitudinem alteram ab alteris interceptam esse. Tum *magno periculo* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Deinde *et tamen sine certa pernicie* etiam Voss. 2. *tum sine certa pernicie* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5.

§ 9 *Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio*] *Quod illis ut decurrere* fragm. Hav. *Quod si vel ut decurrere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Quod si illis decurrere* Hearnii Oxon. B. *Quod si illis ut decurrere* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Flor. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et edd. vett. Primus Aldus edidit, ut nunc vulgo exstat; quod verius est, et tamen vix in Lov. 2. Harl. et Port. superfuit.

Quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt] Pal. 2. *quod sæpe numero obsessi in obs. erup.* Gebh. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Port. et Hav. sed *quo sæpe numero* in Harl. *quod sæpe modo* in Leid. 2. et Lov. 1. Mox *ita vobis*, pro *ita nobis*, Hearnii Oxon. L. 2. et B. Deinde *consilii indoles*, pro *animi indoles*, Leid. 2. et Lov. 1. Sed *consilio* mox sequitur.

§ 10 *Vel devovere pro populo Romano legionibusque*] Ms. *pro patria legionibusque*. Lego *pro patria legionibusque Romanis*. Klock. Codd. mei nihil mutant, nisi quod alio ordine sit in Gaertn. *vel pro pop. Rom. dev. legionibusque*. Supra VIII. 6. 'Se consul devoveret pro populo Romano Quiritibusque.' c. 9. 'Pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium legiones auxiliaque hostium mecum devoveo:' ubi multi codd. præferunt *pro populo Romano Quiritium*: Gronovius autem scribendum conjicit *pro republica populi Romani Quiritium*. X. 28. 'Se legionesque hostium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret.' Hic igitur nihil mutandum puto. Illud *pro patria* ex præcedenti periodo huc irrepsit, quod ibi deest in Leid. 2. et Lov. 1.

Vel in medios me mittere hostes paratus sum] Vet. lib. *immittere*. Sigon. Pal. 2. et Camp. ed. *in medios me immittere hostes*: alludunt reliqui duo Pall. *in medio sine immittere*. Gebh. Aliquid superest, aliquid deest. Nam *rò me* satis est semel conspici: deinde volunt Mss. ut Sigonianus, *immittere*. Cicero primo Parad. c. 3. 'Quos

Digitized by Google

patrem Decium, quæ filium devovit, atque immisit in armatas hostium copias.' Tusc. I. 48. 'Codrum, qui se in medios immisit hostes famulari veste.' Noster VIII. 9. 'Armatus equum insiluit, ac se in medios hostes immisit.' Curtius de Hypside VII. 7. 'Itaque subditis calcaribus equo, in medios hostes se immisit.' Scribe *Et me vel devovere pro populo Romano legionibusque, vel in medios immittere hostes paratus sum.* J. F. Gron. *Vel in medios me mittere hostes*, ut ante Sigonium edebatur, et, quamvis meliora monuerit, postea tamen a recentioribus editoribus usque ad Gronovium servatum est, apud me tantum superest in Leid. 2. et Port. proxime autem accedit Harl. qui, tantum ordine verborum mutato, *vel me in medios mittere hostes* præfert. *Vel in medio sine immittere hostes* Lov. 3. *vel me si in medios immittere hostes* Voss. 2. et fragm. Hav. Reliqui omnes, tam mei, tam Hearnii Oxonienses, *vel in medios me immittere hostes.* Cic. pro Fonteio cap. ult. 'Qui se armatus sæpe in hostium manum multitudinemque immiserit.' Livius XL. 48. 'Eos quum per aliquot dies armaturam levem inmittendo in stationes lacessisset parvis prœliis:' ubi etiam alii *mittendo.* Vide quæ ibi notantur. Passim ita 'mittere' et 'inmittere' commutantur. Vide ad II. 31. § 2. et VIII. 9. § 9. Ceterum non contentus Ant. Perizonius, cum Gronovio *me* ex contextu Liviano ejicere, insuper ad marginem Livii conjecit, legendum esse *et in medios immittere hostes paratus sum*; atque ita *vel* in verbis præced. accipiebat pro 'etiam:' mutatum autem *vò et* in *vel* fuisse a sciolo, qui vim præcedentis *vel* non intelligebat. Addebat autem, ita pariter Cic. loco ex Parad. a Gronovio laudato dixisse 'devovit atque immisit.' Invitis tamen omnibus scriptis ejus sententiam probare temerarium est.

§ 11 *Quæ si pro se ipsis ad mortem ruere volunt*] Antiqua scriptura, *quæ nisi pro se ipsis.* Gelen. Ita non tantum omnes scripti mei, sed et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum, quum ita ex sententia Gelenii receptum fuisset, postea vir doctus ad marginem ed. Curion. legendum conjecit *quæ si pro se ipsis.* Male. Sensus enim est, nisi legiones pro se ipsis mortem oppetere, atque ita inhonestas conditiones a Samnitium imperatore propositas evitare velint, nullam aliam ad mortem ruendi caussam habere, quia nihil erat, quod morte sua servarent.

§ 12 *Immo, hercule, produntur magis omnia*] Vet. lib. *ea omnia.* Sigon. Pall. tres et Camp. ed. *produntur ea omnia.* Andreas vero *produntur ea magis omnia.* Gebh. Tres Pall. duo Voss. Helm. ut Sigonius, *produntur ea omnia.* J. F. Gron. Insuper *produntur ea omnia* Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. a m. sec. (*produntur et omnia* a m. pr. habuerat) Hearnii Oxon. L. 1. 2. et Neapol. Latinii. Proxime accedit ejusdem Hearnii C. qui *perduntur ea omnia* præfert. Sed *produntur* verius est. Mox hoc cap. 'Quas servando patriam servamus: dedendo ad necem patriam deserimus ac prodimus.' Vide ad XXVI. 36. § 9. In Flor. omnia hæc verba, *produntur ea omnia deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? Inbellis videlicet, atque inermis multitudo? tam, hercule* omissa erant culpa librarii ob repetitam vocem *hercule.* Vide ad IX. 11. § 11. Ceterum primæ edd. legunt *produntur ea magis omnia* usque ad Froben. qui a. 1535. subposuit *produntur magis omnia.* Ejus loco ex cod. suo Sigonius in contextum recepit *produntur magis ea omnia*, non, ut Gronov. existimavit, *produntur ea omnia.* Gronovio enim fraudi fuit nimia scholii Sigoniani brevitas, quam tamen contextus a Sigonio

Digitized by Google

emendatus inlustrat. Insuper *una, hercule, produntur* Neapol. Latinii. *Hercle* contracte hic et § seq. Port. et Gaertn. Vide ad VII. 11. § 1. Paullo ante *et tũ turbam, in qua urbs incolitur*, pro *et eam turbam, a qua*, Klockian. *et aliam turbam, a qua urbs incolitur* Hav.

§ 13 *Quis enim ea tuebitur*] Pal. 3. *Quis tibi ea tuebitur?* Gebh. Codd. mei nihil mutant, nisi quod τὸ *ea* omittatur in Harl. Mox *ab Gallorum impetu* est in Port. et Hav. Sed præpositio exulat ab Harl.

An a Veiis exercitum Camillumque ducem inplorabunt] *An alium exercitum* Lov. 2. *Ab Veiis an alium exercitum* Harl. *Ab Veiis exercitum*, prima vocula omissa, Port. et Hav. *An his exercitum* Leid. 1. *his exercitum*, lacuna aliquot literarum ante has voces relicta, Lov. 4. Deinde *Camillumve* Port. et Hav. errore sollemni scribarum. Vide ad XXIV. 10. § 2. Romani enim, urbe a Gallis capta, in Capitolio obsessi, et exercitum, et Camillum arcessiverunt: non autem alterutrum eorum. Tum *implorabant* Leid. 1. *implorabunt*, sive *implorabuntur*, Gaertn. Ceterum Camillus non Veiis, sed Ardeæ exsulavit. Vide ad XXII. 5. § 10.

§ 14 *Hic omnis spes opesque sunt*] Scribo *Hic omnes spes opesque sunt*. Gelen. Uno Gaertn. excepto, omnes mei Gelenio adsentiuntur. Mox *patriam deperimus*, pro *deserimus*, Gaertn. pro varia lectione in margine est Lov. 1. Sequentia autem *ac prodimus* exsulant a Flor.

§ 15 *At fœda atque ignominiosa deditio est. Sed ea caritas patriæ est*] *At fœda ac ign. deditione: sed caritas patria est* Voss. 2. et Lov. 3. Vox *ea* etiam deficit in Lov. 2. sed *ea caritas patriæ esse* præferunt Leid. 1. et Gaertn. qui etiam alio ordine legit *ignominiosa est deditio*. Mox *ignominiam quam morte* Flor. a m. pr. unde postea factum *ignominia quam morte*, quod etiam præfert Harl. *ignominie eam quam morte* Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. *ignominiam eam, quam morte* Voss. 2. *ignominia ea, quam morte* Gaertn.

§ 16 *Subeatur ergo ista, quantacumque est, indignitas, et parcatur necessitati*] Vox *indignitas* abest a Voss. 2. quasi ex præcedenti huc repetendum sit 'ignominia.' Tum *quantacumque est, indignatio* Port. *quantacumque indignatio est* Hav. Sed alibi sæpe hæ voces a librariis confunduntur. Vide ad Epit. Liv. lib. LVIII. Tum *indignitas, appareatur* Voss. 2.

Quam ne Dii quidem superant] *Nec Dii quidem* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Vide ad VIII. 7. § 19. *Ne quidem Dii* Harl. Vide hoc cap. § 3. *ne Dii quidam* Voss. 1. Tum *superant*, sive *supererant*, Lov. 2. Vide ad VI. 4. § 2.

Quam auro majores vestri redemerunt] *Majores nostri* Voss. duo, Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Frobeniana 1535. priores. Utraque lectione juncta *majoresve nostri* habet Leid. 1. Vulgatum, quod est in Flor. Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. præferendum arbitror, quia convenire non videtur Lentulo, ut dicat *majores nostri*, quum supra narraverit, patrem suum in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis.

CAP. V. § 2 *Ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit*] Pal. 2. *Claudius quoque etiam scribit*. Gebh. Ita et Port. Gaertn. et Hav. *Claudius etiam scribit* Harl. Ceterum *Fodius* etiam vocavit non modo Cicero, verum etiam adolescentem memorat, qui in feriendo fœdere porcam tenuit, de Invent. II. 30. 'In eo fœdere, quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis porcam sustinuit jussu imperatoris. Fœdere autem ab senatu inprobato, et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit, qui porcam·

Digitized by Google

tenuerit, dedi oportere.' Locum hunc ad oram Livii sui adscripserat Jac. Perizon.

Non fœdere pax Caudina, sed per sponsionem facta est] Alind est 'fœdus,' aliud 'sponsio.' Sed, 'sponsionem' quoque sæpe vocari 'fœdus,' ostendit Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 1. De pace Caudina Gellius XVII. 21. 'Turpi fœdere facto discesserunt:' et Florus I. 16. 'Turpitudinem fœderis voluntaria deditione dirimunt.' Mancini cum Numantinis 'sponsionem' Cicero de Offic. III. 30. Velleius II. 1. et Valer. Max. II. 7. 1. 'fœdus' vocant: et Albini cum Jugurtha Sallust. Jug. XXXVIII. 39. Habet quædam eo pertinentia Grotius de Jur. B. et P. II. 15. Ceterum hanc historiam in Annalibus aliter relatam fuisse, constat e Cicerone. Nam is de Invent. II. 30. in hoc 'fœdere' porcam percussam scribit: et de Offic. III. 30. a consulibus apud Caudium male pugnatum, et de Senect. c. 12. consules Caudino prælio superatos fuisse. Zonaras quoque lib. VII. in fine de Samnitibus ὡς ἀκεγρασμένοι μαχόμενοι. Pulchram fabulam de hoc prælio tenuit Aristides Milesius apud Plutarch. Parallel. in princ. Claudii Quadrigarii verba in Gellii XVII. 2. 'Quum tantus arrabo penes Samnites populi Romani esset,' huc spectant. *Duk.*

§ 3 *Aut obsidibus, ubi precatione res transigitur*] *Aut obsidione res trans.* Leid. 2. *ubi trepidatione res trans.* in contexta Voss. 1. et Port. qui *precatione* in margine præferunt. *Nisi precatione res trans.* Harl. Sed librarius compendia scribendi u^i, sive *ubi*, et u^i, sive *nisi*, commutavit. Exempla habuimus v. 33. § 3. et VII. 30. § 12. Vide etiam hoc lib. c. 34. § 25. c. 45. § 2. et XXI. 38. § 3. *Ubi imprecatione res trans.* Klockian. Sed quum *iprecatione* scriptum fuisset, prima illa syllaba ĩ nata fuisse videtur ex vocis præced. litera finali, quia reliqui codd. constanter *precatione* defendunt. Vide hoc cap. § 6. Et ita *precari* pro *imprecari* est hoc lib. c. 14. 'Eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant:' et 'precatio' XXI. 45. 'Agnum læva manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit.' Vox *res* non adparet in Leid. 1.

Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Jupiter feriat] *Fiat populum* Gaertn. Tum *legibus stetur dictis* Port. et Hav. qui ambo simul cum Harl. mox omittunt pronomen *eum*. Deinde voces *feriat, quemad. a fecialibus porcus* exsulant ab Hav. cujus librarium in errorem perduxit repetitio vocum *ferit* et *feriatur*.

§ 4 *Spoponderunt consules, præfecti, legati, quæstores, tribuni militum*] *Præfecti* non habentur in archetypis. Et legimus quidem 'præfectos' non Romanorum, sed sociorum auxiliorumve: sed illos in ordine Livius non anteposuisset legatis, quum summa secundum consules imperatoresve in castris Romanis dignitas erat. *Gelen.* Vocem *præfecti* etiam nulli meorum agnoscunt; eamque nec Oxonienses agnovisse videntur apud Hearnium, qui, docens vocabulum illud superesse in edit. Romana Aleriensi, codicum tamen non meminit. Ceterum *Sposponderunt* hic et mox legit Gaertn. Vide ad c. 9. § 6. *Spoponderant* hoc loco Port. Mox *nomina omnia* male Klockian.

Ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fecialium, non exstarent] Voculam *si* omittunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Harl. Tum *res acta esset* Port. et Hav. Deinde vox *fecialium* exsulat a Lov. 2. at voce addita *fecialium militum* legunt Leid. 2. et Lov. 1.

§ 5 *Propter necessariam fœderis di-*

Digitized by Google

lationem obsides etiam sexcenti equites imperati] *Fœderis dilectionem* Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. a m. pr. *fœderis delectionem* Voss. 2. Hinc *obsides etiam equites* Hearnii Oxon. C. et N. quorum posterior in margine obfert *obsides etiam ac equites*. Et ita apud me legunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *obsides etiam atque equites* Harl. *obsides ac etiam equites* Lov. 2. Error ex eo natus videtur, quod numerus non literis, sed per notas hoc modo scriptis fuerit *obsides etiam IↃC equites*, quod non adsecuti librarii ex *IↃC* fecerunt *ac*, vel plane omiserunt. Vide ad XXXVIII. 37. § 6. 'Sexcenti equites obsides' memorantur c. 14. 'Ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriæ obsides tenerentur, præpedisset animos.' Vox *imperati* non adparet in Harl.

Qui capitis lnerent, si pacto non staretur] Tà *qui capite* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Deinde *pacto monstraretur* Lov. 4. Infra 'Numquamne causa defiet, cur victi pacto non stetis?' Supra hoc cap. 'Per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur.'

§ 6 *Tempus inde statuium tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo*] Pro *exercitui*. Ita quidam ex regula dicendum putabant. Vide Vossium de Anal. II. 18. Adde Servium in Virgil. Æn. I. 156. et XII. 511. Erythræum in Indice Virg. voc. 'Concubitu,' 'Venatu,' 'Victu.' Victorium ad Cic. ad Fam. X. 24. et Rivium ad Sallust. Jug. c. 6. Scævola l. 60. § 1. D. Mandat. 'Quo magis conciliem animum tuum domui meæ.' Gaius l. 35. § 1. D. de Contrah. Emt. 'Quæ nullo modo adjectione alterius materiæ usu nobis esse possunt:' ita est Florentiæ, quæ alii mutanda putaverunt. Vossius etiam eo refert ex Terent. Adelph. I. 1. 38. 'Vestitu nimio indulges.' Sed hoc anceps est: nam facile suppleri potest pronomen tertii casus. *Duk. Tempus est inde statutum* Harl. *Tempus inde statum* Klockian. Vide ad XXIII. 35. § 12. *Tum exercituque inermes mittendo* idem Klockian. *exercituque inermi imittendo* Port. et Hav. Sed litera *i*, sive syllaba *in*, ex vocis præced. litera finali perperam repetita est. Vide hoc cap. § 3. et ad V. 37. § 7. *Exercituque inermi mittendo* ed. Mediol. 1506. Sed omnes codd. et reliquæ edd. vulgatum tuentur, quod etiam invitis omnibus libris mutari nihil adtinet. Vide ad XXIV. 19. § 6. Mox *Sed integravit*, pro *Redintegravit*, Klockian.

Vix ab iis abstinerent manus] *Vix abstineret ab his*, vel *ab iiis*, *manus* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. et Port. a m. sec. *vix abstineretur ab his*, vel *ab iis*, *manus* Port. a m. pr. Lov. 3. et Hav. Vide ad lib. XXXIX. c. 22. § 8. Infra XXXIX. 16. 'Noctu audita ex delubro vox est, abstinerent manus.' Mox voces *quorum temeritate in eum locum deducti essent* non agnoscunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. quemadmodum nec solam vocem *quorum* Gaertn. At intercidisse videntur vocis *quorum* repetitione, quæ scribis errandi occasionem præbuit. Id quodammodo colligi etiam potest ex lectione Flor. in quo jam librarius dederat hoc loco *quorum ignavia*, quod mox sequitur, hæc media omisserat; quum, animadverso errore, adjecit *in eum locum deducti essent*.

§ 7 *Fœdius inde, quam venissent, abituri*] *Qui venissent* Hav. Tum *essent abituri* Lov. 2. 4. *abituri erant* Neapol. Latinii. Sed utrumque librarii est additamentum; sufficit enim, illud *essent* jam modo præcessisse, unde commode hic repeti poterat. *Habituri* Voss. 2. Lov. 1. 3. Harl. Port. a m. sec. et Hav. Vide ad XXII. 59. § 19.

Belluarum modo cæcos in foveam missos] Imo *cæcum in foveam*. Virgilius,

Digitized by Google

xiii. T. *Faber.* Statius Silv. II. 5. 10. de leone, 'cæco foveæ deceptus hiatu.' Nec tamen quidquam obstat, quo minus *cæcus* hic sit 'improvidus,' 'incautus,' ut sæpe. Phædr. Fab. III. 2. 'Panthera imprudens olim in foveam decidit.' Contra Horat. Ep. I. 16. 50. 'Cautus enim metuit foveam leo.' *Duker.* 'Cæca fovea' vocatur, quæ postquam effossa erat, stipula aut alia materia fragili integitur, ut eam ingressæ bellua membrorum mole frangant, atque ita in foveam decidant. Metaphorice igitur 'cæca fovea' erunt insidiæ, quæ ponuntur, ut hostes decipiantur artibus ac dolis. Jam vero nullas artes adhibuerunt Samnites, ut Romanis persuaderent, non eam esse furculariam Caudinarum naturam, ut facile ibi undique concludi possent. Nihil itaque mutandum esse consentio Doujatio, qui receptam lectionem contra Fabrum tuetur. Translate enim 'cæcus' est incautus, imprudens, improvidus, qui non utitur quasi oculis mentis ac lumine rationis. Supra IV. 35. 'Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti.' VII. 34. 'Arx illa est spei salutisque nostræ, si eam, quam cæci reliquere Samnites, inpigre capimus.' Silius II. 299. 'Haud nunc ille, novi cæcus caligine regni, Externas arces quatit.' Præterea *in foveam lapsos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. atque N. cujus tamen posterioris margo *lapsos* servat: utramque etiam lectionem *in foveam missos lapsos* obfert Klockian. Sed *lapsos* alterius glossema est, et *missos* hic elegantem vim habet; indicat enim non sua sponte milites in insidias præcipitasse, sed in eas a ducibus inductas fuisse.

§ 8 *Proponere sibimet ipsi ante oculos jugum hostile*] *Sibimet ipsis* Lov. 2. Male. Vide ad II. 19. § 5. Deinde *jugum ante oculos hostile* Lov. 4. Paullo ante *dexteras* Voss. 2. Gaertn. et Hav. In seqq. *et ludibria victoriæ*, pro *victoris*, Harl. *et victoris ludibria* Gaertn. Tum *et* secundo loco in Lov. 4. voces autem *et per armatos* in Gaertn. deficiunt.

§ 9 *Reditum in patriam ac parentes*] Haud dubie *in patriam ad parentes*. Ut est II. 13. de Cœlia: 'Sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit.' Eodem lib. c. 49. 'Sospites brevi in patriam ad parentes restituunt.' XXII. 60. 'Reduces in patriam ad parentes, ad conjuges et liberos facit.' Plautus Captivorum prologo: 'Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem.' Et sic Helmstadiensis. *J. F. Gron.* Meorum nullius Gronovianæ conjecturæ favet, sed omnes stant pro vulgato. Unus Hearnii Oxon. C. præfert *ad penates*. Verum ita etiam *ad penates* legendum foret, ut III. 63. 'Triumphantes domum ad penates redibatis:' et XXXV. 35. 'Sciat sibi reditum ad penates non esse.' Solent autem vocalæ *ad* et *ac* commutari. Vide ad XXI. 32. § 2. Ut hic *in patriam ad parentes*, ita Gronov. emendabat VI. 28. 'Concursumque in muros adque portas est:' ubi vulgo nunc legitur *atque portas*. Si quid igitur mutandum, Gronovio consentiendum censeo. Vocula *ac* deerat in fragm. Hav. a m. pr.

Quo sæpe ipsi majoresque eorum triumphantes venissent] *Quos sæpe ipsi* Lov. 1. Vide ad IV. 33. § 10. Deinde *minoresque eorum* Leid. 2. quomodo et alibi librarios lapsos esse videbimus ad XLV. 25. § 7. *Majores eorum* Port. et Hav.

§ 10 *Non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre*] Quasi hæc lectio genuina non sit, injicit aliam Pal. 2. *non manum cum hoste conserere*. Lib. X. c. 43. 'Quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur; manumque, si forte ita res posceret, conferret.' *Gebh.* *Conserere* etiam Port. et Hav. quod ex

Digitized by Google

alterius expositione natum puto. Ambæ locutiones, ‘ conferre ’ et ‘ conserere manum ’ vel ‘ manus,’ sæpissime obcurrunt. Utriusque exempla vide ad VI. 42. § 5. *Ferre*, pro *conferre*, habet Leid. 2. Præterea trajectis vocibus *non stringere licuisse gladios* Lov. 2. Paullo ante *sine ferro acie victos*, contra Livii mentem ac rei veritatem, Voss. 2. Ter repetita præpositio *sine* inmerito librariis displicuit. Supra VII. 13. ‘ Exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse.’ Bis alibi sæpius repeti solet. Vide ad VII. 2. § 4.

Sibi nequidquam animos datos] Lege addendo *sibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos*. Hoc scribæ oscitanti imputandum. *Gelen. Nequicquam arma, nequicquam vires* absunt ab omnibus Pall. atque edd. vetustis. *Gebh.* Eadem hæc absunt etiam non modo ab omnibus meis, verum etiam Hearne monuit, abesse ab Oxon. N. L. 2. B. et C. Credo tamen Gelenio, qui hæc in Mss. invenisse videtur. Vocis *nequidquam* repetitio librariis fraudi fuit. Vide ad IX. 11. § 11. Insuper *sibe* exstat in Flor. Quinctil. Instit. Orat. I. 7. ‘ Sibe et quase scriptum in multorum libris est: sed an hoc voluerint auctores nescio. T. Livium ita his usum, ex Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur: hæc nos i litera finimus.’ Tum *nequiquam* Leid. 1. Vide ad XL. 47. § 9. Denique *armatos*, pro *animos*, perperam Voss. 2.

§ 11 *Omnia tristiora experiundo facturæ, quam quæ præceperant animis*] *Experiendo* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. *expediendo* Port. *exponendo* Gaertn. *experimento* Hearnii Oxon. L. 1. Tum *fatura* Lov. 1. *futura* Leid. 2. Port. et Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXI. 45. § 2. Deinde *quamquam præcep.* Lov. 1. a m. pr. *quam percerant* Lov. 2. Sed *quæ* interceptum est a præcedenti *quam*. ‘ Præcipere ’ autem, quod hic verius est, et ‘ percipere,’ quod est quoque in Harl. etiam alibi in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVIII. 20. § 1. *Præciperint* Hav. *præceperint* Port. Paullo ante *Hoc frementibus* est in eodem Port.

§ 12 *Et primi traditi obsides, atque in custodiam abducti*] Pall. 1. 2. et Andreæ recensio *adducti*. Pal. 3. vero *et primi traditi obsides, atque in custodia obducti*. Gebh. *Et primum traditi* Port. et Hav. Sed, vulgatum verius esse, nullus negabit. Tum *adducti* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et edd. vett. Rom. 1472. ac Parm. errore scribarum. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Obsidetque in cust. abducti* erat in Flor. a m. pr. unde postea factum est *obsidesque*. Ceterum omnia hæc verba cum seqq. *Tum a consulibus abire lictores jussi* desunt in Gaertn. cui errori caussa fuit vocis *jussi* repetitio. Vide modo hoc cap. ad § 9. Paullo ante *extra vallum inermes exire* alio ordine Harl.

§ 13 *Paludamentaque detracta*] *Paludamenta detracta* sine copula Port. *paludamentoque detracto* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. quasi hæc cum sequentibus conjungenda, et interpunctio mutanda foret, aut legendum esset *paludamento quoque detracto*, scilicet cuique consuli suo paludamento. Sed recte in vulgatum conspirant reliqui omnes codd. Paullo ante *Tum* deest in Lov. 2. et *a consulibus* habent Port. et Hav.

Tantam inter eos, qui paullo ante] Lege *inter ipsos, qui*. Gelen. Eamdem lectionem confirmant codd. mei.

Qui paullo ante eos exsecrantes dedendos lacerandosque censuerant] Pall. 1. et 3. *qui paullo ante eos exsecrandos lacerandosque cens.* Pal. 2. *paullo ante qui eos exsecrando ded. lac. censuerant*. Pro *censuerant* expressit Andreas con-

Digitized by Google

suerant. Gebh. *Paullo ante qui eos* etiam Port. et Hav. Tum *exsecrandos lacerandosque* Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *exsecrandosque* Voss. 2. *exsecrando dedendos lacerandosque* Lov. 2. et Hav. *exsecrandos, dedendos, lacerandosque* Port. Denique *consueverant* fragm. Hav. *consuerant* ed. Rom. 1472. *conservarant* Parm. Sed omnes has varietates ingenio potius librariorum aberranti, quam ullam earum Livio adscribendam puto.

Miserationem fecit] Quis aut quæ res miserationem fecit? Non utique alia, quam denudatio consulum. Scribe et concipe uno spiritu: *Tum a consulibus abire lictores jussi paludamentaque detracta tantam inter ipsos, qui paullo ante eos exsecrantes dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecerunt, ut suæ.* J. F. Gron. Ita facile librarios errare, et ex *fecerunt* facere potuisse *fecit*, patebit, si credamus, olim per compendium scriptum fuisse *fec'ūt*. Vide tamen an potius vocula exciderit, et legendum sit *tantam I D inter ipsos.*

§ 14 *Ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos*] *Ab illa tanta deform. tantæ maj.* Port. et Hav. Tum *velut a nefando spectaculo* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cum edd. Frobeniana 1535. prioribus. *Velut nefando spect.* Voss. 2. et Lov. 3. Denique *averterent* Hav. et Harl. idque etiam probare voluisse videtur librarius Port. qui tamen per errorem dedit *averterunt*. Ita Livium loqui solere, vidimus ad II. 22. § 7. Hic tamen non tantum numero plures, sed et integriores codd. uno ore receptam lectionem tuentur.

Cap. VI. § 1 *Prope seminudi sub jugum missi*] Vox *prope* a m. pr. aberat a Voss. 1. Reliqui omnes eam agnoscunt. 'Nudi' sub jugum missi memorantur X. 36. III. 28. γυμνοὶ apud Zonar. Annal. VII. 17. 'discincti' apud Festum in voce 'Jugum.' Hoc loco *seminudi*, vel *prope seminudi*, quam veriorem lectionem esse puto. Inter conditiones enim, quas Pontius Romanis obfert, erat etiam c. 4. 'Inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum.' Inferius autem c. 15. Papirius, qui testatur, se inlatam ignominiam ulcisci, non novam inferre; has leges victis Samnitibus ferebat: 'Arma, sarcinas, jumenta, multitudinem omnem inbellem intra mœnia relinquerent: militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum.' Si igitur *cum singulis vestimentis*, non tam *seminudi*, ut unus, quam *prope seminudi*, ut reliqui omnes Mss. constanter exhibent.

Tum ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus] Pal. 2. *gradu primus erat.* Gebh. Ita et apud me Port. Solent passim voces *proximus*, sive *proximus*, et *primus* in Mss. commutari. Vide ad V. 47. § 5. Ceterum omnia hæc verba exsulabant ab Hav. *Tunc ut quisque* legit fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15.

§ 2 *Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque*] Campan. *exprob. illudentesque.* Gebh. *Circumstabant armis hostes* Flor. quod Salvinio non displicebat. *Circumstabant armati*, voce sequenti omissa, editi ante Aldum. Sed τὸ *hostes*, quod primus is addidit, servant omnes scripti. Campani autem *illudentes* in nullo libro, vel scripto, vel edito, inveni. Vulgatum verius est, ex cujus interpretatione alterum natum videtur. 'Eludere' enim sæpe pro inludere poni solet. Supra hoc lib. c. 2. 'Sua ipsi opera laboremque irritum cum miserabili confessione eludentes:' ubi unus etiam *illudentes*. II. 45. 'Adeo superbe insolenterque hostis eludebat:' ubi plura vide. *Ducentesque* multo pejus erat in Gaertn.

Gladii etiam plerisque intentati, et vulnerati quidam necatique] Pal. 3. *notatique*, Gebh. *Gladiis etiam pleris-*

Digitized by Google

que int. Harl. *gladiis etiam plerique int.* Hav. *gladii etiam plerique intent.* Lov. 4. et Port. *gladii etiam plerisque intenti* fragm. Hav. a m. pr. 'Intentatus' et 'intentus' alibi etiam commutantur. Exemplum habuimus VI. 39. § 7. Hujusmodi autem errorum alia plura specimina vide ad X. 37. § 2. De locutione 'intentare gladios' dicam ad XXXVIII. 6. § 4. Sequens vocula *et* deficit in Lov. 3. et edd. antiquis. Frobenius demum a. 1535. addidit, quam servant ceteri Mss. Tum *vulnerati quidem quidam*, media voce addita, Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. Duplicem lectionem *quidem* et, quod verius est, *quidam* in scriptis invenisse videntur librarii, et hoc modo conjunxisse. Vide ad III. 44. § 4. Hinc *vocatique* Gaertn.

Si vultus eorum indignitate rerum acrior victorem obfendisset] Pal. 2. *indignitate rei.* Gebh. Ita et Harl. Port. et Hav. Utrumque Livio in usu est. Supra III. 38. 'Indignitate rerum cesserant in agros:' ubi alia vide. Infra hoc lib. c. 9. 'Non indignitas rerum sponsionis vinculum levat.' Nihil itaque mutandum puto. Præterea *vultus eorum* perperam Voss. 2.

§ 3 *Quum ex saltu evasissent*] Pal. 2. *e saltu.* Gebh. Ita etiam Flor. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod eorum fide fretus in contextum recepi.

Etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem adspicere visi sunt] *Et velut ab inferis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et Port. *et ut velut ab inferis* Hav. *acsi velut ab inferis* vett. edd. cujus loco *etsi velut* primum obcurrit in Mediol. 1505. hinc in Ald. et tum in plerisque reliquis. Præterea *tum lucem adspicere* Flor. Non placet. Vide ad V. 13. § 6. et Epit. Liv. lib. VII.

Tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit] Pal. 2. *tam deforme.* Gebh. Similiter etiam Port. et Hav. Præterea *tum ipsa lux* Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *int. agmen cum morte* Port. Deinde *tristicior* Gaertn. Vide ad IV. 52. § 5.

§ 4 *Quod pudor præpediebat*] *Quod pudor præsidebat* Harl. *quod pudor impediebat* Lov. 2. Male. Vide ad XXVIII. 1. § 6.

Omnium egena corpora humi prostravisse] Vet. lib. *egeni.* Sigon. Pall. tres *omnium egeni.* Gebh. *Omnium egena*, id est, nulla iis cura adhibita, omnibus, quibus corpora curantur, et veteres diligentius, quam nos, curare solebant, destituta et fraudata, voluntaria quadam dedignatione propriorum membrorum, quæ affligere in rebus tristibus sollemne antiquis. Sic videtur eruditior hæc lectio nobis et in Thuan. Vossianoque inventa, quam *egeni*, quod in Sigoniano est tribusque Pall. Virgilius Æneid. I. 590. 'exhaustos jam casibus, omnium egenos.' Tacit. Histor. V. 3. de Judæis: 'Jamque haud procul exitio totis campis procubuerant.' Sed hi tantum necessitate et fortuna, illi quodammodo consilio et dolore; cum et puderet, et dedignarentur quærere aut sumere quæ usui essent. *J. F. Gron. Egena* in olim editis esse, ex vetustis lexicis intelligo, quæ addunt ex Silii VI. 304. 'decorisque et frontis egenum Corpus:' et ex Virgilii Æneid. VIII. 367. 'rebusque veni non asper egenis:' quod et alibi in eodem est. *Duker.* Utra lectio præferenda sit, codd. in diversa abeunt. *Omnium egena corpora* est in Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. Hav. et forte etiam Klockian. ac Flor. ex quo utroque nihil notatum video. Reliqui mei et Hearnii Oxonienses *egeni.* Sæpius vidimus, passim librarios indoctos id egisse, ut adjectivum substantivo proxime præcedenti vel sequenti conveniret. Vide ad VI. 3. § 8. Id nisi etiam hoc loco evenisse vererer, eaque causa *egena corpora* datam

Digitized by Google

esse; Gronovio consentiens lectionem illam, a Sigonio demum mutatam, contextui reddidissem. Nunc ἐνέχω, et rem arbitrio eruditi lectoris committo. Ceterum quamvis excerpta habeam codd. Vossianorum cum ed. *egesi* præferente conlatorum, ex neutro tamen aliquid notatur.

§ 5 *Quod ubi est Capuam nunciatum, evicit miseratio justa*] *Capua nunciatum* in Oxoniensi L. 2. esse, Hearne notavit. Sed finalis litera *m* a vocis seq. initiali *n* intercepta est; vel potius librarius notam, qua litera *m* vulgo indicatur, perperam omisit. Vox *justa* non adparet in contextu Lov. 4. *evincit* etiam legit Flor.

§ 6 *Confestim insignia sua consulibus*] *Et confestim insignia* unus meorum Leid. 2.

§ 7 *Cunctus senatus populusque obviam egressus, &c. fungitur officiis*] Pall. duo, 1. ac 3. *obviam egressi*: et mox iidem *publicis funguntur officiis*. Gebh. Mss. ex melioribus *egressi funguntur*, ut dictum ad VII. 19. *J. F. Gron. Egressi funguntur* apud me soli tantum Voss. 2. et Lov. 3. et apud Hearnium non nisi unus L. 1. *egressi fungitur* Leid. 1. Lov. 2. et 4. a m. pr. Harl. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 2. et C. *egressus fungitur* Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. a m. sec. Port. Klockian. Hav. et Hearnii Oxonienses B. et N. Præterea *venientibus Capuam cunctis* Lov. 3. Vox *Capuam* deficit in Voss. 2. Hinc *senatus populus*, omissa vocula *que*, Hav.

Justis omnibus hospitalibus privatisque et publicis fungitur officiis] *Justis omnibus* deest in Ms. Lego *obviam egressus omnibus hosp., privatisque juxta et publ. fung. off.* Klock. Codd. mei nihil mutant, nisi quod *justis omnibus hospitalitatibus* sit in Hav. *jussis omnibus hospitalibus* in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Hav. Librario prioris codicis displicuisse videntur tot adjectiva *justis omnibus hospitalibus privatis publicis* uni nomini *officiis* juncta. Sed hæc vel in duo dispescenda sunt *justis omnibus hospitalibus;* et deinde *privatisque et publicis officiis;* ut posterius sit ulterior explicatio prioris, eo nempe indicari officia privata et publica. Eo ducit distinctio minor, qua in ed. Gronovii, Hearnii aliorumque *publicisque et privatis officiis* a prioribus dirimuntur. Et tum 'justa omnia hospitalia' eodem modo dictum erit, quo 'justa militaria,' 'justa funebria,' ac similia, de quibus agit Gronov. Observ. IV. 6. Vel *privatisque et publicis*, minori distinctione non tantum a præcedentibus, sed etiam a sequentibus, dividenda sunt, ut fit in quibusdam edd. ut ita indicetur, per 'justa omnia hospitalia officia' intelligi partim publica, partim privata officia. Hoc si placet, *publicisque et privatis* ita dictum erit, ut multa alia, de quibus ago ad X. 30. § 2. Posteriorum autem codd. scribas sollemni lapsu *fusca* et *justa* confuderunt. De eo vide viros doctos ad Seren. Sammon. vs. 1015. et quæ olim notavi ad Silii XIII. 379. Certe ex his patet, audaci Kleckii emendatione ac verborum trajectione opus non esse. Quod autem ad codicem, quo usus est, adtinet, adparet, ejus quoque scribæ tot adjectiva cumulata displicuisse, ideoque duo priora eorum omisisse.

§ 8 *Adloquia non modo sermonem eliciere, sed ne, ut oculos quidem attollerent*] *Colloquia* Voss. 2. *eloquia* Lov. 2. et Gaertn. Male. Voce *adloquium* etiam supra apud Livium obcurrit I. 34. 'Et ipse fortunam benigno adloquio, comitate invitandi, beneficiisque, quos poterat, sibi conciliando, adjuvabat.' Verum hoc loco speciali magis significatione *adloquium* pro 'consolatione' ponitur, ut ex sequentibus colligitur. De ea significatione vide viros doctos ad Valer. Max. II. 7. ex. 6. et quos ibi laudarunt. Præ-

Digitized by Google

terea *ne* deest in Lov. 2. sequens *ut* in Lov. 3.

Consolantes amicos contra intuerentur] *Amicos circa intuer.* Leid. 2. Alibi ita variasse librarios videbimus ad XXXVII. 15. § 7. *Amicos intuerentur* media voce omissa Lov. 2. Male. Supra I. 16. 'Petens precibus, ut contra intueri fas esset:' ubi quædam vide, et ad III. 60. § 9. Eodem sensu Silius dixit VI. 368. 'fert lumina contra Pacatus frontem.' At *alios contra intuerentur*, id est *animos*, Gaertn. Exemplum, librarios variasse hæc vocabula, habuimus VIII. 19. § 11.

§ 9 *Adeo super mærorem pudor quoque effugere conloquia et cœtus hominum cogebant*] *Pudor quidam* habent Mss. volumina. *Gelen.* Vet. lib. *cogebat.* Sigon. Pall. 1. ac 3. *super morem pudor quidam fugere colloquia.* Andreas *pudor quoque effugere.* Campanus, cui consonat Pal. 2. *adeo eos super mærorem pudor quidam fugere.* Gebh. Scripti omnes *fugere colloquia.* Nam illud eventus, hoc voluntatis, de qua voluit exponere. *J. F. Gron.* Pro *adeo*, est *at eos* in Lov. 4. *ad eos* in Leid. 1. *adeo eos* Harl. et Hearnii Oxoniensis L. 2. Verum illud *eos*, quod commode abesse poterat, et abest etiam ab optimis codd. vel ex eo natum est, quod duplicem lectionem *adeo* et *ad eos*, ut in aliis exstat, simul exprimere librarii voluerint, vel repetitum est ex ultimis literis vocis præced. et prima seq. Vide ad V. 50. § 5. Deinde *super morem* Voss. 2. et Lov. 3. Patet, per compendium *m'orem* olim scriptum fuisse; librarios vero, ut sæpissime alibi, notam compendiariæ scripturæ neglexisse. Hinc *pudor quidem* Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxoniensis B. *pudor quidam* Flor. Voss. 1. Lov. 3. Hav. Port. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. et Hav. quod recte Gelenius restituit. Solent autem sæpe *quidem* et *quidam* commutari. Vide ad XXXIX. 17. § 5. Insuper *cet'i hominum*, pro *cœtus*, Hav. quod ex compendio *cet*^{9}, pro *cœtus*, profluxisse videtur: *cœtus omnium* Flor. a m. pr. Vide ad III. 54. § 6. Tandem *cogebant* primum adparuit in Froben. a. 1535. et ita præferunt Flor. ac Leid. 1. Videri posset, 'super mœrorem pudor cogebant' eodem modo dictum esse, quo 'dux cum principibus capiuntur;' de quo vide ad XXI. 60. § 7. Præfero tamen vulgatum.

§ 10 *Ut proficiscentes ad finem Campanum prosequerentur*] Vet. lib. *ad finem usque Campani agri.* Dixit tamen alibi XXXIV. 56. 'finem Pisanum.' *Sigon.* Pal. 2. *ad finem usque Campani agri proseq.* Gebh. Ita et Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. quod perperam Sigonius in contextum recepit, quamvis ipse vulgatum apud Livium obcurrere observasset. Recte itaque sequentium nemo ei obediens fuit. Non modo enim optimi codd. alterum tuentur, verum etiam sæpissime Livius ita locutus est. II. 49. 'Sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per utrumque finem, fecere.' IV. 58. 'Per legatos feciales-que res repeti cœptæ: quibus venientibus ad finem legatio Veientium obvia fuit.' XXXIX. 27. 'Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo veterem viam regiam.' Ita Colum. IX. 10. 'Fugæ destitutus præsidio finem regni non audet excedere.' Eo sensu defendi posset apud Sallust. in Jug. c. 19. 'Philenon aræ, quem Ægyptum versus finem habuere Karthaginienses:' modo certiores codd. eam lectionem præferrent. Plura vide apud Gronov. ad Livii XXXV. 27. § 9. et ad XXXVIII. 15. § 10. *Ad finem Capuanum* habet Lov. 1. Male. Vide ad VII. 31. § 21. Tὸ *ut* deerat in Lov. 3. Paullo ante *Postera die*, pro *Postero*, est in Lov. 4. Sed neque hoc probandum. Vide ad I. 12. § 1.

§ 11 *Percunctantibus majoribus natu*]

Digitized by Google

Pall. duo *procunctantibus*. Gebh. Ea Pall. codd. lectio errori scribarum tribuenda est. Vide hoc lib. c. 10. § 7. *Percunctantibusque majoribus natu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *majoribus percunctantibus natu* Gaertn. *percunctantibus* deest in Lov. 4.

Multo sibi mastiores et abjectiores animi visos] Vet. lib. *mæstioris et abjectioris animi*. Sigon. Pall. duo *mastiores et objectioris animi*. Campan. *mæstiores et abjectioris animi*. Andr. *mæstiores et abjectiores animi*. Vulgatam lectionem *mæstioris et abjectioris animi* sustinet Pal. 2. *Gebh.* Corruptum vidit Sigonius: sed nimis mutat, *mæstioris et abjectioris animi*. Fuerat enim, ut est in plerisque nostris, *mæstiores et abjectioris animi visos*. Prima forma *mæstum et abjecti animi hominem* diceret: sit igitur secunda collatione *mastiorem et abjectioris animi*. J. F. Gron. Libri admodum variant. Sigonio consentiunt Harl. Port. a m. pr. (in quo *animos* emendatum est a m. sec.) fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. Gronovio favent Voss. duo, Lov. 2. 3. et Hav. nisi quod ultimus hic legat *objectioris*. Sed lectionem, quæ ante Sigonium obtinuit, tuentur Flor. Leid. duo, Lov. 1. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Si integerrimorum codd. fide et auctoritate standum erit, præferenda est ultima hæc lectio: sed si Livii, orationem omni modo variare captantis, morem sequi velimus, recipienda erit scriptura Gronovii. Vide ad Livii XXXVIII. 39. § 10. illa vero Sigonii reliquis inferior æstimari debet. Eligat lector, quidquid placeat. Ego ab eo, quod Gronovius recepit, non recedo. Præterea *multos sibi* Harl. et Hav. Sed voci *multo* adcreverat litera initialis vocis seq. quod ex codd. Leid. 2. et Lov. 1. *multos ibi* legentibus colligi potest. Alia ejus erroris exempla vide ad XXVIII. 25. § 2. De *multo* comparativis addito vide ad I. 48. § 3. Adde Burm. ad Ovid. Ep. Heroid. XIII. 83.

§ 12 *Tacere indolem illam Romanam, ablatosque cum armis animos*] Vix mihi dubium est, quin scripserit Livius *jacere*. Gruter. Usurpant interdum illo sensu, quo 'ignorari,' 'non apparere,' 'non nosci.' Seneca ad Marciam c. 1. 'At illorum carnificum cito scelera quoque, quibus solis memoriam meruerunt, tacebunt:' ita Mss. ubi Erasmus *jacebunt*, Rincianus et Muretus *tacebuntur*. Cicero de Offic. II. 1. 'Quum autem respublica nulla esset omnino, illæ scilicet literæ conticuerunt forenses et senatoriæ:' id est, celebratæ et frequentatæ non sunt. Noster hoc lib. c. 19. 'Absit invidia vero, et civilia bella sileant.' Sic 'mutum' et 'surdum' nomen dicunt poëtæ pro ignobili et obscuro. Sic potest defendi omnium librorum lectio: cæterum non incommode Gruterus *jacere*; ut 'erectam indolem' alioqui dicimus, et 'alta indoles' Hasdrubalis apud Nostrum XXI. 2. X. 35. 'Se quidem omnia expertos, sed militum jacere animos.' Quintilianus Instit. VI. 4. 'Nam est res animi jacentis, et mollis supra modum frontis, fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quæ est imbecillitas.' Placet tamen *tacere*, propter vicinitatem *τοῦ abjectioris*. J. F. Gron. Codd. nihil mutant, nisi quod unus Leid. 1. unica litera omissa, obferat *acere indolem*, pro quo cum Grutero et, qui conjecturam ejus laudat, Nic. Heinsio ad Vellei. Paterc. II. 112. § 3. malo *jacere*, quam, ut vulgo editur, et reliqui codd. servant, *tacere*. Juvenes enim nobiles Campani majoribus natu non tantum referebant, indolem Romanam *tacere*, id est, 'non nosci,' 'ignorari,' 'non apparere;' sed eam *jacere*, id est, 'plane victam ac prostratam esse.' Cic. in Pison. c. 36. 'Diffidens ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luc-

Digitized by Google

tuque jacuisti.' ad Att. x. 9. 'Jacet in mœrore meus frater.' Orat. de Arusp. Resp. c. 24. 'Videtis igitur hominem per se ipsum jam pridem adflictum ac jacentem perniciosis optimatium discordiis excitari.' De Amic. c. 16. 'Sæpe enim in quibusdam aut animus abjectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius eniti et efficere, ut amici jacentem animum excitet.' Quem locum paullo plenius laudavi, ut adpareat, eamsam non habuisse Gronov. præferendi *tacere* ob vicinitatem τοῦ *abjectioris*; quum Cic. ibi etiam *jacentem animum* τῷ *animus abjectior* subjiciat: præterquam quod non videam, quemadmodum *abjectior* et *jacere* vel proplus juncta displicere possint. Solent autem verba *jacere* et *tacere* sæpissime commutari. Vide Nic. Heinsium ad Nason. Met. xv. 189. Broekh. ad Prop. El. II. 21. 36. Bentl. ad Horat. Od. I. 37. 25. Davis. ad Cic. Tuscul. I. 3. Burmann. ad Valer. Flacc. lib. III. vs. 732. et Markl. ad Statii Silv. I. 3. 40. Et ita variant codd. etiam XXXVII. 47. § 7. Ceterum voces *Romanam, ablatosque cum armis animos* non adparent in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Harl. sola tantum vox *Romanam* in Gaertn.

Non hiscere quemquam præ metu potuisse] *Hiscere quicquam* Harl. Tum *pro metu*, exsulante voce *potuisse*, Gaertn.

Sub quod emissi essent] Pall. duo *sub quo demissi essent*. In Pal. 2. vero a m. sec. *sub quod demissi*. Camp. autem *sub quod missi essent*. Gebh. Potius *sub quo*. Lib. III. c. 28. 'Sub quo jugo dictator Æquos emisit.' *J. F. Gron. Sub quod emissi* Flor. Lov. 1. Port. Hav. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *sub quo demissi* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. sec. *sub quo dimissi* Lov. 4. Harl. et Gaertn. *sub quo emissi* Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad III. 29. § 11.

§ 13 *Cepisse enim non Romam*] Pall. tres *cepisse enim eos non Romam*. Gebh. Rott. Flor. Voss. uterque, et editi *cepisse enim eos non Romam*. J. F. Gron. Pronomen *eos* exstat etiam non tantum in Hearnii Oxoniensibus, sed præterea in omnibus meis, nisi quod ejus loco *nos* perperam sit in Hav. Mutato autem ordine *cepisse eos enim non Romam* legit Gaertn. Pronomen primum omissum vidi in Paris. 5573. Paullo ante *Samnites habere victoriam*, aliter digestis vocabulis, Lov. 2. Voces *sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam* deficiunt in Gaertn. quem errorem ut librarius committeret, causa fuit repetitio vocum *Romam* et *Romanam*. Vide ad IX. 11. § 11. Ceterum *Romanas virtutem et ferociam* habet Hav.

CAP. VII. § 1 *In concilio sociorum fidelium*] Ita primus edidit Modius, et plerique servant codd. Antea typis descripti legerunt *in consilio*, quæ scriptura etiam superfuit in Lov. 2. et Gaertn. Quum autem Gronov. XLIV. 2. § 5. docuerit, senatum esse publicum *consilium*, non *concilium*, atque ex præcedentibus et sequentibus pateat, respici ad id, quod fecerint senatores Campani, quum retuliscent in curiam vocati juvenes nobiles, quæ viderant; eo inclinat animus, ut in *consilio* veriorem lectionem esse credam. Optimis tamen libris invitis in contextum admittere ausus non fui. Deinde *fidelium sociorum* Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante τὸ *hæc* deficit in Leid. 2. *audirentur* in Flor. a m. pr. Insuper *nomen Romanum* habet Gaertn.

§ 2 *Dicitur Offilius Acalucius Ovi filius*] Sunt, qui contendant, aut *Offi*, pro *Ovi*, legendum esse, aut *Ovilius*, et non *Offilius*. Id ego lectoris judicio relinquo. Cæterum *Calavius*, non *Acaluvius*, legendum. *Glar.* Vet. lib. *Ovi*. Sigon. Pall. 1. ac 3. *Cal-*

Digitized by Google

nius Ovi. Pal. 2. *Calavius Ovi.* Andreas edidit *Offilius Acalavius Ovi.* Camp. *Orphitius Calvius Ovi filius.* Gebh. Prius nomen scribitur *Offilius* in Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Ofilius* in Flor. pro quo literis transpositis *Filolius* est in Klockian. *Ovilius* in Leid. 2. et Hav. Sed editi *Offilius* vel *Offilius* usque ad Gruter. cujus postrema *Indovis Ofilius* substituit, ut habent plerique scripti. Secundum est *Accilavius* in Klockian. *Aalavius* in Voss. 1. pro quo in margine legitur *Calvius.* Et hoc postremum servant Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. *Alavius* Harl. et Oxon. L. 2. apud Hearnium; qui *Alavius* in C. *Calinus* in L. 2. scribi, at in N. deesse notat. *Calanius* habent Port. et Hav. Deinde *Ofilius filius* Leid. 1. *cui filius* Gaertn. *Ovi filius* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 2. 3. Port. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. qui duas has voces in L. 1. deesse auctor est. At *Calavius Ovi filius* omittit Flor. pro quibus *Calaunuseni filius* legit Lov. 4. Quamvis ratio nominum apud alios, quam Romanos, Italiæ populos obscurior sit, et prænominum vicem apud eos sæpe obtinuisse inveniantur, quæ alibi nomina gentium sunt; verisimile tamen est, patrem 'Ovium Calavium,' filium 'Ofilium Calavium,' dictos esse, adeoque vulgatam lectionem servandam esse. Certe 'Ovius' Campanorum nonnumquam prænomen, 'Calavius' nomen gentile esse, inde probabile redditur, quod 'Calavios Ovium Noviumque' Campanos Livius memoret hoc lib. c. 26. 'Pacuvium Calavium,' summum Capuæ magistratum, quo anno, tempore belli Punici secundi, res male gesta ad Trasimenum est, XXIII. 2. 'Campanos Calavios' XXVI. 27. 'Ovius' etiam Samnitium prænomen fuisse, indicat eorum sacerdos 'Ovius Pactius,' cujus mentio fit X. 38. Si autem 'Ovius' in patre Calavio prænominis loco fuit, consequens est 'Ofilius' in filio eodem loco habendum esse.

Clarus genere factisque, tum etiam ætate verendus] *Genere clarus factisque* Harl. *claro genere factisque* Lov. 2. *clarus genere, clarus factis, etiam ætate* Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *ætate gerendus* Voss. 2. et Lov. 3. Mox alio ordine *rem se habere* Lov. 2.

§ 3 *Ingentem molem irarum ex alto animi cientis indicia esse*] Habent Mss. volumina *ex alto animo*, etsi parum interest. *Gelen.* Pall. tres *molem minarum.* Andreas autem edidit *ex alto animi cientis.* Gebh. Tres Pall. et margo Voss. 1. *minarum.* Sed quid *alto animo?* quid autem *cientis?* an cujusvis hominis? Sic videtur cogitasse Gelenius: cujus tamen hic acumen desidero. Verum omnino est, quod habent superiores edd. *animi:* nec nisi a positu verborum ulla obscuritas. Vult enim Calavius, illum habitum, quem male interpretantur Campani juvenes, in Romanis indicium esse animi cientis ac velut spirantis ex alto ac quasi profundo sui (alte namque in pectora descenderat illata contumelia) ingentem molem sive irarum sive minarum. Seneca de Ira III. 4. 'Anhelitus crebros, tractosque altius gemitus.' *J. F. Gron.* Ovidius Am. El. II. 4. 16. 'Velle, sed ex alto dissimulare puto.' Seneca de Ira I. 16. 'Si intelligit, non ex alto venire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhærere.' *Duk. Minarum* Leid. 1. et Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac C. utraque lectione juncta *molem minarum irarum* Leid. 2. et Lov. 1. Sed neutra vox, neque *irarum*, neque *minarum*, est in Voss. 2. Eadem in scriptura varietas etiam obcurrit III. 14. § 3. Hic autem tanto facilius *irarum* in *minarum* abire potuit, quod prima litera m repetita sit ex fine vocis præced. Et hanc fuisse originem lectionis illius *minarum* ex Leid. 1. deprehendi potest, qui *ingentem mole minarum* præfert. Servo itaque *irarum*, quod est in Flor.

Digitized by Google

Gaertn. et Klockian. Vide ad XXIX. 22. § 8. Præterea *ex alto animo* Flor. Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod eodem modo dictum est, quemadmodum 'alta mens' apud Virgil. Æn. I. 96. 'manet alta mente repostum.' Similiter 'altum cor' in multis codd. invenit Pierius apud Virgil. Æn. I. 209. 'Spem vultu simulat, premit alto corde dolorem:' licet tamen ibi 'altum dolorem,' ut vulgo editur, præstare existimem. 'Altum pectus' apud Ovid. Met. I. 656. 'alto tantum suspiria prodis Pectore.' 'Imum pectus' Virgil. et Martial. eodem modo dixisse, ex illis quæ ad eum locum Burmann. notavit, constat. Neque intelligo, cur lectio codicum testimonio firmata rejici, et Gelenius eam recipiens calpari debuerit. *Animi* in uno tantum est Voss. 1. Quod si nihilominus præferendum sit, potius jungam *ex alto animi*, quam *animi cientis*. Præterea *iudicia esse* Hav. sollemni lapsu scribarum. Vide ad VII. 39. § 5. Paullo ante *fixosque in terram oculos, surdas*, sine *et*, Harl.

§ 4 *Aut se Romana ignorare ingenia*] Ita demum Frobenius 1535. et forte ex mente Gelenii, cujus emendationes ea editione expressit, vulgari curavit; sed ita aut in nullo, aut certe quam paucissimis Mss. mihi obvium fuit. *Aut Romana ignorare se ingenia* habent Voss. 1. et Leid. 2. *aut Romana ignorare ingenia* Lov. 1. *aut Romana se ignorare ingenia* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Hav. Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et editi ante Froben. quorum consensui cedendum putavi.

Aliquanto Samnitibus, quam Romanis, tristiorem memoriam fore] *Aliquando* Lov. 4. a m. altera. Vide ad V. 29. § 5. Tum *fore memoriam* Harl. Sed *fore* exulabat a Lov. 2.

§ 5 *Suos quemque coram animos habiturum*] Ita primus D. Hejnsius apud Elzevir. edidit, sine dubio operarum aberratione. Et tamen error hic per reliquas, quas vidi, edd. recentiores constanter propagatus est. Non modo autem edd. priores, sed et codd. scripti, optime legunt *suos quemque eorum animos hab.* quod revocavi. Mox *congressi*, pro *congressuri*, est in fragm. Hav. a m. sec. Deinde *nc ubique*, id est *nunc*, pro *non*, Gaertn. Error profluxit ex similitudine utriusque compendii *nc* et *nō*. Alibi sæpe ita peccatum est in Mss. Vide ad III. 61. § 8. v. 9. § 5. c. 54. § 5. VI. 12. § 4. VII. 40. § 8. IX. 35. § 4. X. 19. § 11. *Non ubicumque* Leid. 2. Eodem errore, quo etiam 'quandoque' et 'quandocumque' commutari vidimus ad I. 31. § 4.

§ 6 *Jam et Romæ sua infamis clades erat*] Ita primus edidit Froben. 1531. Quidquid vidi vett. edd. *Jam Romæ et sua* exhibet. Et ita est in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Klockian. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Jam Romæ etiam sua* Flor. quod secutus sum: *et* enim, ut ceteri habent, atque *etiam* sæpe commutantur. Vide ad XXII. 47. § 9.

Obsessos primum audierunt] Pal. 2. *obsessum primo exercitum audierant*. Gebh. Eadem lectio est etiam in Port. et Hav.

Tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi, nuncius fuit] Vox *magis* deficit in vett. edd. quam primus Frobenius 1535. reliquis addidit. Et recte. Superest enim in omnibus scriptis, et solet sæpe vocula *magis* comparativis per pleonasmum addi. Colum. II. 1. 'Plura campo magis quam colle, plura pingui solo quam macro lætantur.' Justin. III. 2. 'Non inventione earum magis, quam exemplo, clarior:' ubi videndi sunt Berneccer. et Vorst. Adde Scalig. aliosque ad Virgil. Culic. vs. 78. Scipion. Gentil. Parerg. I. 37. viros doctos ad Valer. Max. III. 7. ex. 1. Klockium ad Livii IV. 19. § 1. et Gebhard. ad v. 16. § 2. et ad XXI.

Digitized by Google

59. § 7.

§ 7 *Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat*] *Ob famam obsidionis* Port. sollemni scribarum errore. Vide ad XXXVII. 27. § 5. Deinde *dilectus* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Sequentia ita interpungit ac legit Klockian. *Cœptus erat dimissus; deinde auxilia, tum apparatus.* Pro *deinde* est *inde* in Hav.

Extemploque sine ulla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est] Vet. lib. *sine ulla publica auct. consensuve in omnem formam luctus populus versus est.* Ego tamen nihil muto. *Sigon.* Sigonius sit, habere vet. codd. *sine ulla publica auct. consensuve in omnem formam luctus populus versus est.* Quæ scriptura diversius longe abit ab aliis libris antiquis, quam ut recipienda videatur. Nostræ Fuldenses membranæ referunt simpliciter, *sine ulla publica auct. consensum in omnem formam luctus est.* Modius. Sigonii cod. ut et Pal. 2. *extemplo sine ulla publica auct. consensuve in omnem formam luctus populus versus est.* Quæ sunt interpretamenta alicujus scioli. Campanus quoque temeritatis se obstrinxit, dum venustum dicendi genus interpolavit, edens *consensum in omnem formam luctus est.* Gebhard. Thuan. duo Pall. Voss. 1. Helm. et Campanus *consensum.* Adde ad l. IV. c. 35. Sed ustione ac sectione dignus ob incredibilem audaciam Sigoniani codicis corrector, qui exhibuit, *auctoritate consensuve in omnem formam luctus populus versus est.* Cogites licet, quid adeat periculi, qui ex hujusmodi libris emendare tentat editos. *J. F. Gron.* Si in melioribus libris non esset *consensum*, facile ex ipso Livio defendi posset *concessum.* II. 32. 'Agi deinde de concordia cœptum, concessumque in conditiones.' XXXII. 24. 'In Attali sententiam concessit.' c. 36. 'In hanc sententiam et ceteri sociorum principes concesserunt.' Justinus XXIV. 2. 'In matrimonium fratris concedit.' *Duk.* Vet. lib. Sigonii consentiunt Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. qui in codice N. pejus adhuc *auctoritate consensuve in omnem formam luctus populus Romanus factus est* invenit. Sed lectionem, quam Modius ex membranis Fuld. protulit, ac plurium testimonio Gronov. firmavit, tuentur etiam Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Neque inde in diversa abeunt Voss. 2. et Lov. 3. quam quod *consulum*, pro *consensum*, præferant; aut Port. et fragm. Hav. nisi quod *consensuve* exhibeant. Unus tantum Flor. si excerptis meis fides habenda sit, servat *concessum.* Sed solent 'concessus' et 'consensus' in Mss. commutari. Vide ad III. 26. § 6. l. IV. c. 6. § 3. c. 47. § 4. VI. 42. § 11. IX. 46. §. 9. et viros doctos ad Suet. Aug. c. 57. Similiter 'dissensisse' et 'discessisse.' Vide ad XXII. 3. § 14. Præterea *extemplo*, omissa particula copulante *que*, Lov. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

§ 8 *Lati clavi, annuli aurei positi*] Plinius XXXIII. 1. Romæ longo tempore inter privatos nullos fuisse annulos scribit aureos; publice quidem legatis datos: triumphantes autem ferreis usos, atque ita triumphatum a C. Mario, nec ab eo sumptum aureum annulum ante tertium consulatum. *Glareanus.* Hunc Plinii locum Glareanus laudasse videtur, ut fidem Livii, usum aureorum annulorum hoc tempore notum fuisse innuentis, convellat. Verum, circa hæc tempora senatores annulos aureos gestasse, ex ædilitate C. Flavii, qui hunc honorem sedecim admodum annis postea adeptus est, constat. Refert enim Livius hoc lib. cap. ult. tantum Flavii comitia indignitatis habuisse, 'ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent.' Se quoque idem in annalibus antiquissimis reperisse, refert etiam Plinius Hist. Nat. XXXIII. 1. 'Additum

Digitized by Google

Flavio, ut simul et tribunus plebis esset. Quo facto tanta senatus indignatione exarsit, ut annulos ab eo objectos fuisse, in antiquissimis reperiatur annalibus:' annulos autem aureos ibi intelligi, præcedentia docent. Hinc patet, non opus esse ut cum Donjatio statuamus, annulos aureos priscis his temporibus matronarum ornatui servatos esse, a quibus nunc positi sunt. Ceterum *jam clavi* Lov. 4. *laticlavium* Harl. Deinde *aurei annuli* Port. et Hav. Vox *annuli* deficit in Voss. 2. et Lov. 8. Paullo ante *institutumque*, pro *institiumque*, Gaertn. *justitium*, sine particula *que*, Hav. Mox verbis seqq. *maxior exercitu ipsa civitas*, pro *ipso*, fragm. Hav.

§ 9. *Nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci*] Pal. 2. *nec duc. solum auct.* Gebh. Ita et Port. atque Hav. Sed *atque auctoribus sponsoribus pacis* Voss. 2. et Lov. 3.

Milites odisse, et negare urbe tectisve accipiendos] Pal. 2. *urbe tectisve recipiendos.* Gebh. Consentiunt etiam hic Port. et Hav. Male. Vide ad v. 21. § 3. *Urbe tectisque accip.* Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *milites odire* Klockian.

§ 10 *Etiam iratis miserabilis*] *Et iratis* Voss. 2. Vide ad XXII. 47. § 9. *Etiam iratus miserabilis* Leid. 2. et Hav. Vide ad VI. 3. § 8. Tum *columes*, pro *incolumes*, Port. *foro*, pro *sero*, Leid. 1. a m. pr.

§ 11 *Ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus*] *Itaque se in suis quisque tectis* Leid. 2. Vide ad XXI. 53. § 7. *Ita suis se quisque tectis* Lov. 4. Hinc *addiderunt* Leid. 1. Vide ad II. 45. § 7. Deinde *ut postremo atque inseq. diebus* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quæ vocum earum commutatio in Mss. frequens est. Vide III. 55. § 4. ubi quædam notavi. IV. 51. § 8. VII. 39. § 11. VIII. 8. § 8. et X. 25. § 9. *Ut postero die atque inseq. diebus* edd. vett. quod eadem forma dictum esse videri posset, atque illa de quibus agit Jac. Gronov. ad Liv. VI. 1. § 1. Verum Aldus vocem *die* omisit, ejusque exemplo plerique recentiores editores. Neque in ullo apud me codice superest.

§ 12 *Consules in privato abditi*] Pall. 1. et 3. *in privato abducti.* Gebh. Iisdem consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. Sed vocem *abditi* non agnoscit Flor. Mox *pro magistratibus* Hearnii Oxon. L. 1.

Nisi quod expressum senatusconsulto est] *Expressum senatusconsulto est* edd. Rom. 1472. et Parm. Sed vide ad III. 62. § 2. Hinc factum videtur, ut præferant *expressum senatusconsultum est* Voss. duo, Lov. 3. et Gaertn. nisi error ex eo natus sit, quod brevissime scriptum fuerit *expressum S. C. est;* et librarii nesciverint, quo casu vox proferenda foret; ad quem lapidem plurimis locis offenderunt. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. *Expr. populi jussu tum est* Harl. et Hav. *expr. tum est* Leid. 1. Lov. 2. et Port. *expr. tum est senatusconsulto* Hearnii Oxon. B. et L. 2. *expr. factum est* Leid. 2. et Lov. 1. *expr. sanctum tum est* Lov. 4. quomodo aberravit librarius, quod scriptum invenisset *expressum Sen. C^tum est.* Certe *expressum* S̄ĒNC̄ *est* etiamnum exhibet Flor. Præsertim in hac voce ac variis, quibus scribi solet, compendiis reddendis peccasse librarios, videbimus ad XXII. 10. § 1.

§ 13 *Q. Fabium Ambustum dixerunt, et P. Ælium Pætum magistrum equitum*] Hoc tempore duo M. Fabii, Ambustus et Dorso fuere. Duo item Q. Fabii, Ambustus ac Rutilianus, ut priore libro c. 29. et c. 38. admonuimus. Utri autem utrorum filii fuerint, mihi non liquet: certe nemo 'Maximi' adhuc habuit cognomen. Rutilianum video a Livio 'Maximum' vocatum κατὰ τὴν πρόληψιν, ut antea ad VIII. 18. diximus, ut, quæ hic mox de interregibus, probant. *Glar.* Pal. 2. *Ambustum dixerunt. Is*

Digitized by Google

P. Æmilium Pætum magistrum equitum dixit. Pall. duo *dixerunt, P. Emilium Pactum.* Edd. vetustissimæ quoque nominant *P. Emilium Petum.* Gebh. *Dixerunt, P. Æmilium* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. *dixerunt, et P. Æmilium* Flor. Klockian. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. in cujus L. 1. *dixerunt, et A. Æmilium* superest: *dixerunt, et P. Æmilium magistrum equitum dixit* in Harl. *dixerunt. Is P. Æmilium Patum magistrum equitum dixit* in Hav. 'Ælius' et 'Æmilius' etiam alibi commutantur. Vide ad IX. 23. § 13. Præterea *Pactum*, pro *Patum*, est in Voss. 2. et Lov. 3. *Paetum* in Lov. 2. cognomen hoc omittitur in Hearnii Oxon. L. 1. Ceterum Fabiorum stemma, quantum indagari potuit, contexuit Sigonius ad Liv. IV. 58. § 6.

§ 14 *Quibus vitio creatis suffecti M. Æmilius Pappus*] Scribe *M. Æmilius Papus*, auctoribus Capitolinis lapidibus et libris vett. *Sigonius. Papius* Lov. 4. Harl. et Port. a m. sec. *Papirius* Gaertn. Reliqui *Papus* præferunt, quemadmodum recte Sigonius restituit: quem etiam vide ad XXVII. 6. § 16. XXVIII. 38. § 11. et viros doctos ad Suet. Aug. c. 2. Tum *quibus vitio creati subfecti* Gaertn. Ceterum tota periodus *quibus vitio, &c. magister equitum* non est in Hearnii Oxon. L. 1. Mox *tædebat populum ejus anni magistratuum omnium* Port. Neque aliter Hav. nisi quod *trudebat* præferat, pro *tædebat*, et ignoret vocem *omnium*.

§ 15 *Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus*] *Interregesque Fabius Maximus* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXII. 31. § 7. Deinde *L. Valerius Corvus* Harl. et Hearnii Oxonienses L. 2. in cujus C. deficit prænomen, quemadmodum cognomen in Leid. 2. et Lovel. 1. Perperam *Corvinus* vocatur in edd. Sigonio prioribus. Reliqui Mss. hic recte *Corvus* exhibent. Vide ad VII. 26. § 12.

Is consules creavit Q. Publium Philonem et L. Papirium Cursorem] *Publilium* legendum, non *Publium*, ut sæpius, quam oportuit, nunc admonuimus; ac addendum *tertium*. Fuit enim iterum A. U. C. CDXXVII. ut ipse Livius fatetur VIII. 22. Idem Papyrio Cursori hic addit *iterum*, quum an. CDXXVIII. (VIII. 23.) 'Mugillanum' posuerit, de 'Cursore' dubitaverit, quemadmodum et postea dubitat de Papyriorum cognominibus anno CDXXXV. (hoc lib. c. 25.) *Glar.* Quemadmodum alibi, ita hic iterum peccant codd. scripti. Nam *Q. Publium Philonem* est in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. L. 2. *P.* vel *Publium Philonem* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et C. *Publilium Philonem* Leid. 1. Recte vero *Q. Publilium Philonem* Flor. et Klockian. Vide ad VIII. 12. § 4. Eidem vero numerum *tertium* adjungendum esse, existimat etiam Pighius in Annal. ad a. CDXXXII. p. 349. Sed vide quæ notantur ad II. 16. § 7. Præterea particula *et* deficit in Harl. uno. Vide ad II. 17. § 1. Ceterum quemadmodum Livius, qui VIII. 23. ejus anni consulem 'L. Papirium Mugillanum' adpellarat, addens se in aliis annalibus 'Cursorem' invenisse, hic tamen *iterum* consulem dicat, ad eum ipsum locum videndum est. Mox *duces* deficit in Leid. 1.

CAP. VIII. § 1 *Quo creati sunt die, eo, &c.*] Aute solennem ineundi consulatus diem inisse significat, qui per bellum Punicum secundum et reliqua insequentia fuit Idus Mart. His autem X. primis libris res hæc tota inconstantissima est. Nam modo K. Sept. modo K. Sext. modo Idibus Maiis, modo Idibus Decembribus, modo K. Octob. modo K. Quintilis iniisse consules a Dionysio Livio-

Digitized by Google

que traduntur. *Sigon.* Sententiæ hæc Sigonii difficultate non caret. Si enim novi consules ante sollemnem ineundi magistratus diem honorem auspicati sunt, quomodo creati esse potuerunt per interreges? qui tum demum prodi solebant, si nulli ordinarii magistratus essent. Exemplum habemus v. 9. ubi Patres censuere, non exspectandum esse justum tempus comitiorum, sed tribunos militum ante sollemnem ineundis magistratibus diem honore abituros esse: antequam tamen abirent, comitia tribunorum militum habuerunt. Ut itaque, quod Sigonius statuit, obtinere possit, statuendum erit, senatum, consulibus post pacem Caudinam demum reversis, decrevisse, ut, quum dictatorem dixissent, honorem sibi abrogarent, novique consules, quo die renunciati forent, honorem acciperent. Verum huic etiam sententiæ obstare video, si jam tum honore abierunt, non exstitisse magistratus, qui priori dictatori Fabio vitio creato novum M. Æmilium subficerent. Cui difficultati ut satisfiat, dicendum erit, prioris anni consulibus tum demum honorem abrogatum fuisse, quum, M. Æmilio jam suffecto, populum omnium hujus anni magistratuum tædere inciperet. Aliter rem conficere conatur Dodwell. in notis ad Chronol. Græco-Rom. post Dion. Halic. editam p. 102. qui existimat, consules illos infelices magistratum ante idus Septembres, quod tum auspicandis honoribus legitimum tempus erat, non deposuisse. Primum autem interregem obtinuisse ad Septembris veteris diem XVIII. a secundo autem interrege creatos esse novos consules, qui proinde inter diem illius Septembris XVIII. et XXIII. iniernnt. Et quidem verba *Quo creati sunt die, &c.* quibus Sigonius opinionem suam firmabat, ejus sententiæ non obstant; existimat enim consules ordinario magistratum non coepisse nisi alicujus mensis vel Kalendis vel Idibus. Jam autem, quum hujus anni consules inter diem XVIII. et XXIII. Septembris creati sint, noluisse senatum, ut usque ad Kalendas Octobres proximas exspectaret, sed singulari privilegio iis concessisse per senatusconsultum, ut, quo creati essent die, magistratum inirent. Quid huic sententiæ objici possit, non video. Certe ex illis quæ Sigonius ad hunc locum notat, non alio tempore, quam Kalendis vel Idibus, consules honorem auspicatos esse patet: si autem paucis locis alius dies datus inveniatur, id. pariter, atque hoc loco, extraordinarium fuisse dicendum erit. Ceterum *Quo creati sunt, eo die* est in Harl. Deinde *sic enim placuit Patribus* in Gaertn. *sic enim placuerat magistris, inerunt* Leid. 1. *inerunt* etiam habet Lov. 1. a m. pr.

Sollemnibusque senatusconsultis perfectis de pace Caudina retulerunt] Vet. lib. *solennibusque sacris.* Probo tamen magis *senatusconsultis.* Erant enim quædam 'solennia senatusconsulta,' quæ ad religionem et cærimonias pertinebant. Nam, quemadmodum scriptum est apud Gellium XIV. 7. ante de rebus divinis, quam de humanis, referebatur. Itaque Cicero ait ad Quirites post Reditum c. 5. 'P. Lentulus consul, simul atque de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quam de me, agendum existimavit.' *Sigon.* Pall. 1. ac 2. *solemnibusque sacris.* Pal. 3. vero Andremque ed. *solemnibusque sanctis.* Campanus *solemnibusque sacris profectis.* Gebh. *Sollemnibusque factis perfectis* Gaertn. *sollemnibusque sacris perfectis* Hav. *sollemnibusque sanctis perfectis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. Hearnii Oxon. B. et edd. ante Frobenianam 1585. Non dubito ex eo errorem hunc natum esse, quod compendium *SCtis*, quo nomen hoc scribi solet, et hoc loco scriptum exstat in

Digitized by Google

Voss. 1. vel *SCis*, quomodo præferunt Flor. et Leid. 1. non intellexerint librarii. Vide ad XXII. 10. § 1.

§ 2 *Publilius, penes quem fasces erant*] Perperam *Publius* omnes codd. scripti et editi ante Sigonium; idemque de Oxon. B. C. et L. 2. Hearne fatetur. Vide modo ad cap. præc. § 15. Vox *penes* male aberat a Gaertn. Mox *eodem ille vultu* Voss. 2. *eo illo vultu* Lov. 2. Vide ad X. 10. § 6. *Eodem ipso vultu* Lov. 4. Vide quæ quondam notavi ad Silii Ital. VI. 309. Deinde *quod sub jugum missus erat*, pro *quo*, Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. Vide ad Livii XXXVI. 33. § 3.

§ 3 *Haud sum ignarus, inquit, consules*] *Sum non ignarus* Voss. 2. et Lov. 3. *Haud ignarus sum* Hav. Tum vox *inquit* deficit in Hav. at *consules* in Voss. 2. cujus loco *consul* obferunt Lov. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. Totus hic § 3. *Haud sum ignarus, &c. ignominiosæ pacis* deficit in Leid. 1.

Non honoris caussa me primum excitatum] *Non oneris tam me* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Ita hoc lib. c. 31. § 9. Similiter 'honorare' et 'onerare' inter se commutantur XXXVI. 40. § 9. ubi plura vide: etiam cō, sive *caussa*, et tā, sive *tam*. Vide ad VIII. 14. § 1. Hinc *primum* omittitur a m. pr. in fragm. Hav. Tum *excitum* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hæc quoque vocabula sæpius in Mss. confunduntur. Vide ad XXVIII. 24. § 4. Hic nihil mutandum puto. Mox *et jussum dicere*, pro *jussumque*, Gaertn.

Tamquam reum tam infelicis belli, quam ignominiosæ pacis] Quid offendebat castigatorem in hac lectione, *qua inf. belli, qua ign. pacis?* An sic Latini scriptores, aut ipse Livius, numquam loquuntur? *Gelen. Non tam inf. belli, quam* Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. L. 1. B. ac C. *tam inf. belli, quam* Lov. 4. *quam inf. belli, quam* Voss. 2. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Sed recte Gelenius *qua infelicis belli, qua ignominiosæ pacis* substituit. Et ita erat in Flor. Voss. 1. et Leid. 2. Vide ad l. X. c. 38. § 1. Præterea *rerum* Gaertn. Vide ad l. V. c. 47. § 10.

§ 4 *Quando neque de noxa nostra, neque de pœna retulistis*] Pal. 2. *de nostra noxia.* Gebh. *De nostra noxia* Port. et Hav. Vide ad II. 54. § 10. Omnium aliorum codd. *noxa* tuentium consensus eam etiam lectionem verlorem esse docet. *De noxa*, omisso *τῷ nostra*, Leid. 2. Præterea *quia nec de noxa nostra, nec de pœna* Voss. 2. et Lov. 3. Sed illud *quia* ex glossa *τοῦ quando* irrepsit. Nam pro *quia, quoniam* Livio frequens est. Vide ad XL. 9. § 1. *Quoniam neque de noxa* Harl. Vide mox ad § seq.

Apud haud ignaros fortunarum humanarum necessitatumque] *Apud gnaros fort.* Lov. 2. *ignavos* Gaertn. Vide ad XXI. 44. § 8. Deinde *necessitatium* Flor. a m. pr. Vide quæ notavi ad VII. 38. § 5.

Sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam] *De eo die, de quo retul.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *de eo, quod retul.* Harl. Tum *paucis pergam* Leid. 2. Vide ad X. 33. § 5. Quid autem sit 'peragere sententiam,' vide ad XXXIV. 31. § 19.

Quum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi] Deliravit exscriptor Pal. 2. *cum me seu cura pia, seu necess. spons. constrinxi.* Gebh. *Quum me seu cura pia seu necess. spons. obstrinxi* Port. et Hearnii Oxon. N. et B. *quum me seu cura pii Appii seu necess. spons. obstrinxi* magis delirantes præferunt librarii Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *substrinxi* est in Hav. qui idem cum Port. et Harl. paullo ante præferunt *legionibus nostris*, pro *vestris*. Vide ad XXXIV. 2. § 2.

§ 5 *Qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur populus Ro-*

Digitized by Google

manus] *Quæ tamen quando* Voss. 2. et Lov. 3. Utraque lectio ferri potest: et quidem hæc, si intelligatur 'non tenetur ea;' vulgata, si suppleatur 'Qua tamen, quando ea injussu,' &c. Vide ad IV. 3. § 15. Verum plurium codd. vulgatum tuentium consensum præferendum judico. Deinde *quoniam injussu populi* Lov. 2. Harl. et Hearnii Oxon. N. in margine. Alibi ita variant sæpius codd. Vide ad IV. 36. § 4. v. 13. § 5. c. 44. § 2. VII. 33. § 8. c. 36. § 3. XXIV. 22. § 15. XXIX. 1. § 7. et Epit. Liv. lib. LVII. ubi alia exempla vide. *Quia injussu populi* Lov. 4. Quomodo etiam variasse scribas in codd. exaratis, modo vidimus ad § præc. ubi *quando* pro *quia*, quoniam Livium sæpius adhibuisse dictum est; unde patet, utramque hanc lectionem verisimiliter ex glossa marginali contextum invasisse. Nisi forte priorem lectionem inde profluxisse aliquis contendere vellet, quod librarii non recte distinxerint compendia *qn*, id est *quando*, et *qm*, id est *quoniam*. Præterea *non tenetur senatus populusque Romanus* Lov. 2. Harl. et Oxon. L. 2. apud Hearnium, qui in C. se invenisse testatur *non tenetur senatui populus Romanus*, in B. *non tenere populum Romanum*.

Nec quidquam ex ea, præterquam corpora nostra debentur Samnitibus] Pall. 1. et 3. *debentur. Samnitibus dedamur per fecialem*. Et ita distinguit Pall. 2. Campanus edidit *debetur*. Gebh. *Præter corpora nostra, debetur Samnitibus* Lov. 4. Sæpius *præter* et *præterquam* in Mss. commutari, vidimus ad V. 52. § 13. *Debetur* etiam Lov. 2. *debentur. Samnitibus dedamur*, mutata distinctione, similiter Port. Hav. et fragm. Hav.

§ 6 *Ne quid divini aut humani obstet, quo minus justum piumque de integro incatur bellum*] Malim veterem scripturam *ne quid divini humanive obstet*. Gelen. Omnes mei et Oxonienses Hearnii Gelenio *humanive* emendanti favent, nisi quod *humanique* sit in Lov. 2. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu, qui voculas *ve* et *que* passim confuderunt. Etiam in ipsis his verbis *piumve* idem Gaertn. exhibet. Vide ad XXIV. 10. § 2. Tam *quo minus piumque de int.* Lov. 2. *quo minus justum quandoque de int.* Lov. 4. Male: 'justum plumque bellum,' ut XLII. 23. 'Adversus injusta arma pio justoque se tutarentur bello.' Eodem modo 'jus et fas' jungi solent. Vide ad XL. 15. § 5. Paullo ante *religione* aberat primo a fragm. Hav. sed recte mox eadem manus adscripsit. De locutione 'solvere' vel 'exsolvere religione' vide ad Livii VII. 3. § 9.

§ 7 *Exercitum scribere, armare, educere placet*] Pal. 2. *exerc. scribere, armatos educere placet*. Gebh. Ita et Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *exerc. scribere, arma reducere placet* Lov. 2. et 4. ubi primo litera initialis *rov educere* ab ultima præcedentis elisa est. Vide ad II. 44. § 6. *Educere* tamen in hac re proprium est. Vide hoc lib. ad c. 12. § 11. Deinde pessime distinctæ fuerunt literæ, et syllaba *re* voci *ducere* adcrevit. *Exercitus scribere* habet Harl. ut intelligatur suus cuique consuli. Verum, quamvis postea quidem provincias inter se partiti dicantur consules c. 12. priusquam tamen id fieret, unius tantum exercitus meminit Liv. c. 10. 'Rescriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus.' Nihil itaque a vulgato recedere necesse est. Ceterum vir doctus ad marginem ed. Crion. scribendum conjicit *placeat*; forte ut conveniret præcedenti *dedamur*. Verum illud *placet*, quod omnes codd. firmant, hic considerari debet tamquam sit senatoris sententiam dicentis.

Quum omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt] Pal. 2. et Camp. ed. *quam omnia justa in deditione nostra perf. erunt*. Pal. 3. pro *justa* re-

Digitized by Google

præsentat *vasta*. Gebh. Illud *vasta* est ex librarii aberratione ortum: alibi enim similiter peccatur. Ita *vasta gloria*, pro *justa*, Nic. Heinsius in tribus Mss. invenit apud Lucan. IV. 595. Vide etiam viros doctos ad eum locum. *Quam omnia contrarium*, pro *justa*, hic præfert Voss. 1. cujus margini tamen *justa* adscriptum est. *Quam omnia vasta contrarium*, utraque lectione simul exhibita, est in Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *in deditione nostra* Leid. 1. Lov. 4. et ed. Mediol. 1505. Sed vulgatum verius est. Denique *perfecterunt* Flor.

§ 8 *Vos, Dii immortales, precor quæsoque*] Voculam connectentem *que* nesciunt Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *cum Samnitibus* exulat a Port. et, trajectis dictionibus, *bellum prospere gerere* legunt idem Port. cum Hav.

§ 9 *At vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, vidisse*] *Ac vos satis hab.* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *ad vos satis hab.* Flor. ac Leid. 1. Vide ad VI. 24. § 8. Tum verba *vidisse nos sub jugum missos* deficiunt in Voss. 2. et Lov. 3. Sed alio ordine *missos sub jugum* obferunt Leid. 2. et Lov. 1. Mox *sponsioni infami obligatos* Port. Ita placuit inepto librario, ut ita duæ illæ voces termino finali non differrent, unde in eodem etiam mox datum est *nostris capitis*, pro *capitibus*.

Videre nudos vinctosque hostibus deditos] *Victosque* Harl. et Gaertn. Vide ad II. 12. § 7. Sed hic servandum vulgatum. Pacis enim sponsores hostibus nudi ac vincti dedebantur. Paullo ante hoc cap. 'Dedamur per feciales nudi vinctique.' Infra c. 10. 'Vestem detrahi pacis sponsoribus jubent, manus post tergum vinciri.' Deinde perperam etiam *traditos* Harl. Mox *omnem iram vestram*, pro *iram hostium*, Neapol. Latinii.

§ 10 *Novos consules legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt*] Pall. duo *ita cum Samnite geri bellum velitis, ut omnia ante nos consules bella gesserunt.* Paullo alio ordine Pal. 2. *ita gerere bellum cum Samnite velitis.* Gebh. *Ne vos consulesque Romanos ita gerere bellum cum Samnite velitis* Leid. 2. et Lov. 1. *gerere bellum cum Samnite* etiam Voss. 1. Port. et Hav. *cum Samnite geri bellum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *omnia* deficit in Leid. 1. a m. pr. Deinde *ante nos per consules bella gesta sint* Harl. *ante nos per consules bella gesta sunt* Voss. 1. in marg. Leid. 2. et Lov. 1. *ante nos consules bella gestarunt* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. eodem errore, atque hujus generis multa similia, de quibus vide ad XXIII. 29. § 16. Pro eo postea magis corruptum, et *ante nos consules bella gesserunt* datum est in Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Insuper *ut omnes ante nos consules bella gesserunt* Hearnii Oxon. B.

§ 11 *Quæ ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit homines*] Scribo *incessit omnes.* Cujus rei causa intelligi magis potest, quam explicari. Non erat ibi, nisi unum genus hominum vel civium, qui nempe senatui interesse poterant. Similiter corruptio v. 38. 'Tanta hominum oblivio, ut multo major pars Veios, &c. quam Romam, fugerent.' Lege, *omnium:* nempe, rerum. XXIII. 28. 'Ita centum septuaginta septem cum ingenti approbatione omnium in senatum lectis.' Put. Petav. melior, Men. tres Pall. *hominum:* cujusvis quippe generis aut ordinis. Sed hæc erudita auris, ut dixi, magis sibi potest probare, quam non eruditæ approbare. *J. F. Gron. Quod ubi dixit* Voss. 1. et Leid. 2. *Quæ ubi dixerunt* Gaertn. Tum *tanta simul admiratioque viri* Leid. 2. Sed vocem *miseratio* intercepit præcedens ob similitudinem. Deinde *incessit omnes*, ut Gronov. scribendum conjicit, exhibent

Digitized by Google

ex meis Lov. 4. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Innumeris locis librarios eas voces commiscuisse, dictum est ad III. 54. § 6. Mox *actor tam fœdæ pacis*, pro *auctor*, Voss. 1. Leid. 2. et Gaertn. Harum etiam vocum confusionem in Mss. frequentissimam esse, vidimus ad I. 26. § 5.

§ 12 *Ob iram diremptæ pacis*] *Ob iram directæ pacis* Leid. 1. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Ita etiam peccabatur in uno cod. VII. 14. § 5. *Ob iram direptæ pacis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Varietas lectionis inde nata est, quod non animadverterint librarii, scriptum fuisse per compendium *dirẽptæ*. Alia exempla vide ad XXXVII. 32. § 7. *Ob iram dejectæ pacis* Lov. 4. qui forte voluit *dijectæ*. Ita Silius II. 294. 'Oppida quassantur, longeque in mœnia nostra Æneadum adrectæ mentes, disjectaque pax est.' Vel etiam *rejectæ pacis:* nam *D* et *R* sæpe commutantur. Vide hoc lib. c. 10. § 6. Caussa tamen non est, cur vulgatum, aliorum codicum testimonio probatum, displiceat. *Diremta pax* est irrita reddita. Vide Corte ad Sall. Cat. c. 18. § 8. Paullo ante *et præcipuum*, pro *etiam præcipuum*, Voss. 2. et Hav. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 13 *Laudibus modo prosequentes virum*] Dele istud *modo*. Huc enim translatum ex superiori periodo, in qua bis, uti debuit, positum fuit. Utcumque sit, tolli hinc debet. *T. Faber*. Illud *modo* in omnibus scriptis et editis constanter superest, præterquam in minimæ auctoritatis codd. Port. et Hav. qui ignorant. Sed omnino non tollendum est. Indicat enim illa vocula, senatores, dicere jussos sententiam, ab ipso Postumio propositam tacitos adprobasse, nisi quod tantum quædam ejus laudandi causa dixerint. *Modo* hic est 'tantum,' 'tantummodo.' Supra VII. 2. 'Circi modo spectaculum fuerat.' III. 58. 'De decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit:' ubi plura vide. Recte etiam Doujatius conjecturam Fabri sibi displicere testatus est.

Tentata paullisper intercessio est] Pall. 1. et 2. *tentata paull. intercessione ab L. Livio*. Gebh. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 3. Origo erroris est, quod librarii confuderint compendia *intercessio ẽ*, sive *intercessio est*, et *intercessioẽ*, sive *intercessione;* qui facilius committi potuit, quo tempore omnia continua serie, nullo inter voces interstitio relicto, scribebantur. Pari modo codd. variant VIII. 13. § 15. et hoc lib. c. 41. § 20. Vide etiam ad X. 37. § 13. Ejusdem generis est, quod 'jussis' et 'jussi s̃,' sive 'jussi sunt,' aliaque similia passim commutentur. Vide ad XLV. 17. § 6. *Tò est* omittitur in Lov. 2. Vide ad II. 53. § 5. *Intercessio est* exsulat ab Hav.

Ab L. Livio et Q. Mælio, tribunis plebis] Cicero Offic. III. 30. hos tribunos aliter nominat *T. Numicium ac Q. Æmilium*, si codd. non fallunt, ut sæpe solent. *Glar. Mælio* scribe. Mendose autem sunt apud Ciceronem hæc nomina *Numicio* et *Æmilio* in Catone. (immo de Off. III. 30.) Ceterum tribunatum plebis ceperunt, postquam sub jugum ad Candinum missi fuerant. Neque enim, tribunos plebis in castris fuisse, consentaneum est; et, si fuissent, et spopondissent, eorum meminisset Livius c. 5. cum dixit, 'Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum.' *Sigon.* Pigh. ad a. CCCCXXXIII. designatos fuisse suspicatur, antequam ad bellum proficiscerentur. Præfero sententiam Sigonii. Post reditum Veturii et Postumii non solum consules, sed etiam omnes alios magistratus, novos creatos fuisse indicat Livius c. 7. 'Quia tædebat populum omnium magistratuum ejus

Digitized by Google

anni, res ad interregnum redlit.' Hoc etiam ad magistratus designatos pertinere potest: quos non solitos ab Urbe discedere ex eo colligo, quod Sueton. in Tib. c. 31. scribit, Tiberium negasse, 'destinatos magistratus abesse oportere, ut præsentes honori adquiescerent:' quo loco quid sit *adquiescerent*, fateor me non intelligere, et malim *adsuescerent*. Duk. Recte Sigonius Q. *Mælio*. Vide ad IV. 13. § 1. *ab Livio et Q. Melio tribunis plebis* Hav. Sed prænomen *Lucius* sive ejus compendium *L.* interceptum est a vocis seq. litera initiali. Vide ad V. 29. § 2. *Ab L. Livio atque Melio tribunis plebis* Leid. 1. *ab L. Junio et Q. Æmilio tribunis plebis* Lov. 2. *Æmilio* etiam est in Lov. 4. et Oxon. C. apud Hearnium, qui in L. 1. Q. *Fabio Melio* invenit: *ab L. Livio tr. pl.* reliquis omissis, Harl. In loco autem Cic. a viris doctis laudato, ubi tribuni illi 'T. Numicius,' 'Q. Æmilius' adpellantur, posterior 'Æmilius,' ex gente patricia ortus, ferri nequit, licet omnes codd. ita præferant; quia aditus ad tribunatum plebis patriciis non patuit, et gentis Æmiliæ familiam aliquam plebeiam fuisse non constat. Non male itaque viri docti pro eo Q. *Mælius* substituerunt. Nomen autem prioris in Mss. varie scribitur. Modo enim vocatur *T. Minucius*, modo *T. Minurius*, modo *T. Mutius*, modo *Ti. Minucius*. Hinc Langius, Minucios etiam patricios fuisse, eorumque nonnullos quidem aliquando ad plebem transiisse, id tamen hac tempestate tam vulgo non factum esse existimans, legendum censet *Ti. Numicius*, et Livium in hac historia alios auctores, quam Ciceronem, secutum esse credit. Certe, passim *Numicius* et *Minucius* commutari, vidimus ad II. 63. § 1. Langio adsensus est Fabricius, ita tamen ut *Minucius* retineat, quum, quosdam hujus gentis plebeios fuisse, ex Minuciis Thermis pateat. Pighius denique in Annal. ad a. CDXXXIII. p. 351. statuere videtur, tres illos L. Livium, T. Numicium, et Q. Mælium simul eo anno tribunatum plebis gessisse, ex quibus Cicero primum, Livius secundum silentio transmisit. Præterea Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 164. secutus Pighium loco laudato docet, tribunos illos, jam antea, et forsitan cum adhuc in castris ad Calatiam degerent, tribunos plebis designatos esse: sed demum, quum post infelicem pacem Caudinam domum reversi forent, solito more mense Decembri honorem iniisse.

§ 14 *Qui, neque exsolvi religione populum, aiebant, deditione sua, nisi omnia*] *Qui nec exs.* Port. et Hav. Sæpe quidem *nec* et *neque* in vicem sibi subjungi solere, mox ad cap. seq. § 14. videbimus; hic tamen *τὸ neque* vindicant consentientes reliqui. Tum *exsolvi pop. rel. aiebant* Lov. 2. *exsolvi rel. pop. agebant* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 33. § 23. Deinde *deditione, ubi omnia* Gaertn.

§ 15 *Servassent exercitum populi Romani, pœnam ullam meritos esse*] Vox *Romani* exsulat a Leid. 2. *populi Romani* a Lov. 4. qui idem *pacem ullam* præfert. Sed vocabulum illud ex præcedentibus librario adhuc obversatum est. Mox *esse meritos* Gaertn.

Dedi hostibus violarive posse] Pal. 2. *immolarive posse*. Gebh. *Immolarive possent* Hav. *possent* etiam Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav.

CAP. IX. § 1 *Tum Postumius, Interea dedite, inquit, profanos nos*] Mirifice placet, quod in Rott. legitur, *Dedite interea, dedite, inquit;* repetitione ista constantiam Postumii in adhortanda deditione impense exprimente. Nec videtur aliena a Livio. Lib. II. c. 40. mater Coriolano, 'Sine, sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit:' ut video illic ex Ms.

Digitized by Google

Pal. 2. annotatum. Lib. XXX. c. 14. 'Non est, non, mihi crede, tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculum.' v. 4. 'Invitus in hac parte orationis, invitus, Quirites, moror:' ut ex quibusdam libris illic admonuit pater. *Jac. Gron.* Mihi quoque cod. illius lectio admodum placet, quam etiam præfert Klockian. Hoc modo unus cod. legebat VII. 40. 'Cujus auspicia pro vobis experti nolite, nolite adversus vos velle experiri:' unus item VIII. 4. 'Unde, unde hæc illis tanta modestia, nisi a conscientia virium et nostrarum et suarum?' Unus denique IX. 111. 'Ea, ea Romana gens, quæ victa quiescere nesciat.' Suet. in Calig. cap. 49. 'Veniam, inquit, veniam, et hic mecum.' Avienus in Ora Marit. vs. 24. 'Multa ergo, multa compulere me, Probe, Effingitatam rem tibi ut persolverem.' Vide quæ notantur ad II. 40. § 5. et v. 4. § 8. Adde Cortium ad Sall. Catil. c. 20. § 14. et ad Plin. Ep. I. 12. § 12. Tum *nos profanos* trajectis dictionibus Hav. Præterea *Tum agebant. Postumius* Flor. cujus librarius scribere voluisse videtur *aiebant*, et verba *Tum aiebant*, referenda existimasse ad cap. præc. Verum ibi *aiebant*, jam præcesserat; neque hic etiam ferri potest, licet *Tum aiebat* mutes, quia mox *inquit* sequitur. Tum *Postumianus* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr.

Dedetis deinde et istos sacrosanctos] Pall. 1. ac 3. *dedistis*. Pal. 2. *dederitis*. Gebh. *Dedistis* Lov. 3. *dederitis* Hav. *deditis* Port.

Quum primum magistratu abierint] Pall. duo *obierint*. Forte 'magistratui obire' erit, quasi per mortem subtrahi magistratui, quod hic quodam respectu diceretur. *Gebh. Magistratu obierint* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quod venia Gebhardi errori librariorum tribuo, qui sæpius hæc verba commutarunt. Vide exempla ad II. 46. § 4. VII. 36. § 9. et hoc lib. c. 17. § 12. Passim autem omnia verba cum *ab* et *ob* composita eorum inertia confundi, dictum est ad II. 37. § 9. *Abirent* habet Hav. Deinde *quum primo* edd. Rom. 1472. et Parm.

§ 2 *Si me audiatis*] *Si me audietis* Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Mox *virgis cæsi*, pro *cæsos*, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *interea iste* Leid. 2. *intercelatæ* Lov. 3. *intercolatæ* Gaertn.

§ 3 *Id istos magis, ne dedenitur, quam quia ita se res habeat*] *At istos magis* Voss. 2. et Lov. 3. *ad istos magis* Lov. 4. a m. pr. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *ne dedamur* Lov. 3. Præterea *quia ita res se habeat* edd. Rom. 1472. et Parm. *quia ita res habeat*, omisso pronomine, reliqui editi ante Aldum. Utroque modo locutio efferri solet. Vide ad v. 5. § 9. et ad XXII. 39. § 9. Vulgatum igitur, quod mentur omnes scripti, præferendum est. Paullo ante *Nam quid deditione* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *exsolvi religionem* Flor. et Leid. 1. Forte voluerunt *exsolvi religionem populi*. Sed nihil mute. Vide ad VII. 3. § 9.

Quis adeo juris fecialium expers est, qui nesciat] Per 'jus fecialium' intelligitur 'jus, quod fecisles habent,' ut circumscribitur I. 32. vel 'jus, quod feciales gentibus dicunt,' hoc lib. c. 11. 'jus fecialium' itaque, et 'jus augurum,' 'pontificum' apud Cic. de Senect. c. 11. 'Jus augurum, pontificum, civile tracto.' Ejus loco 'jus pontificium augurium' dixit Gellius in Præfat. 'Quæque erunt item pauculæ remotiora super augurio jure et pontificio, non oportet ea defugere:' ubi vide J. F. Gronovium. Eadem forma 'jus feciale' dixit Cic. de Offic. I. 11. 'Belli quidem æquitas sanctissime fecisli populi Romani jure perscripta est:' et III. 29. 'Adversus quem totum jus feciale, et multa sunt jura communia.' Servius ad Virg. Æn. VII. 695. 'Populus Romanus, missis decemviris, ab ipsis

Digitized by Google

jura fecialia et nonnulla supplementa duodecim tabularum accepit:' et ad Æn. x. 14. 'Misit ad gentem Æquiculanam, et accepit jura fecialia.' Aur. Vict. de Vir. Inlustr. c. 5. 'Jus feciale, quo legati ad res repetendas uterentur, ab Æquiculis transtulit.' Val. Max. Epit. l. x. 'Sertorem Resium, qui primus jus feciale instituit.' Ceterum *juris fecialium est expers* Gaertn.

§ 4 *Neque ego inficias eo, Patres conscripti*] Prodigiose hic corrupti sunt Pall. quorum 1. ac 3. *Neque ego inficiassem, o Patr. conscr.* Pal. 2. *Neque ego inficiasse possum.* Superscriptum tamen *inficias eam.* Ceterum in hac oratione, quotiescumque repetitur *Patres conscripti*, interponunt Mss. codd. o. Gebh. *Neque ego inficiasse, Patres conscripti* Flor. Et ita Lov. 4. nisi quod desint voces *Patres conscripti*, quorum tamen loco relicta est lacuna, ut aliquid deesse pateret. *Neque ego inficiasse, o Patres conscripti* Lov. 1. et Leid. 2. *Neque ĝ inficiasse, o Patres conscripti* Leid. 1. *g*, sive *ergo*, et *ego* sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXXVII. 53. § 11. *Neque ego inficiassem, o Patres conscripti* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *Neque ego inficiasse possum, Patres conscripti* Harl. Port. et Hav. neque aliter Lov. 2. nisi quod in eo deficiunt voces *Patres conscripti.* In Gaertn. tantum legebatur *inficias eo*, prioribus omissis. In verbo hoc *inficias eo* passim peccarunt librarii. Vide ad XXXI. 31. § 9.

Tam sponsiones, quam fœdera, sancta esse apud eos homines] Qua scripti, qua editi præferunt *sponsores.* Gebh. *Tam sponsores, quam fœdera sancta esse* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 3. Port. Hearnii Oxon. L. 1. B. Klockian. et edd. ante Moguntinam. *Tam spons., quam fœdera sanctos esse* Voss. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. *tam spons. fœderum, quam fœdera sancta esse* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Sed omnes hæ varietates lectionum natæ esse videntur ex eo, quod non meminerint librarii differentiæ inter voces *sponsiones* et *fœdera*, quam Livius tradidit c. 5. *Tò esse* non adparet in Gaertn. *eos* etiam deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

Apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur] Pal. 2. *apud quos divina religione fides hum. col.* Gebh. Ita et Port. ac Gaertn. *juxta divinas religiones* Flor. a m. pr. in quo postea emendatum est *divinas.* *Justa* est in Harl. Vide ad VI. 6. § 18. *Juxta divinas religiones* est 'proxime divinas religiones.' Tacit. Ann. VI. 13. 'Gravitate annonæ juxta seditionem ventum:' qui ita sæpius locutus est. Mox *sancire*, pro *sanciri*, Flor. a m. pr. *sanctiri* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *sancciri* Lov. 2. *sanari* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 5 *Qua sponsionem istam expresserunt nobis*] *Quam sponsionem* Leid. 2. Tum *expresserant* Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *Manet*, pro *An si*, Flor.

Deditum populum Romanum vos, tribuni, diceretis] *Pop. Rom., o tribuni, diceretis* Pall. 1. et 3. *Gebh.* Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *nos tribuni* Harl. *deditum senatum populumque Rom. vobis tribuni dic.* Lov. 4. sed, pro *vobis*, emendatum *vos* in margine. *Deditum populi Romani* Gaertn. *deditum PŠR.* id est *populus Romanus*, Leid. 1. Per notas scriptæ voces quo casu efferri deberent, adsequi non potuit librarius. Vide ad VIII. 38. § 10. et ad XXXIX. 47. § 11. Paullo ante *ac demum*, pro *dedentium*, Lov. 2. Tum *urbem* Lov. 2. Port. et Gaertn. Deinde vox *nuncupare* exsulat ab Harl. ejus loco est *nuncupari* in Flor. a m. sec.

§ 6 *Si spopondissemus, urbem hanc relicturum populum Romanum*] *Spondissemus* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. contra *spospondissemus* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 5. § 4. et mox § seq. ac § 13. et 14. Hinc *urbem hanc relicturam pop. Rom.* Leid. 1. Vox *Romanum* exsulat a Leid. 2. In verbis

Digitized by Google

præcedd. *quĕ de sponsione agitur*, pro *quoniam*, Lov. 2. *qui de sponsione* Gaertn. cujus librarius forte dare voluit *quia de sponsione agitur*. Sed nihil mutandum.

Si incensurum, si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum] *Si incessurum* Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad VIII. 20. § 5. *Si incensuram* Voss. 1. *si censuram* Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. et ed. Mediol. 1505. *si censurum* Gaertn. *si censum* Lov. 2. *si incensi*.... Harl. Tum *si senatum, si magistratum* Port. et Haverk. *si magistratum, si senatum* Gaertn. Deinde *si legem non habit.* Lov. 3. Denique *si sub legibus futurum* Gaertn. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIX. Vox *futurum*, a contextu fragm. Hav. exsulans, eadem tamen manu adscripta erat margini.

§ 7 *Dii meliora, inquis*] Pall. 1. et 3. *Si meliora mihi quis.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. *Si meliora inquis* Leid. 1. et Lov. 2. *Dii si meliora inquis*, juncta utraque lectione, Gaertn. *Dii meliora iniquis* Leid. 2. Τὸ *inquis* ac sequens *atqui* desunt in Lov. 4. relicta tamen lacuna. *Di meliora, inquis* Flor. Vide ad v. 14. § 4. *Dii meliora, inquit* Oxon. C. apud Hearnium, qui similiter etiam a viro docto ad marginem ed. Rom. principis, qua usus est, emendatum fuisse monet. Id factum videtur, quia, quum præcesserit *vos, tribuni, diceretis*, τὸ *inquis* minus convenire posse credebatur. *Inquit* autem adhiberi, licet de pluribus sermo sit, Gronov. docuit ad Liv. XXXIV. 3. § 9. quamvis tamen exempla, quæ laudat, non per omnia huic loco conveniant.

Atqui non indignitas rerum sponsioni vinculum levat] In archetypis legitur hoc modo: *atqui non indig. rerum sponsionis vinc. levat.* Gelen. *Sponsionis* non modo est in Mss. omnibus, quos adhibui, sed etiam in edd. Rom. 1472. et Parm. Præterea *atque* Flor. solito lapsu scribarum. Vide ad III. 52. § 8. *Non dignitas rerum* Harl. *non indignitas rursum* Klockian. Male. *Indignitas rerum*, quod reliqui tuentur, Livio familiare est. Supra hoc lib. c. 6. 'Si vultus eorum, indignitate rerum acrior, victorem offendisset:' ubi alia vide. Tum *vinculum laxat* Hav. quæ aberratio librariorum etiam alibi in Mss. obcurrit. Vide viros doctos ad Val. Flacc. II. 570. et Burm. ad l. v. vs. 547. *Levat* hic est 'laxat.' Serv. ad Virg. Æn. I. 146. 'Levat, laxat: ut Æn. II. 146. 'atque arta levari Vincla jubet Priamus:'' ad quem posteriorem locum videndus est Emmen.

Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnibus potest] In archetypis legitur hoc modo, *Si quid est, in quo obl. populus possit, in omnia potest.* Gelen. Omnes libri *in quo obligari.* Gebh. *In quod* ediderat Vascos. eumque secuti recentiores, concinentibus meis Voss. 1. Leid. duobus, et Lov. 4. Hinc nata est occasio Gebhardo notandi, omnes libros, quibus usus est, præferre *in quo*; quemadmodum similiter legunt Flor. Voss. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. et B. Cic. pro Cæcin. c. . 'Si quis, quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit, id non facit.' Præterea *populus obligari possit*, aliter digestis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Denique *in omnia potest* non tantum omnes codd. sed et edd. Rom. 1472. et Parm.

Ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert] Τὸ *quidem* non adparet in Hav. neque sequens *quod* in Lov. 4. Sed excidisse videntur ob similitudinem sequentium vel præcedentium. Deinde *forsitan movet* Voss. 2. et Lov. 3. Verum, præterquam quod potentialis modus hic magis conveniat, solet insuper *forsitan* cum subjunctivo sæpissime construi. Vide ad l. v. c. 52. § 5. Hinc *referet* Harl. Mox iterum *spoponderit* Gaertn. Vi-

Digitized by Google

de ad § præc.

§ 8 *Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt*] *Et hoc etiam ipsi etiam Sam.* Leid. 2. *Et hoc ipsi et Sam.* Gaertn. et Hav. *Et hoc ipsi Sam.* Lov. 2. Tum *indicaverunt* Port. Lov. 2. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. *Judicarunt* Harl. *judicavere* Gaertn. Mox *consulem spondere*, pro *consules*, Hearnii Oxon. N. Male. Supra c. 5. 'Sponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum.' Caussam erroris vide ad X. 10. § 2.

§ 9 *Nec a me nunc quisquam quæsiverit*] Pal. 1. *Nec tamen hæc quisq. propter quæs.* Pal. 2. *Nec tamen huc quisq. quæs.* Pal. 3. *Nec tamen hæc quisq. quæsiverint.* Gebh. *Ne a me nunc quisq.* Lov. 1. *Nec tamen a me nunc quisq.* Voss. 1. et Leid. 2. *Nec tamen hoc quisq.* Lov. 2. Portug. et fragm. Hav. a m. pr. *Nec tamen huc quisq.* Gaertn. et Hav. *nec tamen hunc quisq.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. sec. *Nec tamen nunc quisq.* Lov. 4. *Hunc* et *nunc* alibi sæpe in Mss. commutantur. Vide ad IV. 16. § 3. VII. 32. § 14. X. 19. § 7. et alibi. Adde Burm. ad Sueton. Ner. cap. 28. Deinde *quæsivit* Port. et Harl. Vide ad XL. 14. § 10. *Quæsiverit* Lov. 3. *quæsierit* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVII. 11. § 15. Hic tamen optimi sine contractione *quæsiverit* servant, quos sequor.

Quid ita sponderim? quam id nec consulis jus esset] *Quid ita sposponderim* Gaertn. Vide ad § præc. *Quid ita sponderim* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *quid ita sponderunt* Voss. 2. et Lov. 3. *quid ita responderint* Harl. Tum *quum id nec consul jussisset* Lov. 3. *consul*, pro *consuli*. Vide ad X. 10. § 2. *Jussisset*, pro *jus esset*. Vide ad XXIII. 29. § 16. Septem priora vocabula desunt in Hav.

Qui nihil mandaveratis] *Mandaveritis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Paullo ante *qui mei non erant arbit.* Gaertn. *erant* etiam est in Port. et Hav.

§ 10 *Nihil ad Caudium, Patres conscripti, humanis consiliis gestum est*] *Ad Caudinum* Leid. 2. et Hearnii Oxon. C. Tum *o Patr. conscr.* Voss. 2. et Lov. 3. *Patres consultus* Hav. *Patres consulti* apud Hearnium Oxon. L. 1. Vide ad VI. 26. § 4. Deinde *humani consilii* ejusdem Hearnii C.

Dii inmortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt] *Dĩ immortales* Harl. Tum *nostris et hostium imper.* Voss. 2. Lov. 3. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *vestris et hostĩ imper.* Port. Hinc *et mentem ademerunt* Voss. 2. et Lov. 3. *mentem ademerant* fragm. Hav. a m. pr.

§ 11 *Nec nos in bello satis cavimus*] Pal. 2. *satis tunc cav.* Gebh. *Nec nos bello satis tunc cavimus* Gaertn. *nec nos in bello satis tunc cavimus* Port. et fragm. Hav. a m. sec. Non aliter etiam est in Hav. nisi quod insuper legat *canimus*. Similiter 'canens' et 'cavens' commutari in Virgilio, monnerunt Serv. et Pierius ad Æn. X. 417.

Male partam victoriam male perdiderunt] P. Syrus, 'Fortunam citius reperias, quam retineas.' Cicero Philipp. II. 27. 'Sed, ut est apud poëtam nescio quem, male parta male dilabuntur.' Plautus Pœnulo IV. 2. 22. 'Sed ad postremum nihil apparet: male partum male disperit.' Infra c. 34. 'Obruerunt enim male parta, male gesta, male retenta imperia.' Ideo non probo Pal. tertii *male paratam victoriam*. Gebh. Vox *male* priori loco deficit in Leid. 2. Sed respicere videtur Livius dictum Nævii apud Festum in voce 'Partus:' 'Male parta male dilabuntur.' Vide Erasm. Adagia tit. Ultio malefacti, p. 862. Insuper *prodiderunt* Leid. 2. Vide ad XXVI. 36. § 9. *perdidere* Gaertn.

Dum quacumque conditione arma viris in arma natis auferre festinant]

Digitized by Google

Pall. duo *viris inarmatis*. 'Inarmati viri,' qui arma induti. Sic emendabat e Posthii libro Propert. El. I. 6. Palmerius: 'Semper inarmatæ curæ fuit patriæ.' *Gebh. De quacumque conditione* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *dum de quacumque conditione*, duplici lectione simul recepta, Harl. Port. et Hav. Deinde *viris inarmatis auferre* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. quod probet, cui a Palmerio prolata in Propertio emendatio placere potest: mihi certum est, utramque lectionem errore scribarum ortam esse. 'Natus in aliquid,' 'ad aliquid,' vel 'alicui rei,' locutiones sunt apud *Livium* admodum frequentes. Vide quæ notantur ad Silii Ital. III. 335. Paullo ante voces *dum vix locis, quibus vicerant, credunt* a m. pr. desunt in fragm. Hav. ob repetitionem voculæ *dum*. Sola vox *vix* omittitur in Harl. Præterea *vicerunt* est in ed. Mediol. a. 1505.

§ 12 *An, si sana mens fuisset*] Pall. duo pernegant illis omnino mentem fuisse, *an, si mens fuisset*. Gebh. Similiter etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Quæ lectio inlustrari potest ex verbis præcedd. hujus cap. 'Dii inmortales et vestris et hostium imperatoribus mentem ademerunt.' *An, si sa mens fuisset* Flor. a m. pr. sed altera syllaba *na* a m. sec. adjecta est. Livius VIII. 27. 'Tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur.' Juven. Sat. X. 346. 'Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.' Cic. de Legib. III. 10. 'Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit?' De Offic. III. 25. 'Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens.' Livius VIII. 19. 'Nec, ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana constare mens:' ubi vide Gronov. XXII. 7. 'Cui ad summam auctoritatem nihil, præter sanam civium mentem, defuit.' Virgil. Ecl. I. 16. 'Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset, De cœlo tactas memini prædicare quercus.'

Dum senes ab domo ad consultandum accerserunt] Pall. duo *accesserunt*. Campanus *accersierunt*. Legendum plane *arcesserunt*. Infra IX. 25. e duobus Mss. legendum *ne arcessant bellum*. X. 18. *literas ad collegam arcessendum missas* exhibet vetustissima Andreæ ed. XXII. 50. 'Cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire:' ut habet Pal. 1. XXIII. 44. 'Decidurus se Annibali non fuisse arcessendum præsidium Romanum:' ut habet Pal. 3. Male autem Pal. 2. *senem*. Nam de industria in contemptum Samnitium multitudinis numero utitur Postumius. *Gebh. Accenserunt* Flor. *accenserunt* Gaertn. et Hav. *accersierunt* Lov. 2. *acceserunt* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. Harl. Port. et fragm. Hav. *arcesserunt* Lov. 3. et 4. quomodo legendum monuit Gebhard. Sed manus ejus hic aberrasse videtur, quum dare voluerit *arcessierunt*, vel potius *arcessunt*, ut Gronov. deinde edidit. Eodem enim errore adnotationi huic etiam inter verba Livii præscripsit *accerserunt*, (quæ lectio in nulla est ed.) pro *accersunt*, ut est in omnibus inpressis. Rectum itaque est *dum arcessunt*. Vide ad I. 40. § 7. De verbo 'arcessere' vide ad II. 19. § 10. et Casaub. ad Sueton. Cæs. c. 2. *Dum senem ab domo* etiam Lov. 2. Harl. Port. et Hav. Sed recte *senes*, quod est in aliis, Gebhardus probavit. Τὸ *dum* deerat in Lov. 1. *a domo* legunt Gaertn. et fragm. Hav. *senes ab domo ad consulem dum arcesserunt* dedit librarius Leid. 2. Paullo ante *difficile illis fuisset*, pro *fuit*, Lov. 2. et Port. in margine.

Cum senatu, cum populo de pace, fœdere agere] Rott. Flor. Voss. duo, et edd. *pace ac fœdere*. Infra iidem ignorant copulativam in illis 'quam ut et illi.' *J. F. Gron.* Copulam a Gronovio restitutam non tantum agnos-

Digitized by Google

cunt omnes codd. mei et Hearnii Oxonienses, sed etiam typis descripti plerique; nisi quod in eorum antiquissimis usque ad Aldum *et fœdere* ait. Modius demum, forte operarum culpa, particulam omisit. Præterea *cum senatu populoque* Hearnii Oxon. L. 1. Male. Id enim Livio solemne est, non modo eamdem præpositionem repetere, verum etiam id facere nulla intercedente copula. Vide ad XXXVIII. 18. § 12. Ita mox habebimus hoc cap. 'In hæc sæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant:' ubi etiam unus codd. male hanc elegantiam adimit.

§ 13 *Interea in induciis res fuisset*] *Inter eam induciis* Flor. Verum, præterquam quod literæ, olim una serie scribi solitæ, inperite in voces distinctæ sint, etiam vocula in in unam literam m ob ductum in scriptura Longobardica similitudinem coaluit. Vide ad XXXVI. 6. § 4. *Interim in induciis* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Eædem voces et supra commutantur VI. 28. § 5. *Interea induciis* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. Sed præpositio *in* intercepta est a prima syllaba vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. De locutione 'esse in induciis' vide ad VII. 38. § 1. ubi in multis codd. eodem modo peccabatur. In verbis præcedd. *τὸ iter* exsulat in Leid. 2. Sed id intercidit partim elisum ab ultima litera vocis præced. partim quod per compendium *it'* scriptum fuerit.

Ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem adferrent] *A Roma* Gaertn. et fragm. Hav. Tum *pacem afferunt* Leid. 2. et Lov. 1. *pacem ferrent* Harl. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. et B. Mox *sponsio erat*, pro *esset*, Gaertn. Tum *spospondissemus* Leid. 2. et Gaertn. *spondissemus* Flor. Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. Vide hoc cap. ad § 6.

§ 14 *Sed neque vos tulissetis, nec nos spopondissemus*] Omnia hæc verba desunt in Lov. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hav. quæ a librariis omissa sunt *ob repetitionem vocis spopondissemus*, in qua eædem etiam hoc loco observantur varietates, quæ § præc. Solum pronomen *vos* deficit in Lov. 3. *neque nos*, pro *nec*, præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Male. Videntur enim auctores ejus lectionis credidisse, post *neque* haud recte inferri *nec*, ut et post *nec* haud recte *neque*. Sunt tamen plura apud Livium, ex quibus, si animum adtendissent, contrarium discere potuissent; quæ si omnia enumerarem, lectori tædio forem, quum facile a quovis observari possint. Sunt et plura loca, ubi ita in quibusdam Mss. obcurrit; quum tamen alii, quibus inprimis fidere soleo, dissentiant, eorum lectionem recipere non ausus sum. Ita VIII. 20. § 14. IX. 3. § 12. XXIV. 8. § 7. XXV. 26. § 10. XXXV. 17. § 2. c. 48. § 6. XXXIX. 52. § 1. XL. 20. § 5. Verum ita restitui, aut ab aliis restitutum servavi II. 48. § 6. VII. 19. § 5. et XXI. 10. § 12. Simili modo ex optimo cod. Sangerm. lego apud Colum. l. VII. c. 12. 'Mores autem neque mitissimi, nec rursus truces atque crudeles:' et ex bonæ notæ cod. apud Censor. de Die Nat. c. 1. 'Quum dona preciosa neque tibi per animi virtutem desint, nec mihi per rei tenuitatem supersint.' Vide etiam Jac. Gronov. ad Cic. de Invent. I. 10. et II. 30.

Quam ut illi, velut somnio lætiore] Ita J. F. Gronov. ad § 12. legendum ex codd. suis monuit. Consentiunt non modo omnes mei et Hearnii Oxonienses codd. sed et edd. ante Frobenium, qui an. 1531. primus dedit *quam ut et illi*. Præterea *quam quod illi* est in Lov. 4. Deinde *somno lætiore* Hav. Vide ad l. VIII. c. 6. § 11. *Somnio lætiores* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav. Neque aliter dare voluisse videtur Harl. qui tamen per errorem scripsit *somnio lictores*.

Digitized by Google

Quam quod mentes eorum capere possent] Pal. 2. *quam quod mentes eorum vel capere possent*. Gebh. Ita et Hav. reliquis invitis. *Mentes eorum eripere possent* Port. in contextu. Male: *capere* est continere. Supra v. 40. 'Turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere poterat.' x. 21. 'Qui unus locus capere tantam multitudinem non posset:' et alii sæpe. Mox *nec quicquam* Voss. 2. et Lov. 3. *nequiquam* Flor. Vide ad XL. 49. § 7.

§ 15 *Vanam victoriam vanior irritam faceret pax*] Pall. duo, *vanam vict. rumor irr. faceret: pax sponsa*. Gebh. Ita et Voss. 1. ac Lov. 3. *vanam vict. rumor irr. faceret: pax, sponsio interponeretur* Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *vict. vanam vanior rumor irr. faceret: pax, sponsio interponeretur* Leid. 2. et Lov. 1. *vanior rumor* etiam Voss. 1. in margine. *Fortuna vanam vict. expediret vanior irrita fecerunt pax sponsio interponeretur* Harl. *irrita*, pro *irritam*, etiam Hav. *vanam victoriam vaniorem irrita faceret pax* Klockian. Paullo ante *vestrum exercitum* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Gaertn. Tum *quæ inpediebat*, pro *inpedierat*, Leid. 2. In verbis seqq. autem *obligarat*, pro *obligaret*, Voss. 1. a m. sec.

§ 16 *Quid enim vobiscum, Patres conscripti*] *Ves enim vobiscum* Port. *Quod enim vobiscum* Lov. 3. Tum *o Patres conscripti* Leid. 2. et Lov. 3. Mox *qui se a vobis* fragm. Hav. Sed ultimam literam *τοῦ quis* intercepit prima vocis seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Quis se ab vobis* Port. Deinde *ancius*, pro *an civis*, una litera omissa, Leid. 1.

Hosti nihil spopondistis: civem neminem spondere pro vobis jussistis] *In hosti nihil spop.* Voss. 2. et Lov. 3. Præterea *civi neminem* Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *quem neminem* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et Port. quomodo etiam in fragm. Hav. a m. pr. fuisse videtur. *Quoniam neminem* Lov. 4. et Hearnii Oxon. C. quæ lectio sensui Livii adversatur. His verbis enim ostendere volebat, cives Romanos, qui spoponderant, se a suis deceptos esse, calumniari non posse, eamque caussam reddit, quod *civem neminem* spondere pro se jusserint. Insuper *pro vobis spondere* Hav. *spospondere pro vobis* Gaertn.

§ 17 *Nec nobiscum est, quibus nihil mandastis; nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis*] *Τὸ est* deficit in Harl. et fragm. Hav. a m. pr. At sex priores voces in Lov. 2. propter repetitionem *τοῦ nec:* septem posteriores in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. ob similitudinem syllabarum finalium in vocibus *mandastis* et *egistis*.

§ 18 *In id, quod præstare possumus, corpora nostra et animos*] *Quod* non adparet in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Harl. et fragm. Hav. Hinc *animas* Neapol. Latinii; quod forte monachi glossema est, qui 'corpori' non 'animum,' sed 'animam,' obponi existimabat. At aliter antiqui. Liv. I. 58. 'Corpus est tantum violatum, animus insons.' VII. 12. 'Iis animis corporibusque, quorum omnis in inpetu vis esset.' Sall. in Jug. c. 2. 'Uti genus hominum compositum ex anima et corpore; ita res cunctæ studiaque omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur.' Ingens cumulus similium exemplorum ex Cic. proferri posset. Per periphrasin autem *in corpora nostra et animos* accipio pro 'in nos.' Ceterum post vocem *locupletes* distinxi. Quid enim est *locupletes in id, quod nostrum est?*

In hæc sæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant] *In his seviviant* Flor. Sed ter *hoc*, pro *hæc*, Hearnii Oxon. B. et C. priori loco tantum *hoc* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. secundo loco edd. Aldo antiquiores. Præterea *in hæc nihil ferrum nihil iras acuant* Leid. 2. *in hæc ferrum et iras acuant* Lov. 4. a m. sec. Male. Præ-

Digitized by Google

positionis enim repetitionem sine copula Livio frequentem esse, vidimus hoc cap. § 12. *Exacuant* habuit Lov. 4. a m. pr. Sed simplici 'acuere' in his locutionibus Livius uti solitus est. Infra XL. 27. 'Quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat.' Ita 'acuere curam,' 'studia,' et similia, apud eum passim occurrunt. Deinde *iram acuant* Flor. quem nunc audiendum non arbitror. Magis enim hic convenit numerus multitudinis, qui in reliquis omnibus codd. superest. Nam, vel de uno homine 'irae' usurpari, videbimus ad XXIX. 22. § 8. hic autem de Samnitibus in genere dicitur.

§ 19 *Quod ad tribunos adtinet*] Ita edidit Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus; quum priores omnes vulgassent *ad tribunos plebis adtinet*. Hearne, qui pristinam lectionem servavit, de codd. suis nihil addit, licet vulgatum a Gronovio mutatum memoret. Nostri omnes Gronovio favent. Mox alio ordine *praesens eorum deditio* Hav. Deinde *deseratur*, pro *differatur*, Lov. 2.

T. Veturi, vosque ceteri, vilia haec capita luendae sponsionis feramus] Lego *offeramus*. Klock. Praenomen T. deficit in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *Venturi* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *Veturii* Harl. *Veturiri* Leid. 2. *ne nura* Lov. 2. Tum *et vos ceteri vilia et haec capita* Leid. 1. *et vos ceterique vilia et haec capita* Lov. 4. *vosque ceteri servilia haec capita* Hearnii Oxon. C. *nosque servilia haec capita* Lov. 2. *vosque ceteri vilia et haec capita* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *vosque ceteri vilia et hoc capite* Gaertn. Deinde *luendae sponsioni* edd. Ascensii 1513. 1516. et quaedam aliae: quod postea mutatum esse indignatur Glarean. ad cap. seq. § 3. Et tamen *sponsionis* constanter superest non modo in edd. prioribus, sed et in omnibus scriptis. *Feramus* deficit in Port. ejus loco *feram*, ut et mox *liberem*, pro *liberemus*, obfert Klockian. Nihil muto. *Feramus* nempe ad Pontium ac Samnites. Non opus itaque, ut cum Klocklo legatur *offeramus*. Tandem *liberemur Romana arma* Lov. 3. *liberentur Romana arma* Voss. 2. Sed praestat vulgatum; quo non tantum indicat, arma Romana liberanda, sed insuper a se, sua opera, et quidem sponte, liberanda esse.

CAP. X. § 1 *Tum causa, tum auctor*] *Cum causa, tum auctor* Flor. a m. pr. Lov. 4. et Hearnii Oxon. B. *cum causa, cum auctor* Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3. Deinde in verbis seqq. *ne ceteros*, pro *nec*, fragm. Hav. et *tribunos etiam plebis* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. quod deinde Ascensius 1513. et multi postea receperunt. In quibusdam codd. ultima vox breviter *pl.* vel *pleb.* notatur, *plebi* in ed. Rom. 1472. in reliquis scriptis et antiqq. inpressis *plebei*, a Jac. Gronovio iterum admissum. Et ita praesertim hic praeferunt optimi. Vide ad II. 33. § 2.

Ut se in senatus fore dicerent potestate] Flor. Helm. Voss. Rott. *potestatem*. J. F. Gron. *Potestate* mei omnes, nisi quod in Voss. 1. a Gronovio laudato sit *potestatem* a m. pr. At Flor. legit *ut senatus dicerent fore potestatem*. De locutione tamen 'esse in potestatem' vide ad II. 14. § 4. *To se* deficit in Port. *in senatum* praefert Voss. 2. et Lov. 3. *in senatu* fragm. Hav. a m. pr. ubi litera sibilans excidit ob similitudinem initialis vocis seq. Vide ad IV. 33. § 11. *Forma*, pro *fore*, Harl.

§ 2 *Magistratu inde se extemplo abdicaverunt*] *Mag. deinde se* Lov. 4. 'Inde' et 'deinde' saepe in Mss. permutantur. Vide ad XXXVI. 24. § 10. At *inde* ob aliorum codicum auctoritatem hic verius est. Id autem saepissime pro 'deinde' poni solet. Vide ad XLII. 55. § 6. *Magis-*

Digitized by Google

tratu in se Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad x. 20. § 6. *Abdicaverunt* Flor. *abdicantur* fragm. Hav. a m. pr. *abdicavere* Harl. *Magistratu inde extemplo abdicaverunt se* Port. et Hav.

Traditique fecialibus cum ceteris Caudium ducendi] Pal. 2. et Camp. ed. *cum ceteris Caudium ducendis.* Gebh. Ita et Flor. a m. recenti, Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Præterea *traditisque fecialibus* Harl. Vide ad VI. 3. § 2.

Hoc facto senatusconsulto lux quædam adfulsisse civitati visa est] Pall. tres *Hoc senatusconsulto facto lux quædam affluxisse civ. visa est.* Campan. *ducendis hos. Senatusconsulto facto, lux quædam civitati affulxisse visa est.* Gebh. *Hoc senatusconsulto facto* etiam Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *adfulxisse* Lov. 1. Port. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. Sed ita passim *x* et *s* in Mss. commutantur. Vide ad XXVI. 19. § 4. Ex ea tamen scriptura, transpositis literis, postea factum est *adfluxisse;* quod inveni in Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Vide ad XXI. 62. § 4. *Adfusisse* datum est in Leid. 1. unde *adfuisse* factum fuit in Lov. 4. *lux quædam adfulsisse civitatis* legit Flor. Male. Nihil mutandum. 'Adfulgere' translata significatione, et quidem cum dativo, Livio frequens est. Infra XXVII. 28. 'Magoni jam haud ferme fidenti prima spes, morte nunciata Marcelli, adfulsit.' XXX. 30. 'Et mihi talis aliquando fortuna adfulsit.' XXXII. 19. 'Etiam obsidenti consuli rei majoris spes adfulsit.' XLII. 65. 'Obstinatis mori spes adfulsit.'

§ 3 *Postumius in ore erat*] Vet. lib. *in ore omnium erat.* Sigon. Vetus ed. Campani *in ore omnium erat:* quam lectionem e suo indicavit Sigonius. *Gebh.* Illud *omnium* nullus meorum, vel scriptorum, vel editorum, nullus etiam Hearnii Oxon. agnoscit. Neque addi necesse est. Ita simpliciter Propert. II. 1. 1. 'Quæris, unde mihi toties scribantur amores, Unde meus veniat mollis in ora liber?' et III. 1. 25. 'Omnia post obitum fingit major vetustas; Majus ab exequiis nomen in ora venit.' Virgil. Æn. XII. 234. 'Ille quidem ad superos, quorum se devovet aris, Succedet fama, vivusque per ora feretur.'

Eum laudibus ad cœlum ferebant] *Cum laudibus* Gaertn. Ita sæpe variant scripti. Vide ad IV. 19. § 2. Vulgata lectio, pro qua stant reliqui scripti, hic vera est. Supra II. 49. 'Fabios ad cœlum laudibus ferunt.' V. 6. 'Laudare equites, laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre.' VII. 12. 'Mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit.' IX. 33. 'Auctoremque ejus Mam. Æmilium laudibus ferret.' De locutione 'ferre' et 'vehere aliquem laudibus' vide Corte ad Plinii Ep. IV. 27. § 2.

Devotioni P. Decii consulis et aliis claris facinoribus æquabant] Quidam sustulerunt conjunctionem *et;* sicut paulo ante 'vilia hæc capita luendæ sponsioni feramus:' ubi illi *sponsionis* legunt. Hæc omnia prosequi, non est hujus propositi, et multa hujusmodi volentes omittimus. *Glar.* Pall. 1. ac 3. *dev. Decii cons. alii, alii claris facin. æq.* Camp. ed. *aliisque claris.* Gebh. *Devotioni Decii consulis alii, alii claris facin. æq.* Lov. 3. *devotioni Decii alii, alii claris fac. æq.* Voss. 2. Prænomen Decii exulat etiam a Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. et fragm. Hav. Conjunctionem *et*, quam a quibusdam sublatam queritur Glareanus, in nullo apud me cod. erat vel edit. nisi in Ascens. 1513. 1516. 1530. Mogunt. Cervic. et Paris. an. 1529. Quid si legamus *devotioni P. Decii, alii aliis claris facinoribus æquabant?* Ut idem hic schema orationis sit, atque illud quod pluribus inluatratur ad Livii III. 37. § 8.

§ 4 *Ipsum se cruciatibus et hostium iræ obferre*] *Et hostium iræ se offerre,*

Digitized by Google

iterum repetito pronomine, Haverk. Paullo ante *ipsius consilio* Port. et Hav.

Piaculaque pro populo dare Romano] Vet. lib. *Romano dare.* Sigon. Pall. 1. et 3. *piaculaque pop. Rom. dare.* Gebh. Ita et Voss. 2. Hav. ac Lov. 3. Sed præpositio *pro* intercepta est a nota sequenti *P. R.*, sive *populo Romano;* nam *populo Romano dare*, alio vocabulorum ordine, etiam est in Flor. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod recepi. *Piacula pro populo dare Romano* edd. principes ante Froben. 1535. quæ prima τὸ *que* interposuit, adsentientibus omnibus scriptis.

§ 5 *Arma cuncti spectant, et bellone unquam futurum*] Mutata est et hic lectio, ne dicam depravata. Illic legitur, *Arma cuncti spectant et bellum, an unquam futurum.* Gelen. *Spectant, et bello in eum unquam futurum* Voss. 2. Lov. 3. ac 4. *spectant et bello nuncupant futurum* Lov. 2. *spectant, et bello me unquam futurum* Leid. 1. ubi literis male in vocabula distributis antea scriptum fuisse videtur *spectant et bellom, an unquam futurum.* Non multum huic abit lectio, quæ a m. pr. exstitit olim in fragm. Hav. *spectant et bello, an unquam futurum;* num quum forte *bellō* scriptum fuisset, excidit tantum compendiariæ scripturæ nota. *Nunquam* habet Hav. in capite vocis repetita littera, quæ præcedentis finalis est. Vide ad XXXVII. 29. § 8. Lectio, quam Gelenius notæ præscripsit, in sola tantum ed. Froben. 1531. obvia fuit. Priores enim legunt *et bellum, quod desiderant*, vel *quod se desiderant, futurum, ut congredi armatis.* Illud autem, quod Gelenius substituit, in reliquis apud me superest scriptis, et apud Hearnium in Oxon. L. 2. et C. nisi quod eorum prior *bella*, posterior *nunquam* præferant. 'Arma et bellum' ut III. 69. 'Arma et bellum spectabat:' ubi alia vide; ut et ad IV. 37. § 5. De locutione 'an unquam,' quæ Livio admodum frequens est, vide ad XXIV. 14. § 3.

§ 6 *Ira odioque ardente, delectus prope omnium*] *Ita odioque* Harl. Vide ad Livii XXIV. 16. § 1. Tum *dilectus* Flor. Leid. duo, Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *prope omnium* primus edidit Jac. Gronovius; cui consentiunt scripti. Antea datum erat *omnium prope.*

Rescriptæ ex eodem milite novæ legiones] *Descriptæ* Harl. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. *Rescriptæ* est 'iterum scriptæ:' quæ nempe priorum consulum, in quorum verba jurarunt, abdicatione exauctoratæ erant. Solent verba ex vocalis *de* et *re* composita passim in Mss. commutari. Ita 'defugere' et 'refugere' II. 50. § 4. 'detentus' et 'retentus' Epit. Liv. lib. III. 'despicere' et 'respicere' IV. 46. § 8. 'devolvi' et 'revolvi' V. 11. § 2. 'defectus' et 'refectus' V. 19. § 6. 'deducere' et 'reducere' VI. 26. § 8. 'debellare' et 'rebellare' VI. 30. § 3. 'demovere' et 'removere' VI. 32. § 8. 'devehere' et 'revehere' VIII. 24. § 17. 'remittere' et 'demittere' IX. 2. § 9. 'defectio' et 'refectio' IX. 41. § 9. 'depugnare' et 'repugnare' X. 2. § 13. 'devocare' et 'revocare' c. 20. § 14. 'deverti' et 'reverti' Epit. Liv. lib. XIX. 'deferre' et 'referre' XXI. 6. § 5. 'decurrere' et 'recurrere' XXI. 26. § 4. 'dejicere' et 'rejicere' XXII. 31. § 7. 'denunciare' et 'renunciare' XXII. 49. § 3. 'desides' et 'resides' XXV. 6. § 21. 'detrahere' et 'retrahere' XXIX. 20. § 2. 'decedere' et 'recedere' XXXV. 10. § 2. 'deportare' et 'reportare' XXXIX. 38. § 9. 'destituere' et 'restituere' Epit. Liv. lib. XLIII. 'deceptus' et 'receptus' Gronov. ad Liv. XLIV. 26. § 1. Similiter 'depellere' et 'repellere;' vide viros doctos ad Valer. Max. III. 3. ext. 1. 'deprehensus' et 'reprehensus;' vide Coste ad Plinii Ep. III.

Digitized by Google

12. 'decidere' et 'recidere;' vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 17. et Broekh. ad Prop. El. IV. 8. 44. 'declamare' et 'reclamare;' vide viros doctos ad Suet. Vitell. c. 15. Causa erroris est similitudo ductuum in literis *D* et *R*, de qua re vide Gronov. Diatr. Stat. c. 52. p. 346. Duker. ad Flori I. 22. § 2. et quæ notantur ad VI. 25. § 1. Hinc etiam commutantur 'datus' et 'ratus;' vide ad XXII. 10. § 3. 'decens' et 'recens;' vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 47. Tum *de eodem milite* Gaertn. Præterea *legiones novæ*, trajectis dictionibus, Port. et Hav. Mox in verbis seqq. *ductus ad Caudium*, sine copula, Leid. 2. et Lov. 1. *ductusque ad Candidum* Klockian.

§ 7 *Prægressi feciales ubi ad portam venere*] *Progressi feciales* Harl. Hearnii Oxon. B. et antiqq. edd. usque ad Froben. qui a. 1535. recte *prægressi* reposuit, consentientibus codd. scriptis aliis. Passim ita variant codd. scripti. Vide ad IV. 28. § 5. V. 39. § 2. hoc lib. c. 26. § 13. X. 20. § 10. c. 25. § 5. c. 34. § 9. XXI. 28. § 8. c. 32. § 2. XXV. 9. § 3. XXVII. 12. § 1. XXXV. 30. § 3. XLII. 15. § 4. Causa erroris est, quod librarii passim confuderint compendia illa, quibus voculæ *pro*, *præ* et *per* notari solebant; unde innumeris locis verba cum his præpositionibus composita in Mss. permutantur. Talium ingens syllabus ex solis Livii Mss. collectus dari posset; sed enumerare parco, ne lectori tædio sim. Vide etiam ad Silii Ital. XVII. 56. Ceterum *venerunt* est in Gaertn.

Quum adparitor verecundia majestatis Postumium laxe vinciret] Prima vox deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *verecundia majestatis Postumi*, vel *Postumii* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. Harl. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quæ iectio probari poterit, si ad verbum *vinciret* intelligimus pronomen 'eum,' eodem modo ut IV. 3. 'Civis Romanus si sit ex plebe, præcisa consulatus spes erit:' ubi vide. Paullo ante *manus post terga vinciri* Leid. 2.

Quin tu, inquit, adducis lorum, ut justa fiat deditio] Omnes libri *adduces*. Gebh. *Adduce* Hearnii Oxon. C. *adduces* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Port. Harl. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. vett. pro quo Froben. 1531. *adducis* substituit. Ita mox cap. seq. 'Quin tu, Sp. Postumi, aut omnia irrita facis, aut pacto stas?' Supra I. 57. 'Quin conscendimus equos, invisimusque præsentes nostrarum ingenia:' ubi plura vide. Insuper *Quin tu adduces, inquit, lorum* Leid. 2. Utro loco ponatur τὸ *inquit*, nihil refert. Vide ad II. 12. § 5. et VIII. 21. § 4. Plurium itaque codicum auctoritatem sequor. Deinde *ut justiflat deditio* Klockian. *ut juxta fiat deditio* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad VI. 6. § 18.

§ 8 *Ubi in cælum Samnitium, et ad tribunal ventum Pontii est*] Ἀφέλμα τυπογραφικόν. Legendum ex Pall. tribus vetustissimisque edd. *in cætum*. Gebh. Error est operarum, in solis prioribus Gruteri edd. obvius, quem jam ipse in postrema emendavit. Ceterum vocula *et* non adparet in Harl. Tum *ad tribunal Pontii ventum est* Leid. 2. fragm. Hav. et edd. antiqq. usque ad Froben. qui a. 1535. ordinem verborum transposuit.

§ 9 *Quandoquidem hisce hominibus injussu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri spoponderunt*] *Hisce homines* quidem pro 'hujuscemodi homines' expósuerunt, atque ad hoc Terentium allegant Eun. II. 2. 38. 'Hisce hoc munere arbitrantur suam Thaidem esse.' Verum in Terentii carmine vel *iisce arbitratur*, aut *iice arbitrantur* legendum est. Grammatici præcipiunt, *ce* particulam tunc addi pronominibus, quando in *s* literam casus terminantur, ut 'hosce,' 'hasce,' 'hujusce,' 'hisce.' At ego puto, in so-

Digitized by Google

lennibus illis verbis non tam superstitiose inquirendum esse. *Glar.* Pall. 1. et 3. *Quandoque hisce homines injussu pop. Rom. Quir. fœdus icturi spop.* Gebh. Scribe *quandoque.* Dictum ad 1. 24. Suetonius Claudio c. 1. ' Nec dissimulasse unquam, pristinum se reipublicæ statum, quandoque posset, restituturum :' sic optime Salmasii codex. *J. F. Gron.* Ego quoque *quandoque* in plerisque Mss. fuisse invenio, etiam in optimis, ut Flor. Leid. 1. Klockian. aliisque, ut et in Hearnii Oxon. L. 1. 2. N. et C. Verum quemadmodum *quique* pro ' quicumque,' ita etiam *quandoque* pro ' quandocumque,' ' quocumque tempore,' poni solet. Vide ad 1. 30. § 4. Eo autem sensu particula illa hic ferri non posse videtur ; sed requiritur particula causalis, qualis est *quandoquidem*, quæ ante Gronov. in edd. exstitit; sed quam in uno tantum Hav. inveni : ejus loco *quando* habet Lov. 2. quæ particula pro ' quoniam ' apud Livium frequentissima est. Vide ad XL. 9. § 1. Ea autem forte hic etiam restituenda est, nisi quis malit *quandoquidem.* Gronovianum tamen *quandoque* quum tot codd. testimonio firmetur, loco movere non sustinui. Deinde *hisce homines* Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. *hiisce homines* Lov. 1. *hii homines* Klockian. Verba Prisciani sunt Gramm. lib. XII. p. 948. ' Ce quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus vel demonstrativis pronominibus, hoc est ab adspiratione incipientibus, ut hicce, hæcce, hocce, &c. Nunc vero eorumdem pronominum his casibus frequenter additur ce, quæ in s desinunt euphoniæ caussa, hujusce, hisce, hosce, hascе, &c. Inveniuntur tamen etiam nominativum pluralem hisce proferentes antiqui. Ut Terentius in Eun. ' Hisce hoc munere arbitrantur suam Thaidem esse :' in quo videntur euphoniæ caussa s interposuisse.' Quamvis autem Livius hic vetustam deditionis formulam referat, atque in similibus a vocabulis antiquatis non abstinuerit; illud *hisce* tamen nimis cascum videtur, quam ut eo hic usus esset. Ed. Rom. 1472. præfert *hice homines*, quod deinde Vascos. revocavit, eumque secuti recentiores plerique servarunt. Gronov. hæc verba ita laudat ad 1. 24. § 3. quasi invenisset *heice homines;* quomodo forte legendum. Præterea *populi Romani Quintium* Lov. 3. *populi Romani Quiritiumque* Lov. 2. De utraque scriptura vide ad 1. 32. § 13. *Populi Romani Quiritum* Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. Vide ad III. 20. § 7. *Populi Romani Quirites* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *populi Romani Quirit* Leid. 1. Sed vox *Quiritium* omittitur in Lov. 4. Insuper *fœdus icturi spopondederunt*, vel *spopondere* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. quod natum est ex compendiaria scriptura *ictũ irí.* Certe *icti iri* est in Flor.

Atque ob eam rem noxam nocuerunt] Vet. lib. *noxa nocuerunt.* Sigon. Pal. 2. *noxa nocuerunt.* Campan. *noxa nocuere.* Gebh. *Noxiam nocuerunt* Klockian. Vide ad II. 54. § 10. *Noxa nocuerunt* Lov. 2. Port. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. ac B. Male. ' Noxam nocere' etiam apud JCtos obcurrit, ut l. 4. pr. ff. de Noxal. act. ' Vel cum trans flumen sit servus, vidente quidem sed invito domino, noxiam noceat.' l. 45. § 1. ff. de Legat. pr. ' Ob id, quod furtum fecit servus, aut noxam nocuit.' et l. 68. ff. ad l. Falcid. ' Eadem caussa est ejus servi, qui noxam nocuit :' ubi etiam quædam edd. *noxa* legunt. Ultimum hunc locum Doujatius quoque ad partes vocavit.

Ob eam rem, quo populus Romanus] Tria priora verba desunt in Neapol. Latinii : quæ a librario omissa videntur, quia modo præcesserant, et hic repeti nihil referre putabat; quod

Digitized by Google

longe secus esse, ad sensum adtendenti patebit. Præter hæc tria vocabula, etiam duo præcedentia *nexum nocuerunt* desunt in Flor. et Harl. inertia librariorum omissa. Vide ad cap. seq. § 11. Mox *scelere impio fuit solutus* Hav.

§ 10 *Postumius genu femur, quanta maxime poterat vi, percutit*] Duo scripti Hearnii *quanta maxima*. Suet. Ner. c. 47. 'Quanta maxima posset misericordiæ, veniam præteritorum precaretur.' Et sic Cicero, Curtius, et imprimis Livius sæpe. Quod hic est *percutit*, alii potius, ut puto, dicunt *percussit*. Suet. Vit. c. 7. 'Quasi calce ab eo percussus.' Val. Max. III. 1. ex. 2. 'Ipsum colapho percussit.' Ulp. l. XL. pr. D. de Injur. 'Qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur.' 'Percellere' in Ennio apud Macrob. Saturn. VI. 2. 'Percellunt magnas quercus:' et in Ter. Eun. II. 3. 87. 'Quo trudis? perculeris jam in me,' est evertere, prosternere, ad terram dare, quæ hic locum non habent. Sed quia cap. seq. tursus eodem verbo de hac re utitur Livius, 'Sp. Postumius modo legatum fecialem genu percutit,' fortasse nihil novandum est. *Duk.* Vox *maxime* deficit in fragm. Hav. a m. pr. Sed *quanta maxima vi poterat* præfert idem a m. sec. cui consentiunt Pert. a m. sec. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Quod non displiceret, si aut plures aut graviotis auctoritatis codd. testimonio suo comprobarent. Livius enim sæpius ita locutus est. Infra X. 29. 'In transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent.' cap. 39. 'Optus esse et illum, quanta maxima vi posset, Cominium obpugnare.' c. 41. 'Prædixerat, ut, quanta maxima vi possent, concitarent equites in hostem.' Alia exempla ex Livio aliisque vide ad VII. 9. § 8. et ad XLII. 15. § 1. Vide etiam Gronov. ad Liv. hoc lib. c. 24. § 9. Præterea *vi poterat* Lov. 2. *potuit vi* Gaertn. et edd. ante Frobenianam 1536. Deinde *periculi*, pro *perculit*, Vorst. 2. et Lov. 3. *percutit* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. Paullo ante *dicente*, pro *dicenti*, impressi priores. Frobenius alterum a. 1531. substituit, consentientibus scriptis.

Se Samnitem civem esse, illum legatum] Membranæ Colon. *se Samnitem civem esse, Romanum esse illum legatum*. Modius. Pall. 1. et 2. *se Samnitem civem, Romanum esse illum legatum*. At Campan. item hanc decidere sategit *se Samnitem civem ex Romano esse*. Gebh. *Se Samnitem civem, Romanum illum legatum esse* Vorst. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. in quo *civem* a m. pr. deficit. *Se Samnitem civem esse, Romano illum legatum* Vorst. 1. in margine, et Lov. 1. a m. pr. *se Samnitem civem esse, Romanum illum legatum* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. *se Samnitem civem, Romanorum esse illum legatum* Lov. 2. Prior lectio præcipue placet. Certe vox *Romanum* hic non vacare videtur propter elegantem obpositionem inter *Samnitem civem* et *Romanum legatum*. Paullo ante vocula *et* non adparet in Lov. 4. Mox autem in verbis seqq. *ab se contra jus gentium* Port. et Hav. *Tò contra* deest in Leid. 2.

Eo justius bellum gesturos] Vet. lib. *Romanos eo justius bellum gesturos:* quod placet. *Sigon.* Pal. 2. *Romanos eo justius bellum gesturos:* quod additamentum existimo interpretis. *Gebh. Romanos eo justius* etiam Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxonienses. Observandum est, omnes codd. qui supra in verbis præcedd. vocem *Romanum* vel *Romanorum* interponunt, eam hoc loco omittere; uno excepto Gaertn. qui et hic et ibi eam exhibet. Unde patere existimo, eam alterutro certe loco a scribis additam esse. Sed quum certiores codd. eamdem potius supra admittant, illic etiam genuinam, hic omittendam arbitror.

Digitized by Google

CAP. XI. § 2 *Samniti populo omnes, quos in potestate habuit, aut pro eis pax debetur*] Distinguunt Pall. duo, *aut pacto stas Samniti populo: omnes, quos in pot. habuit, aut pro hiis pax habetur.* Pal. 2. *Samniti pop. omnes, quos in pot. habuerit, restitue: aut pro his pax habeatur.* Videlicet hæc sententia ita prave malis subfulta tibicinibus est ab iis, qui non ceperunt. Sensus vero est: Samnitibus debentur aut exercitus et omnes, quos ad furculas clausos ac captivos in potestate habuit, aut pax debetur, sponsione expressa. *Gebh. Quos in pot. habuerit, restitue, aut pro his pax habeatur* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *quos in pot. habuit, restitue, aut pro his,* vel *hiis, pax habeatur* Harl. fragm. Hav. a m. sec. et apud Hearnium C. *quos in pot. habuit, redde; aut pro eis pax habeatur* Lov. 2. *quos in pot. habuit, restitue; aut pro eis pax debeatur* ejusdem Hearnii N. *habuerit* etiam Leid. 2. et Lov. 1. Tum *pax habetur* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *pax habeatur* Oxon. L. 2. apud Hearnium. Librariis, qui hic voces interpolarunt, ac mutarunt, displicuisse videtur compositio illa *omnes, aut pax debetur.* Verum de ea vide ad I. 21. § 2. Paullo ante trajectis vocabulis *irrita omnia facis* Lov. 3.

§ 3 *Qui te captum victori, cum qua potes fide, restituis*] Vet. lib. *qui te nunc captum victori.* Sigonius. Pal. 2. *qui te nunc captum.* Gebh. Vet. lib. Sigonii consentiunt Lov. 2. Harl. Port. et Hearnii Oxon. B. ac C. *qui te cum captum victori* Leid. 1. *qui te tum captum victori* Lov. 4. Sed voculam interpositam quamcumque non agnoscunt optimi. Recte igitur recentiores editores Sigonium, *nunc* in contextum recipientem, non audiverunt. Præterea *cum qua fide potes* Gaertn. *tu qua te potes fide* Lov. 3. *tum qua potes fide* Voss. 2. *cum potes fide* Leid. 2. et Lov. 1. Nihil mutandum. Locutionem 'cum qua fide potes' inlustrabo ad XLV. 8. § 4. Ceterum hæc verba ac seqq. *populum Romanum adpello* deficiunt in Port. inertia scribæ, ob vocis *adpello* iterationem. Vide hoc cap. ad § 11. At *populo Romano* est in Gaertn. et Hav. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Quem si sponsionis ad furculas Caudinas factæ pœnitet] *Quem si sponsio omnis ad furculas Caudinas facta* Voss. 2. et Lov. 3. Forte librarii dare voluerunt *quem si sponsio omnis ad furculas Caudinas facta pœnitet.* Ita enim antiquos interdum locutos esse, docuit Sanctius in Minerv. l. III. c. 1. et 3. in voce 'Pœnitet,' ubi vide Perizon. Reliquis tamen codd. in vulgatum conspirantibus, id præferendum esse, nullus dubito. Deinde *pœnituit* Lov. 4. a m. pr. Tum *restituet*, pro *restituat*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. Postea *sæptæ* cum diphthongo Flor. Vide ad VIII. 8. § 10. Tandem *fuerant*, pro *fuerunt*, Gaertn.

§ 4 *Recipiunt arma, quæ per pactionem tradiderunt*] Pall. 1. ac 3. *quæ perpacti omnes trad.* Andreæ ed. *pro pactione trad.* Gebh. *Perpacti omnes trad.* Lov. 3. *perpactis omnes trad.* Voss. 2. *pro pactione trad.* edd. Rom. 1472. et Parm. *Pro* et *per* sæpe commutantur. Vide ad III. 67. § 7. Præterea *recipiunt arma, quæ* Port. *recipiant arma, quam* Hav. Paullo ante *deceperat*, pro *deceperit*, Port. *decepit* Harl. et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. Mox in verbis seqq. *red'unt*, pro *redeant*, idem Gaertn.

Tum bellum et fortia consilia placeant] *Et fortia cons. facta placeant* Hearnii Oxon. C. Sed videtur librarius duplicem lectionem *fortia consilia* et *fortia facta* reperisse, et utramque, verioris incertus, junxisse, ut sæpe factum est. Vide ad III. 44. § 4.

§ 5 *Ea vero fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum*] Iterum Pall. 1. ac 3. *pax*

Digitized by Google

repudietur a fortuna: his locis, ubi ante pacis mentionem habuimus. Repudiant ceteri quoque libri τὸ *vero.* Item Pal. 2. et Andreæ ed. *quam ante pacis mentionem habuimus.* Gebh. In nullo scriptorum aut editorum ante Gryphium inveni τὸ *vero;* quare delevi. Potest autem intelligi vel per ὃν δεῖ δυοῖν, quasi esset fortuna locorum, (nam æquis locis æqui Dii, ut Tacitus, et contra. v. 54. 'Fortuna certe loci hujus transferri hinc non possit.' VI. 28. 'Fortunæ loci delegaverant spes suas.' Ovidius Met. IV. 565. 'tanquam fortuna locorum, Non sua se premeret:') vel divisum: restituatur eadem fortuna et status exercituum, eadem conditio, eædem spes metusque: reddamur iisdem locis, quibus constiteramus utrique, quam colloquium iniretur: sic deerit causa, cur senatus pactione consulum, nos pactis irritis doleamus. Supra c. 9. 'Nostrum exercitum eadem, quæ impedierat fortuna, expediret.' X. 19. 'Neminem quæsiturum, quæ verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit.' Quare non autumem, aptiore sensu *fore ea forma:* quod viro docto visum. *J. F. Gron.* Particula *vero* ante Gryphium jam recepta erat a Frobenio 1535. quam nullus etiam meorum aut Hearnii codd. agnovit, et recte Gronovius expunxit. Eadem etiam viro docto displicuit, qui propterea in margine ed. Curionis *Eadem fortuna* scribendum conjecit. Sed et hæc lectio in nullo meorum exstat. Is autem, quem *Ea forma* emendantem Gronovius refellit, est Freinsh. qui conjecturam hanc proposuit in Ind. Curt. in voc. 'Forma,' et ad Flori II. 11. § 8. Eæ voces sæpe in membranis antiquis commutantur. Vide ad XLI. 20. § 1. Verum neque huic lectioni ullus codicum consentit: et vulgatam recte Gronov. exposuit. Cæterum a *fortuna,* ut Gebhard. in duobus Pall. invenit, apud me superest in Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Sed videntur librarii primam literam omisisse, ut eam postea ornatus caussa alio colore pingerent. Præterea *his locis ante pacis* Voss. 2. et Leid. 1. *quam his locis, ubi ante pacis* Lov. 2. *quam his locis ante pacis* Lov. 4. *his locis ubi ante pacis* Lov. 3. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *diis locis ubi ante pacis* Gaertn. *his locis quam ante pacis* Port. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. (quorum tamen posterior *quæ,* pro *quam,* in margine ostentat) atque edd. antiquæ ante Frobenianam 1535. *iis locis quante pacis* Klockian.

. *Nec nos fidem populi Romani accusemus*] *Incusemus* Hearnii Oxon. B. Id verbum indoctis librariis minus notum fuisse videtur, quam ut sponte aut non præeunte cod. vulgatissimo *accusemus* substituerent. Eo tamen Livius sæpius usus est. Supra VIII. 23. 'Ultro incusabant injurias Romanorum.' XXV. 1. 'Incusati graviter ab senatu ædiles triumviriique capitales.' c. 37. 'Alii manus ad cælum tendere, Deos incusantes.' XXVI. 12. 'Se quoque et præsidium in omnes cruciatus proditos incusabant.' XXIX. 8. 'Locrenses graviter ob defectionem incusavit.' XXXI. 6. 'Incusaverat bella ex bellis seri.' XXXIII. 35. 'Alii ferocius incusarunt exprobraruntque.' XL. 27. 'Fraudem hostium incusans.' Notat autem Servius ad Virgil. Æn. I. 410. 'Incusare proprie est superiorem arguere; accusare vero vel parem vel inferiorem.' Si igitur perpetuum foret id discrimen, Samnitium imperator Pontius dicendo *incusemus* agnovisset, Romanos Samnitibus superiores esse; quod eum, nupera victoria inflatum, fecisse, vix verisimile videri potest. Recte ergo Servius prioribus subjungit: 'Et hoc proprietatis est, licet usus male ista corrumpat.'

§ 6 *Numquamne causa defiet*] Vet. lib. *deficiet.* Sigon. Sola Andreæ ed. *defiet.* Gebh. *Deficiet* Sigonii est;

Digitized by Google

nec aliter legitur in utroque Voss. Præplacet tamen, quod in Helmstad. Rott. et primis edd. habetur, *numquamne causa defuit*. Plautus Menechm. I. 4. ' tribus vide quod sit satis: Neque defiat, neque supersit.' Milite IV. 6. ' ita animus per oculos meos defit.' Rud. IV. 4. ' Omnia iterum vis memorari, sceleus, ut defiat dies.' *J. F. Gron.* *Defiet* apud me non superest, nisi in Flor. a m. pr. et Klockian. apud Hearnium autem in solo Oxon. N. Reliqui omnes *deficiet*, quod ex alterius expositione natum videtur. Passim enim hoc verbum librariis minus notum in alia mutatum est; apud poëtas autem propter legem metri, pro *defit*, sæpius datum est *desit*. Vide quæ notavi ad Silii IX. 335. ubi de hoc verbo plura dicta sunt. *Numquam nec causa* est in Leid. 1. Sed posterioris vocis litera initialis fini vocis præced. adcrevit. Vide ad XL. 7. § 8. *Numquam de causa* Hav. Mox *pacto non statis* Flor. a m. pr.

Obsides Porsennæ dedistis, furto eos subduxistis] *Porsinnæ* Flor. et Leid. 1. Verum de orthographia hujus nominis egimus ad II. 9. § 1. Deinde *furtum* Oxon. B. apud Hearnium, qui inde *furtim* scribendum conjicit, quemadmodum invenit in cod. N. *furtim* etiam apud me Harl. Port. et Hav. quorum fides levior est, quam ut iis credam. Mox *occisi*, pro *cæsi*, fragm. Hav.

§ 7 *Pacem nobiscum pepigistis, ut legiones vobis captas restituerimus*] Libri omnes *restitueremus*. Gebh. *Restituerimus* demum receperat Modii Francofurtana; neque alibi in scriptis, quam in uno Hav. mihi obvium fuit: quare recte Gronovius priorem lectionem revocavit. *Captas vobis restitueremus* alio ordine legit Harl. Deinde *pace nobiscum pepigistis* fragm. Hav. *pacem nobiscum pepegistis* Gaertn. a m. sec.

Eam pacem irritam facitis] Pall. 1. ac 3. *eam pacem vanam facitis*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Verum id ex interpretis glossa profluxit. Præterea *facistis* Lov. 1. a m. pr. *fecistis* Lov. 2.

Et semper aliquam fraudi speciem juris imponitis] Ubi meus fuit Campani *et semper aliq. fraudis spec. juri imponitis* edentis? *Gebh. Aliq. fraudis spec. juris imponitis* Flor. Gaertn. et Port. a m. sec. Sed ultima litera vocis *fraudis* ex principio vocis seq. perperam repetita est. Vide ad XL. 7. § 8. *Aliq. altercandi spec. juris imponitis* Lov. 2. Omnia autem hæc verba *et semper aliq. fraudi spec. juris imponitis* deficiunt perperam in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 8 *Pacem sibi habeat*] Pal. 2. *pacem habeant sibi*. Gebh. Hac formula *sibi habeat* utitur, qui, quod non habet ipse, cum habeant alii teneantque, eo se facile carere testatur. Hic utrisque simul aut habenda pax, aut non habenda erat: neutri poterant habere vel aspernari sine alteris. Sensus poscere videtur, *Non probat pop. Rom. ign. pace legiones servatas? pacem ne habeat, leg. cap. vict. restituat. Hoc fide, hoc fœd., hoc fec. cærim. dignum erat. Ut tu quidem, quod pet. per past., habeas, tot cives inc., ego pacem, quam hos tibi rem. pactus sum, non habeam? Hoc tu, A. Corneli, hoc vos, feciales, juris gentibus dicitis?* Nam et ita ponenda interpunctio, ab qua vulgo laborat locus. *Ut tu*, quemadmodum notavimus ad IV. 2. Plautus Asinar. V. 2. ' Egon' ut non domo surripiam in deliciis pallam, quam habet, atque ad te deferam?' *J. F. Gron.* Eadem, quæ hic, ad Senecæ Controv. XXVI. in fine habet Gronov. Verba *pacem sibi habeat* hac sententia accipi posse arbitror: Pace facile carere possumus; statuat de ea populus Romanus, ut lubet, dummodo legiones captas nobis restituat. Nam qui dicit ' tibi habe,' ut Ter. Phorm. II. 3. 88. alterius ar-

Digitized by Google

bitrii facit, quomodo re, quam illum sibi habere jubet, uti velit. In recepta distinctione, quæ post *restituat στιγμὴν τελείαν* habet, et sequentia in unam periodum usque ad 'Hoc tu, A. Corneli' concludit, mihi omnia planiora sunt, quam in Gronoviana. Emendationem *hos tibi*, pro *hosti tibi*, qui improbare volet, ei tolerabilis aliquis sensus in vulgata scriptura quærendus erit, quem in ea nullum invenio. *Duk. Pacem habeat sibi* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *pacem habeant sibi* Port. et Hav. Doujatio Gronovii ratiocinatio subtilior, quam verior, videtur. Existimat autem *pacem sibi habeat* idem esse, ac recipiat populus Romanus pacem, quam per consules cum Samnitibus pactus est. Permittere igitur Pontium, ut Romani de pace pro arbitrio statuant: Samnites enim facile ea carituros, si omnia in priorem statum restituantur. Paullo ante *ignominiosam pacem, legiones servatas* præfert Flor. a m. sec. *ignominiosa deditione legiones servatas* Lov. 4. in contextu, altera lectione margini adscripta. In verbis seqq. *hoc fœdere, hoc fec. ceremoniisque dignum erat* legit Harl.

§ 9 *Ut tu quidem, quod petisti, per pactionem habeas, tot cives incolumes*] *Ut quidem tu, quod petisti* Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et edd. ante Vascos. *Ut quidem tu, quod petiisti* Lov. 4. *Ut, quod quidem tu petisti* Lov. 2. At omnia hæc verba neglegentia librarii exsulant a Voss. 2.

Quam hosti tibi remittendo pactus sum] *Hostem tibi remit.* Gaertn. *hos tibi remit.* scribendum conjicit Gronov. ad § præc. Et ita ex Neapol. cod. laudat Latinius. Ut adeo librarius ultimam syllabam vocis *hosti* perperam repetierit ex initio vocis seq. eo modo *hostem tempture*, pro *hos tentare*, in uno cod. scribebatur VI. 18. § 11. Plura similia exempla videbimus ad XXXVII. 41. § 5.

Hoc vos, feciales, juris gentibus dicitis] Pal. 2. *hoc vos, fetiales, juris gentium dic.* Gebh. Ita et Lov. 2. Harl. Gaertn. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxonienses. 'Jus gentium' sæpius Livio memoratur. Vide ad v. 5. § 14. Verum intempestiva hic ejus mentio videtur, quum optimi codd. *gentibus* servent. Feciales 'jus dicunt gentibus' quos 'fœderum, pacis, belli, induciarum judices' vocat Cic. de LL. II. 9. Insuper *hoc vos feciales jus* Port. a m. sec. Male. *Hoc juris*, ut 'hoc solatii;' de quo vide ad XXX. 13. § 13. *Hæc vos, feciales*, et paullo ante *hæc tu*, fragm. Hav.

§ 10 *Quos dedi simulatis*] Pal. 2. *simulatos.* Gebh.

In civitatem obligatam sponsione commissa] Pall. duo meliores 1. et 3. *in civitatem obluctam.* 'Oblueta civitas' an obligata? ut sit ab 'obluere,' hoc est, obligare. Allusit olim Andreas, *in civitatem oblitam.* Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] *Obligatam*, an *obstrictam* legas, parum refert. Utroque utitur Livius: illo c. 9. hoc c. 8. Sed non liquet, quomodo varietas scripturæ, a Gronovio patre proposita, magis ducat ad *obstrictam*, quam ad *obligatam*. Mallem, docuisset vir clarissimus, quid sit 'sponsio commissa.' Jurisconsulti 'commissam stipulationem,' quod sæpe in Pandectis legitur, interpretantur eam, cujus conditio exstitit, quum ex ea deberi cœptum est, et agi ac peti potest. Ita 'sponsio commissa' erit, cujus conditio exstitit. Nimirum consules ceteriique spoponderant, Samnites pacem habituros, si Romanos incolumes dimisissent. Dimissis Romanis exstiterat conditio et sponsio commissa, Romanique ex ea obligati erant. Sed et aliter accipi potest. Sponsio haud dubie firmata fuerat, interposito jurejurando, et cum exsecratione in capita sponsorum et in populum Romanum, ut in fœderibus: idque indicant verba Livii, 'iratis omnibus

Digitized by Google

Diis, quorum eluditur numen.' Jam populus Romanus, quum sponsionem ratam non haberet, commiserat sponsionem, id est, commiserat, quod execrationibus ac diris illis locum faceret: quemadmodum Cicero pro Cluent. c. 37. 'committere pœnam,' et in Verr. III. 12. 'committere mulctam' dicit eum, qui committit, quod pœnæ vel mulctæ locum facit. Et de eo cogitare potuit J. F. Gronovius, quum *pollutam*, pro *obligatam*, legendum conjiciebat. Sed prius mihi simplicius videtur: etsi verum esse non adfirmo. Quid sit 'committere stipulationem,' 'pœnam,' 'mulctam,' et alia, docent Interpretes juris civilis, et Faërnus ac Manutius ad Cic. pro Flacc. c. 21. *Duk.* Nostri etiam admodum variant. *In civitate oblactam spons. commissa* Flor. *in civitate obluctam sponsionem commissa* Leid. 1. *in civitate obluctam civitatem spons. commissa* Lov. 1. *in civitatem obluctam civitate spons. commissa* Leid. 2. *in civitate obluctam sponsione omissa* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *in civitate obluctam sponsione commissa* Lov. 4. *in civitate obluctante sponsione commissa* Gaertn. *in civitatem obluctante sponsione commissa* fragm. Hav. a m. sec. *in civitatem oblutam sponsione commissa* Lov. 3. *in civitatem obligatam sponsione commissam* Harl. *in civitatem obruptam sponsione commissa* Port. *in civitatem ob ruptam sponsione commissa* se invenisse Hearne testatus est, in Oxon. N. *in civitatem ob ruptam spons. commissam* in L. 2. et C. *in civitatem abruptam spons. commissam* in B. Si quid mutandum, Jac. Gronovii *obstrictam sponsione* malo; quam, ut pater ejus conjecerat, *pollutam sponsione*. Doujatius nulla mutatione opus esse existimat: 'committi' enim stipulationem vel pœnam recte dici apud jurisconsultos, quum, quod quis simpliciter aut adjecta pœna spopondit, non implevit; sive quum contra id, quod convenit, factum est. Non male igitur Pontium dicere, civitatem Romanam *obligatam sponsione commissa*, quum, quod spoponderant ejus nomine consules, præstare recusavit. Verum non quæritur, utrum recte dicatur 'civitas obligata sponsione commissa?' de eo enim convenit: sed potius, an ex eo, quod codd. constanter vocem vulgatissimam *obligatam* repudient, efficiendum sit, aliam minus usitatam ejus loco a Livio relictam esse? quod verisimile videtur. Quid sit 'sponsio commissa,' videndus est Salmas. de Modo Usur. c. 14. p. 614. et Græv. ad Cic. pro Domo c. 57.

§ 11 *Gerite bellum, quando Sp. Postumius modo legatum fecialem genus perculit*] *Quærite bellum* Hav. *Geratur bellum* edd. antiqq. ante Frobenianam 1535. quæ *Gerite* substituit, consentientibus reliquis scriptis. Tum *Postumius non legatum* Hav. Scriptum fuerat *mō* pro *modo*, quod deinde facile in *nō* ac *non* mutari potuit. Certe *Postumius nō legatum* hodie adhuc superest in Hav. et fragm. Hav. Alia hujus erroris exempla vide ad IV. 56. § 6. Adde viros doctos ad Sueton. Tib. c. 21. Præterea *pertulit* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXV. 27. § 16.

Ita Dii credent, Samnitem civem Postumium, non civem Romanum, esse, et a Samnite legatum Romanum violatum] Pall. 1. ac 3. concisius *Ita Dii credent, Samn. civem Post., non civem Romanum violatum.* Pal. 2. *Samn. civem Post., non civem Romanum legatum viol.* Gebh. Ut Pal. 2. apud Gebhardum, etiam legit Port. Neque multum differt Harl. qui solam tantum vocem *non* insuper omittit. *Samnitem civem Postumium, non civem Romanum hs violatum* Flor. At duobus Pall. ejusdem Gebhardi adsentiuntur Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. in quo a m. sec. pro *violatum* emendatur *violasse*: quomodo etiam præferunt Gaertn.

Digitized by Google

atque Hearnii Oxon. N. ac B. Ita autem datum est, ut senatus, qui ceteroquin nullus erat, aliquo modo constaret. Verum librariis errandi caussa exstitit repetitio vocis *Romanum*. Inde enim factum est, ut ab una ad alteram transilientes omnia media ipsamque illam semel transierint. Hujus erroris exempla tot supersunt in Mss. Livii, superius a me indicata, totque infra adhuc obcurrent, ut si recensere vellem, tædio forem. Eumdem errorem in aliorum scriptorum manu exaratis libris obvium notarunt Burm. ad Calpurn. Ecl. IV. vs. 56. Corte ad Plinii Ep. V. 7. § 2. et 20. § 5. Vide etiam quæ notavi ad Silii XV. 703. et ad XVI. 567. Quin et interdum hic error non in uno vel altero cod. sed etiam in tantum non omnibus Mss. committitur. Memorabile exemplum habuimus hoc lib. c. 5. § 10. ubi nisi superstites fuissent membranæ, quibus Gelenius usus est, quatuor voces in Livio periissent. Ex his colligendum est, multas adhuc hodie lacunas non animadversas superesse posse in monumentis illorum auctorum, quorum unus tantum vel alter ad nos codex scriptus pervenit. Certe similes indicarunt quasdam viri docti in ultimis libris Livii ex unico cod. Laurisseno vulgatis. Vide Sigonium ad Livii XLIV. 27. § 6. Ursinum ad XLV. 41. § 11. et Gronov. ad XLIV. 25. § 6. et XLV. 24. § 9. Ceterum *Ita Dii crederent* Gaertn. Vide ad II. 56. § 7. Deinde *et Samnite*, pro *et a Samnite*, Leid. 2. et Lov. 1. Mox *factum est bellum* Leid. 1. *factum bellum esse* Port. et Hav. *bellum esse factum* Lov. 4.

§ 12 *Hæc ludibria religionum non pudore in lucem proferre*] Menda typographica: quippe Pall. 1. et 3. ut et Andreæ recensio *non pudere*. Sed Camp. et Pal. 2. *non pudet in lucem proferre*. Gebh. Mendam typographicam, quam in prioribus edd. suis operæ commiserant, Gruterus jam in postuma emendavit. *Non pudet* legunt etiam Lov. 2. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et N. cujus tamen margo ostentat *pudere*. Vide ad I. 50. § 5. Tum *Hæc ludibria legionum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo et alibi peccarunt librarii. Vide ad X. 40. § 11. *Hæc ludibria ligionum* Voss. 1. *Hic ludibria legionum* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *in lucem perferre* Voss. 2. Vide ad V. 4. § 12.

Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendæ fidei exquirere] *Ambages dignas* Lov. 2. Tum *senes et consulares* Lov. 4. Deinde *fidei fallendæ* Gaertn. Ceterum Gebhardus ad Liv. VIII. 15. § 13. hæc per ellipsin exponit, pro *fallendæ fidei causa*. Potest tamen *fallendæ fidei* sine ellipsi casu tertio accipi.

§ 13 *I, lictor, dene vincla Romanis: moratus sit nemo*] Pal. 2. *dene vincula. Romanus moratus sit nemo*. Gebh. Vox i deficit in Voss. 2. Lov. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 7. § 19. Ejus loco ii præferunt Flor. et Leid. 2. Tum *victor* Lov. 2. Mox *vincula* Lov. 2. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vide ad III. 56. § 4. Mox *habeant*, pro *abeant*, Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et quædam ex antiqq. edd. Vide ad XXII. 59. § 19.

Sua certe liberata fide] Pal. 1. *sua cetera liberata fide*. Pal. 3. *sua cetera libata fide*. Camp. ed. *sua certe liberati fide*. Gebh. *Sua certa liberata fide* Lov. 3. Male. *Certe* est 'dumtaxat,' 'minimum.' Vide ad II. 1. § 2. *Sua certe liberati fide* Port. Neque id rectum. Cic. pro Flacc. cap. 20. 'Ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat.'

Inviolati redierunt] Pal. 1. *redierc*. Pal. 3. *reducte*. Gebh. *Redierc* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Præterea a *Caudio* Gaertn.

CAP. XII. § 1 *Omnia, quæ deinde*

Digitized by Google

venerunt] Pal. 2. *evenerunt*. Gebh. Sic et X. 45. 'Quonam modo tolerabilis Etruria fuisset, si quid in Samnio adversi venisset.' Vide tamen an non hic scribendum sit *evenisset*, et illic *quæ dein evenerunt*. J. F. Gron. Tamen Liv. I. 7. 'Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures:' et XXIV. 40. 'Si quando similis fortuna venisset.' Tacit. Ann. XII. 32. 'Id quo promtius veniret:' id est, ut Freinshemius, eveniret. Sic 'commodum' et 'malum alicui venire' dicitur. Sallust. Jug. c. 4. et Phædr. Fab. I. 2. ubi vide Burm. et Wass. ad Sall. Jug. cap. 110. Sed in nonnullis eorum, quæ ibi admotantur, variat scriptura, ut et in Terent. Hec. II. 1. 31. ubi pro vulgato *Non mea opera neque pol culpa evenit*, Rivii libri, cum quibus consentit Traject. habebant *venit*, quod pro composito dictum putat Rivius. *Duk. Deinde evenerunt* Lov. 4. Harl. Port. et Hav. *deinceps evenerunt* Klockian. Potuit sane facili errore prima litera *e* intercipi ab ultima præced. *deinde*; quod in hoc verbo etiam alibi factum est. Vide ad VII. 6. § 8. ad X. 11. § 1. ad XXII. 40. § 3. et ad XXIX. 20. § 4. Adde Cortium ad Plinii Ep. II. 11. § 6. Ita apud Colum. in optimo Mstо Saugerm. legitur IV. 2. 'Ut sæpe evenit, vel nigri est generis, vel parum fertilis:' ubi vulgo editur *sæpe evenit*. Contra apud Valer. Max. III. 4. in princ. recte nunc circumfertur, 'Sæpe evenit, ut et humili loco nati ad summam dignitatem consurgant:' ubi alter cod. Traj. legit *sæpe venit*. Quin etiam sæpe 'venire' abiit in 'evenire,' quod ultima litera vocis præced. in principio hujus a librariis repetita sit. Vide ad II. 38. § 1. Multa etiam loca obcurrunt, ubi 'venire' et 'evenire' inter se commutantur, in quibus tamen eadem erroris istius caussa dari nequit. Vide ad II. 40. § 14. c. 48. § 5. III. 4. § 7. IV. 8. § 5. XXI. 17. § 1. XXXIX. 41. § 6. c. 46. § 5. et Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. Her. VII. 31. Quum tamen illud *evenerunt* fere non, nisi in suspectæ fidei codd. obcurrat, potius esse existimo, ut alterum *venerunt* servetur. Nam, *venire* nonnumquam pro *evenire* poni, videbimus ad lib. XLIV. c. 17. § 7. Ceterum *omniaque, quæ deinde* Flor. Leid. 1. Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. *omnia quæque deinde*, quæ lectio eodem ducit, Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Paullo ante *seminatum bellum*, pro *renatum*, Klockian.

Non in animis modo, sed prope in oculis esse] *In animo* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *in oculis prope esse* Lov. 2.

§ 2 *Inter quæ se media lapsos*] Ant. Perizon. ad marginem Livii legendum conjicit *medio lapsos*. Doujatius exponit 'media via lapsos.' Ita Pontius rogabat c. 3. 'Quid si media via consilii caperetur?' Vide ad III. 46. § 5. Quum tamen ellipsis illa in hac voce insolentior sit, vide an non potius jungendum sit *inter quæ media*. Id quidem Doujatio displicet; qui Samnites non 'inter media,' sed 'inter duo extrema' omnes liberandi, aut omnes necandi consilia lapsos dicit; eousque tamen non video, cur non 'inter media consilia,' pro inter medium consiliorum, eodem modo dici possit, quo 'medii Thraces,' 'hostes,' XXXVIII. 41. 'Hoc omne per Græcorum colonias pacatum iter fuit: reliquum inde per medios Thraces dies noctesque suspectum.' Et mox 'Mutinis filiam per medios hostes perrupisse.' Ceterum *ante quæ esse media lapsos* legit Lov. 4. *inter quorum se media lapsos* Lov. 2. Verba autem *utraque consilia, &c. mutasse* inertia scribæ non exstant in Hav.

Et beneficii et maleficii occasione amissa] *Et beneficiis* Gaertn. sed ita etiam legendum foret *et maleficiis*; atque 'occasio beneficiis' eodem modo dictum foret, quo 'locus sedi-

Digitized by Google

tioni,' et similia plura, de quibus dictum est ad III. 46. § 2. Quum tamen nullus præterea cod. hanc lectionem firmet, et unum tantum beneficium liberandi Romanos in potestatem redactos, unumque maleficium eos interficiendi indicetur, nihil etiam mutandum puto. Voces *et maleficii* desunt in Flor. Deinde *occasione admissa* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad IV. 12. § 11. et mox § 10. *Occasione omissa* Leid. 2. et Lov. 4. Vide ad III. 38. § 11. Nihil mutandum est. Non tantum enim 'omiserant' occasionem, sed omittendo insuper 'amiserant.' Supra VII. 34. 'Utriusque rei amissa occasione:' ubi plura vide. Mox *potuerunt*, pro *potuerint*, Voss. 2. Leid. 2. et Port. Voces autem *vel amicos* exsulant a Lov. 4.

§ 3 *Nullodum certamine inclinatis viribus*] *In illo dum cert.* Voss. 1. et Leid. 2. qui error ex similitudine literarum *ini* ac *nu* ortus est. Contrario errore *nullo* pro *in illo* supra in Mss. obvium fuit V. 19. § 4. *In illo certamine* Port. *nullo certamine* Hav. Male. Vide ad XXIX. 11. § 1.

Animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Postumium] *Animi se mutaverunt* Port. et Hav. quod sine dubio ex nauti interpolatione natum est. Vide ad III. 10. § 6. Deinde *et clariorem* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXI. 28. § 8. *Aut clariorem* Hav. Vide ad IV. 12. § 8. *Ut clariore inter Romanos dedito* Lov. 4. a m. pr. in quo *deditione* emendatur a m. sec. *clamorem inter Romanos* Leid. 2. *clariorem intra Romanos* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 27. § 3.

Faceret: et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, Samnites] Omnia hæc vocabula librariorum culpa omittuntur in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. et fragm. Hav. Desunt etiam in optimo Flor. in quo eorum loco adscriptum erat *K'd.* Caussa erroris fuit repetitio vocis *Samnites.* Vide ad cap. præc. § 11. Ceterum *geri posse* omittit Lov. 2. Tum *pro certa victoria* alio ordine habet Leid. 2.

§ 5 *Defecerunt, et Fregellæ colonia*] *Defecerunt* Harl. Hav. et edd. antiqq. Sed vulgatum, quod Frobenius primus a. 1535. recepit, servo: non quasi displicerent *defecerunt et capta est:* eadem enim tempora interdum jungi, vidimus ad IV. 33. § 8. sed quia eam lectionem veriorem esse persuadet reliquorum codicum consensus. Tum copula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *flagella* Lov. 4. Mox *et fuisse Satricanos*, trajectis vocibus, Port. et Hav. *fuisse Satricanos* Gaertn. *fuit, sed Satricanos* Lov. 2.

Occupata est: timor inde mutuus utrosque usque ad lucem] *Occupatos esse* Lov. 2. *occupata: cum timor* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *utroque* Leid. 1. et Flor. Tum vocula *usque* exsulat a Port. et Hav.

§ 6 *Quam aliquamdiu æquam, et quia pro aris ac focis dimicabatur, et quia*] *Quam diu æque et pro aris* Voss. 2. et Lov. 3. *quam diu æquam, et quia pro aris* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. Tum *pro aris et focis* Leid. 2. Lov. 2. Harl. Gaertn. et edd. Frobeniana 1535. priores. Præterea *dimicabant* Harl. Vide ad XXXVIII. 40. § 1. *Dimicabantur* fragm. Hav. a m. pr. Tandem *et qualem* Lov. 2.

Tamen Fregellani sustinuerunt] Pall. 1. et 3. *Fregellæ.* Pal. 2. *vim Fregellani sustinuerunt.* Gebh. *Vim Freg. sustin.* Port. Gaertn. et Hav. Sed librarii confuderunt compendia *tñ* et *uī*, quibus utraque vocabula notantur. *Tantum Fregellæ sustin.* Lov. 3. *tantum Fregellani sust.* Voss. 2. Solent etiam hæc compendia *tm̄*, sive *tantum*, et *tñ*, sive *tamen*, sæpissime commutari. Vide ad VII. 30. § 17. VIII. 10. § 4. c. 29. § 12. c. 36. § 3. IX. 23. § 14. c. 29. § 11. X. 6. § 10. c. 37. § 15. XXIV. 26. § 9. XXIX. 35. § 12.

Digitized by Google

XXXVII. 11. § 13. c. 32. § 12. c. 38. § 7. XXXVIII. 14. § 13. c. 17. § 19. XXXIX. 37. § 21. Adde Duker. ad Flori III. 5. § 25. Corte ad Plinii lib. I. ep. 22. § 8. lib. II. ep. 3. § 5. et lib. III. ep. 11. § 4.

§ 7 *Quod vocem audiri præconis passi sunt*] *Audire* Gaertn. *auditi* Hari. *quod vocem audiere præconis passuri* Lov. 2. Mox *incolumem habiturum*, pro *abiturum*, Voss. 1. Lov. 1. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 8 *Per aversam portam erupit*] *Per adversam portam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. Male. Vide ad IV. 46. § 6. *Per adversam partem portæ* Port. et Hav. *per aversam partem portæ* Hearnii Oxonienqis B. quæ insulsa lectio nata videtur ex superstitiosa librarii diligentia, qui duplicem lectionem *portam* et *partem* hoc modo servare volnit. Præterea *erŭpit*, sive *erumpit*, Port. a m. sec. Vide hoc lib. c. 37. § 9. Adde quæ notantur ad I. 56. § 12.

Tutiorque eis audacia fuit] Probo quod habet Pal. 2. *tutiorque audacia fuit*. Gebhard. Ita et Port. et Hav. Nescio vero, quæ caussa Gebhardum impulerit, ut eam lectionem alteri præferret, nisi displicuerit constructio *pars, eis:* quam ob caussam etiam *tutiorque ejus audacia fuit* dedisse videtur Curio, quem inprovide secuti sunt Lugdunens. 1553. et Basileens. 1554. Nam vel tironibus notum est, τὸ *pars* tamquam collectivum sæpe cum plurali construi. Vide ad V. 38. § 6. Præstat igitur fidem habere optimis omnibusque aliis codd. volgatum hoc loco tuentibus.

§ 9 *Consules inter se partiri provincias. Papirius*] Legebam *Consules inter se partiti provincias, Papirius in Apuliam, &c.* Et sic uterque Voss. Sic et c. 31. 'Consulibus inter se provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit:' non *consules partiti:* et c. 41. 'Consulibus partitis provincias Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.' Regredere ad quæ l. VIII. c. 16. *J. F. Gron.* Quemadmodum Gronovius legendum docuit, non modo præferunt omnes Mss. quibus usus sum, sed et edd. antiquæ usque ad Francofurt. 1578. quæ prima *partiri*, pro *partiti*, dedit errore, ut puto, operarum; quod inde patet, quia post vocem *provincias* minorem distinctionem servarunt, cujus loco demum Gruteri postrema στιγμὴν τελείαν recepit. *Partiri* iterum admisit nupera Amstelæd. Clerici.

Papirius in Apuliam ad Luceriam] Ab initio hujus libri hæc urbs ita amica erat Romanis, ut eorum exercitus propter illam in periculum venerit: quanquam nusquam antea narraverit, quando aut quomodo in Romanorum amicitiam venisset. Nunc hoc loco ita amica est Samnitibus, ut non dubitarint, Romanorum obsides illic deponere, cum tamen ne uno quidem verbo innuerit Livius, quomodo et quando a Romanis defecerit, etiamsi intelligimus, post Caudinam pacem id forte factum. *Glar.* Plura apud Livium aliosque adcuratissimos scriptores præsertim rerum Romanarum, reperiri suo loco et tempore prætermissa; quæ deinde tamen, quasi jam ante tradita, per occasionem verbo tantum referuntur, sive memoriam eorum fugerint, quum justior de illis agendi erat locus, sive ipsi de industria ac brevitatis studio prætermiserint, et ex narratione posteriorum intelligi volnerint priora ejusdem negotii; eoque etiam hoc referendum esse, quod nusquam a Livio proditum sit, quomodo Luceria in Samnitium potestatem devenerit, suane voluntate dedita, an vi subacta, observat Jac. Perizon. in Animadv. Hist. c. 4. p. 164. Ceterum voces *in Apuliam* deerant in Gaertn. Tum *ad Luceriam*

Digitized by Google

legit Voss. 1. *ad Lucretium* Lov. 1.

Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones] Codex Moguntinus habebat *adducens Caudinas legiones:* ut intelligamus eas, quæ ad Candium inclusæ fuerant. Alioqui, Samniticas intelligamus, necesse est. *Glar.* Si *adversus* legas, *Caudinas legiones* Samnitium exercitum ad Candium victorem intelligas: si (ut malim, et est in quibusdam libris vet.) *adducens Caudinas*, Romanorum exercitum ad Candium sub jugum missum accipias, necesse est. Ita vero accipiendum esse, docet Livius XXV. 6. ' Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eundem illum hostem sub jugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat.' Idem autem tradit hoc loco Livius. Ex quo intelligi debet, Publilium Caudino exercitu in Samnium esse profectum, Papirium cum novo in Apuliam. *Sigon.* Non aliter omnes libri. Miror itaque Sigonium probare, nescio cujus vet. lib. lectionem, *adducens:* quod verissime statuo esse ignari alicujus commentatoris interjectum interpretamentum. *Gebh. Ad Caudinas legiones* Lov. 4. in contextu. Sed ipse ille in margine, et omnes alii codd. scripti, *adversus Caudinas legiones* verius esse, testantur: neque aliter etiam ullæ edd. a me visæ, præter unam Mogunt. quam Glareanus laudavit. Videat igitur Sigonius, et, qui eum secure nimis secutus est, antecessor ille Parisiensis Dorjatius, quos 'quorumdam librorum vet.' nomine indicarint. *Caudinas* quidem *legiones* eo sensu, quo Sigonius voluit, usurpari posse, non nego; id enim non tantum probat locus Livii ab eo laudatus, verum etiam ' milites Cannenses' memorati XXVI. 28. et ' Cannenses legiones' XXVII. 11. Aliter tamen hic Livium locutum esse, evincit codd. consentientium testimonium. Præterea suo etiam gladio Sigonius jugulari potest. Livius enim loco, quem ipse laudat, refert, legiones, quæ ad Caudium a Samnitibus sub jugum missæ erant, vicissim Samnites sub jugum misisse. Jam autem, id non legiones Publilii, sed Papirii fecisse, constat ex Livio c. 15. Ejus igitur legiones per ' legiones Caudinas' Livius dicto loco intelligit. Non nego tamen, etiam Publilii legiones ad Caudium sub jugum missas esse. Ambo enim consules T. Veturius et Sp. Postumius ad Candium rem gesserunt; quisque igitur duabus legionibus. Anno sequenti ' rescriptæ ex eodem milite novæ legiones,' quas Papirius et Publilius acceperunt. Ratio itaque non est, cur potius ' Caudinæ legiones' dicerentur, quæ Publilio, quam quæ Papirio paruerunt. Displicet insuper locutio *in Samnio substitit, adducens.* Si enim *substitit*, ergo jam antea erat in Samnio. Et sane cap. 10. Livius dixit, exercitum ' ad Caudium' ductum fuisse. Caudium autem oppidum erat Samnii. Si ergo jam antea in Samnio fuerit, quomodo nunc ' adducens legiones,' quæ antea in Samnium cum legionibus Papirii adductæ fuerant? Ceterum *Publilius* plerique scripti, ut et Henrici Oxonienses L. 2. B. et C. sollemni errore scribarum, qui similiter etiam hoc cap. et postea lapsi sunt. Vide ad VIII. 12. § 4.

§ 10 *Distendit ea res Samnitium animos*] *Distenuit* Neap. Latinii. *discendit* Lov. 3. Gaertn. et Hav. Male. Supra III. 23. ' Haud procul mœnibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias:' ubi vide quæ notantur.

Quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis] Hoc loco Luceria Samnitium est, quod forte ad eos, ut dixi ad c. 2. post Caudinam cladem defecerit, quemadmodum tacite intelligi vult Livius. *Sigon.* Vide ad § præc. *Quod ne ad Luceriam, ubi*

Digitized by Google

equites Romani obsides, ire Voss. 2. et Lov. 3. quæ voces ex § præc. male hic repetitæ sunt. Tum *nec ab tergo instaret hostis* Hav. Vide ad III. 47. § 7. *Ne a tergo instaret hostis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et edd. ante Jac. Gronovium. *Ne a tergo obstaret hostis* Lov. 4. Mox *munere Luceriæ, ne Luceria* Lov. 2. Tum *admitteretur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide supra hoc cap. § 2. *Dimitteretur* Gaertn.

§ 11 *Et transigere cum Publilio certamen*] Prima vocula deficit in Voss. 2. et Lov. 3. *et transigere et transire* præfert Leid. 2. duplici, ut videtur, lectione juncta. *Et transigere cum publico certamine* Hav. Male. 'Transigere certamen,' ut apud Silium X. 471. 'dum rapta volucris Transigeret cursu sonipes certamina campi:' 'transigere bella' Tacit. Hist. II. 38. 'Singulis velut ictibus transacta sunt bella.'

In aciem copias ducunt] Libri omnes, qua cusi, qua manu exarati *in aciem copias educunt*. Gebh. *Educunt* consensu veteres. Lib. VII. c. 18. 'Si quis det signum, in aciem educat.' *J. F. Gron. Educunt* etiam omnes mei, præter Harl. Ex Flor. quoque nihil notatur. Verba 'ducere' et 'educere' sæpe in Mss. confundi solent. Vide ad XL. 25. § 10. De locutione 'in aciem educere' vide ad III. 62. § 5.

CAP. XIII. § 1 *Prius adloquendos milites ratus concionem advocari posse*] *Et prius adloq.* Gaertn. Tum *concionem* deficit in Leid. 2. ut et Lov. 1. a m. sec. qui a m. pr. ejus loco *præ clamore* præfert. Sed hæ voces ex seqq. perperam huc invectæ erant. Mox τὸ *est* exsulat a fragm. Hav.

§ 2 *Suus cuique animus memor ignominiæ adhortator aderat*] Pal. 2. *cohortator aderat*. Gebh. *Suus suæ cuique animus ignominiæ memor* Lov. 2. Deinde *cohortator aderat* Port. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. B. qui in Oxon. L. 1. *dictator et adhortator aderat;* in C. *adhortator erat* invenit. Mox *ingentes*, pro *urgentes*, Lov. 3. solito librariorum lapsu. Vide quæ olim notavi ad Silii Ital. VI. 265. et ad Livii V. 22. § 8. etiam h. l. ad c. 31. § 7.

Mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset] *In cursu* Leid. 2. et Hav. Tum *emittendis, stringendis inde* Harl. *emittendisque inde* Hav. Deinde *gladii se etiam pila* Klockian. unde, aliter distinctis literis et in voces divisis, legendum videtur *gladiis ĕĕt* (id est *esset;*) *jam pila*. Sed, quum illud *jam* in nullo alio libro obeurrat, librarium Klockiani potius *eĕ*, vel *etiam*, pro *et* dedisse existimo; quæ voces etiam alibi sæpe commutari solent. Vide ad XXII. 47. § 9. Mox *strictique gladiis* male Port. a m. pr.

§ 3 *Nihil illic imperatoriæ artis*] *Illis* Lov. 2. 3. 4. Port. et Hav. *illi* Gaertn. Sed tota vox exsulat a Voss. 2. Præterea *imperatore*, sequenti voce omissa, Leid. 2. et Lov. 1.

Omnia ira militaris prope vesano ordine egit] Ridiculum errorem. Restituimus ex fide veterum codd. *prope vesano impetu egit*. Gelen. *Omnia ira militis* Leid. 2. et Lov. 3. *omnia militaris vis* Hearnii Oxon. C. Tum *vesano imperatu* Leid. 1. Reliqui codd. Gelenio consentiunt, nisi quod unus Harl. cum primis edd. legat *vesano ordine*. Sed vox *ordine* ex præcedenti huc irrepsit.

§ 4 *Luceriam tamen coacto rursus in unum agmine*] Pal. 2. *Luc. tum coacto rursus*. Gebh. Similiter peccant Gaertn. et Port. errore passim in Mss. obvio. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *rursus* deficit in Lov. 2. et Gaertn. *coacto rursus in uno agmine* legit Hav. Sed *in unum cogere* sæpius apud Livium occurrit. Exempla vide XXX. 11. XXXV. 48. XL. 16. et alibi. Similiter 'in unum colligere;' de quo vide ad XXVIII. 3. § 9.

Digitized by Google

Librarius tamen in uno dedit, ut conveniret cum sequenti *agmine*. Vide ad VI. 3. § 8. Paullo ante *aut impedire* alio ordine Lov. 2.

§ 5 *Quæ per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit*] *Hostium aciem*, trajectis dictionibus, edd. Frobeniana 1535. priores. Hinc vocula *et* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. neque sequens *in* in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *perculit* legunt Flor. et Leid. 1. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXV. 27. § 16.

Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac cædis factum] Pal. 2. *ubi plus, quam in acie*. Gebh. Similiter variant Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tum *in acies* Flor. Sed ultima litera adhæsit ex initio vocis seq. Vide ad XXVII. 25. § 2. Ceterum Ant. Perizonius inlustrandæ locutioni 'facere sanguinem' ad marginem Livii adscripsit locum II. 30. 'Plusque ibi sanguinis promiscua omnium generum cæde, quam in ipsa dimicatione, factum:' ut adeo jam probasse videatur hanc locutionem, quam ibidem eum in dubium vocasse vidimus. Alia ad illum locum dicta sunt. Mox *prædæ pars*, omissa media copula *que*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 6 *Cum Papirio consule locis maritimis pervenerat Arpos*] *Cum L. Pap. consule* Lov. 4. Sed supra jam dictum est, Livium tum fere magistratuum prænomina memorare solitum fuisse, ubi eos primum creatos refert; in sequentibus vero, ubi subinde eorum mentio facienda est, plerumque omittere. Quum itaque reliqui codd. Papirii prænomen hic omittant, id etiam in uno illo cod. non a Livio profectum, sed ab alio postea additum existimo. Deinde *pervenerat per omnia pacata*, voce *Arpos* omissa, Leid. 2. et Lov. 1. nisi quod posterior *pacata* servet.

Samnitium magis injuriis et odio, quam beneficio ullo populi Romani] *Samn. magis ira et odio* se in Oxon. C. invenisse, Hearne testatur; in L. 1. vero *Samn. ira magis injuriis et odio:* cujus librarius hoc modo duplicem lectionem, quam in cod. suo invenerat, simul jungere voluit. Vide ad III. 44. § 4. Deinde voces *populi Romani* non adparent in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 7 *Nam Samnites ex tempestate in montibus vicatim habitantes*] Particula *Nam*, quam Gronovius recepit, exstat quoque in omnibus meis, non tantum scriptis, sed etiam edd. antiquioribus. Curio demum Basileæ a. 1549. *Jam* ediderat, quod eum secuti servarunt. Tum *sua tempestate* Klockian. Sed vox *tempestate* non exstat in Leid. 2. et Lov. 1. qui duo simul cum Voss. 1. *vicatim in montibus habitantes* exhibent. Voces *in montibus* iterum exsulant ab Harl.

Contemtu cultorum molliore] Non est obscurum, quid velit dicere: verba ipsa subobscura sunt. Nam quis dicere audeat 'contemptu molliore,' pro hominibus mollioribus, quos Samnites ob mollitiem contemnebant? Quæ deinde item sequuntur verba, non minus obscura sunt. *Glar.* Glareanus merito obscuritatem hujus loci jactat. Non enim solum obscurus est, sed etiam vitiosus. Lege autem ex veterum librorum fide *contempto cultu molliore*, ut sit, Samnites montani campestria loca depopulabantur contempto cultu molliore, et locis ejusmodi, ut fieri solet. *Sigon.* Si vocem *cultorum* accipio a recto 'culta,' 'cultorum,' ut apud Claudian. in Laudib. Serenæ vs. 70. 'pinguia culta,' possunt hæc omnia per hypallagen et synecdochen dicta accipi hoc sensu: Samnites, quia agrestes ipsi atque montani molliorem contemnebant planiciem, proinde et ipsos cultores, qui fere rure et agro suo similes, id est molles, sunt, campestria ista et maritima circa Arpos loca depopulati sunt. *Con-*

Digitized by Google

temptu cultorum molliore pro 'contemptu molliorum cultorum.' Jam 'fere locis simili genere' continens est pro contento; homines ipsos nempe, qui in locis sunt, *loca* Livius dixit *συνεκδοχικῶς*, sive *μετωνυμικῶς* mavis. Si quid tamen emendandum est, mallem *contempta cultorum mollicie*. Klock. In codice omnium recentissimo solum hæc apparet lectio: quippe Pall. 1. ac 3. *maritima loca contemtu cultorum mollire*. Ex qua scriptura Œdipi nostri, rogo, extundant aliquid probabile. Ceterum pro *Jam* repræsentant omnes libri *Nam*. Gebh. *Contempto cultu molliore* Sigonius ex vett. ut ait, librorum fide; non immerito hujus loci obscuritatem jactasse Glareanum præfatus. Sed edd. antiquæ et meliores scripti *contemptu cultorum molliore*; ubi unica modo litera mutanda est, et omnia sic concipienda: *Nam Samnites, ea tempestate in montibus vicatim habitantes, campestria et maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit, locis simili genere, ipsi montani atque agrestes depopulabantur*. Particula *Nam* et scriptorum veterumque edd. est et sensui convenientior. Duo Pall. *loci: cultores*, ut x. 10. 'Ne agrum Etruscum vastarent, armisque lacesserent cultores.' xxiv. 42. 'Cultoribusque antiquis, quos vis reliquerat belli, restituerunt.' Campestria igitur et maritima incolentes, genus mollius, et simile locis in quibus degebat, quia contemptui Samnitibus erat ob imbelliam, subinde in prædam petebatur. Lib. xxi. c. 37. 'Inde ad planum descensum est, et jam locis mollioribus, et accolarum ingeniis.' xxix. 25. 'Fertilissimus ager, eoque abundans omni copia rerum est regio, et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.' xlv. 30. 'Frigida hæc omnis duraque cultu et aspera plaga est: cultorum quoque ingenia terræ similia habet.' *J. F. Gron. Contemto cultu molliore* Lov. 2. Harl. Hav. et Port. a m. sec. in quo quid a m. pr. pro *contemto* scriptum fuerit, intelligi nequit. *Contemtu cultorum molliore* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 4. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *contemtu cultorum molire* Lov. 3. Ex Voss. 2. nullam varietatem lectionis notari video, quamvis collatus sit cum editione Clerici, quæ emendationem Gronovii exhibet. Hearne, præfatus Gronovium emendasse *contemto cultorum molliore*, addit, ei codd. suos favere. Nequaquam tamen mihi persuadere possum, lectionem, a Gronovio restitutam, quæ ex nullo codice alio laudatur, in omnibus Oxoniensibus superesse. Id tamen verum vellem, quo magis firmaretur Gronovii conjectura, quam verissimam puto. 'Cultores' pro incolis poni, vide ad xxviii. 28. § 6.

Locis simili genere] Pall. 1. 3. et Camp. *loci simili*. Verisimum autem hoc axioma est. Florus iii. 4. 'Silvarum et montium situs cum ingenio consentiebant.' Eodem lib. c. 2. 'Nihil hac plaga infestius: atrox cœlum, proinde ingenia.' *Gebh. Loci simili* etiam Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Utrum eligatur, haud multum interesse puto. Vide ad vi. 13. § 3. Quum tamen plerique, et inter eos optimi codd. *locis* servent, id etiam verius esse censeo, atque in Mss. *loci* legentibus ultimam literam *s* a seq. vocis initiali elisam esse existimo. Vide ad xxxvii. 29. § 5. Quod ad ipsam rem adtinet, cultorum ingenia locis similia esse, Manlius exemplo Gallorum, qui in Asia consederunt, milites suos docet xxxviii. 17. Alia vide apud Bernecc. ad Justini ii. 1. § 13. Ceterum *montani agrestes*, ejecta conjunctione media, Port. Gaertn. et Hav. Tum *depopulabuntur* Voss. 2. et Lov. 3. *depopulantur* Port.

§ 8 *Aut interjecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a*

Digitized by Google

commeatibus absumsisset] Vide quid hic dicere velit. Quomodo enim penuria interjacet Romæ ac Arpis? Sit sane figura, ut in priore annotatione, sed mihi in hoc annotata, ut exemplaria vetusta diligentius inspiciantur. *Glar.* Hæret hic aqua Glareano; neque hic scrupulum dubitationis ei eximit æmulus Sigonius. Ego consultis accurate Pall. Mss. codd. parum expeditus redeo. Pal. 1. *injecta inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a commeatibus absumpsisset:* et ita fere Pal. 3. Dixi 'fere,' quia *injectam penuriam* exhibet. *Gebh.* Istud *Romam* vitiosum reor: sed quid substituendum sit, non video. Arbitror fluvii alicujus aut urbis nomen. *T. Faber.* Miratur Glareanus penuriam interjacentem Romæ et Arpis. Immo 'regio interjecta penuria.' Vel, quod malo, legendum est *absumpsissent.* Sic appareret τὸ *interjecta* non applicandum esse voci *penuria:* sed πληθυντικῶς accipiendum, subaudito 'loca,' pro interjectis regionibus. Lib. XXI. c. 54. 'In locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis.' XXXIV. 28. 'Perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentia et amœni agri loca.' *J. F. Gron. Injecta intra Romam* Voss. 2. et Lov. 3. Videtur olim breviter *int'jecta int' Romam* scriptum fuisse. *In* autem et *int'*, sive *inter*, sæpe commutantur. Vide ad XXXVIII. 57. § 6. Commutantur etiam *int'*, sive *inter*, et *intĩ*, sive *intra.* Vide ad v. 27. § 3. Solitum autem fuisse Livium præpositionem, cum qua verbum componitur, eidem in regimine addere, dictum est ad Præfat. § 11. Tum *exclusos a commeatibus* Harl. *exclusos ab commeatibus* Port. et Hav. *exclusos a correctibus* Lov. 3. Tandem *absumsisset* tantum non omnes mei. *Exclusisset*, vocem præcedentem *exclusa* adhuc cogitans, dedit librarius Oxon. C. apud Hearnium. Gronovii conjecturam *interjecta absumsissent* probat etiam Doujatius. Neque eadem mihi displicet. Invitis tamen scriptis in contextum recipiendam non putavi: quare priorem *absumsisset*, quæ commodum sensum reddit, revocavi. Credit insuper Doujatius, Fabium recte suspicatum esse, in voce *Romam* errorem latere. Etsi enim ab Urbe Arpos usque quanto longius iter, tanto magis timenda fuerit penuria; per Latium tamen, ac dein aut in Samnium per Æquos, Marsos, Hernicosve; aut in Apuliam per Volscos Campanosque, devictos vel amicos populos, pergentibus Romanis non multum, nisi in Samnio ipso Apuliaque, de commeatu laborandum fuisse, post trajectos scilicet Volturnum aut Sabatum fluvios. Conficit itaque vel legendum esse *inter Capuam et Arpos*, vel *inter Romulam et Arpos.* Antonino enim in Itiner. 'Romulam' vocari, quæ 'Romulea' Livio dicitur X. 17. et sita fuit in edito colle montis Apennini, haud procul Samnii Apuliæque confinio, qua parte Papirium Apuliam ingressum fuisse probabile est. Prior conjectura non videtur admittenda. Vix enim verisimile videri potest, omnes librarios in notissima voce *Capuam* tam constanter errasse. Si posterior placet, more Liviano potius *Romuleam*, quum *Romulam* legerem. Licet autem librarii facile *Romuleam*, urbis ignotæ nomen, in notissimam vocem *Romam* mutare potuerint, obstat tamen, quod Papirius, qui primo Arpos, inde Luceriam pervenit, hac parte iter fecisse non videatur, quoniam Romulea Luceriæ quam Arpis propior fuerit. Quin et ex tota Livii narratione patet, Papirium, qui 'locis maritimis Arpos pervenit,' non hac parte, sed locis ad mare Superum sitis, eo profectum esse. Vulgatum itaque servandum puto. Paullo ante *nequivisset*, pro *nequisset*, Lov. 4.

Digitized by Google

Male. Vide ad v. 10. § 10.

§ 9 *Tum quoque profectos inde*] Vet. lib. *Tum vero profectos.* Sigon. *Tunc vero* reperi in Pal. 2. *Gebh.* Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Port. et Hav. ut et Hearnio in Oxon. B. Sed vulgatam præfero. *Tum quoque*, quum nempe regio illa, *ob* continuas Samnitium depopulationes iis infesta, Romanis faveret. Male etiam *profectis* Lov. 4. *profectus* Klockian.

Juxta obsidentes obsessosque inopia vexavit] Pal. 2. *obsidentes et obsessos.* Gebh. Ita et Port. atque Hav. Sed *juxta obsessosque* Lov. 4. *ubi obsid. obsessosque* Klockian. *inopia* deficit in Harl.

Adeo exigue, ut militi occupato stationibus vigiliisque et opere] *Cum adeo exigue* Lov. 4. a m. sec. *adeo exigue* Hav. Tum *militie occupato* Flor. a m. pr. quod postea mutatum in *milite.* Deinde *vigiliisque opere* Voss. 2. et Lov. 3. *vigiliis et opere* Hav. Male. Vide ad II. 31. § 1. *Vigiliisque et ope* Harl. Vide ad XXXII. 21. § 31. Mox *in castra Arpis*, pro *ab Arpis*, Gaertn. *ab armis* Lov. 4. Denique *vehebat* Lov. 2.

§ 10 *Interdum obcursu hostium cogeretur, objecto ex equo frumento, pugnare*] *Ut interdum occursu* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. *et interdum occursu* Hav. et Oxon. B. Tum *abjecto ab equo frum.*, vel *objecto ab equo frum.* edd. antiqq. pro quo Frobenius 1535. *objecto ex equo* substituit, quemadmodum est in omnibus scriptis; nisi quod *ex quo* male datum sit in Port. Vide ad XXXVII. 27. § 6.

At obsessis, priusquam alter consul victore exercitu advenit] Illud *at* alii mutarunt in *et*, quod non admodum probo. De consule autem Publilio loquitur; nec obstat quod ejus nomen statim sequatur. *Glar.* Pal. 2. *priusq. alter consulum cum victore ex. adveniret.* Gebh. Copulativam *et* ignorat Flor. et haud dubie etiam ignoravit Livius. Dixerat, et obsidentes et obsessos inopiam vexasse. Hoc ita exponit, ut ostendat prius, unde copiam commeatuum habuerint; deinde quid illos angustiores reddiderit. Et primo de Romania, jam de Lucerinis: 'Obsessis, priusquam alter consul victore exercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, et auxilia intromissa: arctiora deinde omnia adventus Publilii fecit:' nempe iisdem obsessis. *J. F. Gron. At*, quod in *et* mutatum inprobat Glareanus, non alibi exstat, quam in edd. Ascensii 1513. 1516. et 1530. ac Paris. 1529. Reliquæ omnes *et* legunt. Et ita etiam inveni in scriptis, nisi quod nullam hic particulam agnoscat Klockian. Quare, Gronovio τὸ *et* delenti consentiens, id etiam ex contextu sustuli. Præterea *alter consul cum victore adveniret* Port. *alter consul cum victore exercitu advenit* Gaertn. *alter consul cum victore exercitu adveniret* Lov. 2. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. et C. Præpositio, quam optimi codd. ignorant, etiam non est necessaria, et ab illis addita fuit, quibus hoc genus loquendi minus cognitum erat. Infra XXVII. 48. 'Advenit Livius peditum omnibus copiis.' I. 14. 'Egressos omnibus copiis partem militum subsidere in insidiis jussit:' ubi videnda sunt quæ notantur. *Priusquam advenerit* Lov. 4. Vide ad XL. 14. § 10. Sed hic subficit indicativus *advenit*, ut est in libris integerrimis. Supra II. 40. 'Prius quam complexum accipio.' Et passim. *Alter consul victor exercitu advenit* Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *victore* elisa est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Victoria exercitu* Voss. 2. et Lov. 3.

Ex montibus Samnitium invecti] *Samnium* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *ex montibus Samnitibus* Harl. Port. et Klockian. quod non displiceret, si fide digniores codd. adsentirentur. Nunc ita a librariis

Digitized by Google

datum existimo, ut *Samnitibus* conveniret præcedenti *montibus*. Vide ad VI. 3. § 8. Tum *injecti*. Vide ad IX. 40. § 14. Sequens *erat* exsulat ab Lov. 4.

§ 11 *Arctiora omnia adventus Publilii fecit*] *Artiora* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Vide ad II. 50. § 8. *Arciora* Lov. 2. Port. et Gaertn. *Altiora* Lov. 3. Solent sæpe 'altus' et 'artus' commutari. Ita errabatur hoc lib. c. 2. § 9. Adde Burm. ad Suet. Ner. c. 46. et quæ notavi ad Silii Ital. VI. 194. Mox *delata*, pro *delegata*, Voss. 2. Male. Vide ad X. 19. § 3.

Vacuus per agros] Nempe vacuus a cura obsidionis, quam in curam collegæ delegaverat. Ita hoc exponi potest. Sed tamen videndum puto, an melius sit *vagus*. l. II. c. 49. 'Sua tuta omnia, infesta hostium, vagantes per utrumque finem fecere.' v. 44. 'Vagi per agros palantur.' VI. 31. 'Populatio non illi vagæ similis.' XXVII. 43. 'A vagis per agros populatoribus ad Q. Claudium prætorem deducuntur.' XXVI. 39. 'Vage effusos per agros palatosque adortus.' *Duk.* Doujatius vel *vagus* legendum conjicit, vel *vacuus* exponit sc. 'omni alia cura.' Quod posterius, quum omnes libri in vulgatum conspirent, omnino præferendum est. Eo sensu *vacuus* est apud Tacit. Hist. I. 80. 'Quo magis vacuus jussa exsequeretur:' apud Ovid. Trist. II. 239. 'At si (quod mallem) vacuus fortasse fuisses, Nullum legisses crimen in Arte mea.' El. IV. 8. 27. 'Sed modo, quos habui, vacuum secedere in hortos.' Cic. in Bruto c. 5. 'Hunc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum:' et de Leg. I. 4. 'Quoniam vacui sumus, dicam.'

§ 12 *Itaque quum spes nulla esset*] *Ita quum* Gaertn. Alibi sæpe *ita* et *itaque* commutantur in scriptis. Vide ad XXI. 53. § 7. Hic vero insuper syllaba finalis *que* intercepta esse potest a voce proxima. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. Deinde *tractis viribus*, pro *contractis*, Leid. 2. *contactis* Gaertn. Vide ad VI. 28. § 6.

CAP. XIV. § 1 *Parantibus utrisque se ad prælium, legati Tarentini interveniunt*] *Se utrisque* Lov. 2. 4. et Hav. Tum *Tar. veniunt* Lov. 2. *Tar. intervenerunt* Hearnii Oxon. B. Mox *bellum committerent* Lov. 3. a m. pr.

Per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis] *Per veros stetisset* Lov. 3. τὸ *stetisset* deficit in Hav. Tum *quomodo discederetur* Voss. 2. et Lov. 3. *quo minus discederent ab armis* Lov. 4. Mox *adv. eos pro alt. pugn.* sine pronomine *se*, Lov. 3. Vide ad I. 1. cap. 23. § 5. Reliqui omnes vocem illam constanter retinent.

§ 2 *Perinde ac motus dictis eorum, cum collega se communicaturum respondit*] Ms. Fuld. *perinde ac motus edictis eorum*. Me judice, melius. Sunt enim 'edicta' magistratuum et superiorum in inferiores, quales se, si Diis placet, gerebant in Romanos Tarentini, 'denunciantes,' ait ante Livius, 'Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent.' *Modius*. Probat Modius *motus edictis*. Gebh. *Proinde ac motus* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. errore scribarum. Vide ad XXVII. 8. § 18. Deinde omnes mei *dictis eorum* tuentur, quare *edictis*, quod Modius in Fuld. invenit, erranti librario adscribo. Solent autem hæ voces commutari. Vide ad VIII. 7. § 15. XXI. 57. § 18. et XXII. 11. § 6. Immo 'dictum' eodem modo usurpari solet, quo 'edictum' accipiendum existimat. Ita VIII. 34. 'Qui adversus dictum suum,' (scil. dictatoris) 'turbatis religionibus ac dubiis auspiciis, pugnasset.' Deinde *collata cum collega* Leid. 2. et Lov. 1. Sed vox *collata* a monachis addita est, qua indicantur ea quæ secum locuti essent. Tum *commutaturum* Klockian. Tandem *respondet* Lov. 1. Ceterum proxime præcedens vox *audita* omis-

Digitized by Google

sa erat in contextu Flor. quæ deinde alia manu ad oram adscripta est. Verum inde ingens in eodem cod. erat lacuna usque ad finem cap. 22. cujus tantum quatuor extremæ voces in eo supersunt.

Adcitoque eo, quum tempus omne in adparatu consumsisset] Ms. Fuld. *in apparatu pugnæ consumpsisset:* me judice, melius. *Modius.* Pall. 1. 3. et Camp. recensio *in apparatu pugnæ* ut Fr. Modii quoque libri. At Pal. 2. *in apparatu consumpsisset pugnæ.* Gebh. *In adparatu pugnæ consums.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *in adparatu consums. pugnæ* Leid. 2. Lov. 2. 4. Port. et Hav. Gronovius in pr. ed. notarum lectionem Modii probavit; sed postea recte omisit. Vox enim *pugnæ* mox sequitur, unde facile huc revocari potest. Quamvis enim Livium sæpius easdem voces repetiisse docuerim ad 1. 3. § 9. non tamen sine necessitate similia multiplicari debent. Ut autem hic 'adparatus' pro adparatu pugnæ ita 'comparare' simpliciter pro comparare exercitum, classem, copias, Livio usitata esse, docuit Gronov. ad XXXVI. 3. § 4. Mox tamen vocem *pugnæ* omisit Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *collocutus re haud dubia*, pro *de re haud dubia*, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *reposuit* male Hav.

§ 3 *Quæ adsolent, quum acie dimicandum est*] *Quæ adsolent esse acie* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *quæ adsolent esse, cum acie* Lov. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Tum *legati Tarentini*, trajectis vocabulis, Harl. et Hav. At vox *legati* deficit in fragm. Hav. a m. pr.

§ 4 *Litatum præterea est egregie: auctoribus Diis, ut videtis*] *Litatum præterea est, auct. Diis, egregie: ut videtis* Lov. 4. Paullo ante *auspicia esse secunda* Lov. 2. At voces *ait: auspicia secunda esse, Tar. pullarius* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

Ad rem agendam proficiscimur] Vet. lib. *rem gerendam.* Sigon. *Ad rem gerendam* etiam omnes codd. mei, nisi quod ex uno in excerptis nihil notatum video. Utrumque 'gerere' et 'agere rem' hoc sensu in usu est. Certe 'agere bellum,' non minus quam 'gerere,' dici, videbimus ad Auct. Epit. Liv. lib. XLIX. Hic itaque præferenda videtur lectio, quæ auctoritate codd. defenditur, *gerendam.* De locutione 'rem gerere,' quæ Livio familiarissima est, vide Bentleium ad Hor. Od. 1. 6. 3. aliosque passim. Sæpius autem hæc vocabula in Mss. commutari solent. Vide ad XXII. 28. § 1.

§ 5 *Signum inde ferri jussit*] Restituimus ex fide veterum codd. *Signa inde ferre jussit.* Gelen. Bene *Signa inde ferre jussit* emendatum e Pall. Campani enim ed. *Signa idem ferri jussit.* Gebh. *Signa inde ferre jussit* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Reliqui *Signa inde ferri jussit:* quomodo etiam Gronov. 1665. vulgari curavit: quam deinde scripturam recentiores servarunt. Vide ad XLII. 24. § 5. *Idem* autem pro *inde* in ed. Camp. est eo, quod *ide* et *idē* in Mss. fuerant permutata. Vide ad I. 19. § 7. Mox copula *et* non comparebat in Leid. 2. Præterea *ignavissimam*, pro *vanissimam*, Lov. 2. errore librarii.

Aliis modum pacis ac belli facere] *Aliis modo* Lov. 3. Tum *belli ac pacis* Lov. 4.

§ 6 *Samnites ex parte altera, quum omnem curam belli remisissent*] *Samn. parte altera* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Samn. qui ad Luceriam castra habebant, quum omnem* Klockian. Tum *quum omnis curam belli* Gaertn. Cetera omnia hæc verba exsulant a Voss. 2. et Lov. 3. quemadmodum sequentia hujus §. *quia aut pacem, &c.* *Romanos conspexissent* a Lov. 4.

Digitized by Google

§ 7 *Vociferari, se in auctoritate Terentinorum manere*] *Vociferare* Harl. 4. quod se etiam in Pall. tribus, et ed. Camp. invenisse, monuit Gebhardus ad VII. 12. § 14. Sed, eam lectionem librariorum aberrationi adscribendam esse, ibidem monui. Tum *permanere* Lov. 4. a m. pr. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXVIII.

Nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre] Probe: quare displicet primi et tertii Pall. *discedere*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. 'Descendere in aciem' Livio usitatissima est locutio. Infra l. X. c. 19. 'Armis adreptis in aciem descendunt.' c. 27. 'Neve in aciem descenderent simul.' Auctor Epit. Liv. lib. VII. 'In singulare certamen descendit:' et passim. De ratione locutionis vide ad III. 48. § 2. Alibi sæpe voces *descendere* et *discedere* a librariis confunduntur. Vide ad II. 14. § 3. c. 48. § 10. III. 7. § 5. c. 17. § 1. VIII. 20. § 5. X. 14. § 8. c. 33. § 10. XXXII. 32. § 4. Adde quæ notavi ad Silii Ital. XVII. 1. Præterea *extra vallum mænia ferre* Voss. 2. et Lov. 3.

Deceptos potius, quodcumque casus ferat, passuros] *De cetero potius* Leid. 2. et Lov. 1. *Deinceps potius* Klockian. *Decepto potius* Voss. 1. in cujus margine emendatur *Detento*. *Decretos* edd. prine. quod jam Mediol. 1480. in *Deceptos* mutatum erat. Tum *quocumque casus ferat* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. *quocumque casu ferret* Gaertn. *quodcumque casu fuerat* Lov. 4. *quodcumque casus fuerat* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *quoscumque casus fuerat* Voss. 2. et Lov. 3. *Ferat* et *fuerat* hic perperam confunduntur, ut *ferunt* et *fuerunt* aliis locis. Vide ad V. 44. § 4. Nihil mutandum. Supra VII. 6. 'Forte ita tulit casus, ut in insidias præcipitarentur.' XLII. 50. 'Ita ut viro forti dignum sit, patiatur, quodcumque casus belli tulerit.' Simili modo 'res ita tulit' est III. 27. Mox *viderentur*, pro *videantur*, Lov. 4.

§ 8 *Accipere se omen, consules aiunt*] *Acciperent se omen* Voss. 1. Leid. duo, et Lov. 1. ac 2. *Accipientes se omen* Lov. 4. Tum *consules aderunt* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 2. 3. et 4. An voluerunt *consules addunt*? Sed reliquorum vulgatum tuentium auctoritas lectioni illi firmandæ subficit.

§ 9 *Atque in fossas prorueret*] *Atque inde in fossas* Lov. 2. et Hav. Illud *in*, sive *inde*, ex sequentis præpositionis varia lectione natum videtur, et deinde simul cum illa in contextum receptum esse. Tum *promerent* Voss. 2. et Lov. 3. 'Prorucre' in hac re proprium verbum est. Supra IV. 29. 'Dictator, proruto vallo, jam in castra prœlium intulerat:' ubi vide quæ notantur. Error ortus est ex similitudine, quam habent ductus literarum *ru* et *m* in scriptura Longobardica. Hoc modo *derucrentur*, pro *demerentur*, datum erat VII. 41. § 8. Vide alia ad IV. 21. § 5.

Ira etiam exulceratos ignominia stimularet animos] *Tò etiam* deest in Lov. 2. et 3. ita tamen, ut in eorum posteriori ejus loco a m. sec. adscriptum sit *et*. Tum *ulceratos ignominia* Port. Cic. pro Deiot. c. 3. 'Fore putabant, ut in exulcerato animo facile fictum crimen insideret.' Deinde *animos stimularet* Port. et Hav. Paullo ante *nec virtus modo insinata* Gaertn. Quam lectionem inde profluxisse existimo, quod librarius duplicem scripturam *insita* et *innata* in cod. suo repererit; quam utramque hoc modo servare conabatur. Vide ad III. 44. § 4. Posterior prioris interpretatio esse videtur. Altera enim in omnibus codd. superest. Libenter etiam Livius ea voce usus est. XLII. 46. 'Favore quodam insito in reges, legatos in Macedoniam misernnt.' cap. 62. 'Quod si Romani tum quoque insita pertinacia æqua adspernarentur.' XXVIII. 24. 'Insita hominum libidine alendi de

Digitized by Google

industria rumores:' ad quem locum plura notantur.

§ 10 *Non hæc furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi errorem*] Eædem, quæ hoc lib. cap. 2. § 6. memorantur, edd. iterum hic vel *furcas*, vel *furculas* ediderunt, quod posterius similiter in omnibus est scriptis. Præterea *non hic furculas* Voss. 2. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. *non hic furculas* Gaertn. et Hav. *non hoc ad furculas* Port. et Hearnii B. *non hæc ad furculas* ejusdem C. et N. in margine: *non hæc furculas Caudinas* Harl. addita voce. Deinde *et Caudium* Port. et Hav. *non Caudium* Leid. 2. a m. pr. Tum *saltus esse invios* Lov. 2. Tandem vocem *errorem* omittit Leid. 1. Mox *monentes*, pro *memorantes*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Servos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque*] In expugnationibus urbium sæpe memorantur exempla similis iræ et crudelitatis victorum. Hic quæri potest, cur Samnites *impuberes*, ætatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint? *Duk. Suos liberos* Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Scriptum fuerat *s'nos, liberos;* mox notam, compendii indicem, omiserunt librarii. Ita et alibi peccari, videbimus ad Livii XLI. 8. § 12. Tum *impuberes* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 2. Verum ita *puberes* vacat, nisi et ea vox delenda sit. *Puberes, impuberes omnes, jumentaque* Lov. 3. Ita passim variant Mss. Vide ad III. 54. § 6.

§ 12 *Nec ullum superfuisset animal*] *Nec unum superf.* Port. et Hav. Eas voces alibi etiam confuderunt librarii. Vide Nic. Heinsium ad Claud. de Laud. Stilic. 1. 26. et Broekhus. ad Propert. Eleg. III. 7. 8. Utraque lectione juncta *nec ullum unum superfuisset* præfert Gaertn. Hic tamen ob aliorum consensum vulgatam lectionem præferendam puto.

Milites e castris hostium imperio ac minis expulissent] *A castris host.* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *ex castris hostium* Lov. 2. et 4. idque dare voluisse videtur librarius Leid. 1. qui tamen *ea castris hostium* per errorem scripsit. Passim autem *a* et *x* in Mss. commutari solent. Vide ad XL. 59. § 8. Deinde *imperio agminis* Voss. 1. Leid. uterque, Lov. 1. 2. et Klockian. Sæpius etiam scribas in commiscendis literis *C* et *G* lapsos esse, vidimus ad VI. 25. § 6.

§ 13 *Ob interpolatam dulcedinem iræ*] Restituimus ex fide veterum codd. *ob interpellatam dulcedinem*, non *interpolatam:* quæ vox, Latina quidem, hic tamen locum non habet. *Gelen. Interpolatam* mihi obvium fuit in Lov. 2. et Harl. Quæ autem edd. prima ita exhibuerit, nescio. Earum tamen, quas ita legentes vidi, antiquissima fuit Mediol. 1480. pro quo deinde Asceus. *interpollatam*, (*interpellatam* in marginem rejecto) Aldus iterum *interpolatam* dederunt. Reliqui codd. et edd. antiquiores Gelenio favent. Recte. Supra III. 57. 'Stupro interpellato magis, quam cæde, motus:' ubi alia exempla vide. Mox vocula *ut* deficit in Lov. 3.

§ 14 *Minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse*] Pal. 2. *cuiq. mil. vel consules.* Gebh. Ita et Port. atque Hav. Præterea *nemine cuiquam militum* Voss. 2. et Lov. 3. unde conjici posset, legendum esse *nemini cuiquam militum.* Illud autem 'nemo quisquam' dictum foret ea forma, qua 'nemo unus' habuimus III. 12. § 4. Quum tamen optimi nihil mutent, vulgatam potius scripturam præferendam puto. Præterea voces *in hostes*, quæ a quibusdam antiquioribus edd. aberant, recte in aliis supersunt, quum in omnibus exstent scriptis. Mox etiam voces *sicut belli* perperam exsulant a Voss. 2.

Ni respectus equitum saucentorum, qui Luceriæ obsides tenerentur, præpedisset animos] *Tenentur* Lov. 2. et 4.

Digitized by Google

Vide ad XL. 14. § 2. *Tenerent* Port. a m. sec. Vide ad X. 10. § 1. Tum *perpendisset* Harl. De verbo 'præpedire' vide ad XXVIII. 1. § 6. *Præpedissent* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. Sed vulgatum unice verum est.

§ 15 *In supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire, optantes*] Forte *perirent*. J. F. Gron. *Agerent* Port. Gaertn. et fragm. Hav. Nimirum ipsi consules: ut ita *desperata venia* casu sexto accipiatur. Sed potius adhæreo reliquis scriptis, vulgatum probantibus. Deinde *perderet, priusquam perire optantes* Leid. 1. *perderetque perire optantes* Lov. 2. *perdere priusquam parve optantes* fragm. Hav. a m. pr. Gronovii conjectura *perirent* vera videtur.

§ 16 *Laudare ea milites, lætarique obviam itum iræ suæ esse; fateri, omnia*] Pall. 1. ac 3. ut et Campani ed. *obvium itum iræ suæ esse, ac fateri*. At Pal. 2. *obviam itum iræ suæ esse, ac perfateri*. Gebh. Illud *ac* in uno meorum Harl. deest. Ex Klockiano etiam nihil in excerptis monetur. Reliqui omnes constanter servant. Quare recte, Jac. Gronovius et, qui eum etiam hic secutus est, J. Clericus in contextum receperunt. *Ac perfateri* est in Port. et Hav. Præterea *Laudare ea miles* Hav. quomodo modo dixerat Livius *ut doceretur miles*. Alii tamen constanter numerum multitudinis tuentur. Illud *suæ* autem non adparet in edd. Rom. 1472. et Parm.

Omnia patienda prius, quam perderetur salus tot principum] *Proderetur* haud dubie legendum. Nam *prius* legat, an *potius*, non ita multum refert. *Gelen.* Verum est, non multum referre, quantum ad sensum, *potius*, an *prius*, legas. Attamen *potius* superest in omnibus scriptis; quare haud male Frobenius id 1535. alteri, quod in prioribus erat excusis, substituit. 'Potior' et 'prior' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide ad V. 25. § 4. XXI. 13. § 9. et c. 41. § 2. Præterea, uno iterum excepto Harl. omnes etiam mei *proderetur*: quod fere idem notat, ac 'perdere,' 'periculo exponere:' quare priorum edd. lectio *perderetur* vel ex eo nata est, quod librarii indocti non adsecuti sunt notas vocalium *per* et *pro*, rudiori manu exaratas; (vide supra notata hoc lib. c. 10. § 7.) vel in contextum inrepsit ex alterius interpretatione olim margini adscripta. Vide ad XXVI. 36. § 9. ubi etiam de ejus significatione agam. Mox *principum Romæ juventutis* Leid. 2. quod et ipsum ex compendiaria scriptura profluxit, quomodo 'Roma urbs' et 'Romana urbs' commutari solent. Vide ad Epit. Liv. lib. XLIX. *Juventutis Romanæ* inmutato ordine legit Hav.

CAP. XV. § 1 *Dimissa concione, consilium habitum*] Ita præferunt omnes scripti et priscæ edd. usque ad Modium, qui *concilium habitum* substituit. Verum priscam lectionem iterum revocavit Gronovius, eamque veram esse multis docuit ad XLIV. 2. § 5.

An altero exercitu et duce Apuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur] Pall. duo 1. ac 3. *an altero ex. et duæ Apuliæ circa gentes dubiæ ad id vol. temptarentur*. Gebh. Eadem etiam mihi lectio obcurrit in Voss. 2. et Lov. 3. Neque multum differt Lov. 2. nisi quod *Apuliæ gentes* præferat, media voce omissa. Sed *Apula gens dubia ad id voluntatis tentaretur* est in Hav. *Apuli circa, gens dubia ad id voluntatis* Gaertn. *Apuli, gens dubia ad id vol., tent.* in Port. *Apuli, gens dubia ad id ætatis, tent.* in Hearnii Oxon. B. *Tò circa* etiam deficit in ejusdem L. 2. sed culpa librariorum, qui nesciebant, Livium τὸ *circa* absolute sine casu usurpare solitum fuisse. Vide hoc lib. c. 2. § 7. Idem error quoque commissus erat l. I. c. 4. § 8. Præfero etiam *dubiæ ad id vol.* Nam

Digitized by Google

dubia ad id voluntatis foret, quæ nondum aliquid certi decreverat, quæ adhuc dubitabat, utri, Samniti, an Romano, adhærere vellet: ut XXXIII. 25. 'Pacem simulatam ac fallacem dicendo, dubios sententiæ Patres fecerat.' Insuper *tentaretur* quædam ex antiquioribus edd. quasi referendum foret ad proximum *gens*. Utrumque ferri potest. Vide viros doctos ad Nason. Met. XIV. 396. Hic tamen priscam lectionem ob codd. auctoritatem malo.

§ 2 *Ad peragrandam profectus Apuliam*] *Ad peragrandum profectus Apuliam* Port. et Hav. a m. sec. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad peragendum profectus Apul.* Leid. 2. Lov. 4. et Hav. a m. pr. *ad peragendam profectus Apul.* Leid. 1. Lov. 1. a m. pr. et ed. Mediol. 1505. Ita etiam peccabatur IV. 42. § 6. Sæpe has voces in Mss. confundi, docet etiam Burm. ad Suet. Cal. c. 37. *Ad peragendum profectus Apuliæ* fragm. Hav. a m. pr. *ad peragenda profectas Apul.* Voss. 2. et Lov. 3. *ad rem agendam profectus Apul.* Lov. 2. quod accipi posset pro *in Apuliam*. Sed omnino vulgatum verius est. Infra de Alexandro Magno l. XLV. c. 9. 'Arabas hinc Indiamque peragravit.' Mox *ex ditione*, vel *ex dictione una* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 3 *Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat*] *Tò quoque* deficit in Leid. 1. *perstiterat* autem est in Hearnii Oxon. C. Male. *Restiterat* enim est, 'remanserat.' Vide Salmas. ad Solin. p. 21. Cic. de Offic. III. 30. 'Ita incolumis in patria Regulus restitisset.' Pro Ligar. c. 2. 'Post adventum Vari in Africa restitit.'

Insessis omnibus viis] Pal. 1. *obsessis*. Pal. 3. *in obsessis omn. viis*. Gebh. *Obsessis* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Utramque lectionem *insessis* et *obsessis* librarius Pal. 3. apud Gebhardum servare conatus est. Vide ad III. 44. § 4. Verum *insessis* genuinum est. Infra cap. seq. 'Præsidium Samnitium, insessis circa viam silvestribus locis, nec opinato obpressum est.' c. 31. 'Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.' XXI. 34. 'Perrupto medio agmine viam insedere.' XXV. 21. 'Omnia itinera insidere jubet.' XXVII. 18. 'Alteram' cohortem jubet 'viam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret.' XXXVIII. 2. 'Quidam, per notos calles breviore via prægressi, transitus insedere.' *Insessos omnibus istis viis* est in Gaertn.

Commeatus ex Samnio subvehebatur] Pal. 3. præfert *commeatus ex Samnio subicebantur*: quid hoc monstrum verbi sit, non prodigiali facio ideo Jovi. Pall. 1. 2. et Camp. ed. pro eo *subvehebantur*. Gebh. Mutarunt numerum sine causa: nam scripti *subvehebantur*. Ut frequenter Livius. Vel hoc lib. c. 23. 'Unde subvehi commeatus poterant.' Et c. 32. 'Sutrini commeatus benigne in castra advexere.' Sic XXIII. 12. *commeatum* editur, pro *commeatum*. Sic I. 4. ediderunt, 'In latrones præda onustos impetum facere.' Quasi non sit Livii 'impetus facere,' quod est in vett. libris. Lib. III. c. 10. 'Ne qui in loca summa urbis impetus cædesque inde fierent:' ubi frustra Rhenanus *fieret*. Eodem lib. c. 5. 'Multi per eos dies metus, multique impetus hinc atque illinc facti.' Alibi XXXIV. 39. 'Tum maxime impetus facientes recessere a muro.' *J. F. Gron. Commeatus subvehebantur* etiam omnes mei; nisi quod soli Harl. Gaertn. et Hav. habeant *subvehebatur*. Voss. 2. et Lov. 3. *subiciebantur*. Supra hoc lib. c. 6. 'Vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt.' c. 13. 'Exclusos a commeatibus absumsissent.' Eodem cap. 'Commeatus ex montibus Samnitium invecti erant.' Eodem adhuc cap. 'Cuncta infesta commeatibus hostium fecerat.' Infra c. 17. 'Commeatus expediret, ab insidiis præcaveret.' c. 19. 'Avia commeatibus loca-

Digitized by Google

gravis armis miles timere potest.' c. 48. 'Ne qua subvehi commeatus possent.' Quum in hoc uno libro tanta exemplorum copia sit; maximam etiam in reliquis reperiri, nullum est dubium. Verum ne immenso cumulo tædio sim, pauca tantum in medium proferam, in quibus tota locutio 'subvehere commeatus,' ne de ea dubitari possit, reperitur. Infra XXII. 16. 'Quum tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret.' XXVIII. 4. 'Magni commeatus frumenti Romam subvecti.' XLII. 31. 'Commeatus classi legionibusque ut ex Sicilia Sardiniaque subveherentur.' XLIV. 9. 'Vias commeatibus subvehendis ex Thessalia muniri jubet.'

Qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad consulem Romanum] *Qui Luceriæ præsidio erant*, omissa præpositione, Lov. 4. Ita XXXI. 8. 'Id præsidio Siciliæ provinciæ esset.' XXXVII. 21. 'Aliis terrori, aliis præsidio erat.' Verum et alterum apud Livium obvium XLIV. 44. 'Thraces, quorum duo millia in præsidio erant.' 'In præsidio impositum esse' habes XXIV. 37. Quum itaque reliqui codd. stent pro vulgato, id etiam mutandi nulla caussa est. Præterea *miserunt ad consulem Romanum* Gaertn. *misere ad consules Romanos* Leid. 2. et Lov. 1. Sed unus tantum erat Papirius consul, qui Luceriam obsidebat. Compendium autem scribendi *Cos. Ro.* in hunc errorem induxit librarios. Vide ad X. 10. § 2. Et sane iidem codd. qui hic *ad consules Romanos* præferunt, mox tamen servant *absisteret*, quum legendum fuisset *absisterent*, si hic numerus pluralis recipiendus foret. *Misere ad consulem rogatum* habet Lov. 4. Verum hæc lectio ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsisse videtur; ubi, ellipsin hanc, 'misere legatos, ut absisteret,' ita supplendam esse, forte notatum fuerat. De hac ellipsi vide ad IV. 20. § 7. et c. 45. § 6. etiam ad XXXI. 14. § 3. Mox vocabulum *obsidione* non adparet in Lov. 2. ut verbum *absisteret* hic absolute ponatur, quemadmodum XXXVI. 45. 'Postquam celeritate navium suas eludi viderunt, tandem abstiterunt:' et apud Sil. Ital. II. 281. 'Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.' Verum non tantum codd. reliqui vulgatum servant, sed etiam 'absistere obsidione,' 'obpugnatione,' Livio frequens locutio est. Infra XXIV. 34. 'Quum omnis conatus frustra esset, absistere obpugnatione placuit.' lib. XXXVI. c. 25. 'Ab capta Heraclea nuncius venit, ut obpugnatione absisteret.' XXXVII. 17. 'Pervicerunt, ut obpugnatione absisteretur.' XLIV. 12. 'Hujus novi præsidii fama absistere obpugnatione simul Romanos regemque coëgit.' Ita 'absisterespe' XXIV. 20. § 15. ubi plura vide.

§ 4 *Debuisse eos Pontium, Herennii filium*] Forte *Decuisse*, quia Pall. duo *Decuisse*. Gebh. Pall. duo *Decuisse*: ut fortasse verum sit *Decuisse eos*. Sed parum interest. *J. F. Gron. Decuisse* etiam Lov. 3. Alibi quidem 'docere' et decere,' quod ejus loco viri docti restituendum existimarunt, inter se commutari solent a librariis. Vide Burmann. ad Nason. Am. Eleg. III. 10. 48. et Trist. Eleg. I. 6. 26. etiam Var. Lect. Tibulli, quæ editioni Broekhusii subjiciuntur, Eleg. I. 2. 23. Adde quæ notantur hoc lib. ad c. 45. § 7. Quum tamen reliqui codd. vulgatum tueantur, nihilque obstet, quo minus servari posset, id etiam mutari displicet. Præterea vox *Pontium* deficit in Leid. 1. qui etiam *Herenni* præfert. Sed *Pontium Erenni filium* habent Vesa. 1. et Lov. 1. *Pontium Herenni filium* Lov. 2. et 3. *Pontium Herenii filium* Gaertn. et fragm. Hav. *Pontium Hernii filium* Hav. *Pontium Heneum filium* Lov. 4. Mox *quo auctore Romano sub jugo misissent* legit Leid. 1.

Digitized by Google

Consulere, quid victis patiendum censeret] Vet. lib. *paciscendum*. Probe agitur enim de conditionibus pacis. *Sigon.* *Patiendum* Pall. duo, atque totidem vett. edd. Sed Pal. 2. *paciscendum*, quod apprime blanditur Sigonio. Mihi non incongrue hic stare videtur vulgatum. *Gebh.* Ego etiam vulgatum præferendum censeo. Sigonianum enim *paciscendum* eo suspectius est, quod non nisi in dubiæ fidei codd. meis Port. et Hav. invenerim. Invenit tamen et Hearne in Oxon. N. et B. Ceterum *censerent* Lov. 3. in quo eodem etiam culpa librarii defit vox *consulere*.

§ 5 *Quam in se ipsi ferre maluerint*] *In se ipsi facere* Neapol. Latinii. Similiter 'ferunt' et 'fecerunt' commutantur VII. 3. § 6. Tum *maluerunt* Port. a m. pr. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Supra v. 36. 'Quoniam legatione adversus se maluerint, quam armis, tueri socios:' ubi etiam male unus at alter codex *maluerunt*. Mox *nunciate Luceriam*, pro *nunciare*, Gaertn. *nunciare Luceriæ*, pro *Luceriam*, Hav. Male. Vide ad XXV. 22. § 1. Præterea *in bellum*, pro *in bellem*, idem Hav. Simili modo etiam alibi peccant librarii. Vide ad IV. 20. § 9. et v. 40. § 4.

§ 6 *Non novam inferentem ignominiam*] *Injuriam* Harl. et editi Aldo antiquiores, qui primus *ignominiam* substituit. Et hanc lectionem ejus probant uno ore reliqui omnes scripti.

§ 7 *Nihil recusatum: septem millia militum sub jugum missa*] Pal. 2. *unde septem millia*. Cui scripturæ numerus originem dedit. *Gebh.* Ita et Port. atque Hav. Sed recte monuit Gebhardus, numerum notis expressum huic scripturæ originem dedisse. Scriptam fuerat olim *VII. millia*: ex quo factum est *Uñ*, sive *Unde millia*. Utramque deinde lectionem *Uñ VII. millia* alius junxit. Præterea *Nihil recusarunt* Hav. Mox *Luceria capta*, pro *Luceriæ*, Voss. 2. et Lov. 3.

Receptis omnibus signis armisque, quæ ad Caudium amiserant] Ms. Fuldensis *quæ ad Caudium amissa erant*. Modius. Pal. 2. Modii retinens lectionem prodit *quæ ad Caudium amissa erant*. Gebh. Potius, quod in Flor. Voss. Mureti *amissa erant*. Nam qui amiserant, erant cum Publilio digresso in Apuliam: is acceperat Caudinas legiones. *J. F. Gron.* Non aliter etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. Hujusmodi variationes in Mss. passim obcurrunt. Vide ad XXIII. 29. § 16. Neutra lectio sensum turbat. Quum itaque vulgata non tantum in optimis, sed etiam plurimis Mss. supersit, eam etiam mutandi necessitatem non video. Quod autem Gronov. pro lectione *amissa erant* laudet Flor. vereor, ne manus aberrarit, et vel Fuldens. Modii, vel Pal. 2. Gebhardo excussum scribere voluerit. Certe Flor. ille, quem optimum omnium partis hujus in Præfat. vocat, hic mutilus est, et magnam satis aliquot capitum habet lacunam, ut ad c. 14. § 2. dictum est. Si autem alium innuat Flor. (se enim præter hunc aliquot Florentinos obiter et vellicatim consuluisse profitetur) ejus auctoritatem haud magni faciam. Quod insuper vir maximus ideo *amissa erant* probet, quia legiones Caudinas Publilius acceperat, isque in Apuliam digressus aberat; in eo aliquid humani passus est. Id enim ex superioribus non adparet. De exercitu post cladem Caudinam scripto nihil aliud invenio, quam hæc verba c. 10. 'In civitate, ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit: rescriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus:' ubi *ex eodem milite* illum accipio, qui ad furculas Caudinas sub jugum missus erat: 'Caudinæ' enim 'legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eumdem illum

Digitized by Google

hostem sub jugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat,' teste Livio XXV. 6. Non tantum igitur legiones Publilii, sed et Papirii, antea sub jugum missæ, signa armaque ad Candium amiserant. Utriusque enim exercitum anno proxime elapso hanc ignominiam subiisse, probavi ad cap. 12. § 9. Præterea *omnibus* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quod eamdem ob causam servandum censeo.

Et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant] Diversitas mira Pal. 2. scripturæ non mihi indigna visa est annotatu: *et quidem omnia sup. gaudia equitibus recuperatis, quos pignera pacis recuperandæ, Luceriæ custodientibus Lucanis, Samn. ded.* Orm tamen adpictum *custodiendos Luceranis Samn. ded.* Gebh. *Quos pignore*, vel *pignere, pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant* Harl. et editi ante Aldum, qui *pignora* recte substituit. Nam 'equites pignora pacis' nota est epexegesis: ut XXXVI. 40. 'A quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus.' Vide alia exempla ad XXV. 34. § 10. *Quos pignora pacis recuperandæ Luceriæ cust. Lucerianis Samn. dederant* Gaertn. Neque aliter Port. et Hav. nisi quod eorum prior *pignere* a m. pr. *pignera* inter versus adscriptum habeat, alter[*Luceranis* præferat. At, codd. hos, ut et Pal. 2. Gebhardi interpolatos esse, nemini dubium esse potest. De duplici ratione scribendi *pignora* et *pignera* vide ad III. 38. § 12.

§ 8 *Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi Romani est*] *Subita* exsulat a Leid. 2. *mutatione subita rerum facta* præfert fragm. Hav. a m. pr. addita ultima voce, quam postea librarius recte expunxit: in nullo enim alio cod. obvia fuit. *Mutatione subita rerum clariore* Lov. 2. Præterea *victoria populo Romano fuit* Gaertn. quam lectionem ex compendio scribendi *po. Ro.* natam censeo. Vide ad XXXIX. 47. § 11.

Quod quibusdam in annalibus invenio] Sic Mss. non *invenitur*. J. F. Gron. Gronovio, pro *invenitur*, quod erat in prioribus excusis, *invenio* reponenti favent, præter unum Harl. omnes mei reliqui. *Invenitur* etiam ex uno tantum Oxon. L. 1. Hearnius profert; ut reliquos similiter *invenio* servasse sit verisimile. Et ita loqui solet Livius: ut II. 54. 'Vopiscum Julium in quibusdam pro Virginio annalibus consulem invenio.' VII. 42. 'Præter hæc invenio apud quosdam, L. Genucium tribunum plebis tulisse ad populum, ne fœnerare liceret:' hoc lib. c. 23. 'Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse:' ubi in quibusdam codd. similiter peccatur. cap. 42. 'Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, in quibusdam annalibus invenio.' c. 46. 'Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret ædilibus, tabulam posuisse.' X. 2. 'Junium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos, in quibusdam annalibus invenio.' cap. 26. 'Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito, profectos in Etrurlam Fabium Deciumque.'

Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator] *Pontius Heremi Samn. imp.* Leid. 1. *Pontius Herennii Samn. imp.* Lov. 1. *Pontius Herennius Samn. imp.* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *Pontius Herennius*, reliquis omissis, Lov. 4. Sed vide hoc lib. ad c. 1. § 2.

§ 9 *De hostium duce dedito missoque sub jugum*] Pal. 3. *de host. cæde omissoque id quod magis mirabile.* In Pal. 2. et Camp. ed. quoque disparet τὸ *sub jugum.* Gebh. *De hostium cede omisso*, reliquis deficientibus, Voss. 2. *de hostium cæde omissoque* Lov. 3. *de hostium cæde omissumque* Lov. 2. *de hostium decedit omissoque* Leid. 1. *de hostium deditione omissoque* Lov. 4. *de*

Digitized by Google

hostium duce dedito omissoque Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in illis prima litera voci *omissoque* adcrevit ex ultima præcedentis. Neque in his omnibus tantum desunt ultimæ voces *sub jugum*, verum etiam in Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. Paullo ante *Ceterum eo minus miror*, pro *id minus*, Lov. 2.

Id magis mirabile est, ambigi] *Id quod magis mirabile est* Voss. 2. et Lov. 3. *id magis est mirabile* Leid. 1. *id magis mirabile est, tantum ambigi*, auctore Hearnio, Oxon. B.

Luciusne Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore] Duorum L. Corneliorum antea meminit Livius, Scipionis ac Lentuli: Scipionis a. CDV. (l. VII. c. 23.) et a. CDXXII. (lib. VIII. cap. 17.) Lentuli autem a. CDXXVII. (l. VIII. c. 27.) Dubium igitur hic, de utro loquatur. *Glar.* Scriptores Capitolini, 'L. Cornelium dictatorem' cum 'L. Papirio magistro equitum' ascribentes, has res ab eo gestas esse, sentire videntur. Puto autem hunc esse 'L. Cornelium Lentulum,' qui ante consul fuit; qui ob res bene gestas ad Caudium 'Caudinus' appellatus sit: siquidem 'Caudinus' post fuit 'Lentulorum' cognomen. *Sigon.* Quisnam hic L. Cornelius dictator esse potuerit, quando cognomen a Livio non additur, necdum satis liquet; etsi quidam Lentulum existiment, consulem anno CDXXVI. fortassis, quia Caudini cognomen in eadem familia postmodum reperiunt, et ex hac victoria originem habuisse suspicantur. Et auctor est Livius cap. 4. superiore anno L. Lentulum, quem legatorum principem virtute et honoribus ob gestum consulatum appellat, in obsidione Caudina, ut pacis necessariæ conditiones ab hostibus oblatas acceptarent consules adhortatum esse. Itaque simul cum aliis hoc anno deditum fuisse ex eodem constat; atque mox, deditione a Samnitibus non accepta, rediisse cum aliis in castra Romana. Sed, an confestim dictator dictus ignominiam ipse sit ultus, adhuc sub judice lis est. *Pighius* in Annal. ad a. CDXXXIII. pag. 351. Non video quid obstet, ne L. Cornelius Lentulus a suadenda pace Caudina cognomen accipere potuerit. Quo admisso, argumentum Sigonii, ex hoc cognomine pro L. Cornelio Lentulo ductum, corruit, et vere, ut Pighius inquit, adhuc sub judice lis est, utrum L. Cornelius, quem quidam hoc anno dictatorem fuisse volunt, ex Scipionum, an ex Lentulorum familia ortus sit. Ceterum *L. Cornelius cum L. Papirio*, duabus vocibus neglectis, Leid. 1. *Luciusne Cornelius dictator cum L. Cornelio* præfert Gaertn. Insuper *Cursore* exsulat a Lov. 2. ut mox τὸ *inde* a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

§ 10 *Ulterque unicus Romanæ ignominiæ*] *Ulter unicus* Gaertn. *ultroque unicus*, transpositis literis, Leid. 1. et Lov. 4. *ultroque nunciis* Lov. 2. *vicissimque unicus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Alibi scribæ has voces in Mss. confundere soliti fuerunt. Vide quæ notavi ad Silii Ital. XIII. 730. Mox *haud spetiam*, pro *haud sciam*, Klockian. *acceptis* sine ullo sensu Lov. 2. qui etiam *secundum Furium Camillus triumphaverit* præfert. *Triumphavit* est in Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XL. 14. § 10.

An consulis Papirii præcipuum id decus sit] Omnes Pall. *an consulum Papiriique præc. id decus sit:* quibus respondet Campani ed. *Gebh.* Scribendum *an consulum Papiriique præc. id decus sit:* monuimus ad III. 25. *J. F. Gron.* Eadem lectio mihi quoque in omnibus meis, et Hearnio in Oxoniensibus codd. obvia fuit.

§ 11 *Sequitur hunc errorem alius error*] Τὸ *error* in exilium mittunt meliores duo Pall. *Gebh.* Abest eadem vox a Voss. 2. Leid. 2. et Lov. 3.

Digitized by Google

Sed male. Vide ad VI. 1. § 1.

Cursorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aurelio Cerretano iterum, &c. consul tertium] A. U. C. CDXXXI. (lib. VIII. c. 37.) 'Q. Æmilium' vocare videtur, et in quibusdam annalibus 'Aulium' dictum: quod ego errore codicum ita legi puto, pro *Ælio*, aut *Aulio:* et item a. CDXL. (l. IX. cap. 23.) et illud *iterum* referendum ad consulem Ceretanum, quippe qui ante etiam consul fuit, tametsi Papyrius ante quoque rem bene gesserit, ut illud *iterum* ad eum referri posse quibuadam appareat; sed mihi non probatur. *Glar. L. Papirium Cursorem consulem III.* et Capitolini triumphi ejus scriptores, et Livius ipse, qui post hunc eundem *IV. consulem* nominat, sentiunt. Quod autem ad 'Q. Æmilium Cæretanum' attinet, cum ne de hoc quidem nomine inter auctores conveniat, an *Æmilius*, an *Aulius* sit, ut ait Livius VIII. 37. intelligendum est, *Aulium* a Livio et scriptoribus Capitolinis magis probari: nam in vet. lib. apud Livium et hoc loco, et c. 23. *Aulius* est, non *Æmilius*. Cæterum *Cerretano* ex Capitolinis lapidibus et veteribus aliquot libris legendum est, non *Cæretano*. Sigon. Meliores duo Pall. *cum Aulio Cerretano*. Pal. 2. cum Camp. ed. *cum Q. Aulio Ceretano*. Andreæ ed. alludens paululum *cum Q. Aurelio Cerretano*. Vides ex tam concordi consensu, quæ sit vera lectio. *Gebh. Primis comitiis* Oxon. Hearnii L. 1. Sed sæpe hæ voces a librariis commutatæ sunt. Vide ad V. 47. § 5. Tum *cum Q. Aurelio Cerretano* Harl. *cum Aulo Cerretano* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Klockian. *cum Aulio Cerretano* Voss. 2. et Lov. 3. *cumque Aulio Ceretano* fragm. Hav. *cumq; Aulo Ceretano* Lov. 2. *cumque A. Ceretano* Lov. 4. *cum Q. Alio Cerretano* Leid. 1. *cum Quintio Aulio Cerretano* Gaertn. Deinde *ob rem bene gestam Luceria* Lov. 2. *ob rem benè gestam Luceriam* Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ob rem bene gestam ad Luceriam* Voss. 2. Leid. 3. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *consul tertius* Voss. 2. et Lov. 3. *consul tertio* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Port. et Hav. Vide ad v. 16. § 1. Voces *iterum, ob rem bene gestam Luceriæ, continuato* desunt in Hav. Cæterum contra Sigonium observandum est, Livium Papirii quartum consulis nusquam meminisse. Sed existimant viri docti, nomen ejus ut et collegæ excidisse in initio c. 22. quintum vero consulis meminit c. 28.

Mugillanus; et in cognomine erratum sit] *Muglanus* Lov. 4. *Mugilanus* Voss. duo, Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. Sed *Mugillanus* varias scribi, dictum est ad IV. 7. § 10. Tum *et in eo cognomine* Leid. 2. In verbis proxime præcedd. *ante L. Papirius* Gaertn.

CAP. XVI. § 1 *Aulius cum Ferentanis uno secundo prælio debellavit, urbemque*] Oppidum intelligit nomine 'Ferentum:' de quo Horatius Od. III. 4. 'et arvum Pingue tenent humilis Ferenti:' quo loco ait Acro, 'Ferentum oppidum est Apuliæ, Venusinæ civitati vicinum, in valle situm.' Itaque Diodorus lib. XIX. p. 707. *Ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμοῦντες Σαυνίταις Φερέντην πόλιν τῆς Ἀπουλίας κατὰ κράτος εἷλον.* Fuit autem 'Ferentium,' quod et 'Ferentinum' est dictum, in Samnitibus, de quo sic Stephanus: *Φερεντῖνος, λέγεται καὶ Φερέντινος πόλις Σαυνίτων ἐν Ἰταλίᾳ, τὸ ἐθνικὸν Φερεντινός.* Hujus meminit Livius X. 17. idque oppugnatum esse una cum Romulea scribit A. U. C. CDLVI. Porro autem, 'Ferentinum' alterum in Volscis, sive in Latio, fuisse, satis constat. Quod ipsum, Volscis ademptum, Hernicis donatum esse a Romanis, Livius scribit IV. 51. Itaque VII. 9. 'Ferentinum' Hernicorum urbem vi captam esse ab iisdem ait, et Ptolemæus 'Ferentinum' inter mediter-

Digitized by Google

rancas urbes Latinorum statuit III. 1. Ab hoc cives 'Ferentinates' appellati sunt, ut hoc libro Livius c. 42. 'Præter Aletrinatem, Ferentinatemque et Verulanum, omnes Hernici nominis populi populo Romano bellum indixerunt.' Et Plinius IV. 5. 'Ex agro Falerno Ferentinates.' Hinc, concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita esse, scribit Livius I. 50. et VII. 25. Quod, ut supra dixi, concilium Dionysius lib. IV. p. 247. *τὴν ἐν Φερεντίνῳ λεγομένην* vocat. Hinc etiam idem Livius I. 51. meminit 'aquæ Ferentinæ,' et II. 38. 'capitis Ferentini.' Postremo Ferentiam oppidum collocat in Tuscis Ptolemæus III. 1. quam 'Ferentinum' etiam nominat Plinius III. 5. cum ait 'Fesulæ, Ferentinum.' Præter hæc sunt etiam populi quidam nomine 'Frentani,' Apulis finitimi. De quibus Mela II. 4. 'Picentes, Frentani, Apuli.' Et Plin. III. 5. 'Peligni, Frentani, Marrucini, Vestini:' et post, III. 12. 'In ora Frentanorum.' Item 'Anxani, Frentani.' Ptolemæus item III. 1. post Apulos statuit Frentanos, Pelignos, et Marrucinos. Et Polybius III. 88. *Μαρουκίνην, καὶ Φρεντάνην χώραν.* Quæ cum ita sint, non est dubium, quin hoc libro extremo c. 45. sit legendum *Frentani*, ubi vulgo legitur 'Marrucini, Marsi, Peligni, Frentini.' Hæc dixi, ut intelligerent omnes, quanto cum studio atque judicio in veterum auctorum lectione versandum esset. *Sigon.* Multa quidem hic Sigonius, sed parum ad Dionysium. 'Frentinum' oppidum novimus, et 'Frentanos' gentem Italiæ: 'Ferentanos' nullos. Scribendum *Forentanos*. Stephanus *Φόρεντον, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Φορεντανός. Στράβων τέμνων.* Adde Cluverium Ital. Antiq. IV. 12. p. 1225. *J. F. Gron.* In loco Stephani nihil præsidii est. Strabo, quem auctorem laudat Stephanus, lib. V. nusquam memorat *Φόρεντον*, sed *Φερεντανὸν* Etruriæ p. 226. *Φορέντον* Latii p. 237. et *Φερεντανούς*, Samniticam gentem, pag. 241. seq. Itaque non sine causa suspicatur Holstenius, hic vel Stephani, vel Epitomatoris illius errorem esse. Cluverius ostendit locum Plinii Hist. Nat. III. 11. qui 'Forentanos' in Apulia, in qua tum Aulius rem gessisse videtur, locat. *Duk. Cum frequentariis* Voss. 2. et Lov. 3. *cum Terrentanis* Gaertn. *cum Ferrentanis* Lov. 1. a m. pr. *cum Frentanis* Leid. 1. 'Forenti' urbis nomen etiam restituendum censuit Gronovius hoc lib. c. 20. § 9. Ceterum *Aulius*, pro *Aulius*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. et C. *Aurelius* Harl. Vide ad cap. præced. § 11. Paullo ante *vides*, pro *inde*, Lov. 4. In verbis seqq. *fa deditione accepit* Leid. 1. Male. Vide ad XXXIII. 10. § 5.

§ 2 *Pari fortuna consul alter*] Pall. 1. ac 3. *consulum alter*. Gebh. Ita etiam Gronov. a. 1665. in contextum recepit. Interim tamen *consul alter* superesse partim in excerptis notatur, partim ipse vidi in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus. Ex reliquis nihil notatum video, qui propterea vel, ut Gebhardus invenit, *consulum*, vel vocem hanc per compendium scriptam exhibuisse censendi sunt. Vide ad IX. 32. § 2. In his similibusque compendiis exponendis sæpissime librarios errasse, videbimus ad X. 10. § 2. Mox *cum Saltricariis* Leid. 2. Perperam litera *n* ob ductuum similitudinem dissoluta est in literas *ri*. Vide ad III. 30. § 3.

Præsidiumque eorum in urbem acceperant] *Receperant* Lov. 4. Ita VIII. 26. 'Ex composito ab sociis in urbem receptus:' ubi vide. Unius tamen auctoritas non persuadet, ut vulgatum mutem. Nam et ita Livius loqui solet. Supra I. 11. 'Hujus filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut

Digitized by Google

armatos in arcem accipiat.' II. 3. 'De accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.' III. 18. 'Accepti in urbem agmine in forum descendunt:' hoc cap. infra, 'Ab iisdem consilium petere jussi, quibus auctoribus præsidium in urbem accepissent.' Et iterum, 'Armatos clam hostes in urbem acceperunt:' ubi unus etiam *receperunt*. XXV. 25. 'Si in arcem accepisset eos.' c. 26. 'Ne qua vis hostium in arcem accepta impeditos mœnibus suos turbaret.' XXVI. 40. 'Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt.' XLIII. 7. 'Tutius fuisse, claudere portas, quam in urbem eos accipere.'

§ 3 *Nam quum ad mania Satricæ*] Hic 'Satricam' genere fœminino dicit, cum supra libris duobus sexto ac septimo neutro genere protulerit: nisi quis dicat, diversa oppida Latinorum 'Satricum,' Samuitium vero 'Satricam,' aut, pro *Satrica*, *Satricula* legendum: unde tamen paulo post, ubi Satricula ab L. Æmylio oppugnatur, 'Satricanus' dixit Livius: nisi codd. in his quoque errent, ut plane suspicor. Unde quidam hic *Satrici* legunt, non *Satricæ*. Giar. Vet. lib. *Satricæ* per mendum. Intelligit enim Satricum, coloniam Romanam in Latio, quippe quum subjiciat, 'Plus ea voce, quam armis illatis, terroris colonis injectum.' *Sigon. Satricæ* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. fragm. Hav. et, quos Hearnius Oxonii consuluit, N. L. 2. ac C. *Satrici* primus editorum Froben. a. 1535. recepit.

Ad pacem cum precibus petendam] Sine præpositione 'precibus pacem exposcere' habuimus I. 16. § 3. ubi plura vide. Paullo post *a consule* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et edd. antiquæ, Aldina priores.

Ne ad se remearent] *Ne ad se remitterent* Port. et apud Hearnium Oxon. B. quod accipi posset pro iterum legatos mitterent. Simplex enim 'mittere' pro mittere legatos sæpissime poni, notum est. Vide viros doctos ad Phædri Fab. I. 2. 22. Potius tamen reliquorum codd. vulgatum servantium consensui fidem habeo. Mox *illatum*, pro *illatis*, Harl. Port. Gaertn. et Hav.

§ 4 *Itaque subinde quum exsequerentur quærendo a consule leguti*] Pall. 1. ac 3. *Itaque subinde exsequentur*. Pal. 2. *Itaque subinde exiguntur, exsequuntur quærendo ad consules legati*. Gebh. [Vid. Lectt. Varr.] Lectio, quæ ante Gronov. vulgo in edd. exstitit, in nullo Msto mihi obvia fuit. Nam *subinde exsequuntur*, omisso medio *quum*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. pr. Klockian. et plures Hearnii Oxonienses. *Subinde exsequerentur* Lov. 2. *subinde quum exsequuntur* fragm. Hav. a m. sec. *subinde exsequuntur* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *subinde exsequentes*, plane ut Gronov. conjecit, Lov. 4. et Hearnii Oxon. B. quare recte eam lectionem ab illo in contextum admissam esse arbitror. De locutione autem 'exseqni quærendo' dictum est hoc lib. c. 3. § 11. Præterea *a Coss.* Lov. 4. *ad coss.* Voss. 1. *ad cons.* Harl. *ad consules* Lov. 1. a m. pr. Port. et Hav. *ad consulem legati* Leid. 2. et Lov. 1. a m. sec. Verum ex præcedentibus jam patuit, ad quem legati erant, aut, si id exprimendum Livius censuisset, jam supra factum oportuerat.

Paucos et infirmos crederet præsidio tam valido et armato vim adlaturos] *Paucos infirmos* Hav. *paucos et inermes* Hearnii Oxon. L. 1. quod requiri existimavit librarius ob sequens *valido et armato*. Sed aliud Livio visum fuisse, reliquorum codd. in vulgatum conspirantium auctoritas docet. Tum *crederent* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. quomodo legisse eos librarios, qui supra *consules* numero

Digitized by Google

plurali memorarunt, mirum non est. Verum eumdem errorem et illos commisisse, qui *a consule* servarunt, stuporis vix credendi indicium est. Insuper *vim ablaturos* fragm. Hav. a m. pr. *vim illaturos* Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Male. Vide quæ notantur ad XLII. 29. § 9. Mox *auctoribus* deficit in Lov. 2.

§ 5 *Ut de ea re consuli senatum, responsaque ad se ferri sineret, ad suos redeunt*] In Pall. tribus, ut et antiquioribus edd. apparet *responsaque ad se referri sineret. Et ad suos redeunt.* Gebh. *Responsaque adserere ferri* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *responsaque a se referri* Lov. 2. *responsaque ad se referri* reliqui codd. et editi usque ad Froben. qui a. 1535. *ad se ferri* substituit. Id autem recentiores servarunt usque ad Gronov. qui *referri* revocavit. Livius XXXVII. 28. 'Hoc tam triste responsum quum retulissent legati.' Cic. in Fragm. apud Non. Marcell. in voce 'Relatum:' 'Sed hæc videbimus, quum legati responsa retulerint.' Tum *et ad suos redeunt* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. Port. et Hav. Verum illud *et* natum est ex præced. vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Vocula *ut* deficit in Harl.

§ 6 *Duæ factiones senatum distinebant*] Integra restitit hæc lectio in sola Campani recensione. Nam Pal. 1. *Duæ hæc* (lege *hæce*) *factiones senatum destinabant.* Pal. 2. et Andreæ ed. *senatum distrahebant* ex putidissima glossa. Pal. 3. denique *Dum hec factiones senatu destinabant.* Gebh. *Dum hæc factiones* Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *Dum hæ factiones* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *Duæ hee factiones* Gaertn. *Duæ hæ factiones* Lov. 2. Deinde *destinabant* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 12. § 2. *Destinebant* Leid. 1. et Lov. 4. *destruebant* Gaertn. *detrahebant* Harl. Port. a m. sec. Hav. et apud Hearnium Oxoniensis B. *distrahebant* edd. principes, quod Aldus recte in *distinebant* mutavit. Vide ad v. 20. § 4. Mox *ab populo Romano* Port. et Hav. Tum vox *fidelium* deficit in Leid. 2.

Certatum ab utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem] *Certatum tamen ab utrisque est* Harl. et Lov. 4. *certatum ab utrisque tum est* Gaertn. Vide ad XXII. 17. § 5. *Ad urbem reconc. pacem* Hav. *ad reconciliandum pacem* Lov. 2. a m. pr. Harl. Port. et Gaertn. a m. pr. Vide ad XL. 49. § 1. *Ad reconsiliandam pacem* Leid. 2. et ed. Rom. 1472. *ad conciliandam pacem* Lov. 3. Male. Livius XLII. 46. 'Omni ope enitendum fore Rhodiis, ut reconcilient pacem.' II. 32. 'Concordiam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati esse.' Vide ad II. 41. § 9.

Consuli opera navaretur] *Opera daretur* Klockian. Vide ad VII. 16. § 4. *Opera novaretur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad II. 43. § 9. ubi locutionem inlustravi. Adde Liv. XXV. 6. 'Quæ tamen, semel navata reipublicæ opera et uno felici prælio recuperarunt.'

§ 7 *Quum præsidium Samnitium, quia nihil satis præparati erat ad obsidionem tolerandam*] *Tum præsidium* Lov. 2. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. prope finem. Sed tota illa vox deficit in Klockian. Hinc *Samnitiumque nihil satis præparatum* Lov. 3. *Samnitium, quia non satis præparata* Lov. 4. Videntur dare voluisse *satis præparatum.* Sed male. *Nihil præparati*, ut 'nihil integri' XXXVI. 7. § 6. ubi plura vide. *Que* autem et *quia* sæpissime in membranis vett. confunduntur. Vide ad v. 29. § 3. Tum præpositio *ad* exsulat a Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. Sed, quum sæpe *at* pro *ad* scribi soleat, facile excidere potuit ob vocis præced. literas finales. Vide ad X. 38. § 13. Tandem *tollendum* Lov. 2. Qui

Digitized by Google

error facile committi potuit, si per epitomen *tol'endum* scriptum fuit.

Excessurum proxima nocte esset] Perperam Pall. duo, et Camp. *excursurum*. Pal. 2. *recessurum esset proxima nocte, enuntiare consuli*. Diapicite quid lateat in lectione quam vulgavit Andreas, *excussurum proxima nocte, nuntiare consuli*. Gebh. *Recessurum esset proxima nocte* Port. et Hav. *recessurum proxima nocte esse* Harl. *excussurum proxima nocte esse* Lov. 2. Leid. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *incussurum proxima nocte*, omisso τῷ *esset*, Voss. 1. a m. pr. altera autem manus inter versus emendavit *excussurum*: quod etiam præfert Lov. 4. Eodem vocabulo omisso *excursurum proxima nocte* est in Lov. 1. *excursurum proxima nocte esset* legunt Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et reliquæ edd. vett. usque ad Froben. 1535. Soli hic Leid. 2. et Klockian. vulgatum servant, nisi quod verbum *esset* etiam neglexerint. Similes varietates etiam in Oxoniensibus Hearne invenit: *incursurum* in N. *excursurum* et *recessurum* in C. et N. in margine: *excursurum* in L. 2. *recessurum* in B. Sed nihil muto. *Excessurum*, hic absolute positum, librariis displicuisse videtur, ideoque hæc monstra lectionum dederunt. Cic. Catil. II. 1. ' Abiit, excessit, evasit, erupit:' ubi, quemadmodum etiam hoc loco, subintelligendum est ' ex urbe.'

Nuntiare consuli satis habuit] Malumus e Thuan. et Chiffet. *enuntiare*. Quod est signatum verbum de iis qui arcana produnt. XXIII. 35. ' Custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset cœpta.' XXXIX. 10. ' Veniam precata Deorum, si silenda enunciasset.' Cic. pro Roscio Amer. c. 38. ' Cæterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enunciavit.' Tusc. II. 13. ' Ab homine propter vim doloris enunciante commissa, prodente conscios.' *J. F. Gron. Enunciare consuli* etiam Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. Hav. et Pal. 2. apud Gebhardum ad verba præcedd. Idem etiam se in omnibus Oxoniensibus, uno tantum B. excepto, invenisse, testatur Hearnius. Est autem verbum, ut Gronovius monuit, in hac re proprium. Livius X. 38. ' Adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enunciaturum.' XXV. 13. ' Ea omnia, sicut acta erant, quum enunciata Beneventania essent.' XXXIX. 13. ' Magnam sibi metum Deorum, quorum occulta initia enunciaret.' Cic. pro Resc. Am. c. 40. ' Sociorum consilia adversariis enunciavit.' De Orat. I. 47. ' Ut ea explicet nobis, et illa dicendi mysteria enunciet.' Nepos in Pausan. c. 4. ' Orare cœpit, ne enunciaret, nec se, meritum de illo optime, proderet:' ubi videndi sunt viri docti. Justin. v. 1. ' Imimulatur, mysteria Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio sollemnia, enunciavisse.' Gellius I. 13. ' Hanc rem ne quis enunciaret, prinsquam decreta esset.' Vide etiam Pricæum ad Apul. Apol. p. 137. Idem hoc verbum Livio restituendum censuit Jac. Perizon. ad XXV. 9. § 4. Id tamen scrupulum de veritate hujus lectionis injicit, quod eam in nullis aliis Mss. codd. invenerim, quam qui vel *esse*, pro *esset*, præferunt; vel vocem illam aut omittunt, aut transponunt; unde prima litera τοῦ *enunciare* ex finali præcedentis vel *esse*, vel *nocte* repetita esse videri potest. Accedit, præter unum Leid. 1. reliquos codd. qui *enunciare* exhibent, minoris auctoritatis esse. Existimet igitur prudens lector, atque amplectatur, quod melius censuerit.

Quamque per portam, et quam in viam egressurus hostis foret] Vet. lib. *quaque porta*. Sigon. Omnes Pall. et Andreas *quaque porta*. Gebh. *Quaque porta* et Sigonii et omnium vett. librorum, nec non primæ editionis est. Tacitus Ann. I. 8. ' Ut porta trium-

Digitized by Google

phali daceretur funus.' Sed ne sic quidem omnia salva credere me patitur varietas scripturæ veteris. Prima ed. ignorat τὸ *esset*, habetque *aggressuros hostes*. Deest et τὸ *esset* in Voss. Vix me contineo, quin jubeam legi, resectis, quæ allita videntur, *Pars altera, præs. Samn., quia nihil satis præp. erat ad obs. tol., excess. prox. nocte, enunc. cons. satis habuit, qua noctis hora, quaque porta, et quam in viam, fore.* Sed nimli sumus, nec talis, nisi majoribus præsidiis succincti, debemus audere. *J. F. Gron.* Quænam editionum prima hanc lectionem in contextum admiserit, nescio. Sed demum eam reperi in Mediol. 1480. hinc in multis aliis. Codicum vero nullus eamdem tuetur. Nam *quam portam* habet Harl. quod servari posset, si testes plures firmarent; ita enim 'egredi urbem' adstruitur XXIX. 6. § 4. *Qua porta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. quos etiam audiendos non existimo. Compositio enim hæc orationis, ut in tribus diversis proponendis secundum per *que*, tertium per *et* vel *ac* primo connectantur, Livio admodum amata est. Vide ad II. 31. § 1. *Quaque porta* reliqui omnes, cum edd. Rom. 1472. et Parm. Aliam itaque edit. Rom. Hearne consuluit, qui ex ea *quamque per portam* profert: vicissim autem, quum nullum Oxoniensium ei consentientem memoret, ii omnes *quaque porta* exhibuisse videntur. Ita Cic. Tusc. I. 7. 'An tu, egressus porta Capena, quum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metelliorum sepulcra vides, miseros putas illos?' Tum *quam viam*, omissa media præpositione *in*, Harl. Sed eam elisit vocis præcedentis litera ultima. Vide ad X. 13. § 2. Deinde *egressus hostis* Leid. 2. et Lov. 1. *egressuros hostis* Gaertn. a m. pr. *aggressurus hostes* edd. Rom. 1472. et Parm. Quamvis autem in verbis præcedd. Klockian. τὸ *quum*, multos scriptorum et nonnullos editos *esset* omisisse, superius dictum sit, Gronovio tamen, non eas tantum, sed et hic *egressurus hostis* ejicienti, et *foret* in *fore* mutanti, adsentiri non sustineo. Nimis enim audax videtur.

§ 8 *Portam etiam consuli aperuerunt*] Addendum *armatosque clam hoste in urbem acceperunt*. Gelen. *Consuli* legendum, non *consulibus*. Solus enim hic Papyrius erat. Alter consul Ferentanorum urbem oppugnabat. Probant item ea et sequentia et præcedentia. *Glar.* Hæc omnia *armatosque clam hostes in urbem acceperunt* absunt ab edd. principe Andreæ; aliter vero concepta in Pall. tribus, Campanique ed. *armatosque clam nocte urbem acceperunt*. Gebh. Pall. Thuan. Voss. Helm. *clam nocte*. Sed scribendum *clam hoste*, nempe ipsis Samnitibus. *Armatos* autem intellige Romanos. Sic voluit et Gelenius, qui primus hanc clausulam vulgatis adjecit. *J. F. Gron.* *Clam nocte* scripti: sed sententia videtur exigere *clam suis*: reliquis civibus non earum partium. *Idem.* *Consulibus* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Rort. Gaertn. et fragm. Hav. pro quo recte *consuli* legendum Glareanus monuit. Verum ita jam ante Glareanum Gelenius notæ suæ præscripserat, eoque emendante *COS* Froben. a. 1535. in contextum recepit, quum multæ priorum haberent *COSS*. Gelenio autem et Glareano consentiunt Lov. 4. Hav. et Neapol. Latinii, qui et ipse eam lectionem probavit. Deinde pericope, quam Gelenius addidit, servant omnes mei, Hearnii Oxonienses, et Neapol. Latinii, nisi quod *clam nocte* præferant; quam lectionem admitti non posse, præcedentia evincunt; ubi jam dixerat Livius *eadem nocte*. Pro eo Gelenius *clam hoste* edidit, cujus loco deinde ἐκδόσει Sigonii *clam hostes* recepit, et Latinius probavit. Et eam etiam lectionem præferendam puto; licet Doujatius pro altera *clam hoste*

Digitized by Google

stet, quoniam huic parti, quæ Romanos in urbem accepit, non Romani, sed Samnites hostes erant. Romani enim hic 'hostes' vocantur, habita ratione Satricanorum in genere; apud quos factio, quæ prævalebat, ad Samnites defecerat: unde nunc urbs eorum a Romanis obsidebatur. Et ita mox eadem voce *hostium* Romani verbis seqq. designantur: 'Ab urbe plena hostium clamor sublatus.' Lectio *clam hoste* postea Gronovio displicuit, qui in ed. 1665. inter addenda propterea *clam suis* malebat. Præterea *receperunt* Harl. Male. Vide hoc cap. ad § 2. Paullo ante *desitum*, pro *descitum*, Voss. 2. errore librarii. Vide ad XXX. 3. § 5.

§ 9 *Insessis circa viam silvestribus locis*] Pal. 3. *insessis arta via silv. locis.* Gebh. *Infensis* Neapol. Latinii. Male. Vide ad cap. præc. § 3. *Arta via* in Pal. 3. apud Gebhard. ex literarum similitudine natum est. Mox *nec opinatum oppressum est*, pro *nec opinato*, Neapol. Latinii. Nostri nihil mutant, nisi quod *ne opinato* sit in Harl. Vide ad IV. 27. § 8.

Samnis cæsus, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant] *Cæsus Samnis* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quod recepi. Tum *in potestatem consulis erant* Port. Sed vide ad II. 14. § 4.

§ 10 *Quæstione habita, quorum opera*] *Concione habita* Hav. Tum *quorum opem* Gaertn. Mox *quos sontes reperit*, pro *comperit*, fragm. Hav. a m. pr.

§ 11 *Qui eo duce Luceriam receptam*] *Qui eo die* Harl. Tum *Luceriam captam* Voss. 2. et Lov. 3. Sed reliqui recte vulgatum defendunt. Paullo ante *Papirium consortem*, pro *Cursorem*, Klockian.

§ 12 *Non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens*] *Sed in corporis viribus* Voss. 2. et Lov. 3. *sed etiam viribus corporis* Lov. 2. Vox *etiam* deficit in Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad II. 6. § 1. Similiter *excellens* exulat a Port. et Hearnii Oxon. B. Paullo ante *omnium laude*, pro *omni*, Harl. Vide ad XLV. 19. § 13.

§ 13 *Præcipua pedum pernicitas inerat*] *Præcipue* Port. et Hearnii Oxon. B. contra mentem Livii; qui non indicat, præcipuam hanc Papirii laudem bellicam fuisse, quod pedum pernicitate valuerit, sed simpliciter tantum narrat, eum hac corporis dote omnibus ætatis suæ præcelluisse. Insuper *peditum pernicitas* Port. a m. pr. Tum *erat*, pro *inerat*, Harl.

Quæ cognomen etiam dedit: victoremque cursu] Hæc ita a Livio scribuntur, quasi Papyrius hic primus id cognominis meruerit, cum multi ante Papyrii 'Cursoris' nomen habuerint: nempe primum, quem Livius commemoret, puto A. U. C. CCCLXX. (lib. VI. c. 11.) et Censoris nomen a. CCCLXIII. quod etsi ibidem omissum, tamen a Livio postea in oratione Sempronii tribuni plebis, Appium incusantis, ponitur a. CDXLV. (lib. IX. c. 34.) *Glar.* Vett. libri alii *quæ cognomen via dederat:* alii *quæ cognomini viam dedit.* Hinc ego suspicor legendum *quæ cognomen avo jam dedit.* ['Livius hunc a cursu laudat, non avum: nihil igitur hic agit Sigonius.'] Ut intelligamus, quemadmodum necessario intelligendum est, non hunc primum invenisse hoc 'Cursoris' cognomen, sed avum ejus ante. Avus autem ejus fuit L. Papirius Cursor, qui censor fuit A. U. C. CCCLXI. et post etiam tribunus militum consulari potestate. Hic enim, de quo nunc loquitur Livius, in lapidibus Capitolinis L. PAPIRIVS. SP. F. L. N. CVRSOR. dicitur. *Sigon.* Quid fuerit initio in Pal. 2. ex rasura niminm alte descendente erui non potest. Pall. 1. et 3. *quæ cognomen etiam victori dedit.* Alii libri, referente Sigonio, *quæ cognomen via dederat:* alii, *quæ cognomini viam dedit:* unde fecit

Digitized by Google

ipse *quæ cognomen avo jam dedit*. Quæ omnino conjectura ridicula est, nullisque rationibus nixa. *Gebhard. Quem cognomen viam dedit* Port. *quæ cognomen via dedit* Hav. *quæ cognomen invictori dedit* Lov. 3. Reliqui nihil mutant. Sigonii conjectura refelli videtur testimonio Zonaræ, qui similiter L. Papirium dictatorem a Livio VIII. 29. memoratum, eumdem, cujus Livius hic meminit, Cursoris cognomen a pedum pernicitate habuisse tradit Ann. VII. 26. Ὧν εἷς ἦν καὶ Λούκιος Παπείριος, ὁ καὶ Κούρσωρ ὀνομαζόμενος διά τε τὴν ἕξιν (ἦν γὰρ δρομικώτατος) καὶ διὰ τὴν ἀσκησιν τὴν τοῦ δρομοῦ. An igitur Livius, ante hunc Papirium referens alium 'Cursorem' cognominatum, qui censor fuit IX. 34. et tribunus militum consularis VI. 11. aliquid humani passus esse censeri debet? vel an dicendum est, 'Cursoris' cognomen, quod majores jam obtinuerant, pedum pernicitatem huic L. Papirio confirmasse? quale quid in gentis Manliæ cognomine 'Capitolinus' accidisse, vidimus ad V. 31. § 2. in gentis Liciniæ cognomine 'Stolo' ad VI. 39. § 3. Insuper *victorisque cursu* Leid. duo, et Lov. 1. *victorque cursu omnium ætatis suæ fuisse fert*, id est *fertur*, fragm. Hav. a m. pr. in quo deinceps *victoremque* a m. sec. interpolatum est.

Cibi vinique eumdem capacissimum] *Ergo vini cibique eumdem capac.* habet Pal. 3. *Gebh. Vini cibique capac. eumdem* Port. *vini cibique eumdem capac.* Hav. Vox *eumdem* deficit in Lov. 4. supra autem *τὸ vi* in Harl. et fragm. Hav. a m. pr. *seu* secundo loco in Voss. 2.

§ 14 *Asperiorem* (*quia ipse invicti ad laborem corporis esset*) *fuisse militium*] *Aptiorem* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. ac 4. *nec tum illi asperiorem* Lov. 2. *nec cum ullo asperiore* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *iūcti ad laborem corporis*, id est *injuncti*, Hav. Ita peccabatur VIII. 34. § 2. Eodem errore etiam *victus* et *iunctus* commutari in Mss. videbimus ad Epit. Liv. lib. LXVIII. 'Invictus ad laborem,' ut apud Ovid. Metam. XII. 166. 'Quod juveni corpus nullo penetrabile telo Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terebat:' ubi vide Nic. Heins. *Ad laboris* Port. a m. pr. *ad labores* a m. sec. Deinde *militium fuisse* Port. et Hav. *militium suis* fragm. Hav. *Τὸ fuisse* exsulat a Leid. 2.

§ 16 *Quum ex equis descendetis*] *Quum sitis ex equis descendentes* Oxon. L. 1. unde Hearnius legendum conjicit *quum sitis ex equis descensuri*. Mox vocula *et* deerat in Lov. 2. *τὸ erat* in Leid. 2. Deinde *in sodesque civesque* præfert Port.

§ 17 *Prænestinus prætor*] Sic etiam Plinius Hist. Nat. XVII. 11. et Aurelius Victor de Vir. Ill. c. 31. Vir clariss. in libro de Ædilib. Coloniar. et Municip. cap. 2. § 7. 'prætorem Prænestinum' intelligit 'magistratum municipii Prænestini,' eodemque trahit locum Livii XXIII. 19. de præfecto cohortis Prænestinæ, quæ in præsidio Casilini fuerat: 'Ceteri incolumes Præneste cum prætore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt.' Hoc non nimis certum est. Primum enim non constat, Præneste jam tum municipium fuisse; et propius vero est, non fuisse. Deinde adparet e verbis Livii, Prænestinos hos inter socios militasse: municipia autem habebant jus legionis. Vide Spanhem. Orb. Rom. I. 9. Denique, non probabile est, Romanos militibus, quos coloniis imperabant, vel ex municipiis scribebant, magistratus urbium illarum a cura reipublicæ abstractos præposuisse. Malo igitur cum Sigonio de Ant. Jur. Ital. II. 14. Lipsio de Milit. Rom. I. 7. et II. 10. et Perizon. in Dissert. de Prætor. § 19. utroque loco Livii 'prætorem' interpretari 'præfectum cohortis socialis.' Certe Manicium, quum 'prætorem' Prænestinum vo-

Digitized by Google

cat Livius, non fuisse magistratum urbis Prænestinæ argumento est, quod eum antea 'scribam' fuisse dicit. Et sic apud Livium VIII. 11. 'prætorem' Laviniensium, qui Latinis auxilio mittebantur, præfectum eorum esse puto. *Duk.* Vox *prætor* sæpissime per compendium *pr.* in Mss. notatur. Id non intelligentes librarii hic in varios errores inciderunt. Omittitur enim in Lov. 4. ejus loco *tr.* legitur in Klockian. *pariter* in fragm. Hav. a m. pr. *præfectus* in margine Port. *P. R.* divisis literis in Leid. 2. et Lov. 1. unde *populi Romani* factum est in Lov. 3. qui error frequens est. Vide ad XXXI. 10. § 4. utraque vero *Prænestinus prætor populi Romani* servatur in Gaertn. Mox *eduxerat ex subs. suos*, pro *ex subs. suos duxerat*, Lov. 4.

Inambulans ante tabernaculum] *Ambulans* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Non tantum enim plures codd. vulgatum tuentur, verum etiam τὸ 'inambulare' sæpius apud Livium obcurrit, Ita I. 54. 'Ibi inambulans tacitus summa papaverum capita dicitur baculo decussisse.' XXIII. 7. 'In foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit.' c. 48. 'Per muros inambulare senatores Nolanos jussit.' XL. 8. 'Solus, filio procul stante, multa secum animo volutans inambulavit.'

Expedire securim jussit] Pall. tres, et Camp. ed. *securem*. Gebh. *Securem* etiam Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Similiter varii codd. exhibent VIII. 7. § 20. Verum, *securem* se legere non meminisse, monuit Vossius Gramm. IV. 10. Præterea *jubet* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C.

§ 18 *Agedum, lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus*] *Agendum* Leid. 1. Hav. et fragm. Hav. quomodo librarios peccare soli-tos fuisse, videbimus ad h. lib. c. 33. § 7. *Agede* Voss. 1. *Age* Leid. 2. et Lov. 1. Male. Vide ad III. 62. § 4. Vox *lictor* deficit in Hav. Tum *incommodam, inquit, ambulantibus* Lov. 4.

Perfusumque ultimi supplicii metu, mulcta dicta, dimisit] Pall. 1. et 3. *eum post multa dicta dimisit*. Pal. 2. *perfusum ultimi suppl. metu mulcta indicta dim.* Gebh. *Perfusum ultimi suppl. metu* Hav. *perfusumque vultum suppl. metu* Klockian. Leid. 2. et Lov. 3. *perfusumque ultimi suppl. metri* Voss. 2. et Lov. 3. Sed de locutione 'perfundere metu,' 'gaudio' dictum est ad II. 63. § 4. 'Ultimum supplicium' autem est pœna mortis. 'Ultimam pœnam' vocat III. 58. 'Die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus.' Sueton. Cæs. c. 14. 'Senatu universo in socios facinoris ultimam statuente pœnam.' Plin. Ep. II. 11. 'Septemque amicorum ejus ultimam pœnam arguebatur emisse:' ubi vide Cortium. Hinc *eum post multa dicta dimisit*, inserțis duabus vocibus, Voss. 2. et Lov. 3. Adparet pro *mulcta* in membranis scriptum reperisse librarios *multa*, quomodo exaratur etiam in Leid. 1. Lov. 4. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. de qua orthographia dictum est ad II. 52. § 4. Id autem non intelligentes locum adscitis vocibus interpolasse, et existimasse *post multa dicta* hic notare postquam multis verbis eum increpuisset. *Mulcta indicta* est in Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. altera, et Hearnii Oxon. N. et B. quomodo 'indicere exsilium' I. 60. 'Tarquinio clausæ portæ, exsiliumque indictum.' Præfero tamen *multa dicta*, quam lectionem et plures et meliores codd. tuentur. Ipsa autem locutio in hac re sollemnis ac propria est. Supra II. 62. 'Duo millia æris damnato multam dixerunt:' ubi plura vide. XLII. 9. 'Itaque multam ei se dicere.' XLIII. 16. 'Multamque pro conci-

Digitized by Google

one privato dixerunt.' Epit. Liv. lib. XLVII. 'Cn. Tremellio tribuno plebis multa dicta est.'

§ 19 *Quo magis innixa res Romana staret*] *In quo innixa* Gaertn. Verum alibi hanc constructionem me apud Livium legere non memini, qui vel 'inniti alicui,' aut 'inniti aliquo' dixit, ut vidimus ad IV. 19. § 4. quamvis ceteroquin Livius præpositionem *in*, cum qua verbum compositum est, in regimine repetere consueverit. Vide ad Præfat. § 11. Vulgatum itaque *quo magis innixa*, quod probant reliqui omnes codd. servo. *Quo innixa magis* habent Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Quin eum parem destinarant animis Magno Alexandro ducem] Oggerunt codd. scripti et libri editi *destinant*. Gebh. Repugnat his verbis, quod c. 18. 'Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse.' Si namque incognitus Romanis, dum viveret, Alexander, quomodo destinare potuerunt ei parem e suis ducem? Non ita immemor sui Livius, ut existimat Muretus Var. XV. 14. Scribebam *destinarunt*. Scilicet judicia scriptorum et hominum, qui postea fuere, et nunc sunt. Lib. XXVIII. c. 24. 'Quia regnum sibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginiensibus, destinarant animis.' Sed Voss. duo, et Helm. et omnes editi veteres ab Andrea ad Gryphium *destinant*. Quo magis etiam apparet, quod dixi. Cælius Curio primus mutavit. *J. F. Gron.* Non Cælius Curio mutatæ lectionis auctor est, sed potius Vascos. qui ita septennio antea edidit. Ceterum *destinant* etiam omnes mei. Præterea *qui eum parem* Leid. 2. et Gaertn. Vox autem *animis* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Male. 'Destinare animo' Livio in usu fuisse, non tantum probat locus a Gronov. modo laudatus, verum et alius VII. 33. 'Adeo morte sola vinci destinaverant animis:' 'in animo destinare' dixit VI. 6. 'Sibique destinatum in animo esse, Camillo submittere imperium:' et XXI. 44. 'Si hoc bene fixum omnibus, destinatumque in animo est.'

CAP. XVII. § 1 *Nihil minus quæsitum*] Ob hanc digressionem Livii in doctrina temporum imperitiam multis exagitat Dodwell. de Cyclis Dissert. X. § 73. cui respondere conatus est Clericus ad h. l. dicens, licuisse Livio agere de eventu belli, si id Alexander Romanis intulisset, ubicumque sermo fuit de magistratu viri fortis, qui Alexandri æqualis fuit. Immo ipse Livius mox dicit, Alexandri Magni tanti regis ac ducis mentionem effecisse, ut quærere libuerit, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit, si cum Alexandro foret bellatum: non autem addit, se id fecisse eo anno, quo Alexandrum mortuum crederet; quod tamen tamquam verum ponit Dodwellus, et quo uno ejus censura in Livium innititur, quum Alexander jam sexennio ante obierit.

Varietatibusque distinguendo opera] Pall. 1. ac 3. *destinguendo opere*. Reliqui quoque libri *opere*. Gebh. *Distinguendo opera* primum edidit Frobenius 1535. et deinde servarunt recentiores usque ad Gruter. qui in ed. postrema *opere* revocavit. Et recte. Ita enim omnes priores excusi omnesque omnino codd. Passim etiam Livius historiam Romanorum a se conscriptam 'opus,' non 'opera' numero plurali, vocat. Supra in Præf. 'Ut orsis tanti operis successus prosperos darent.' Hoc cap. 'Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest.' XXI. 1. 'In parte operis mei licet mihi præfari.' XXXI. 1. 'In partibus singulis tanti operis fatigari minime conveniat.' Ceterum *varietatibus quibus dest.* Hav. Paullo ante *ordine inclinarem*, pro *declinarem*, Hav. Livius XXI. 52. 'Ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros

Digitized by Google

declinant.' XXV. 18. 'Se ab eo, etiamsi in acie obcurrat, declinaturum.'

Diverticula amœna, et requiem animo meo quærerem] *Deverticula* Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Et ita legendum esse, monui ad I. 51. § 8. Præterea *animo mō quærerem*, id est *animo modo*, Lov. 3. et Gaertn. *animo meo quærentem* Port.

§ 2 *Quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium*] *Cum sæpe tacitis* Lov. 2. *quæ sæpe tacitis* Port. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *volutavi animum* Hav. Deinde, male in voces contributis literis, *ea sevocat in medium* fragm. Hav. a m. sec. et edd. principes. Pro eo quidem Mediol. a. 1505. recte ediderunt *eas evocat*, quos Aldus secutus est; verum Ascens. 1513. et postea ipse atque alii ejus loco substituerunt *eas sevocat*, donec Froben. 1531. *eas evocat* reduceret. 'Evocare in medium' autem, scilicet ex animo, dictum est eodem modo quo 'emittere in hostes.' Vide ad XXVIII. 14. § 11. Paullo ante *tum tanti regis*, pro *tamen tanti*, Port. Vide ad XXII. 17. § 5.

Ut quærere libeat, quinam eventus] Prima vocula deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *quisnam eventus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Vide ad VI. 32. § 5. Mox *humanis rebus*, pro *Romanis*, Leid. 2. Tum *debellatum*, pro *bellatum*, Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XXXVII. Insuper *futurum fuit*, pro *fu'it* vel *fuerit*, Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10.

§ 3 *Pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna*] Pal. 2. addita particula connexiva, *mil. copia et virtus, ingeniaque imp.* Gebh. Similiter etiam Lov. 2. Harl. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed *mil. copia et virtus, imp. ingenia, et fortuna* Lov. 4. Adparet librarios ita edidisse, quod tria hæc sine copula jungi displiceret, quomodo tamen Livius sæpissime loqui amavit, quod ipsi passim corruperunt. Vide ad IV. 3. § 12. et ad XXXVIII. 18. § 12. Insuper *pollere videtur militum copia* Port. Sed librarius existimasse videtur, verbo plurali locum esse non posse, quod omnia nomina sint singularia, quam ob caussam etiam forte *pollere videntur militum corpora* dedit librarius Harl. Sed, Livium verbum plurale duobus pluribusve substantivis singularibus junxisse, sæpius supra dictum est. Vide ad III. 31. § 7. *Videretur* est in Hav. Sed hic scriba voces per compendium scriptas *vidētur* et *vide'tur* confudit. *Copia militum et virtus*, transpositis dictionibus, est in Leid. 1. *militum copia et virtus ingenua*, *imp. fortuna* in Klockian.

§ 4 *Ea, et singula intuenti et universa, sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facile præstant*] Prima vox non adparet in Lov. 4. qui etiam *ab aliis rebus* præfert. Deinde etiam vox *ita* exsulat a Leid. 1. Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. In quam lectionem quum tot codd. consentiant, ea etiam displicere nequit; præsertim quia verisimilius videtur, illud *ita*, quod plerumque *sicut* respondere solet, a librariis additum, quam omissum fuisse; idque hominum genus ita et alibi peccavit. Sic XXXIV. 9. 'Romanam amicitiam, sicut minoribus viribus, quam Massilienses, pari colebat fide:' ubi ante Gronov. vulgo etiam edebatur *ita pari*. Vide quæ ad eum locum notantur. Tum *præstare facile* Lov. 4. *facile præstari* Harl. Port. Gaertn. et Hav.

§ 5 *Jam primum, ut ordiar ab ducibus*] *Nam primum* Voss. 1. Leid. 2. Harl. Port. et Hav. Atque ita se in Oxon. N. L. 2. B. ac C. reperisse, Hearnius testatur. Sed nihil mutandum. Eleganter enim particula *Jam* inservit transitioni ac connectendis orationis periodis. Vide Duker. ad Flori Præfat. § 2. Ita mox

Digitized by Google

hoc lib. c. 19. 'Jam in opere quis par Romano miles?' Præsertim autem ita adhibentur voces *jam primum*. Infra XXI. 62. 'Prodigiis procurandis prope tota civitas operata fuit. Jam primum omnium urbs lustrata est.' Ab his vocibus Livius etiam incipit historiam, iis eam connectens Præfationi, I. 1. Vide etiam V. 51. Solent autem *jam* et *nam* passim in Mss. confundi. Vide Burmann. ad Sueton. Cæs. c. 44. Corte ad Plinii Ep. I. 6. Torren. ad Val. Max. II. 6. ex. 16. et III. 5. ex. 4. et quæ notavi ad Silii Ital. IX. 242. Adde quæ dicuntur ad Livii II. 29. § 11. III. 34. § 17. IV. 26. § 11. c. 49. § 16. V. 36. § 6. VI. 15. § 10. c. 27. § 7. IX. 3. § 5. c. 29. § 8. XXVI. 7. § 8. XXXII. 16. § 10. XXXIV. 4. § 4. c. 31. § 15. XXXIX. 52. § 8. et alibi. Similiter commutantur *ubi jam* et *ubinam*. Vide ad VI. 25. § 10. Præterea *exordiar* Lov. 2. Tum *a ducibus* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Paullo post *ab uno*, transpositis literis, pro *abnuo*, Leid. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. Hinc, alio ordine vocum, *Alexandrum fuisse* Port. et Hav. at verbum *fuisse* exsulat a Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1.

Quod adolescens, in incremento rerum] Scribe ex vet. lib. *quod adolescens, quod in incr. rerum*, ut tertia esse caussa videatur. *Sigon.* Pall. duo codd. vetustique editi, *quod adolescens in incr. rerum*. Gebh. Hoc postremum *quod* est solius Sigoniani: nec necesse est, gravitatem Livii in minutias concidi. *J. F. Gron.* Sigoniano consentiant tantum ex meis Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. codd. admodum suspectæ fidei. Unde fit, ut credam, recte Gronovium vulgatum huic lectioni prætulisse. Præterea præpositio *in* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Harl. Port. et Gaertn. Sed intercepta est a syllaba initiali proximæ vocis. Vide ad VIII. 33. § 6. Tum *adulescens* Lov. 4. Vide ad VI. 34. § 11. Paullo ante *clariorem eum tum facit* Gaertn. *clariorem eum tamen facit* Harl. et edd. antiqq. usque ad Froben. 1535.

§ 6 *Ut alios reges claros ducesque omittam*] *Reges claroque duces* Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *reges claros duces* Leid. 2. et Lov. 1. ut per adpositionem dicatur, reges qui clari duces fuerunt. Deinde *dimittam* Hearnii Oxon. L. 2. Cicero pro Quinct. c. 22. 'Ut alia omittam, hoc satis est.'

Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant] *Pyrrhum* Harl. Port. Hav. et Oxon. B. apud Hearnium, qui se *Pyrrum* invenisse testatur in L. 2. C. et N. pro quo tamen in posterioris margine *Cyrum* emendatum erat.

Vertenti præbuit fortunæ] *Vertici præbuit fortunæ* Port. *venienti præbuit fortunæ* Lov. 4. Vide ad V. 49. § 4. *Vertenti fortunæ præbuit*, transpositis dictionibus, Lov. 2. *præbuit vertenti fortunam* Gaertn. Non animadvertit librarius, *vertens* hic neutraliter, sive sensu passivo, usurpari, pro vertenti se fortunæ, vel versæ fortunæ. Vide ad II. 62. § 2.

§ 7 *Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, sed ipsos eos, cum quibus*] *Ne censeam duces* Lov. 4. *Ne recenseam duces*, utraque lectione juncta, editi ante Aldum, qui primus *Ne* expunxit. Tum *omnium ætatium* Leid. 1. Quam scripturam supra ex duobus codd. recepi I. 43. § 5. quibus nunc duos optimæ etiam notæ Flor. et Klockian. quorum excerpta postea demum accepi, accedere moneo. Eamdem itaque lectionem etiam hic in contextum admisi. Similiter quoque cod. Memmian. Sueton. exhibere in Aug. c. 31. ad eum locum observavit, atque inlustravit Burmann. Deinde *eos ipsos*, trajectis dictionibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vide ad II. 5. § 5. Ordinem tamen, qui vulgo obtinet, veriorem esse, reliquorum codicum auctoritas persuadet. Et ita XLII. 21. 'Patres

Digitized by Google

ipsum eum quærere jusserunt.' Præterea vox *cum* deficit in fragm. Hav. a m. pr. Mox *Alexandro fuit bellum*, pro *bellandum*, Port.

§ 8 *M. Valerium Corvum*] Ita omnes præferunt codd. nisi quod ultima vox desit in Hearnii Oxon. L. 1. et *Corvinum* legant Harl. et Hav. cum omnibus edd. ante Sigonium: cui bis hoc capite *Corvum* restituenti nemo dicto audiens fuit ante Gruterum, qui ita in postuma ed. vulgari curavit. Unde Gebhardus, qui ante eam in lucem emissam notas ad primam Gruteri ed. conscripsit, ad VII. 26. § 12. monere necesse habuit, *Corvi* cognomen bis hoc cap. restituendum esse. Vide quæ ibi dicta sunt.

C. Marcium Rutilum] *C. Marcium Ruptilium* Voss. 1. *C. Marcium Rutilium* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. qui *C. Rutilum*, media voce omissa, in L. 1. invenit. *C. Marcum Rutilium* Hav. *C. Cludium Marcium Rutilum* Harl. *C. Claudium, M. Rutilium* edd. Aldo priores. Vide ad VII. 17. § 6.

C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem] *C. Supplicium*, literis transpositis, fragm. Hav. *C. Supplicium* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 10. § 5. Ejus prænomen deesse monuit Hearne in Oxon. L. 1. Tum *Ti. Manlium Torquatum* Port. *T. Torquatum*, omissa media voce, Hearnii Oxon. L. 1. *Malium* habet Lov. 1. *Mallium* Gaertn. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad XXXIV. 53. § 2. Deinde *Q. Publilium Philonem* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. fragm. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. *Q. P. Philonem* Hav. *Quintum P. Philonem* Lov. 2. Vide ad II. 55. § 4.

L. Volumnium, M. Curium] *M'. Curium* Capitolini lapides: item alii. *Sigon. M.* legunt omnes codd. Sed solent passim librarii minus notum prænomen *Manium* in *Marcum*, sive notam ejus *M'.* in alterius notam *M.* mutare. Vide ad XXVII. 25. § 2. *Currium* est in Leid. 1. *Curcinum* in Gaertn. Præterea *Volumicium* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *Volumnium* Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. *Volumium* Hav. Vide ad III. 10. § 5. *L. Valerium* vocat Oxon. L. 1. ut Hearne testatur.

§ 9 *Si Punicum Romano prævertisset bellum*] Non admodum hoc clarum: præsertim illud *Romano*. Glar. Sensus, Si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Pœni; quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset: nisi malimus legere, pro *Punicum, Indicum*: nam sequitur, 'Longe alius Italiæ, quam Indiæ, visus illi habitus fuisset.' ['Hinc inscitiam historiæ Alexandri Sigonius prodit. Alexander enim cum ex India Babylonem rediisset, jam classem destinarat in Carthaginenses, non in Romanos: etsi tum rebus humanis ereptus non esset, ac in Africam venisset, aliquot annis ibi bellandum erat, ponito X. jamque Alexander erat XLIII. annorum, sic senex, non tamen valde, venisset in Italiam. Sensus igitur est: Si Alexander prævertisset bellum Africanum, quam Romanum, hoc est, prius Africam aggressus, quam Italiam, id enim in ejus senectute futurum erat.'] *Sigon.* Pall. 1. ac 3. sed *si Punicum Romano prævertisset bellum*. Gebh. Non admodum clarum, præsertim illud *Romano*, inquit Glareanus. At Sigonius: 'si Alexander ante intulisset Romano bellum, quam Pœni; quod futurum erat, si senior in Italiam trajecisset.' Nihil minus sensit auctor. Et senior potius venisset in Italiam, si Pœni prius bellum cum Romanis habuissent, quam ipse Alexander: ita enim necessario tempora quædam intercedere oportuisset: sin prior Alexander, cur senior? potuisset enim proxime ille

Digitized by Google

tempora, quibus juvenis fatis cessit. Prorsus hic cæcutivit vir doctissimus. Alexander paullo ante mortem agitabat animo Punicum bellum, adversus Tyri ab se devictæ colonos Carthaginienses, mari tum potentes. Justinus XXII. 6. Ideo Livius, si Africam, inquit, bello subjugare malnisset, antequam Italiam et Romanos aggrederetur, (atque ita, quoniam haud dubie aliquot anni elapsuri erant, dum ea provincia conficitur) senior in Italiam trajecisset. 'Prævertere' alias aliter; sed ut hic, et II. 24. 'Nec posse, quum hostes ad portas essent, bello prævertisse quicquam.' Cicero de Divin. I. 6. 'Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes.' Sed vidit hoc postea Glareanus in additionibus ad Sigonii notas. *J. F. Gron.* Qui Livium cum scholiis Sigonii post ejus mortem apud Aldum edidit a. 1592. ex Glareani ad Sigonium additione meliora edoctus priorem partem scholii ita concepit: 'Si Alexander ante intulisset Pœnis bellum, quam Romanis.' Recte. Altera pars scholii, qua Livium conjecturæ tentat, *Indicum*, pro *Punicum*, legendum existimans, in prima ed. non comparuit. Postea tamen ipse Sigonius vivus in repetita ed. conjecturam illam proposuit. Adstructio autem ejusdem conjecturæ, ultimis verbis scholii constans, demum subjuncta est in ed. Aldi laudata. Verum neque illa necessaria est, quum vulgata lectio *Punicum* constanter supersit in omnibus Mss., eaque, ut viri docti docuerunt, commodissimum sensum præbeat. Ceterum *sed si Punicum*, addita voce, Voss. 2. et Lov. 3. Tum *Punicum cum Romano prævertisset bellum* Gaertn. Sed illud *cum* ex syllaba finali vocis præcedi perperam repetitum est. Similia exempla habuimus ad v. 50. § 5. VI. 21. § 7. hoc lib. c. 41. § 6. et alibi. *Punicum Romano pervertisset bellum* Hav. *Punicum Romano prævenisset bellum* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. Alibi ita peccari, videbimus ad XXIV. 5. § 6. *Prævertisset* hic rectum est. Supra III. 22. 'Ægre impetratum a tribunis, ut bellum prævertí sinerent.' c. 40. 'Decemviros exercitum ducere, nec rem aliam prævertí.' VIII. 13. 'Coactique novi consules omnibus eam rem prævertí, proficiscuntur.' XXVIII. 7. 'Prævertendum id ratus Corinthum descendit.'

§ 10 *In artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat*] Ultimam vocem truncavit Campanus. Alias Pal. 2. *in artes perp. præc. ordinato modo venerat*. Gebh. Ita et Port. et fragm. Hav. a m. sec. quum a m. pr. legeretur *in artes perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat*: quomodo etiam præferunt Voss. ambo, Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *Martis perp. præc. ordinato modo venerat* Hav. *in artes perp. præc. ordinatæ moderaverunt* Gaertn. *modus venerat* Leid. 2. et Lov. 3. Ut autem 'in modum artis venire,' ita 'in morem venire' XLII. 21. 'In monte Albano, quod jam in morem venerat, ut sine publica auctoritate fieret, triumphavit.' Similiter fere 'aliquid in religionem venire' sæpius apud Livium obcurrit. Si tamen codd. addicerent, haud displiceret *in artis modum verterat*, pro versa erat, ut VII. 2. 'Postquam ludus in artem paullatim verterat.' Eo modo 'vertere' apud Livium sæpissime usurpari, vidimus ad II. 62. § 2. 'Vertens' autem et 'veniens' inter se commutari in Mss. antea dictum est ad V. 49. § 5. Paullo ante *quom indoles, &c. tum disciplina* Gaertn. Vide ad VI. 23. § 3. Tum τὸ *erat* non conspicitur in eodem cod. qui etiam præfert *disciplina militaris ab inde ab initiis urbis*, pro *jam inde ab initiis urbis*. Male. Vide ad VI. 40. § 3. Vox *urbis* exsulat ab Hav.

§ 11 *Quem juvenes duo, quibus cum Alexandro bellandum erat, senem vide-*

Digitized by Google

runt] Quum ejusdem prope ætatis viros numeret, non satis certo sciri potest, quinam illi sint juvenes. At ego Torquatum ac Corvinum designari puto, quorum alter quinto post Camilli mortem anno, alter decimo septimo singulare cum Gallis habuere certamen. *Glar.* T. Manlius Torquatus et M. Valerius Corvus, de quibus paullo post: 'Cassisset videlicet in acia oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus.' ['Hæc ex Glareano habet.'] *Sigon.* T. Manlium Torquatum et M. Valerium Corvum intelligunt Glareanus et Sigonius. M. Valerius Corvus annorum trium et viginti, raro exemplo, consul creatus A. U. C. CDV. Septem igitur annos habebat, quum decederet Camillus a. CCCLXXXVIII. Itaque hic si senem Camillum vidisse juvenis commode dicitur, quanto magis C. Marcius Rutilus consul primum anno CCCXCVI. hoc est, octo annis post mortem Camilli. Ne Decium, Philonem, Sulpicium commemorem, qui omnes, ut plerique Corvo majores, juvenes senem videre potuerant Camillum. Quare igitur præcise *duo*? Membr. Vossianæ, et, ut me monuit Alb. Rubenius, Buslidianæ, *juvenes hii, quibus.* Quod consentiebamus esse *hi*, vel *ii*: quorum loco aic Mss. passim. Omissa forte alicubi adspiratione notam numeri se videre putarunt, reddiderintque *duo*. J. F. Gron. *Hii* non tantum ex meis Voss. 1. a Gronovio memoratus, sed et Leid. 2. ac Lov. 1. Neque aliter erat in Hearnii Oxon. N. et B. *hi* Port. et Hav. *duo hi*, utraque lectione juncta, Lov. 4. in quo tamen priorem vocem delendam esse, subscriptis notis librarius indicavit. *Juvenes ii* Leid. 1. Alibi sæpe pronomen illud *ii* pro numeri nota scribæ acceperunt, et per *duo* reddiderunt. Vide ad XXXVI. 43. § 11. Veram igitur scripturam, quod Gronovius facere veritus est, in contextum recepi. Non moramur hic Doujatium, qui vulgatum *duo* servat, existimans, illud *juvenes*, quod de Valerio septem annos nato, quo tempore Camillus moriebatur, commode dici Gronovius negabat, non præcise sumendum, in eo præsertim, qui annos virtute præcurrit; et ex illis quæ sequuntur, satis patere de his præcipue duobus sensisse *Livium*, quando nominatim eos Alexandro statim primo loco obponit. Verum quantopere etiam annos virtute præcurrerit, tamen ex disciplina Romana virtutis ejus specimina anno ætatis septimo nondum edere potuit, ut propterea *juvenis* diceretur. Præterea cur potius Manlium et Valerium indicasset Livius? qui eadem periodo illis jungit Decios et Papirium. Ex hoc enim argumentum peti nequit, quod eos primo loco memoravit. Nam id temporis dediisse videtur, quo ad honores summos evecti sunt, aut florere inceperunt. Tum *senem viderunt* Lov. 2. Paullo ante *gesserunt bella*, pro *gesserint*, Gaertn. et Port. inter versus: at vox *bella* deficit in Lov. 4. Hinc *ita demum exactores*, pro *ita deinde*, Port. Vide ad XL. 22. § 1. *Ita inde exactores* Gaertn. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Insuper *Quintii*, *Cornelii*que Oxon. Hearnii C. Sed particulam copulativam, quam omnes reliqui ignorant, Livius sæpissime omittere consuevit, ut antea pluribus locis dictum est.

§ 12 *Militaris opera pugnando obeunti Alexandro*] Duæ posteriores voces non adparent in Gaertn. *obeunti Alexandro* legunt Lov. 2. 3. et Voss. 2. Vide hoc lib. ad c. 9. § 1. *Obeuntem Alexandro* Port. et Hav. Mox *non ea quoque*, pro *nam ea quoque*, Harl. Vide ad VIII. 27. § 2. Deinde *haud minus durum*, pro *clarum*, Klockian. Sed, voces has et alibi scribas in membranis antiquis confudisse, constat ex illis quæ viri docti notarunt ad Seren. Samm. vs. 497.

Digitized by Google

Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus] Pall. 1. et 3. *cessisset videlicet oblatus Manlius.* Pal. 2. quoque caret τῷ *par.* Gebh. *Gessisse videlicet* Leid. 1. Sæpius librarios *gessi* et *cessi* commutasse, videbimus ad XXXVII. 52. § 3. *Cessissent videlicet* Lov. 1. et 2. ut referatur ad utrumque, Manlium Torquatum et Valerium Corvum. Alii tamen omnes, qui receptum tuentur, id etiam verius esse evincunt. Tum voces *in acie* deficiunt in Lov. 3. Hinc *oblatus Manlius Torquatus* Lov. 3. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *oblatus Marcus Torquatus* Gaertn. *oblatus P. Manlius Torquatus* Leid. 2. Lov. 1. et Voss. 1. in margine, qui in contexta *p.* pro *par*, habebat. Sed nihil mutandum. De voce *par* vide Gronov. ad Livii XXII. 27. § 3. Mox *Chorus* Voss. 1. *Corvinus* Lov. 4. Harl. et editi usque ad postremam Gruteri, nisi quod interim Sigonius *Corvus* recte restituerit. Vide hoc cap. ad § 8.

§ 13 *Devotis corporibus in hostem ruentes*] *Corporibus hostium in hostem* Voss. 2. additis tamen stigmatibus, quibus vocem *hostium* delendam esse indicatur. *In hostes* Port. Mox *illi corporis robore, illi animo* Gaertn. quasi *illi* ad Papirium; *illi* ad Decios referendum foret: *ille* Papirius cessisset 'corporis robore,' *illi* Decii cessissent 'animo.' Sed male: utrumque enim ad solum Papirium pertinet; quem 'non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus' excellaisse, Livius dixit c. 16. Locutionem illustrant quæ dicta sunt ad III. 35. § 3.

§ 14 *Victus esset consiliis juvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille*] *Victus esset consilio juvenis unus, ne sing. nom. senatum, ille* Lov. 2. τὸ *unius* deest in Hav. quod tamen hic emphasin habet, oppositum voci *senatus*, qui ex pluribus constat membris. *Nomine*, pro *nominem*, legit Lov. 3.

Quem qui ex regibus constare dixit, unus veram] Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plutarch. in Pyrrho p. 395. *Sigon.* Florus I. 18. 'Quis autem ille senatus fuit? quum perorante Ap. Cæco pulsi cum muneribus suis ab urbe legati interroganti regi suo, quid de hostium sede sentirent? urbem templum sibi visum, senatum regum esse, confiterentur:' ubi alios scriptores, idem testantes, laudavit Duk. Ceterum *quod qui ex regibus* Leid. 2. *quem quidem ex regibus* Lov. 2. Tum *constare dixi, unus veram* Lov. 2. *constare diximus veram* Gaertn.

§ 15 *Ne solertius, quam quivis unus ex iis*] Pall. tres, et Camp. ed. *quam quilibet unus.* At Andreæ *quam quis unus.* Gebhard. Tres Pall. Thuan. Voss. Helm. *quilibet unus:* ut XLII. 42. 'Quæratur unusquilibet militis mei injuriam.' Plinius Epist. II. 4. 'Si pluribus pater tuus vel unicuilibet alii, quam mihi, debuisset.' Vide ad M. Senecam Controv. IV. 26. *J. F. Gron.* Lectio, quæ ante Gronovium vulgo exstabat, in nullo cod. superest; prima autem edd. in qua mihi obcurrit, fuit Mediol. 1480. priores, ut Rom. 1472. et Parm. habebant *quam quis unus ex iis.* Ex scriptis autem *quam quibus unus* obferunt Leid. 2. et Lov. 1. *quam unus* Harl. Reliqui mei et apud Hearnium Oxonienses *quilibet unus* recte præferunt. Livius VI. 40. 'Si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet.' Abesse poterat *unus;* sed vox illa emphasis caussa additur, ut in 'nemo unus,' 'quisquam unus;' de quo vide ad III. 12. § 4.

Commeatus expediret, ab insidiis præcaveret] Pal. 2. *commeatus pararet.* Gebh. *Pararet* etiam Port. et Hav. Sed Gaertn. utraque lectione simul recepta, *commeatus pararet, expediret.* Non dubito, quin *expediret* vera lectio sit, ex cujus interpretatione natum est *pararet.* Solitum autem fu-

Digitized by Google

isse librariam Gaertn. veram lectionem ejusque glossam simul recipere, vidimus ad IV. 55. § 5. Similiter 'expedire commeatus' l. XLIV. c. 26. 'Denunciare cœpit, ut commeatus expedirent.' Ita 'alicui vicarium expedire' hoc sensu dixit Liv. XXIX. 1. 'Quoniam igitur, adolescens, quid sentires, non dissimulasti, vicarium tibi expediam:' 'expedire naves' XLII. 27. 'Eas, quæ in Sicilia naves essent, reficeret, atque expediret.' Præterea *ab insidiis præcaveretur* Leid. 1. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

Tempus pugnæ eligeret] Pall. 1. 2. et Camp. *deligeret*. Placet, quod principio scriptum exstitit in Pal. 2. *tempus pugnæ diligeret*. Vide notas nostras criticas ad Epist. Cic. Infra XXIII. 17. Pall. duo habent, *Hi non confecto Præneste ad diem dilectu*. XXV. 5. Pall. tres, *Consules dilectum cum ægre conficerent*. Gebh. *Diligeret* etiam Klockian. *delegeret* Leid. 2. et Lovel. 1. *deligent* Voss. 2. *deliget* Gaertn. cujus librarius additam notam *delig'et* porperam neglexit, ut sæpe factum. Vide ad III. 56. § 7. Reliqui omnes legunt *delegeret*, quomodo Gronov. jam edidit. Infra IX. 26. 'Dictator deligendus exercendis quæstionibus fuit.' XXIV. 8. 'Deligendi duo imperatores essent.' c. 46. 'Centurionum robora ex toto exercitu delegit.' XLII. 22. 'Unum moratus diem ad deligendos, quos duceret secum.' XLII. 27. 'A. Attilius Serranus, qui priore anno prætor fuerat, deligitur.' XLV. 21. 'Ex magistratibus ejus anni deligerent, qui ad id bellum cum classe mitteretur.' Cic. de Amic. c. 22. 'Quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis. Verba autem 'deligere' et 'eligere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXXIV. 29. § 10. De vocibus autem 'diligere' et 'dilectus' eodem sensu usurpatis vide ad XXXVII. 51. § 7.

§ 16 *Non jam cum Dario rem esse dixisset*] Omnes Pall. et Camp. *Nec cum Dario*. Rectius vero Andreas *cum Dareo*. Est enim *Δάρειος*. Gebh. Dele τὸ *jam*. Sic volunt Flor. Rott. Helm. Thuan. Voss. duo. *J. F. Gron.* Particulam *jam* ignorant etiam omnes mei, et Hearnii Oxonienses. Nescio autem, quid sit, quod Gronov. inter codd. qui eam deleant, etiam numeret Flor. quem hic mutilum esse, vidimus ad c. 14. § 2. nisi forte alium Flor. ab optimo illo diversum, innuat. Caterum *Ne cum Dario* est in Lov. 2. et 4. Vide ad XXXVIII. 38. § 10. *Nec cum Dario* in Voss. 2. Harl. et Gaertn. Vide ad III. 47. § 7. *Necdum cum Dario* in Hav. *Non cum Dareo* in Voss. 1. a m. pr. et Leid. 1. quomodo eorum codd. prior etiam mox scribit cap. seq. § 3. De qua orthographia vide viros doctos ad Curtii III. 1. § 8. et ad Ovid. Ib. vs. 317. Ita, nomina urbium, quæ Græcis in *εια* exeunt, Latinis in *ia*, vel *ea* formari, videbimus ad XXXI. 43. § 5.

Inter purpuram atque aurum enervatum fortunæ suæ apparatibus] Vet. lib. *enervatum*. Quod placet: subdit enim 'prædam verius, quam hostem;' et præcessit 'mulierum ac spadonum agmen trahentem.' *Sigon.* Pall. 1. et 2. *enervatum fortunæ apparatibus suæ*. Pal. 3. *honeratum fortunæ apparatibus suæ*. Campanus quoque retentavit *enervatum*, Andreas *ornatum*, collimasse eodem. Mihi autem vulgata lectio satisfacit. Infra XXIII. 18. 'Somnus enim et vinum et epulæ et scorta balneaque et ocium consuetudine blandius ita enervaverunt corpora animosque.' *Gebh.* Sigonium, uterque Voss. Helm. tres Pall. Thuan. Campanus *enervatum*: et alludens eodem Andreas *ornatum*. Terentius Heautont. III. 1. 42. 'jam ancillas secum adduxit plus decem, Onerata veste atque auro.' Auctor ad Herennium IV. 49. 'Sicut Gallus e Phrygia, aut asiaticus quispiam, depressus

et oneratus auro.' Quodque maxime huc facit, Seneca de Benef. VI. 31. 'Demaratus Lacedæmonius solus' (Xerxi) 'dixit, ipsam illam, qua sibi placeret, multitudinem, indigestam et gravem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere.' Tacitus Annal. XV. 52. de Nerone ventitante ad villam Pisonis, 'omissis excubiis et fortunæ mole:' sic et aliæ vett. edd. *Enervatum* in primo invenio Ascensio. *J. F. Gron. Enervatum* in nullo Msto obvium habui. Nam *ornatum* est in Port. Hav. et edd. ante Ascensianam 1513. *enervatum* exhibentem plerisque. *Honoratum* in Leid. 2. et Lov. 1. ex quibus vestigiis lectio a viris doctis reposita *oneratum*, quæ in reliquis codd. exstat, confirmatur. Passim enim 'onerare' in 'honorare' vel 'ornare' culpa scribarum in codd. antiqq. abiit. Vide ad XXXVI. 40. § 9. *Onustum* etiam vulgavit ante Sigon. ed. Mediol. 1505. unde verisimile fit, eam lectionem Jani Parrhasii vel codici vel ingenio deberi. Ita fere III. 68. 'Nunc oneratum vestris fortunis hostem abire similis.' Ceterum *purpuram et aurum* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum alio ordine *fortunæ adparatibus suæ* omnes codd. mei, quibus auscultandum censui. Mox etiam *vertus prædam*, trajectis dictionibus, Leid. 1.

Nihil aliud quam bene ausus vana contemnere] *Nihil alius* Lov. 1. *τὸ aliud* deest in Leid. 2. Locutio 'nihil aliud quam' illustratur XXXI. 24. § 3.

§ 17 *Tumulento agmine comissabundus incessit*] *Tumulento agmine* Hav. Deinde *comes abunde* Lov. 3. *comes habunde* Gaertn. *comessabunde* Voss. 2. Reliqui in orthographia tantum variant, ac præferunt vel *comesabundus*, vel *comessabundus*, vel *commessabundus*; quales varietates etiam sunt in edd. antiquioribus. Vide ad XL. 7. § 4. Insuper verbum *incessit* non adparet in Harl.

Visus illi habitus esset, saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti] Livius Apuliæ saltus Tauri montis verticibus comparat, et Italiæ quartam partem tot regionibus, quas vicit Alexander. Non mirum, si doctissimo illi seculo risum moverit, cum nostra ætate quibusdam hoc displiceat. Certe affectui suo aliquid dedit: sed judicent doctiores. *Glar.* Ant. Perizonius, ejecta voce *illi*, ut et distinctione post vocem *esset*, legendum censebat *Longe alius Italiæ, quam Indiæ, &c. visus habitus esset saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti.* Quemadmodum autem interpunctionem ibi delendam judico, ita *τὸ illi* defendunt omnes uno ore codd. Ceterum *Lucanos montes*, transpositis vocibus, Port. et Hav. quemadmodum etiam mox *recentia vestigia* Lov. 4. In fine cap. *assumtus*, pro *absumtus*, perperam obferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Ita librarios sæpe peccasse, dictum est ad II. 42. § 4. Adde alia exempla v. 43. § 4. c. 54. § 1. VI. 2. § 11. c. 32. § 11. VIII. 18. § 2. hoc lib. c. 32. § 8. X. 39. § 6. XXI. 5. § 15. c. 49. § 11. XXII. 22. § 16. et alibi.

CAP. XVIII. § 1 *Quarum nemo intolerantior fuit*] *Intoleratior* Harl. Male. Supra v. 48. 'Quorum intolerantissima gens, humorique ac frigori adsueta:' et X. 28. 'Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque æstus fuere:' quo utroque loco quidam etiam codd. *intoleratissima*. Sed vide ad priorem. Simili errore *perseveratius*, pro *perseverantius*, est XXI. 10. § 7. *Fuit* autem deficit in Hav. Paullo ante *loquitur*, pro *loquimur*, edd. Rom. a. 1472. et Parm.

§ 2 *Qui, si ex habitu novæ fortunæ*] *Qui ex habitu* Lov. 4. et Hav. *qui si exibitu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. *si qui ex habitu* Klockian.

§ 3 *Dario magis similis, quam Alexandro, in Italiam veniret*] *Dareo* Voss. 1. Vide ad cap. præc. § 16. Tum

Digitized by Google

magis simul Port. Hinc *quam ab Alexandro* Lov. 3. Deinde *in Italiam si venisset* Voss. 1. a m. pr. et Lov. 1. At voces *in Italiam* haud recte exsulant ab Harl.

Et exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset] Pall. duo *abduxisset*. Pal. 2. *oblitum et degenerantem*. Gebh. Vocula *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. ea autem intercepta est a præced. vocis literis ultimis. Vide ad XXXV. 41. § 7. Hinc male *exercitum Macedonum oblitum* Hav. Tum *degenerantem*, omissa conjunctione *que*, Port. *et degenerantem* Hav. Præterea *jam* exsulat ab Harl. Denique *abduxisset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Gaertn. Vide ad XXVII. 29. § 1. *Addixisset* Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Superbam mutationem vestis, et desideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus*] Duo monenda. Primum, *humi jacentium adorationes* legendum videri. Nam προσκύνησις illa Persarum satis nota, et ritum hunc 'adorandi' reges fuisse, non 'adulandi.' Secundo transposita verba esse, et præter Livii mentem, et præter verum. Anne *victis Macedonibus* graves eæ adorationes? illi vero 'victores' erant; nec video, quod acumen, aut quæ lingua hæc excuset. Cordi meo obsequar, et scribam, *etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus*. Fœdæ et serviles illæ adorationes, inquit, urebant angebantque etiam victas gentes: quidni hanc victricem? *Rubenius*, Elect. 1. 21. Insectatur Livius impotentiam Alexandri, desiderantis humi prostratorum adorationes, (quas recte et scite *adulationes* vocat,) quas victi Macedones, nedum victores, ægerrime præstitissent. Cupiit enim Alexander se adorari a Macedonibus suis, qui secum victores orbis terrarum exstiterunt: quod vix præstitisset, si victoriæ jure imperasset, populus liberior et ab hujusce adulationibus abhorrens. Hanc sententiam cum non assequeretur Philippus Rubenius, non necessaria conjectura verba partim mutavit, partim invertit: *humi jacentium adorationes, etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus*. At pergo, quomodo istæ adorationes seu adulationes victis Persis potuerunt esse graves, quibus assuetæ? Confirmo hanc meam opinionem XXX. 16. 'More adulantium,' (ita Mss. non *adorantium*) 'accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant, procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit.' *Gebh.* Persis nihil novum aut indecorum, victos victoresque adulari regibus pronos terræ. Hoc vero Macedonibus etiam victis ab aliena gente grave futurum dicit, nedum in rege suo cum illo victoribus. Bene hoc opponit ingenia gentium etiam subactarum. Hæc considerans minime adsentior Rubenio, τὸ *Macedonibus* delere volenti: certe in vituperium Persarum tacite dictum. *Adorationes* etiam 'adulationibus' substituit, speciem generi, me invito. Nam adorationis gestus erant, nihil res ipsa, nisi adulatio, quaris scilicet omnibus, hominem, non Deum esse. Bene proprie ergo Livius. *Barthius* Advers. XIV. 10. Bene. Nam 'adulari' proprium est canum; atque adeo inde est προσκυνεῖν: quamvis alii aliter. *T. Faber*. *Adulationes* omnes editi scriptique. Atque adeo, adorationem regum, tantopere Græcis et Romanis liberis reprehensam vitatamque, κατ' ἐξοχήν 'adulationem' Latinos dixisse, verisimile est. Livius noster XXX. 16. 'Qui ubi in castra Romana et prætorium pervenerunt, more adulantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit:' ita enim Mss. omnes, omnes dico, utrobique: quod nec Sigonius dis-

Digitized by Google

simulavit priore loco, quamvis displicere sibi fateatur. Valer. Max. IV. 7. 'Hephæstionemque, quia ei et statura et forma præstabat, more Persarum adulata, tamquam Alexandrum salutavit.' Idem VI. 3. 'Athenienses autem Timagoran, inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali supplicio adfecerunt:' ita et hic consensu omnes scripti et editi, nobisque mutare quicquam religioni est. Salmasius ad Solinum p. 38. 'adorata' et 'adoratum.' Sed hoc ex mera conjectura et sine ullo alio auctore recipere non ausim. Tertullianus de Jejunio c. 16. 'Unde et qui in idolis comendis et in aris ornandis, et ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur.' Similiter de superstitioso cultu Xenophon α' Κυρουπαιδ. p. 25. ὅτι εἰκότως ἂν καὶ παρὰ τῶν θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὅστις μὴ, ὁπότε ἐν ἀκόροις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ' ὅτε ἥριστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῆτο. *J. F. Gron.* Iis, quæ viri docti, præsertim vero Gronovius, monuerunt, ut vulgatam lectionem *adulationes* adversus Rubenii conjecturam tueantur, nihil habeo, quod addam, nisi unum hoc; omnes, quos consului, codd. quosque Hearnius Oxonii inspexit, uno ore *adulationes* probare. Excipio tamen unum Hearnii N. qui in margine tantum *adorationes* exhibet. Accedit hac voce 'adulationis' etiam, ubi de eadem re verba facit, usum esse Curtium VIII. 5. 'Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum.' Insuper *mutationem vestibus, desideratas* Lov. 3. *mutationem vestium, desideratas* Voss. 2. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 2. *mutationem vestium, et desideratas* fragm. Hav. a m. pr.

Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus] Parum hic vidit Rubenius, qui criticum ferrum adhibet loco sano: hoc enim vult Livius, ea fuisse mentis erectitudine Macedones, ut ne Alexandrum quidem adoraturi fuerint æquo animo victi, nedum victores. *Grut.* Hoc est, etiamsi victi fuissent, et ab externo hoste domiti, ut ad Senecam notavimus de Benefic. I. 10. Nec mutandum *etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus.* Sic V. 36. 'Itaque ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptæ, cogitationes de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt:' id est, si acciperetur, vel si accepta fuisset. Cicero pro Quinctio c. 23. 'Contenderet, ut per se adflictum atque eversum propinquum suum, non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret:' ubi laborat Manutius, quomodo jam tum dicatur 'adflictus atque eversus:' diu, inquit, vexatum litibus: et potest etiam referri ad fundum Gallicanum, in quem nondum videtur Quinctius fuisse restitutus. Immo ad futurum respicit, si mala Nævii conata processissent: adflictum atque eversum, si potuisset. Justinus VIII. 2. 'Adversus quem Thebani Thessalique non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent, sed Philippum Macedoniæ regem ducem eligunt:' id est, si victor is fuisset. *J. F. Gron.* Eodem ordine, in quem verba hæc Rubenius digessit, illa etiam exhibent edd. Mediol. 1480. ac multæ aliæ usque ad Aldum, qui quidem, ut nunc vulgo exstat, in contextum recepit, sed tamen inter errata priorem lectionem revocavit: unde iterum perstitit in reliquis usque ad Froben. 1535. in qua tandem, ut nunc fit, editum est. Turbat etiam Lov. 4. qui, omissa voce *etiam, victoribus Macedonibus graves, nedum victis,* præfert. Sed reliqui eum ordinem servant, qui vulgo nunc in editis superest. Et recte. Ut enim viri docti

Digitized by Google

docent, *victis Macedonibus* est, 'si Macedones victi fuissent.' Eo sensu multa apud Livium obcurrunt. Ita v. 2. 'Quidnam illi consules dictatoresque facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sævam ac truculentam fecerint?' ubi vide. Hoc lib. c. 43. 'Qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duo consulares exercitus, nihil crederent superesse spei:' id est, si passi essent conjungi. XXIII. 4. 'Eas causas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare, quæ magis populari esset:' id est, si judices essent, litem dabant secundum eam partem. XXIX. 14. 'Sicut traditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem, ita meas opiniones non interponam:' id est, sicut libens traderem, si traditum esset. Vide Gronov. dicto loc. XXXI. 42. 'Per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Ætoliam perduxerunt:' id est, si forte sequerentur, ut Gronov. ibi monuit, qui iterum consulendus est. Hac ratione 'me non audente' apud Statium Silv. I. 1. 82. Cruceus exposuit, si non ausus essem. Vide etiam quædam apud Jac. Gronov. ad Livii XXXI. 7. § 1. Similiter etiam Freinsh. hunc Livii locum intelligebat ad Curtii VIII. 5. § 6. Ceterum *et jam victis* est in Lov. 3. Ita et supra in Mss. peccabatur VIII. 5. § 3. Voces *graves nedum victoribus* desunt in Leid. 2.

Inter vinum et epulas cædes amicorum] *Inter epulas*, duabus mediis vocibus neglectis, Voss. 2. et Lov. 3. quomodo fere XXXII. 21. 'Hospitem Cyparissiæ Garitenem, contra jus omne ac fas, inter epulas prope ipsas occisum:' et de Alexandro ipso inquit Curtius III. 12. 'Abstinuisset inter epulas cædibus amicorum.' Videri etiam posset, id, quod per 'cibum et vinum' indicari solet, commode una voce 'epulæ' indicari. Vide ad IV. 37. § 2. Sæpe tamen etiam 'vinum et epulæ' simul memorantur. VIII. 16. 'Perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hostes adgrederetur.' XXIII. 18. 'Somnus enim, et vinum, et epulæ, et scorta, balneæque, et otium, consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque.' XXXIX. 42. 'Forte epulantibus iis, quum jam vino incalnissent, nunciatum in convivio esse.' Indicat igitur Livius, Alexandrum in amicos sæviisse non tantum inter epulas, verum etiam, ut modo dicebat, quum jam vino incalnisset. Quum autem reliqui scripti vulgatum servent, hinc nihil etiam mutandum puto.

§ 5 *Quid, si trux ac præfervida ira*] *Crux* est in Voss. 2. ob similitudinem literarum *t* et *c* in scriptura Longobardica. Vide ad VI. 35. § 2. at vocem illam omisit Lov. 3. Tum *perfida ira* Hav. et Port. ambo a m. pr. quomodo errantes librarii pro *fervida* dedisse videntur: quas voces apud Claudian. confusas fuisse, existimat Nic. Heins. de Laud. Stilic. ad l. II. vs. 269. In priori autem horum codd. a m. sec. emendatum est *præperfida*, in altero *perfervida*, quomodo etiam præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Sed nihil muto. Alii enim vulgatum tuentur; et amat Livius composita cum præpositione *præ* hoc sensu, ut augeatur significatio simplicis. Ita 'præferox,' de quo vidimus ad III. 38. § 7. 'prælatus' ad Epit. Liv. lib. VII. 'prævalidus' obcurrit VII. 5. et similia alibi. Vide etiam Burm. ad Suet. Aug. c. 70. et ad Tib. c. 60. Erroris originem vide ad IX. 10. § 7. Mox *nequicquam dubium*, pro *nec quicquam*, Voss. 2. Leid. 2. et Port. Alibi sæpe ita peccarunt scribæ. Vide ad v. 43. § 2. VI. 6. § 7. VIII. 36. § 7. hoc lib. c. 36. § 5. c. 43. § 20. aliisque locis. Tum *refert*, pro *refero*, fragm. Hav. a m. pr.

Nullane hæc damna imperatoriis cir-

Digitized by Google

tutibus ducimus] Pal. 2. *virtutibus ducibusque*. Gebh. *Imperatoris virtutibus ducimus* Leid. 1. quomodo etiam errabatur II. 43. § 7. Vide ad XXXII. 6. § 6. *Imperatoris virtutibus ducibusque* Hav. *imperatori his virtutibus ducimus* Lov. 3. Sed ultima vox non conspicitur in Port. et Hearnii Oxon. B.

§ 6 *Id vero periculum erat*] Pal. 2. excludit *τὸ erat*. Gebh. Similiter etiam Port. a m. pr. cujus postea margini alia manu adscriptum legitur. Mox *per thorum*, pro *Parthorum*, Lov. 3. *par horum* Leid. 2. Deinde *fuerit*, pro *favent*, Port. *faverunt* Lov. 2.

Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse] Miror Freinshemium, virum alioqui minime obesæ naris, ad Curtium X. 4. § 15. scribere, 'Livium studio extollendi Romana temere prolapsum, ut hoc diceret,' et potuisse fidem habere levissimis Græculis, qui apud Arrianum de Expedit. Alex. VII. 15. a Romanis ad Alexandrum, ex India Babylonem redeuntem, legatos missos tradiderunt. Debuerat potius sequi Arrianum ipsum, multis, iisque non infirmis, rationibus hanc fabulam refellentem, et Casanbonum, cui ad Lampridii Alex. Sev. c. 69. hoc Livium persuasisse nollet. Adde ibid. Salmasium. *Duk. Illis arbitror notum* alio ordine Lov. 2. *vel notum arbitror* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *dictare*, pro *dictitare*, Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad III. 20. § 8. In seqq. vox *non* perperam abest a Voss. 1. et Leid. 2.

§ 7 *Cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas*] Pall. 1. et 3. *cernis cernentes tum max. prope firm. Theb. minas*. Illud *ruinas* apparet esse ἐμβλημα quoddam pædagogerum: malim *prope fumantes Thebarum parietinas*. Cicero Sulpicio ad Fam. IV. 3. 'Dices, quid me ista res consolatur in tantis tenebris et quasi parietinis reipublicæ?' ubi vide nostras notas. *Gebh.* Ut Gebhardus in Pall. invenit, mihi etiam obvium fuit in Lov. 3. *Cernentes tum maxime prope fumantes Theb. ruinas* Gaertn. Lov. 4. et Port. a m. sec. qui *cernentes* ad sequens *homines* retulerunt. Sed utraque lectione juncta *cernente tum maxime prope cernentes fum. Theb. ruinas* Voss. 1. et Leid. 2. *cernente tum maxime firmantes Theb. ruinas* Hav. *cernente, tum maxime firmantes Theb. minas* Voss. 2. Omnino probari nequit, Gebhardum, levissima conjectura ductum, quoniam *minas*, pro *ruinas*, in duobus scriptis reperisset, inde *parietinas* effingere voluisse. Potius cogitatum oportuisset, literas *ru* coalescentes abiisse in *m*, atque ita pro *ruinas* scriptum esse *minas*. Ejusdem erroris alia exempla vide ad IV. 21. § 5. Paullo ante *civitate facta*, pro *fracta*, fragm. Hav. a m. pr. De hoc errore vide ad VI. 17. § 6.

Ausi sint homines (id quod ex monumentis orationum patet)] Pal. 1. *id quod monumentis orationum patet*. Pal. 3. solemni lapsu *quod munimentis*. Gebh. Unicus Flor. *orationum meritis patet*. Scribe *id quod ex monumentis orationum editis patet*. J. F. Gron. *Ausi sunt* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Tum vocula *id* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sed *id quod* Livius amare solet. Vide ad VI. 17. § 7. *Idque monimentis orationum* Lov. 2. *Que* et *quod* passim commutantur. Vide ad II. 41. § 8. Vocula *ex* deficit etiam in Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Deinde *pareat* fragm. Hav. a m. pr. quod accipi posset pro 'adparet,' 'palam fit.' Minus probare, aut solis poëtis hoc sensu verbum illud concedere videtur Servius ad Virg. Æn. I. 118. 'Aliud est parere, et aliud apparere. Parere enim est obedire. Apparere autem videri. Et hæc observatio diligenter custodiri debet; licet eam

Digitized by Google

auctores metri caussa vel clausulæ plerumque corrumpant.' Ita tamen locutus est Suet. in Aug. c. 95. 'Inmolanti omnium victimarum jocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt:' ubi alia exempla ex Suetonio et aliis scriptoribus laudarunt docti commentatores. JCtorum *si paret* ex Cic. multis exemplis inlustrat Manut. ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 17. Adde Brisson. de Form. lib. v. p. 371. et de Verbor. quæ ad Jus pert. Signif. in voce 'Parere:' etiam quos laudat Erhard. ad Petron. c. 137. Verum ipsum Livium ita locutum fuisse, nondum inveni. Quum itaque non modo ipse ille cod. a m. altera, sed et reliqui omnes in vulgatam *patet* conspirent; τὸ *paret* librariorum errori adscribendum esse, non dubito: præsertim etiam, quia verba hæc sæpissime a librariis confunduntur. Vide ad VI. 36. § 11. ad Epit. Liv. lib. VII. ad VII. 6. § 4. et apud Burm. ad Suetou. loc. laud. Caussa erroris fuit similitudo literarum r et t. Vide ad V. 55. § 3. Quid autem de lectione, quam ex unico Flor. Gronov. profert, dicam, non habeo; nisi in excerptis ejusdem cod. quibus Lovelii beneficio utor, notatum esse, in hoc cod. a cap. 14. § 2. usque ad fin. c. 22. lacunam inveniri. Membranas autem illas cum ed. contulerat Salvinius. Ceteroquin lectio, quam ex vestigiis ejus cod. eruit, non displicet. Mox *adversum eum nemo* Lov. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVII. Hic vero eam lectionem non admittendam esse, non modo consensus reliquorum codd. in vulgatum, sed etiam similis terminatio vocis proximæ persuadent.

§ 8 *Magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit*] *Concip., non unius tamen* Leid. 2. Male. 'Animo concipere,' ut 'mente concipere' I. 36. 'Inaugura, fierine possit, quod nunc ego mente concipio:' et Flor. I. 5. 'Fierine posset, quod ipse mente concipere.' Cic. de Legib. I. 22. 'Adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit.' Vox *ea* deficit in Port. ejus loco *et* est in fragm. Hav. Sed septem priores voces exsultant ab Hav. Caussa exstitit vocis *magnitudo* repetitio. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11. Insuper *erat* male est in Leid. 1. Port. et Hearnii Oxon. C.

Paullo plus decem annorum] Immo *plus XII.* nam mox *XIII.* ponet, quorum ultimo periit. *T. Faber.* Fabro consentit Doujatius. Male. Quamvis enim Alexander anno tertiodecimo perierit, ut Faber monet, Livius tamen, hic 'decem annos' memorans, ne jure ab ullo censore reprehendatur, diligenter sibi cavit, addendo *paullo plus.* Ita ab a. CDXII. quo incepit bellum Samniticum, usque ad a. CDXXXIII. quo clades ad furculas Caudinas contigit, effluxerunt tantum XXI. vel XXII. anni, et tamen Livius inquit IX. 3. 'Hostem per annos jam prope triginta vicimus:' ubi etiam dicendo *prope* sibi prospexit. Accedit *decem* constanter superesse in scriptis et editis.

§ 9 *Eo extollunt, quod populus Romanus, etsi nullo bello, multis tamen præliis victus sit*] Pal. 1. *præliis metus.* Pal. 3. *præliis victus.* Gebh. *Extollant* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 4. 5. et Gaertn. Tum *que populo Romano* fragm. Hav. a m. pr. in quo *populus Romanus* interpolatum est a m. sec. sed *populo Romano* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *et nullo bello* Lov. 1. Voss. 1. et Leid. 2. a m. sec. nam a m. pr. ante fuerat *ullo bello.* Tandem *præliis metus sit* Voss. 2. et Lov. 3. Ceterum idem, quod hic Livius, de populo Romano prædicavit etiam Lucilius apud Non. Marc. voce 'Bellum et prælium.' 'Romanus populus victus vi et superatus præliis sæpe est multis; bello vero numquam.' Vide quæ Mercerus ad eum locum notavit. Contrarium vero de

Digitized by Google

Alexandro M. ominatur Livius cap. seq. 'Prœlio victus Alexander bello victus esset.' Mox *fortuna non secunda* alio ordine Lov. 4.

Se hominis res gestas, et ejus juvenis] Scribe ex vet. lib. *se unius hominis*. Opponuntur hæc inter se 'unus homo,' idemque 'juvenis,' et 'populus,' idemque 'jam octingentesimum annum bellans.' Paulo ante dixit 'quod unus fuit, quod adolescens.' Elatorie autem dixit 'octingentesimum.' *Sigon.* Non agnoscitur media vox (*unius*) a Mss. *J.F.Gron. Se unius hominis* Hav. et Hearnii Oxon. N. B. et C. *se hominis unius* Port. et Gaertn. Reliqui vocem *unius* non agnoscunt: neque etiam eam requiro. Satis enim conspicitur obpositio inter 'hominem' et 'populum.' Insuper vox *juvenis* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *non intelligit*, pro *intelligunt*, est in Harl. et edd. antiqq. usque ad Mediol. 1505.

Cum populi jam octingentesimum bellantis annum rebus] *Octingentesimum* per auxesin dixit: neque enim ipse Livius tam diu vixit: ut non caviller, interim sub Numa Pompilio non bellasse eos. *Glar.* Lege *quingentesimum*. Numerus perfectus pro imperfecto est. Quod sequitur, 'secula,' accipe non pro centum annis, ut Festus; sed pro hominis ætate, quam Græci γενεὰν dicunt, quæ XXXIII. annos efficit. Sic 'secularis possessio' dicitur a Symmacho, et Nestor 'trisecli senex' a quodam poëta. *H. Vales.* Male. Respicit enim ad suam ætatem Livius, et respondet obiter levissimis illis Græcorum historicis. Hi certe ante cladem Crassi parum commodam comparationem inter virtutem Parthorum et Romanorum facere potuerunt, quandoquidem ante illud tempus parum aut nihil commercii inter illas gentes fuerit. Videri ergo possunt hi Græculi circa Livii tempora historias suas edidisse, in quibus Parthorum gloriæ contra Romanum nomen favebant. Quod autem ait auctor *populi jam octingentesimum bellantis annum*, re vera per auxesin dictum, quod jam Glareanus vidit. Sed ego hanc Livii orationem, una adjecta vocula, libenter mitigarem, *populi jam ad octingentesimum bellantis annum* legendo. Claudit hoc opus suum Livius morte Drusi, quæ in A. U. C. DCCXLI. incidit. Ipse mortuus est anno Tiberii IV. ut est apud Eusebium in Chronicis, qui annus est U. C. DCCLXVII. vel, ut alii volunt, DCCLXVIII. Historiam tamen suam vivo Augusto edidit. *Secula* jam interpretati sunt Valesius et Faber γενεάς. *Coutier.* Eodem modo locum acceperunt etiam Doujatius et Clericus. Sed Faber ad verba seqq. *quadringentesimum bellantis annum* scribendum conjicit. Scripti et editi *octingentesimum* constanter servant, nisi quod ejus loco *octingentissimum* sit in Voss. 2. *octingentes in unum* in Leid. 2. Ceterum, addita voce, *populi Romani* est in Lov. 1. et Leid. 2. τὸ *jam* autem non adparet in Lov. 2.

§ 10 *Miremur, si, quum ex hac parte secula plura numerentur, quam ex illa anni*] Videtur Livius accepisse 'seculum' pro ætate. Nam pro centum annis non erit hoc verum, quod ait; sed ætates populi Romani sunt duplo plures, quam anni Alexandri Magni ab urbe condita, usque ad Livii tempora. *Glar.* Quomodo? 'paulo plus decem' annis (sic enim scripsisse concedo, quamquam *XII.* dicere debuerat) Alexandro tribuit: mox 'tredecim' numerat: tum a parte Romanorum 'plura secula' esse ait: et tamen 'octingentesimum annum,' &c. Quid? non sunt hæc διάστασιν? Hoc unum video, qui excusem, *secula* esse γενεάς. Sed tunc scribendum esset non *octingentesimum annum*, sed *quadringentesimum annum*: ita ut populum Romanum cum Alexandro comparaverit, sed veterem il-

Digitized by Google

·ium populum Romanum, non qui sub Augusto sene, sed (quod in primis notandum) sub iis ducibus, quod superius nominat. T. *Faber*. *Mirantur* Voss. 2. Lov. 2. 4. et Gaertn. Tum *sicut ex hac parte* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *quum sicut ex hac parte* Lov. 2. Deinde *plura secula numerentur*, trajectis vocibus, Voss. 1. *secunda prelia numerentur* Lov. 2. in quo eodem, ut et fragm. Hav. a m. pr. vox *anni* perperam a librariis neglecta est.

Plus in tam longo spatio, quum in ætate tredecim annorum] *Plus vitam longo spatio* fragm. Hav. a m. pr. Postea *XII. annorum* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Quin tu hominis cum homine, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna*] *Quid tu hominis cum homine* Voss. 1. Leid. 2. et Lev. 1. Verum librarii non intellexerunt vim voculæ *Quin*, de qua vide ad I. 57. § 7. *Quin tu hominis causam cum homine* Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Tum vocula *et* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. et Port. voces *fortunam cum* in Gaertn. At omnia præscripta vocabula una cum præcedente *variaverit* desiderantur in Hav. omissa scribæ negligentia ob vocis *fortuna* repetitionem. Vide hoc l. c. 11. § 11.

§ 12 *Quot Romanos duces nominem, quibus numquam adversa fortuna pugnæ fuit*] Pall. 1. et 3. *Quid Rom. duces nom. quibus non unquam adv. fort. pugna fuit?* Gebh. *Quid Rom. duces nominem* Voss. 2. Lov. 2. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Quid Rom. duces nomine* Lov. 3. *Quo Rom. duces nomine* Leid. 2. *Quo Rom. duces nominem* Lov. 1. *Quod Rom. duces nominem* Leid. 1. Vide ad XLIV. 1. § 1. *Quot Rom. duces nomines* Hearnii Oxon. L. 2. Tum *non unquam* Lov. 3. et Gaertn. Similis varietas obcurrit hoc lib. c. 37. § 2. Eodem modo etiam confundi in Mss. 'non usquam' et 'nusquam,' vidimus ad II. 51. § 4. 'nullus' et 'nec ullus' ibid. c. 60. § 2. Deinde *adversa fortunæ pugna fuit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. et Gaertn. *adversa fortunæ pugnæ fuit* Leid. 1. *adversa fortuna pugna fuit* Hearnii Oxon. L. 2. Nihil mutandum.

Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet] Pal. 3. habet *paginas in ann. magist. fastosque percurrere*. Gebh. *Pugnas in ann.* Hav. Hinc *factisque percurrere* Lov. 1. et Leid. 2. *festisque percurrere* fragm. Hav. a m. pr. *fascisque percurrere* Lov. 3. Voces *fasti* et *fasces* saepius in Mss. confundi, olim docui ad Silii Italici II. 10. *fascis percurrere* Hav. Mox dictio *Romanum* deficit in Lov. 3.

§ 13 *Et, quo sint mirabiliores, quam Alexander aut quisquam alius rex*] Hinc quoque Mss. τὸ *alius* expellunt. *J. F. Gron.* Expellunt etiam, præter unum Harl. qui servat, omnes mei: suos quoque suffragari, testatur Hearnius. Præterea *Et sic mirabiliores* Lov. 2. *Et quo sunt mirab.* fragm. Hav. a m. pr. Mox *denos vicenos dies*, omissa copula, Hav. Tum *quam anni consulatum*, pro *annum*, Lov. 1. *annum* ed. Tarvis. prior.

§ 14 *Ab tribunis plebis delectus impediti sunt*] *A tribunis plebis* fragm. Hav. et edd. Aldo priores. Tum *dilectus* Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVII. 51. § 7.

Post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causa revocati sunt] Pall. 1. et 3. *renovati sunt*. Gebh. Omnia hæc verba perperam negligentia librarii omissa erant in Leid. 2. *ad bella gerunt* præferunt Voss. 1. et Lov. 2. Tum *ante tempus comit. revocati sunt* Lov. 2. *ante tempus comit. causa renovati sunt* Voss. 2. et Lov. 3. qui error in libris scriptis frequentissimus est. Vide ad III. 51. § 7.

§ 15 *Nunc temeritas, nunc prævitas*] *Puritas* perperam fragm. Hav. Mox etiam *alternis*, pro *alterius*, Lov. 3. Vide quæ notata sunt ad IV. 53. § 11.

Digitized by Google

'Exercitus tiro' autem, ut XXI. 39. 'Exercitu a Manlio Attilioque accepto tirone.' c. 43. 'Pugnabitis cum exercitu tirone.' XLII. 55. 'Si, vexatis hominibus equisque, tironem exercitum ducenti acie instructa obstitisset rex.' Cic. ad Fam. VII. 3. 'Signa tirone et collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.' Frontin. Strateg. I. 3. ex. 2. 'Quum veteranum exercitum haberet, hostium autem tironem esse sciret:' ubi videndus est Oudend. ut et Jensius Lect. lib. I. Lucian. I. 8.

§ 16 *At, Hercule, reges*] Pall. duo *At at, Hercules, reges*. Gebh. Ita et Voss. 2. et Lov. 3. *Hercules* etiam Gaertn. et fragm. Hav. Ita quidem alibi Livium loqui, dictum est ad v. 4. § 10. hic tamen melioribus codd. vulgatum servantibus obedio. Videntur enim librarii pauci *Hercules* scripsisse, ut ita syllaba hujus et seq. vocis finalis eodem modo iisdemque literis terminarentur. Vide ad VI. 3. § 8. Mox *non solum liberi*, transpositis vocabulis, Gaertn.

Domini rerum temporumque] Demosthenes Olynthiaca prima pag. 1. Τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον, ἕνα ὄντα, κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι· πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει. *J. F. Gron.*

§ 17 *Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus*] *Ergo invictus Alexander* editi ante Aldum, qui vocabula in eum ordinem redegit, quem nunc obtinent: cui adsentiuntur omnes scripti præter Harl. qui editis antiquis favet, et Port. *Invictus Alexander* præferentem. Tum *cum victis ducibus* Voss. 2. et Lov. 3.

Eadem fortunæ pignora in discrimen detulisset] Pal. 2. *in discrimine detulissent*. Gebh. Xenophon Κυρουπαιδ. lib. II. p. 53. Ὅπουγε τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴσμεν. *J. F. Gron.* *Eadem fortuna pignora* Voss. 2. et Lov. 3. *pignera* Klockian. Vide ad III. 38. § 12. Tum *in discrimine detulissent* etiam Hav.

§ 18 *Immo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones*] *Immo etiam per. plus sub.* Leid. 2. et Lov. 1. *immo etiam eo plus pericula subisset* Voss. 2. et Lov. 3. *plus periculi* est 'majus periculum;' quod cadenti Latinitati crebro, raro integræ usurpari, pronunciat Barthius ad Rutilii Itin. I. 505. quem exemplis ex Ovidio adlatis errasse, ad eum locum docuit Burmann. Apud Livium, quem nemo jure ad tempora cadentis Latinitatis retulerit, multa similia exempla obcurrunt. Ita XLV. 36. 'Plus laboris, plus periculi, quam desiderasset res, injunctum.' XXIII. 17. 'Acerranis plus animi, quam virium erat.' XXVIII. 44. 'Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti.' Eodem sensu 'plurimum laboris' pro maximo labore III. 70. 'In dextro cornu plurimum laboris fuit.' IV. 38. 'Ubi suorum plurimum laborem vident.' XXI. 4. 'Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat.' Ceterum *subiisset* Gaertn. Vide ad l. XXXVI. c. 20. § 9. *Subisset, et Macedones* Harl.

§ 19 *Romani multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares*] Legerim lubenter, postulante tantum non ita sententia, *Romanis multi fuissent, Alex. vel gloria vel rerum magn. pares*. Modius. Probe Pal. 2. *Romanis multi fuissent*. Quod notavit quoque Modius, reticens, an ab ingenio, an ab libris. Campan. *Romani milites multi fuissent*. Gebh. *Romanis multi fuissent* Gronovius in contextum recepit, sed facti caussam non reddidit. Puto tamen, ad id codd. suorum auctoritate permotum fuisse. Certe eam lectionem plurimi meorum et Hearnii Oxoniensium probant; siquidem altera *Romani multi*

Digitized by Google

tantum memoretur in Lov. 2. 3. Harl. Gaertn. fragm. Hav. et Oxon. L. 2. Præterea *gratia*, pro *gloria*, Hearnii N. in contextu, in cujus margine *gloria* adscripta est. Solent hæ voces sæpe in Mss. commutari. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 13. quæ olim notavi ad Silii Ital. XIII. 664. et quæ dicta sunt ad Liv. VI. 37. § 11. Præterea mox *suo quisque facto, si publico discrimine viveret* Leid. 2. 'Fatum' et 'factum' sæpissime confunduntur. Vide ad Livii III. 40. § 9. *Si publico discrimine*, pro *sine*, etiam Voss. 1. et Lov. 1. Tum *morireturque* Voss. 2.

CAP. XIX. § 2 *Censebantur ejus ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum*] De hoc numero quid dicam, nescio. Ipse certe auctor aliquot libris nullum retulit nobis censum. Libro tertio bis retulit, c. 3. et c. 24. sed numero haud quaquam conveniente cum L. Floro. *Glar.* Verum est, post censum locis a Glareano laudatis memoratum, Livium ad hoc tempus usque census acti non meminisse. Verum ex censibus istius temporis de numero capitum, quæ hujus ætatis lustris censebantur, constare non potest; ab anno enim, de cujus rebus nunc agit Livius, per centum quadraginta vel quinquaginta annos remoti sunt. Proximus igitur census, qui a Livio refertur, obcurrit X. 47. ubi 'censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo' haud longe absunt a numero Liviano hujus loci. Et tamen inter hunc annum et censum ibi memoratum vix tantum viginti quatuor anni intersunt: unde fit, ne numerus hic editus mendæ suspectus esse possit. Ceterum *ducenda quinquagena* habent Hav. et Port. a m. pr. *ducenta quinquagena* Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. 4. 5. Voss. 2. Leid. ambo, Gaertn. et Port. a m. sec. *ducenta quinquaginta* fragm. Hav. a m. pr. Sed passim numeri cardinalis et distributivi nomina a librariis confundi solent. Ratio est, quod librarii numeros notis exprimere soliti fuerint, quos per cardinales, quam per distributivos, efferre deinde illis facilius erat. Vide ad XXXII. 28. § 11. Hic tamen distributivus est necessarius. Indicatur enim, quolibet lustro tot capita censa fuisse. Mox voces *capitum*. *Itaque*, *&c. urbano* neglegentia scribæ desunt in Voss. 2.

Urbano prope delectu decem scribebantur legiones] Decem legionum ex urbano exercitu mentio est a. CDVI. (VII. 25.) at VIII. 8. ubi ordo exercitus descriptus est, quatuor legionum urbani exercitus meminit, quatuor item Latinorum. Nec satis liquet, in tanta urbis necessitate cur non meminerit etiam decem legionum: nisi ad urbis custodiam quis reliquas detentas dicat. Præterea L. Lentulus, quum duo consulares exercitus apud Caudium obsiderentur, quas ego quatuor intelligo legiones, auctoribus Polybio, Dionysio Halicarn. ac Vegetio, fassus est IX. 4. illic patriam esse, et quicquid Romanarum legionum, et quæ sequuntur eo in loco reliqua. Et Antiochum magnum quatuor legiones vicere. Et quanquam ea rhetorica arte excusationem accipiunt, lectoris tamen animus suspensus manet. *Glar.* Vox *prope* deest in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hearnii Oxon. N. ac B. Tum *dilectu* Leid. 1. et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. Deinde *scribantur* Voss. 2. *describebantur* Hearnii C.

§ 3 *Quaterni quinique exercitus sæpe per eos annos*] *Et quaterni quinque ex.* Voss. 2. *quaterni quinque ex.* Leid. 2. Gaertn. et fragm. Hav. *quaterni quini ex.* Harl. *quaterni quoque ex.* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Tum *in eos annos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 2. 4. Port. et, quos Hearnius Oxonii consuluit, B. et in margine N. *per eosdem annos* Voss. 2. *in eosdem annos* Lov. 3. Vide ad Livii X. 10. § 6.

In Samnio; in Lucanis gerebant bellum] *Gerebatur bellum* Harl. et edd.

Digitized by Google

vett. Verum referendum est ad præcedens 'quaterni quinique exercitus.' Recte itaque Aldus *gerebant* restituit. Et ita reliqui scripti. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Bellum gerebant* est in Hav.

§ 4 *Cum Sabinis, et Volscis, et Æquis, et omni Campania, et parte Umbriæ*] *Cum Faliscis, et Volscis* Hearnii Oxon. L. 2. *cum Sabinis, Volscis, et Æquis* Gaertn. *cum Sabinis, et Volscis, Æquis* Port. Deinde *ex parte Umbriæ* Gaertn. Paullo post *Etruriæque, et Picenatibus* Leid. 2. *Trinieque, et Picentibus* Lov. 3. *et Puriæque, et Picentibus* Lov. 4. *Etruriæque, Picentibus* Hav. Præterea *et Vestinis* Lov. 4.

Adjunctaque omni ora Græcorum Inferi maris a Thuriis Neapolim] Thuan. Helm. Voss. 2. *adjuncta omnis ora.* Sed non placet τὸ *Thuriis.* Neque enim Thurii pertinent ad Inferum mare, sed sinum Tarentinum; et inter Thurios Græcosque Inferi maris, Romanorum socios, multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis. Scribe *a Bruttiis.* Hi enim excipiuntur ab iis populis Inferi maris, quos aut socios Romanis, aut armis eorum fractos inventurus erat Alexander: nondum enim perdomiti Brattii. *Neapolim* et *Cumas* appellat, cum jam nominaverit Campaniam; quia etiam Neapolitani et Cumani Græca origine. Dein iidem scripti codd. cum Chifl. et Buslid. *Ostiis tenus.* Sic enim usus ferebat, 'Ostia Ostiæ,' et 'Ostia Ostiorum.' Juvenalis Sat. VIII. 171. 'mitte Ostia Cæsar:' et Sat. XI. 44. 'Baias et ad Ostia currunt.' Quare apud Dionem lib. XXXVI. p. 10. de piratis *εἰς αὐτὰ τὰ Ὄστια ἐσέπλεον*, frustra corrigit vir doctus ad Florum *εἰς αὐτὴν τὴν Ὀστίαν.* Sosipater Inst. Gram. lib. I. p. 76. 'Ostia, exitus fluminum in mare, neutro genere semper pluraliter dicuntur; sed si urbem significare velis, singularem potius numerum observabis, uti Sallustius; quamvis etiam frequenter plurali numero urbem significet.' Sic 'Megara,' 'Gadira,' 'Clupea.' Cæsar de Civil. II. 23. 'Hic locus abest a Clupeis passuum viginti duo millia:' ubi Ciacconius male sollicitat. Auctor de Africano bello cap. 3. 'A Clupeis secundum oram maritimam Adrumeti Cn. Piso apparuit.' Quum dicitur 'et inde Antio atque Ostiis tenus:' intellige, junctis qui sunt vel porriguntur inde a Cumis fine Antii et Ostiæ: ut erant Aurunci vel Ausones, Rutuli, aliquando a vetere Latio divisi. Non enim Samnites, quibus hic locus non est. Sic autem oratio procedit: 'Latium deinde omne cum Sabinis, &c. atque Appulis, et Samnites, adjuncta omni ora Græcorum, &c. Ostiis tenus:' hos omnes 'aut socios validos Romanis, aut fractos bello invenisset hostes.' *J. F. Gron. Adjuncta omnis ora* Leid. duo, Lov. 3. 4. fragm. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. N. *adjunctaque omnis ora* Harl. et edd. antiqq. usque ad Aldum, qui quidem eamdem lectionem in contextum recepit, sed *adjunctaque omni ora* inter errata probavit. *Adjuncta omni ora* Lov. 1. 2. Port. Hav. et Oxon. B. et C. quod Hearnius Gronovio placuisse scribens ad verba ejus non adtendit. Nam verba *adjunctaque omni ora, &c. Samnites* resolvenda monet hoc modo, 'et Samnites adjuncta omni ora.' Non quod ita legendum esse censeat; sed tantum sic orationem procedere dicat. Tum *a Thuris* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. et Port. cum edd. antiqq. quod iterum Aldus inter errata emendavit. *Aut Huris* Klockian. *Athuris* Harl. et Gaertn. *Asturis* Voss. 2. et Lov. 3. *Athenis* Lov. 2. Gronovii emendatio *a Bruttiis* Donjatio non placuit, idque varias ob rationes: et quidem primo quod nullius codicis auctoritate firmatur; deinde quod Thurii in Bruttiorum Lucanorumque confinio positi, adeo exiguo intervallo remoti sunt ab Infero mari; adeo pari cum extremis

Digitized by Google

Bruttiorum spatio a Romanis finibus distant, ut, quæ rationes ad Thuriorum urbem, eædem ad excludendam Bruttiorum gentem valeant; denique quod Thurii sunt Græcæ nationis, de qua hic agitur, non Bruttii. Hinc *Neapolim et Cumas* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. et fragm. Hav. *Neapolimque Cumis* Hav. *Neapolin et Cumis* Leid. 2. et Lov. 1. *Neapolique et Cumas* Gaertn. *Neapolique et Cumis* Lov. 2. *Neapoli et Cumis* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. *Neapolim et cum hasset inde Antio* Klockian. Denique *Ostia tenus* apud me tantum superest in Lov. 2. Harl. et Hav. apud Hearnium vero tantum in B. *Ostiis* autem vel *Hostiis* in omnibus aliis meis, et reliquis quatuor Hearnii. Vide etiam Jac. Gronov. ad XXII. 37. § 1. et XXVII. 23. § 3. Vir doctus, qui, ut Gronov. monuit, *αὐτὴν τὴν Ὦστίαν* apud Dion. Cass. legendum censuit, est Freinshem. quem vide ad Flori III. 6. in princ. ubi etiam consulendus Dukerus, qui, Gronovio adsensus, sententiam ejus aliis exemplis firmat. Id autem nomen sine adspiratione scribendum esse, dictum est ad I. 33. § 9.

§ 5 *Non plus triginta millibus hominum et quatuor millibus equitum*] Pal. 2. *V. millibus equitum.* Gebh. *Triginta millibus hominum peditum* Oxon. L. 1. apud Hearnium. Sed posteriorem vocem, quæ in nullo alio cod. obvia fuit, ex interpretis glossa natam esse verisimile est, ut exponeret, quos 'homines' equitibus obpositos Livius intelligeret. Videri posset, sensum Livii esse, universum exercitum Alexandri ex triginta millibus hominum constitisse, quorum quatuor erant millia equitum; nisi Alexandrum triginta millia peditum omnis generis præter equites in exercitu, quo Asiam et Persas invasit, habuisse constaret ex Arrian. de Exped. Alex. I. 11. Αὐτὸς δὲ ἄγων πεζοὺς μὲν σὺν ὁπλοῖς τε καὶ τοξότας, οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους. Præterea *et VII. millibus equitum* Klockian. *et quinque millibus equitum* Voss. 1. in contextu, (inter versus enim *quatuor millibus* adscriptum habet,) Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. quod verum videri potest auctoritate Arriani modo laudati, qui eumdem numerum equitum Alexandro tribuit; nisi forte Livius rhetorice numerum hunc non nihil minuisse dicendus sit, ut tanto minus Romanis parem futurum adpareret.

Hoc enim roboris erat] *Hoc ei roboris erat* Hearnii Oxon. N. quæ lectio ex non intellecto compendio *ei*, quo *enim* sæpissime in Mss. notari solet, orta est. Similiter notavimus in membranis antiquis peccari VII. 31. § 3. Vide etiam ad XXI. 63. § 12. Adde Gebhard. ad Cic. ad Famil. I. 11.

Impedimentum majus, quam auxilium, traheret] Vet. lib. *impedim. magis.* Sigon. Pal. 2. cum Camp. *impedim. magis.* Gebh. Ita et Lov. 1. Harl. Gaertn. ac Port. quæ varietas in codd. frequens est. Vide ad XXVI. 41. § 16. et mox ad § 7.

§ 6 *Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro, quod postea*] Perperam Pal. 2. *Romanis ad bellum malum domi supplem. esset, et Alexandro, &c.* Gebh. *Romanis ad mag^m.* Lov. 2. Tum *esset* deficit in Leid. 1. Tandem *et Alexandro, quod postea* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Verum illud *et* repetitum est ex vocis præced. literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. et mox ad § 10. *Alexandroque postea* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8.

§ 7 *Arma, clipeus sarissæque illis*] *Illi* se in Oxon. L. 2. et C. invenisse, testis est Hearnius, quod in meorum nullo superest; quorum plerique pejus interpolati sunt. *Clipeus sarissæque illis, id est hastæ* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed, tres posteriores voces ex interpretis expositione margi-

Digitized by Google

nali in contextum verborum Livii inrepsisse, non est dubium. Et quidem hanc expositionem sumsit ex ipso Livio; qui mox, huic telo pilum Romanum obponens ac præferens, loco sarissæ 'hastam' vocat. *Clipeus seque illis, id est hastæ* corruptius Voss. 2. et Leid. 1. *clipeus seque illis, idem hastæ* Lov. 3. *clipeus sarissæque, idem hastæ* Hav. In quibus lectionibus librarii compendium scribendi *id ē*, sive *id est*, mutarunt ex inperitia in *idē*, sive *idem:* quomodo etiam alibi lapsi sunt. Vide ad v. 4. § 5. *Clipeus seque illis hastæ* Lov. 4. *clipeus sarissæ illis hastæ* Lov. 2. in quibus librarii *i.* pro *id est*, omiserunt. *Sarisesque verruti, id est hastæ* fragm. Hav. a m. pr. *clipeus sarissæ seque illis* Gaertn. cujus scriba hac ratione duplicem lectionem *sarissæque* et *seque*, quam in exemplari suo forte invenerat, nobis servare voluit. Patet itaque, omnes varietates, quæ hoc loco in scriptis obcurrunt, librariorum somnia esse, et receptam lectionem genuinam habendam; quæ in solis Harl. Klockian. et Port. integra superfuisse videtur. Certe ex illis nihil in excerptis notatum video.

Majus corpori tegumentum] Pall. omnes *corporis*. Non invenuste Camp. *majus corpore tegumentum:* ubi τὸ *corpore* per antiptosin, usitatam bonis scriptoribus, positum pro *corpori*. Propert. Eleg. 1. 11. 12. 'Alternæ facilis cedere lympha manu.' *Gebh. Magis corpori tegum.* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide modo ad § 5. *Majus corporis tegum.* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 2. ac C. Ita quidem Livius locutus est 1. 43. 'Arma his imperata, galea, clipeum, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc ut tegumenta corporis essent.' Hic tamen præfero, quod in aliis superest, *tegumentum corpori*. Est enim doctius, quam ut librariis tribui possit. Et apud Livium hoc quoque obvium. Ita 1. 20. 'Tunicæque pictæ insigne dedit, et super tunicam æneum pectori tegumen:' id autem eodem modo dictum est, quo 'remedium timori,' 'munimentum libertati,' hujusque generis alia, de quibus vide ad III. 46. § 3. *Corporis* non tantum præfert Lov. 4. sed insuper etiam *tegmentum*. Vide ad XXXVI. 32. § 6. Verum *tegumentum* et *tegumen* apud Liv. passim obvium. Quod autem Gebhardus *corpore* in ed. Camp. venuste per antiptosin pro *corpori* positum putet, non adsentior. Neque convenit exemplum ex Propert. laudatum: *manu* enim non est ablativus, sed casus tertius, quem hoc modo antiqui sæpe protulerunt. Vide ad XXIV. 19. § 6. Potius existimo, *corpore* in ed. Camp. tribuendum esse errori typographorum; vel, si ipsi ita in cod. suo invenerint, librarios ita scripsisse, quod vocem illam non ad sequentem, sed ad præcedentem referendam existimarent, ut foret *tegumentum majus corpore*, pro 'majus quam corpus.' Eadem lectio est etiam in ed. Mediol. 1505. et in margine quarumdam Ascensianarum.

Pilum, haud paullo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum] Omnes Pall. *ictum missumque:* etiam Pall. 1. et 3. *hastæ*. Gebh. *Quam hastæ* etiam Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. Deinde *ictum missumque* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *ictum missuque* Lov. 2. *ictu missumque* Harl. Gaertn. et edd. priores illas, quas modo recensui, secutæ, usque ad Mogunt. qui *ictu missuque* substituerunt: quod in Port. et Klockian. unde nihil notatum video, fuisse videtur. Nihil etiam ex suis protulit Hearnius.

§ 8 *Statarius uterque miles, ordines servans*] Livius XXII. 18. 'Campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnæ genere facile elusit.' Amm. Marc. XIV. 2. 'Quum se in-

Digitized by Google

pares nostris fore congressione statariis documentis frequentibus scirent.' Loquitur de Isauris, quos in præcedentibus 'hostem discursatorem' vocarat. Vide ibidem Lindenbr. et Vales. Et ita Terent. in Prolog. Heaut. vs. 36. 'statariam comœdiam' obponit ei, in qua aguntur 'servus currens,' 'iratus senex,' 'edax parasitus,' 'sycophanta inpudens,' 'avarus leno.' Deinde *ordinem servare* Voss. 2.

Inmobilis et unius generis] *Inmobilis et nimis gravis* Hearnii Oxoniensis C. Voculam *et* omiserunt Harl. et edd. usque ad Froben. qui a. 1535. eamdem interposuit orationi, adsentientibus omnibus aliis scriptis. Ceterum Freinshem. ad Curtii III. 9. § 7. monuit, male hunc locum a quibusdam explicari, quasi dicendo *unius generis* Livius indicaret phalangem constitisse ex æqualis ferme ætatis, roboris et staturæ militibus. Quamquam enim id ab uno aut altero rege postea animi caussa et per luxuriam ita observatum sit, tamen neque Alexandri phalangem ad eam formam fuisse, neque Livium hoc loco id voluisse; quod quidem seqq. verba abunde declarant.

Facilis partienti, quacumque opus esset, facilis jungenti] Pall. 1. et 3. *facilis urgenti*. Gebh. *Facilis patienti* Port. a m. pr. et Hav. Tum *quocumque* Harl. *quascumque* Leid. 1. *qua cuique* Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *facilis urgenti* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. Ita et alibi peccarunt librarii. Vide quæ notavi ad Silii VI. 1. Error autem natus est ex similitudine ductuum in vocibus *tŭgens*, sive *jungens*, et *urgens*. Ex eadem caussa perperam *facilis ingenti* dedit scriba Gaertn.

§ 9 *Uno prælio victus Alexander, bello victus esset*] Eodem modo ait ipse Alexander, milites contra Darium dum adhortatur apud Curtium IV. 14. § 15. 'Bello vincimus, si vincimus prælio.' *Modius.* Non Alexandri, sed Darii, milites contra Alexandrum hortantis, verba sunt, ut jam Freinshem. ad d. loc. Curtii observavit. Ceterum *uno prælio Alex. bello victus esset* Port. *uno prælio victus Alex. bello esset* Gaertn. *uno prælio victus esset*, reliquis omissis, Leid. 2. et Lov. 1. in contextu, cujus margini tria, quæ deerant, vocabula adscripta sunt. *Uno prælio victus Alex. esset* Hearnii Oxoniensis L. 1. Paullo ante *Jamjam in opere* fragm. Hav.

Quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies] *Quem Caudinum* Oxoniensis C. apud Hearnium: *quem audivit* Klockian. Tum *quæ fregissent acies* Harl.

§ 10 *Næ ille sæpe, etiamsi prima prospere evenissent*] *Nec ille sæpe* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. et Port. a m. pr. *Næ ille spe* Harl. Vide ad Livii VII. 7. § 6. Hinc *etiamsi prospera even.* Port. *etiamsi prima prospera even.* Hav. Vide ad XXI. 21. § 9. Sed *prospere* servant meliores. Supra v. 61. 'Invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos.' XXIII. 27. 'Cui ut omnia prospere evenirent.' XLIV. 31. 'Quia prima successerant prospere.' Vide etiam Cortium ad Sall. Catil. c. 26. § 5. *Etiamsi prima prospere non evenissent* Voss. 2. et Lov. 3.

Inbellem Asiam quæsisset] Vide ut acceperit illud *quæsisset*, et num pro 'questus esset.' Quod ipse tamen non memini legere. *Glar.* Id est, vel 'repetisset,' vel 'adeo optasset.' Mire heic hæret Glareanus. *Grut.* Livius III. 34. 'Jam plebs ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus in vicem adpellatione decemviris, quærebat.' Ceterum *quæsivisset* Lov. 4. Mox *si bellum fuisse*, pro *sibi bellum*, Leid. 1. ubi posterior syllaba *τοῦ sibi* a prima seq. vocis tanto facilius intercipi potuit, si *sibe* Livium olim scribere solitum fuisse credamus Quinctil. Instit. I. 7. *Sibi bellum dixisset fuisse* Gaertn.

Digitized by Google

§ 11 *Sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem*] *Mortem bell.* Gaertn. Quomodo scribas interdum lapsos esse, dixi olim ad Silii XIV. 630. Tum *ab hoc ipso juvenem cum sua conf.* Lov. 4. *ab hoc ipso juvene caussa sua conf.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad IV. 44. § 10. Paullo ante *quod eum regem Alexandrum*, pro *quod Epiri regem*, Lov. 3.

§ 12 *Vix ætatem Alexandri subfecturam fuisse reor*] *Alexandro suffect.* Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vox autem *fuisse* non adparet in Gaertn. Paullo ante vox *quum* aberat ab ed. Rom. 1472.

§ 13 *Quum et fœderibus vetustis juncta Punica res Romanæ esset*] Fœdera hæc renovata iterum atque iterum, et quo tempore, late tradit Polybius III. 22. et seqq. *Sigon.* A Polybio dissentit Livius. Polybius enim primum fœdus cum Karthaginiensibus ictum refert anno primo post reges exactos, tertium circa transitum Pyrrhi in Italiam. At Livius primi meminit VII. 27. tertii diu ante Pyrrhi in Italiam adventum IX. 43. Ceterum τὸ *et* deficit in Port. et Hav. Tum alio ordine *Punica res* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Frobeniana 1535. priores.

Potentissimas armis viresque urbes armaret] *Armis utriseque* Lov. 4. *armis viribusque* Hav. Vide ad VIII. 13. § 1. Tum *armasset* Port. Hav. et Hearnii Oxoniensis B.

Simul Punico Romanoque obrutus bello esset] *Et simul* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Illud *et* insertum est ex vocis præced. syllaba finali. Vide ad hujus cap. § 6. Tum *esset* deficit in Lov. 4. sed eo transposito *obrutus esset bello* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *bello obrutus esset* Port. et Hav.

§ 14 *Sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum, Philippum, et Persen*] [Vide Lectt. Varr.] Interpolatores sæpe particulam *sed* addidisse, ut orationem Livianam, quam male cohærere putabant, melius connecterent, vidimus ad VI. 32. § 8. Hic tamen eam servant constanter omnes mei. Flor. autem a Gronovio memoratus, in quo particula illa a m. pr. aberat, non videtur esse, qui a præcipua bonitate in hac parte operis Liviani laudatur, (eum enim hic lacerum esse vidimus hoc lib. c. 14. § 2.) sed alius minoris auctoritatis, cui, dissuadentibus reliquis, auscultandum non existimo. Tum *Macedonum hostem* Gaertn. Deinde copulam, a Gronovio expunctam, abjiciunt omnes mei, excepto uno tantum Harl. cujus testimonio fidem non habeo. Insuper *adversis Antiocho, Philippo, Perse*, quod Gronovio placuit, ut 'adversa Patrum voluntate' I. 46. § 2. ubi etiam olim *adversum voluntatem* ante Gronov. edebatur. Sed nihil muto. Omnes enim codd. vulgatum servant, nisi quod *Persem* habeat Lov. 4. Vide ad XLII. 25. § 2. *Adversus Antiochum* est 'bello adversus Antiochum.' Ita 'cum Æquis' est bello vel prælio cum Æquis, II. 40. 'Eo anno Hernici devicti: cum Volscis æquo Marte discessum est.' Præterea vox *ulla* exsulat a Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensi L. 1. abesse etiam a Pall. duobus Gebhardus ad verba seqq. monet. Paullo ante *Non equidem*, pro *Non quidem*, Lov. 4.

Absit invidia verbo] Vet. lib. *vero.* Sigon. Pall. duo *Absit invidia, et civilia*, extrito τῷ *verbo:* sicut paullo ante τῷ *ulla* post *clade.* Pal. 2. *Absit invidia vero.* Probo vulgatam lectionem. Livius XXVIII. 39. 'Ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia) sed ne posteris quidem timenda nostris essent.' *Gebh. Absit invidia, et civilia*, media voce exclusa, Voss. 2. *Absit invidia verbo*,

Digitized by Google

ut ante Sigonium legebatur, Voss. 1. in contextu, et Harl. *Absit invidia vero verbo*, duplice lectione recepta, Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxoniensis N. in margine. Reliqui omnes *vero*. Quamvis autem huic consensui haud facile adversari soleam, hic tamen diffiteri nequeo, priscam lectionem, quam etiam Gebhardus probavit, magis placere. Non modo enim Livius ita locutus est loco, quem is jam indicavit, verum etiam XXXVI. 7. 'Hoc ego adjuncto (absit verbo invidia) qui dubitare de eventu possim?' Et 'verbi invidiam' memorat Cic. pro Sulla c. 8. 'Id potius profers, quam verbi invidiam, contumeliamque maledicti.'

§ 15 *Utique numquam iniquis locis laboravimus*] Persæpe immo. Sed scribendum *numquam nostris locis*, confirmavimus Observat. IV. 17. Andreas Romæ ediderat *numquam iniquis nostris locis*. Proximæ etiam ex ipso expressæ, meliore omisso, pejus elegerunt. Dixerat Romanos pari loco nunquam cessisse hostibus: quod si, ait, hoc magnum est, illud certe concedetur, ubi loco prævaluissent, semper ejus commoditate usos. *J. F. Gron. Numquam iniquis locis* unus meorum præfert Harl. *numquam iniquis nostris locis* etiam ed. Parm. duabus lectionibus junctis. Vide ad III. 44. § 4. Reliqui omnes Mss. quibus usus sum, ut et Hearnii Oxonienses, ac codex Memmii apud Doujatium *numquam nostris locis*, quod recte Gronov. probavit, et in contextum recepit. De voce 'suus' hoc sensu vide ad IV. 7. § 6. Tot itaque testibus hanc lectionem uno ore firmantibus, non opus est, ut vanis conjecturis locum tentemus cum Doujatio, et legamus vel *numquam nisi iniquis locis*, vel *numquam nisi iniquis nostris locis*, id est, locis, quæ exercitibus nostris iniqua erant. Frugibus inventis, glandibus vesci dedignor. Vox *utique* deest in Gaertn. pro *æquis utique* est *victi* in Hav. Ceterum sensus Livii esse videtur, numquam Romanos aperta acie, numquam æquis, utique numquam suis locis laborasse, quoniam vel equites, vel pedites hostium præstarent. Quum tamen sæpius Romani victi sint, idque Livius fateatur cap. præc. adsentior Dukero, adfirmanti numquam sibi persuasurum Livium, etiamsi Jovem lapidem jurare paratus sit, id semper iniquis locis, vel ex insidiis accidisse: huc igitur convenire, quæ ad cap. præc. § 6. perperam Freinsh. notarat. Paullo ante *numquam ab equite hostis*, pro *equite hoste*, Port. in margine.

§ 16 *Equitem, sagittas, saltus impeditos, avia commeatibus loca*] *Equidem sagittas* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. edd. Gruterianæ, Heinsii Elzev. et Gronovii prima. Eædem voces et confundebantur VI. 12. § 10. ubi vide. *Equidem Samnites, saltus* Lov. 2. Hav. et fragm. Hav. *Et quidem Samnites, saltus* Port. a m. sec. et codex Memmii apud Doujatium, cui id perperam placebat. Cur miles armis gravis, et per hoc pugnæ tantam statariæ aptus, timere possit equitem et sagittas, sive milites sagittarios eorumque discursus ac subitos impetus, causa adparet. Verum cur Samnites præcipue metuendi forent, ratio, quam nullam video, reddenda erat. Et quidem tanto minus hic emendationem Doujatii admittendam puto, quoniam persuasum est, Livium hic respicere ad infelix bellum, quod Crassus cum Parthis gessit. Conferantur cum hoc loco, quæ de equitibus Parthorum, qui ut et pedites sagittis pugnabant, tradunt Dio Cass. lib. XL. pagg. 127. et 130. Plutarch. in Crasso pag. 554. aliique. Quare neque illud probandum, quod in Gaertn. exstat *Equites Samnites*. Equites enim Samnitium præ eorum peditibus magis metuendos esse, alibi me legere non memini. Tum *sal-*

Digitized by Google

tus, impetus Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *invia commeatibus loca* male Lov. 2. et Hearnii Oxon. N. in margine. Indicantur loca, in quibus non nisi difficulter et longe petiti commeatus suppetere possunt; quod militi armis gravi non tantum molestum, verum etiam periculosum erat. 'Invia' autem 'commeatibus loca' non his tantum, sed et levis armaturæ militibus perniciosa erant. Mox *miles neque timere potest*, inserta secunda voce, fragm. Hav.

§ 17 *Modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor et civilis cura concordiæ*] *Hujus, quo vivimus* Gaertn. *quam vivimus* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. Tum *civilis causa cons.* Leid. 2. et Lov. 1. Voces has sæpe in Mss. comminceri, videbimus ad IX. 29. § 1. *Civilis cura concordiæ. Amen* Lov. 3. *civilis cura. Amen* Voss. 2.

CAP. XX. § 1 *M. Follius Flaccina*] *M. Foslius Flaccinator*, ex consulatu Capitolino. *Sigon. M. Elius Flaccina* Voss. 1. *M. Elius Flactina* Leid. 2. et Lov. 1. *Aūl. Follius Flaccina* Leid. 1. *Aulus M. Follius Flaccina* Lov. 2. *M. Follius Flaccina* Voss. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. *Follius Flaccina*, omisso prænomine, Lov. 3. 4. et fragm. Haverk. *M. Folius Flaccinus* Port. Hav. et Oxon. B. qui *M. Folius Flaccinator* invenit in N. *L. Flaccus inde* in L. 1. Ei autem consentit Harl. nisi quod dictionibus transpositis præferat *Inde L. Flaccus*, adstipulantibus edd. Aldo prioribus. Klockian. præfert *M. Ollius Flaccina tertium*. Alibi vocem *in*, sive *inde*, et numeri ternarii notam *III.* in Mss. commutari, vidimus ad IV. 9. § 13. *Foslius*, pro *Folius*, etiam IV. 25. § 2. Livio restituit Sigonius, cui etiam in hujus anni consule consentit Pighius in Annal. ad CDXXXV. p. 354. Vide etiam hoc lib. ad c. 26. § 7.

L. Plautius Venox] *Venno* ex consulatu Capitolino, ut dixi. *Sigon. L. Plautius Venox* præter edd. ante Sigonium servant etiam Harl. Port. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. et N. cujus C. *L. Plautius Vennox* præfert. *L. Plautius Nemox* Voss. 1. *L. Plautius ne mox* Lov. 1. in quo tamen additis stigmatibus vocem *ne* delendam esse indicatur. *L. Plautius ve mox* Leid. 1. et Lov. 4. *L. Plancius mox* Lov. 2. *L. Plautius mox* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Gaertn. *L. Plautius Velox* Klockian. *L. Plautius Nox* fragm. Hav. a m. pr. Sigonio adsentitur Pighius loc. laud.

§ 2 *Legati, quum senatum humi strati movissent*] Pall. duo meliores *quum senatum humi jacti mov.* Pal. 2. *humi prostracti.* Eleganti figura dictionis altera lectio procedit. *Gebh. Legati tum senatum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Senatum humi stratum* Gaertn. *senatum humi jacti* Voss. 2. et Lov. 3. *senatum humi tracti* Lov. 4. *senatum humi prostrati* Port. a m. sec. et Hav. Infra XXV. 37. 'Alii strati humi suum quisque nominatim ducem inplorare:' ubi utriusque locutionis, 'sternere' et 'prosternere humi,' exempla videbimus. Hic tamen vulgatum defendunt integriores Mss.

Rejecti ad populum haudquaquam tam efficaces habebant preces] *Reicti ad pop.* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXVI. 40. § 10. 'Rejicere' in hac locutione sollemne inlustravimus ad II. 22. § 5. Tum *haud quamquam* Leid. 1. Lov. 1. 3. Harl. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VII. 26. § 8.

§ 3 *Itaque de fœdere negatum; induciæ biennii*] Concinnior mihi videtur lectio Pall. 1. ac 3. *Itaque, fœdere negato, ind. bien., quum per aliquot dies fatig. sing. precibus, impet.* Gebh. Duo Pall. et alter Voss. *Itaque fœdere negato induciæ.* J. F. Gron. Codicibus, quos viri docti laudarunt, ex meis, præter Voss. 2. Gronovio memoratum, consentiunt Lov. 2. 3. 4.

Digitized by Google

Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. quam lectionem in contextum recepi. Præpositio *de* non adparebat etiam in Leid. 1.

Fatigassent singulos precibus impetratæ] Dispunge ita, ut sit, *fatigassent singulos precibus*, non autem *precibus impetratæ*. Nihil est enim tam familiare Livio, quam 'fatigare precibus.' ut I. 11. 'precibus raptarum fatigata.' *Sigon.* De locutione 'precibus fatigare' vide ad XXVII. 45. § 10. Eamdem distinctionem Gebhardo etiam non displicuisse, ex illis quæ ad verba præcedentia notavit, constat.

§ 4 *Et ex Apulia Theanenses Canusinique*] *Teanenses* sine aspiratione ex vet. lib. et Græcis Τέανον: hac de re sic Diodorus lib. XIX. p. 675. Ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀπουλίας τὴν Δαυνίαν πᾶσαν, καὶ προσαγαγόμενοι Καυσίνους, ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. *Sigon.* Recte Sigonius in seqq. § 7. neque *Theate* facere *Theanenses*, neque pertinere ad Apuliam. Theanum autem Appulum si hic intelligitur, quomodo post panca subjicitur, 'Theates quoque Appuli ad novos consules C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam fœdus petitum venerunt?' Qui fœdus petunt dediti obsidibus datis? Et tamen hic quoque mirum ab Teano fieri *Theates*. Vide an priore loco scriptum fuerit *Et ex Appulia Cannenses Canusinique*. A Cannis postea ignobili vico, quem victoria Hannibalis nobilitavit, (sed 'urbis vestigia priscæ' dicit Silius VIII. 624.) hi Cannenses Canusinis vicini. Atque inde fugatus Terentius Varro cum reliquiis cladis Canusium se contulit, XXII. 49. Posteriori autem loco legendum *Teanitæ*, hoc enim ἐθνικὸν a *Teano*, ut ex Polybio observat Sigonius, aut *Teanates*, ut ab 'Arpino' 'Arpinates,' ab 'Antio,' 'Casino,' 'Priverno,' 'Antiates,' 'Casinates,' 'Privernates.' *J. F. Gron. Ex Apulia Tranenses* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. et L. 1. *ex Apulia Thranenses* fragm. Hav. *ex Apulia Thranenses* Lov. 2. A Gronovio *Cannenses*, pro *Teanenses* emendante, dissentit Doujatius, idque ob hanc rationem; quod, etsi Cannenses oppidum aliquando habuerint, id tamen, ubi anno ante pugnam Cannensem solo æquatum fuit, minoris dignitatis extiterit. Mihi quoque vulgata lectio commode satis servari posse videtur: argumento autem ex verbis § 7. quo eam falsi arguere conatur Gronovius, eo loco respondebo. Ceterum ratio, qua Doujatius vulgatum tuetur, nullius momenti esse videtur. Licet enim Cannensium oppidum, ubi anno ante prœlium Cannense solo æquatum est, minoris dignitatis fuerit; potuit tamen hoc tempore, de quo Livius nunc agit, magni satis momenti fuisse. Insuper *Canisinique* Leid. 1. *Camisinique* Port. *Canusiique* Voss. 2. et Lov. 3. Mox voces *populationibus fessi* exsulant ab Hearnii Oxon. L. 1.

Obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt] *Obsid. L. Paluto coss' datis* Lov. 1. *obsid. vel Plautio consuli datis* Voss. 2. et Lov. 3. *obsid. L. Plautio datis* Harl. *obsid. Flacco et Plautio consulibus datis* Hearnii Oxon. L. 1. Præterea Doujatius hoc cap. ad § 7. *in ditionem venerunt* legendum esse conjecit. Ita XXXII. 31. 'Ea quoque gens in ditionem venit.' XL. 28. 'Ingaunorum omne nomen, obsidibus datis, in ditionem venit:' Ita utroque loco ex Mss. reposuit Gronovius. Solent autem 'ditio' et 'deditio' sæpius a librariis commutari. Vide ad XXVI. 31. § 17. Verum et vulgatum 'in deditionem venire' Livio frequens est. Ita II. 30. 'Paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.' V. 32. 'Positis armis in deditionem venerunt.' XXIII. 27. 'Universa gens postero die in deditionem venit.' XXXI. 40. 'Priusquam experirentur certamen,

Digitized by Google

metu in deditionem venerunt.' lib. XXXIII. c. 17. 'Omnes populi Acarnaniæ in deditionem legati venerunt.' c. 37. 'Ea urbs ceteraque castella et Boii fere omnes in deditionem venerunt:' ubi plura vide. Quum itaque utraque locutio sæpius apud Livium occurrat, et Mss. hic nihil mutent, a Doujatio dissentiens vulgatum servandum puto.

§ 5 *Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti*] Rott. et Helm. *Capuani*. Alius *Capua*. Sed Flor. Thuan. duo Voss. *Capuam*. Nec aliter Romæ dedit Andreas. Mediolani mutatum est. Ego reduci velim *Præfecti Capuam*. Et videtur elegantiæ exquisitæ, ut sit creatos præfectos, qui Capuam mitterentur. Ut 'proconsuli in Hispaniam' XXVI. 18. l. XXIV. c. 12. 'Luceriam succedere Graccho.' *J. F. Gron. Præfecti creari Capuæ* Lov. 4. *præfecti Capua creari* Port. *præfecti Capua creari* Gaertn. *præfecti Capuam creari* Leid. duo, Lov. 1. 3. Harl. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Ejusdem fere generis est 'via Casilinum,' de quo vide Jac. Gronov. ad Livii XXII. 16. § 4. Adde J. F. Gronovium ad Epit. Liv. lib. LXI. Quo minus tamen hanc lectionem in contextum recipiam, illud obstat, quod non hoc tempore, sed bello demum Hannibalico, Capua in formam præfecturæ redacta fuerit. Vide XXVI. 16. Quin et summus Campanorum magistratus eorum lingua 'Medixtuticus' vocabatur; teste Livio XXVI. 6. quem forte Liv. Romana voce hic vocat 'præfectum;' quemadmodum 'prætorem' XXIII. 7. adeoque 'præfectus' hic diversus est ab illo, qui tempore belli Punici secundi creari cœpit. An itaque intelligi potest 'præfectus,' non qui Romæ a populo designatus 'Capuam' mitteretur, sed qui 'Capuæ' crearetur ex ipsis Campanis, arbitrio forte Romanorum; quum discordiæ intestinæ causa inter ipsos non conveniret? Si tamen Romæ creatum; adeoque *Capuam* legendum esse verius videatur; ex ipsis Campanis tamen creatum esse putabo. Certe Campanus, non Romanus, erat Pacuvius Calavius summus Capuæ magistratus, quo tempore Romani ad Cannas internecione cædebantur, apud Liv. XXIII. 2. et Marius Blosius prætor Campanus, quo tempore primum Hannibal Capuam devertit. Quin etiam Camill. Peregr. in Campan. Felic. diss. IV. p. 513. ed. nuperæ in Thes. Ital. præfectum Capuæ creatum, et leges a prætore datas artæ amicitiæ et amicæ societatis effectum, non pœnam aut legem deditionis, fuisse observat. Præterea *eodem anno primo* Gaertn.

Legibus ab L. Furio prætore datis] *L. Furio P. R.* vel *L. Furio populo Romano* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. qui error in Mss. frequens est. Vide ad XXXI. 10. § 4. Utraque lectione juncta *L. Furio prætore P. Ro.* vel *populo Romano datis* dederunt librarii Gaertn. et apud Hearnium Oxon. C. Vide ad X. 30. § 1.

Utrumque ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent] *Uterque* Lov. 1. et Leid. 2. in contextu, in cujus margine emendatur *utrique*. Tum vox *ipsi* deficit in Lov. 4. Hinc *pro medio ægris rebus* Voss. 2. Sed duæ initiales literæ vocis *remedio* interceptæ videntur ab ultimis præcedentis. Tandem *petiissent* Lov. 4. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 6 *Et duæ Romæ additæ tribus, Ufentina ac Falerina*] Earundem meminit Diodorus lib. XIX. p. 675. *Προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς προυπαρχούσαις τήν τε Φαλερίναν, καὶ τὴν Ὀφεντίναν. Sigon. Duæ Romanæ additæ tribus* Hav. *duæ Romæ conditæ tribus* Hearnii Oxon. N. in margine. Deinde *Ufetina* Voss. 2. *Ufertina* Lov. 3. In aliis exemplaribus etiam *Oufentina* legi, testis est Cluver. Ital. Antiq. l. III. c. 7. p. 1007. quod mihi

Digitized by Google

tamen in nullo Livii vel scripto vel edito cod. obviam fuit. Tum *atque Falerna* Voss. 2. et fragm. Hav. *et Falerna* Port. et Hav. *ac Falerna* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Klockian. et apud Hearnium Oxon. L. 1. et N. qui *et Ferentina* invenit in L. 2. *et Faleria* habet Lov. 2. *Falerna* sive Φαλερνᾶ memoratur etiam apud Joseph. Antiq. Jud. XIII. 9. Φαλέρναν vocat Diodor. loco a Sigon. laudato. At, priori loco Φαλερινᾶ legendum esse, viri docti docuerunt. Vide Manut. ad Cic. ad Fam. VIII. 8. et Camill. Peregr. in Campan. Fel. Diss. II. § 34.

§ 7 *Theates quoque Apuli ad novos consules, &c. fœdus petitum venerunt*] *Theates* hic Livius ponit 'Appulos,' quod nescio, an quisquam alius: certe Plinius l. III. c. 12. 'Teatinos' in Marrucinis numerat, quorum oppidi 'Teateæ' etiam meminit Ptolemæus III. 1. Sed et hæc et similia omnia prosequi ejus est, qui commentarium scribit. *Glar.* Parum constat, qui sint *Theates Apuli*. Nam 'Theate' 'Theatinos' edit, ut 'Reate' 'Reatinos,' quos tamen non inter Apulos, sed inter Marrucinos collocat Plinius. De 'Teanensibus' autem dixit paucis ante versibus: 'Teanenses Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt:' ut supervacaneum fuisse videatur, eosdem ad novos consules fœdus petitum venisse, nisi si, quia pacis per omnem Apuliam præstandæ auctores venerant, audacter id petentes impetraverint. Cæterum 'Teana' duo fuisse, auctor est Strabo lib. VI. p. 285. unum cognomine 'Sidicinum,' alterum 'Apulum:' et Plinius III. 11. 'Apulorum,' inquit, 'tria genera sunt, Teani a duce Gares, Lucani subacti a Calchante, et Daunii.' Vet. lib. *Teates* habent. Stephanus populos et cives 'Teani' vocat Τεανούς. Polybius tamen III. 91. nominat *Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos*, ut Campaniæ mediterranea incolentes, Καλεινοὶ, Τεανῖται, Δαύνιοι, Νωλανοί. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Teates:* sed qui sint isti, interpretes certant, et adhuc sub judice lis est. Tandem Sigonius eruit, 'Teana' duo fuisse; unum 'Sidicinum,' alterum 'Apulum.' Pal. 2. exscriptor, hæsitans forte super obscuriore nomine, supposuit *legati quoque Apuli ad novos consules, &c.* Gebh. *Teatis quoque Apuli* Voss. 2. *Teates quoque Apuli* Lov. 3. 4. et Klockian. *Trates quoque Apuli* Gaertn. *Reatini quoque Apuli* Lov. 2. *legati quoque Apuli* Port. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Quæ lectio si probatur, existimandum est, anno proximo Teanenses et Canusinos Apulos in deditionem venisse, nunc vero omnes Apuliæ populos de pace cum Romanis ineunda legatos misisse. Et ita necesse non erit, ut supra § 4. pro *Teanenses* cum Gronovio legamus *Cannenses*, invitis omnibus Mss. Verum vocem *legati* hic suspectam illud reddit, quod non nisi in pejoris notæ codd. reperiatur. Gronovius eodem loco, pro *Theates*, hic *Teanitas* legendum existimat; atque eo modo Polyb. ἐθνικὸν urbis Teani formasse docet. Contra Doujatius vel *Teanenses* legit, (et, ne verba hujus cap. § 4. obstent, ubi Teanenses datis obsidibus in deditionem venisse dicuntur, unde eos hoc anno fœdus petere non potuisse Sigonius et Gronovius probare conantur, reponit; primo, eos obsides quidem futuræ deditionis dedisse, deditionem vero forsitan nondum secutam esse; secundo, si tamen secuta sit, nihil prohibere, quo minus spe melioris conditionis ad sequentes consules venerint, quum se, pacis apud reliquos Apulos auctores, universam gentem in deditionem populi Romani adducturos sponderent) vel, si hæc non probantur, pro *Theates* legebat *Uriates*, ab Uria Apuliæ oppido sub monte Gargano. Ceterum neque ego

Digitized by Google

Gronovii sententiam admodum probo. Quamvis enim δόκιμον ea forma preferat Polyb. et forte alii Græci, apud Latinos tamen nondum ita formatum obcurrit. Neque habeo tamen, quod ejus loco substituam. 'Theutinus Apulus' est apud Frontin. de Colon. p. 110. pro quo p. 146. est 'Teanus Apulus.' Stephan. etiam in voce *Τέανον* gentile ejus urbis Τεανὸς esse docet. Forte cum Doujatio *Teanenses* legendum, et existimandum, eos, quamvis priori anno in deditionem venerint, nunc tamen missis legatis conditionem suam meliorem facere voluisse; ac tandem audacter spondendo, se pacem populo Romano per omnem Apuliam præstaturos, fœdus, quamvis non æquum, impetrasse. Insuper *petitum fœdus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Venere* autem, pro *venerunt*, Gronov. 1665. edidit, invitis codd. scriptis, qui omnes vulgatum servant, nisi quod *invenerunt* sit in Voss. 1. a m. pr. Paullo ante in verbis præcedd. *simul*, pro *semel*, est in Hav. Vide ad XXIV. 22. § 14. Tum vox *rebus* non adparet in Guertn.

Consules C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam] *Consules centum C. Junium* Leid. 1. *consules Q. Junium* Lov. 2. *consules Junium* Port. *consules Cannium* Lov. 1. *consules C. Minũ* Guertn. Deinde *Bubulcumque Æmilium* Lov. 3. et 4. a m. pr. qui a m. sec. legit *Bubulcum et Æmilium*; neque aliter est in Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. *Bubulcum, Æmilium* Port.

Pacis per omnem Apuliam præstandæ populo Romano auctores] Pal. 2. *per omnem Apuliæ oram*. Gebh. Ita et Port. *per omnium Apuliæ oram* Hav. *pacis per omnem Apuliam præstandum* Guertn. Tum *populi Romani auctores* Lov. 2. *populo Romano auctore* Lov. 4.

§ 8 *Id audacter spondendo impetraverunt, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere*] Pall. tres *impetravere*. Gebh. Nihil sollicitarem, si haberetur, *ut fœdus daretur: non æquum tamen; sed ut in ditione populi Romani essent*. Aut hoc modo: *impetravere, ut fœdus daretur; nec æquo tamen jure, sed ut in ditione populi Romani essent*: nam τὸ *ut* inter *neque et æquo* non agnoscit Flor. *impetravere* autem, etsi parum intersit, omnes scripti, non *impetraverunt*. Justinus XXIII. 1. 'Qua victoria erecti, quum pacem æquo jure fecissent.' *J. F. Gron.* Vocem primam ignorat Leid. 2. Deinde *impetravere* omnes etiam mei, nisi quod *imperavere* sit in Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 30. § 10. In reliquis verbis nihil mutant codd. mei, nisi quod *neque tamen ut æquo fœdere* alio ordine sit in Leid. 1. *neque ut æquo cum fœdere* in Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 3. § 8. Quod autem τὸ *ut* in Flor. deesse dicat Gronov. non de optimo omnium hujus partis cod. intelligendum videtur ob caussas dictas hoc lib. c. 14. § 2. quare merito aliorum omnium consensum unius ejus testimonio præferimus. Neque displicere debet vocum *fœdus* et *fœdere* repetitio. Vide ad I. 3. § 9. Doujatius etiam nihil mutandum censuit.

Sed in ditione populi Romani essent] Vet. lib. *sed ut in ditione*. Est autem hoc unum e tribus generibus societatis ineundæ, de quibus Livius XXXIV. 57. Aut enim victis leges dantur, aut pares bello paciscuntur, aut, cum nunquam hostes fuerint, fœdere junguntur. *Sigon.* Τὸ *ut* servant etiam omnes codd. exceptis solis Harl. et Port. Præterea *in ditionem populi Romani esse* Hav. quæ lectio, dissentientibus reliquis Mss. ex librarii errore orta videtur. Vide ad II. 14. § 4. *In ditione essent populi Romani*, alio ordine, præfert Lov. 4.

§ 9 *Nam Florento quoque valido oppido Junius potitus erat*] Quidam *Tarento* restituerunt; sed non recte, ut puto. Nondum enim Tarentum in

Digitized by Google

manus Romanorum venit. Fortassis autem *Frentone* legendum ex Plin. III. 11. Quamquam eo in loco Plinii varia lectio est. Horatius autem Carm. III. 4. 'Ferenti' meminit, si quis forte hoc putet: est enim in Apulia. *Glar.* Quid sit hoc loco 'Tarentum,' ambigitur: neque enim Tarentum Apuliæ est, neque a Romanis hoc tempore captum est. Neque vero 'Ferentum' habere locum potest, quod quibusdam placuit: est enim biennio ante captum. Vett. libb. alii *Acronto*, alii *Acerronto* cum habeant, me in hanc sententiam trahunt, ut putem legendum esse *Acheronto*, quod oppidum erat in Apulia, ut ait Horatius, et ejus interpres Acro: quamquam Horatius 'Acherontiam' vocat Od. III. 4. 'mirum quod foret omnibus, Quicumque celsæ nidum Acherontiæ, Saltusque Batinos, et arvum Pingue colunt humilis Ferenti.' *Sigon.* Mira hic caligo interpretibus de *Tarento*. Pal. 2. *Aceronto:* unde Sigonius expediit *Acheronto:* quod ait fuisse oppidum Apuliæ, et ab Horatio Od. III. 4. vocari 'Acherontiam.' Andreas edidit *nam Florento quoque valido oppido*. Gebh. *Acheronto* Sigonius, cum inveniret *Tarento*, ex Aldo opinor aut Junta propagatum: nam Romæ Andreas, Becharius, Ascensius, Moguntini, *Florento*. In membranis Thuaneis *Torento* m. pr. sed secunda *Florento* subjecerat. Voss. *a Torento*. Helm. *Florente*. Ergo hic quoque, opinor, scribendum *Forento*, unde c. 15. *Forentani*. Nihil enim vetat credere, quam urbem Cerretanus Aulius in deditionem acceperat, eam triennio post aliquid novantem vi captam a Junio Bubulco. *J. F. Gron. Tarento* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *a Tarento* Leid. 2. *Aceronto* Port. et Hav. *Atorento* Voss. 1. a m. pr. *Atarento* a m. sec. et Lov. 1. *Florento* Harl. *Torento* Leid. 1. Nihil propius videtur, quam ut *Forento* cum Gronovio probem.

Nerulum vi captum] Pal. 1. *ne nilum*. Pal. 3. *Nemium*. At Pal. 2. *Verulum*. Gebh. *Ne nilum* Lov. 3. *Venilum* Lov. 2. *Verulum* Voss. duo, Lov. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. *Verulium* Port. *Nerulium* Leid. 2. *Nerulum* in Antonini Itinerario, *Nerulos* in tabula Peutingeriana memorari, dudum viri docti monuerunt. Paullo ante *in Lucanos porrectum* Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XXI. 28. § 7. *In Lucanos bellum perrectum* Harl. *in Lucanos bellum porrectum* edd. ante Aldum. Tum *repentino eventu*, pro *adventu*, Gaertn.

§ 10 *Qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur*] Vet. lib. *sine legibus certisque magistratibus*. Sigon. Pal. 2. *sine legibus certisque magistratibus*. Gebh. Ita et Lov. 2. Port. Gaertn. et Hav. *sine legibus certissime magistratibus* Lov. 3. et 4. Nollem, Sigonium vet. lib. scripturam in contextum recepisse. Vulgatum germanum ac genuinum Livii esse puto. Solet enim Livius ita passim præpositiones non interposita copula repetere, et quidem inprimis hanc *sine*. Ita VII. 2. 'Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones haud indecoros motus dabant:' ubi plura notantur. *Sine legibus certis* autem, ut apud Pompon. l. 2. § 1. ff. de Or. Jur. 'Initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit.' Paullo ante *famam per socios vulgavit*, pro *fama*, Gaertn. *vulgaverat* Hearnii Oxon. C. Verbis autem seqq. *dati a senatu*, pro *ab senatu*, Lov. 4. et Gaertn. Denique vox *late* deficit in Gaertn.

CAP. XXI. § 1 *Exitu anni non consulibus ab se creatis*] Unicus ille Flor. *novis consulibus*. Promitterem utramque manum, si abessent τὰ *ab se*. Sensus foret, creasse quidem consules, non tamen, ut solebat fieri, eos successores habuisse ad exercitus. *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Verisimile fit, Gronovium eam lectionem non in unico Flor. sed in alio quodam, vel Florentiæ vel alibi consulto, invenisse: rationem vide ad lib. hujus c. 14. § 2. Id autem me in hac opinione deinde confirmavit, quod scripturam illam in nullo optimæ notæ cod. sed tantum in Port. Gaertn. et Hav. invenerim; quibus accedit fragm. Hav. a m. sec. Elegans autem est mox *ceterum* post 'non' aliamve negationem, pro *sed.* Curtius IV. 8. 'Cupido, haud injusta quidem, ceterum intempestiva, incesserat.' Quin et, licet non præcesserit negatio, tamen eo sensu usurpari, docuit Freinshem. in ind. Flori hac voc. Præterea *exitus anni* Hav. *exitum anni* Gaertn. In præcedd. autem Junii prænomen C. deficit in fragm. Hav. alterius autem consulis nomen gentilitium *Æmilius* in Lov. 2.

Sp. Nautio et M. Popillio] Pall. 1. et 3. *Sp. Nautio et M. Pupulio.* Pal. 2. *Spurio Mutio et M. Pompilio.* Gebh. *Sp. Nautō* Leid. 2. *Sp. Mutio* Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *Sp. Mucio* Oxon. B. apud Hearnium. Tum *M. Popilio* Voss. 1. et fragm. Hav. *M. Pupilio* Voss. 2. *M. Populio* Leid. 1. Lov. 4. et Gaertn. *M. Papilio* Leid. 2. et Lov. 1. *M. Pōpilio* Port. et Hav. *M. Pompilio* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. *M. Pupulio* Lov. 3. Sed utriusque nomen recte in vulgatis edd. superest, ut ex Fastis Capit. constat. Vide ad VII. 12. § 1.

Ceterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt] Mirum vero, quid ita non narratur caussa creationis hujus, sicut nec paullo post Fabii, ut plane suspicandum hunc locum esse mutilum. Nos in chronologia nostra huic dictatori annum dedimus, quem alii septimo post hunc anno ei tribuunt, ubi tamen Livius manifeste scribit, Fabio consulatum continuatum, de dictatore ne verbum quidem faciens. *Glar.* Voces *L. Æmilio legiones tradiderunt. Is cum* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. omissæ negligentia librariorum ob repetitum prænomen *L.* sed *tradiderunt* præferunt Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav.

§ 2 *Cum L. Fulvio magistro equitum Satriculam obpugnare adortus*] *Saticulam*, ut ante. *Sigon.* Camp. *L. Fulino.* Deinde Scipio probat legendum hic *Saticulam.* Pall. duo *Satriculam* referunt. *Gebh. Satriculam*, præter edd. Sigonio priores, servant etiam Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. N. ac B. *Sacriculam* Voss. 2. et Lov. 3. Sed recte *Saticulam* Sigonius reposuit. Vide ad VII. 32. § 2.

§ 3 *Ad eximendos obsidione socios*] Pall. duo *eximendos ab obsid.* Gebh. *Exuriendos obsid.* Port. *eximendos ab obsid.* Voss. 2. et Lov. 3. Nihil mutandum. Infra XXIV. 41. 'Ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur.' XXXI. 14. 'Orantes, ut se obsidione eximeret.' XXXVII. 26. 'Quanto satius esse, vel socios obsidione eximere.' c. 52. 'Quod obsidione se ac fratrem exemissent.' XXXVIII. 15. 'Adveniens obsidione Isiondenses exemit.' Vide etiam ad XXXIII. 23. § 2.

Hinc Satricani magno cum tumultu] Satricula hic oppugnatur, a qua denominativum erat, opinor, 'Satriculanus,' et a 'Satrica' 'Satricanus,' ut antea Livius usus est. *Satriculani* igitur hoc loco legendum videtur. Admonuimus paulo ante etiam nonnihil de hac re lectorem. *Glar.* De 'Saticulæ' civibus cum agatur, *Saticulani* certe legendum est. Nam Stephanus Σατικόλα πόλις· τὸ ἐθνικὸν Σατικολανός. Et Diodorus, lib. XIX. p. 710. ubi Saticulæ meminit a Romanis obsessæ, ait, Ῥωμαίων Σατικόλαν πολιορκούντων Σαμνῖται ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν. *Sigon.* Omnes nostri et Hearnii Oxon. B. et C. *Satricani* ser-

Digitized by Google

vant. Sed, in uno N. *Saticulani* se invenisse, Hearne testatur; pro quo recte *Saticulani* Sigonius reposuit.

In stationes hostium incurrerunt] Pal. 2. *cucurrerunt*. Debebat esse, ut jam aliquoties admonui, *incucurrerunt*. Gebh. *Stationes hostium incurrere*, omissa præpositione, Gaertn. *in stationes hostium cucurrerunt* Port. et Hav. Hinc proclive est legere *incucurrerunt*, de quo vide ad I. 12. § 8. Ita syllaba initialis intercepta foret a vocis proximæ litera ultima. Vide ad V. 27. § 6. Quum tamen ea lectio non, nisi in suspectæ fidei codd. reperiatur; ita nunc Livium dedisse, sine gravioribus testibus non credam. *Incurrunt*, pro *incurr'unt*, est in fragm. Hav. a m. sec. Vide ad X. 12. § 4.

§ 4 *Spe alieni magis auxilii, quam viribus freta suis*] *Alieni magis consilii* Leid. 1. Alibi sæpe librarii ita in Mss. errare, atque has voces confundere soliti sunt. Vide ad II. 27. § 2. VII. 11. § 3: et pluribus locis.

Justo mox prælio inito Romanos urgent] Vox *inito* exulat a Leid. 2. ejus loco *inicto* habet Lov. 1. Tum *urguent* est in Klockiano. Similiter scriptum erat in optimis codd. V. 36. § 6. c. 48. § 1. ubi plura videri possunt, et VI. 33. § 12. *Urget* est in Gaertn. quem numerum requirere præcedentia 'utraque pars' perperam sibi persuasit indoctus librarius. Vide ad XXIII. 46. § 5.

Quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem] *Dimic. anceps erat* Port. et Hav. Tum *utrimque tamen* Voss. 1. Leid. 2, et Lov. 1. Hinc *totam aciem* Hav. Vide ad XXVIII. 4. § 7. Mox *habebat*, pro *habuit*, Lov. 4.

Quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit] *Τὸ et* abest a Voss. 2. Lov. 3. et Hav. abest etiam a primis edd. quod deinde Aldus recte interposuit. Vide ad II. 44. § 3. Deinde *accepit* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 28. § 5.

§ 5 *Tum totam aciem in Samnites obvertit: ibi plus certaminis fuit*] *Dum totam aciem* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vide ad XL. 47. § 7. Deinde *sibi plus certaminis* Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad I. 55. § 5. *Sed plus certaminis* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. qui *ubi plus certaminis* invenit in B. Neque aliter mihi obviam fuit in Port. et Hav. Vide ad XXVII. 5. § 2. Tandem verbum *fuit* exulat ab edd. Aldina prioribus. Paullo ante *in eum petens incessit*, pro *in erumpentes incessit*, sine sensu Lov. 3.

§ 6 *Victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit*] *Nec vana fuit* Leid. 2. Male. Livius II. 6. 'Ibi varia victoria, et velut æquo Marte pugnatum est.' XXIII. 13. 'Quam varia victoria priore Punico bello fuerit.' Justin. II. 5. 'Quibus quum varia fortuna fuisset:' qui ita sæpe locutus est. Eo modo 'varie bellare' V. 28. 'Quia tot annis varie ibi bellatum erat, multæque clades acceptæ.' c. 28. 'Eodem anno in Æquis varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent.' Similiter 'varians victoria' apud Justin. IX. 1. Solent autem ita librarii passim variare. Vide ad XXII. 7. § 4. Mox *Fusa in castra*, pro *Fusi*, Gaertn. *noctu*, pro *nocte*, Port. a m. sec.

Plistiam ipsi, socios Romanorum, circumsidunt] Diodorus lib. XIX. pag. 710. Plisticam vocat, cum ait hac de re ita, Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. *Sigon. Plistiam* Samuitium, *Plestinam* Marsorum, cujus mentio X. 3. vult Sigonius: priorem esse, de qua Diodorus l. XIX. Πλισιτικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. Cluverius Ital. Antiq. II. 15. p. 772. unam eandemque urbem vult esse, et, quasi verius hoc nomen sit, apud Diodorum corrigit Πλεισίνην. Sane hic loci et mox 'Samnites ad Plistiam manserant,' nihil divortunt a vulgatis manu exarati. At in fine capitis sequentis,

Digitized by Google

ad Plistica obsidionem redeunt, tum *Plistica per vim Samnis potitur*, Florent. Thuan. Voss. codd. Quod mihi non temere esse videtur. Nam quod ait Cluverius, sociam in Samnio Romanis urbem tum nullam fuisse; mirum vero, si post tot expeditiones et excursiones in Samnium obtinuerint ibi præsidium aliquod, aut oppidum φρουρὰν ἔχον Ῥωμαϊκήν. *J. F. Gron. Post jam ipsi socios Romanorum* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *post jam ipso socios Romanorum* Leid. 2. *Postiam ipsi socios Romanorum* Lov. 4. *Postiam Plistiam socios Romanorum* Harl. et edd. Aldo priores. *Plistia ſiam ipsis socios Romanorum* Klockian. *Plisciam ipsi socios Romanorum* Port. *Plistina ipsi socios Romanorum* Hav. *Plistiãi ipsi socios Romanorum* Gaertn. Ceterum sententiam Sigonii, quam proposuit ad Liv. x. 3. § 5. *Plistiam* Samnitium, *Plestinam* Marsorum fuisse, probat etiam Cellarius Orb. Antiq. l. II. c. 9. p. 486. Deinde *circumsident* Leid. 2. Verum, ut hoc loco *circumsidunt*, quod omnes reliqui scripti servant, ita *insidunt* est III. 50. 'Eunt agmine ad urbem, et Aventinum insidunt.' Passim *sidere* ac *sedere* eorumque composita commutari, docuerunt Burm. ad Quinct. Instit. Orat. II. 1. et Declam. XIII. 4. ad Sueton. Tiber. cap. 14. etiam Corte ad Plinii Ep. III. 1. Paullo ante *sepe objecta*, pro *spe*, Voss. 2. Vide ad Liv. VII. 7. § 6. Tum *Satriculæ tuendæ* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *Sacriculæ tuendæ* Lov. 3. Vide h. cap. ad § 2.

CAP. XXII. § 1 *Bellum deinceps ab Q. Fabio dictatore gestum est*] Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuisse sine consulibus existimat: verum errat; fuit enim *Q. Publilio et L. Papirio quartum consulibus*, teste Diodoro, qui in horum consulatu ait lib. XIX. p. 711. Ἐωθότες δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθιστᾶν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προσεχειρίσαντο τότε Κόϊντον Φάβιον καὶ μετ' αὐτοῦ Κόϊντον Ὄλιον ἵππαρχον· οὗτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυστόλας. Narrat deinde Romanorum, item ut Livius, fugam, et 'Q. Aulii' magistri equitum necem. Est enim apud Diodorum Ὄλιον, pro *Aulium*, ut cum dicimus *Clodius*, pro *Claudius*. Sigon. Errorem, quem Sigonius refellit, Glareanus commisit in Chronologia Livio subjecta ad a. CDXXXIX. Ipsum etiam falsi convincunt fragmenta Fast. Capitol. ad a. CDXXXVIII. Quin etiam, male Glareanum anno, quo Fabius dictator fuit, subjungere annum, quo Papirius Cursor et Publilius Philo consules fuerunt, patet ex Livii cap. 24. in princ. ubi novos consules M. Pœtelium, C. Sulpicium exercitum ab dictatore Fabio accepisse tradit. Ceterum vocem *deinceps* Hearne in Oxon. L. 1. non invenit. Tum *a Q. Fabio* legunt Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Verbum autem *est* omittitur in Harl.

Consules novi, sicut superiores, Romæ manserunt] Mirum et hoc loco consulum omissa esse nomina, auctorisne, an temporum, culpa hæsito. Cæterum Fabii dictaturam non videtur posuisse annuam absque consulibus. Sed non est dubium, historiæ hic aliquid deesse. *Glar.* Desunt nomina novorum consulum, sine dubio librariorum vitio: neque enim alias unquam ea studiose Livius prætermisit. Sunt autem apud Cassiodorum 'L. Papirius, Q. Publilius.' Itemque in Capitolinis tabulis, 'L. Papirius Cursor IIII. et Q. Publilius Philo IIII.' Et apud Diodorum lib. XIX. p. 707. Λεύκιος Παπίριος τὸ τέταρτον καὶ Κόϊντος Ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita restituendum esse apud Livium puto, ut est in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum consulibus nominandis mire diligens est, ita ut neque cognomina, neque

Digitized by Google

multiplicatorum honorum notas ullas prætereat, et 'L. Papirium' biennio post 'consulem quintum' tradit. Quod non faceret, nisi hoc anno eum consulem 'quartum' nominasset. Hoc ipsum, ut dixi, cum Glareanus non intelligeret, annum unum sine consulibus interserit: 'L.' autem 'Papirium' et 'Q. Publilium' in insequentem annum transtulit, ita ut uno anno Livium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. ['Glareanus ubique testatur, se pro uno anno cum nemine certaturum. At hic ita nunc clamat, quasi id non legerit apud eum.'] *Sigon.* In Livio desiderantur nomina consulum, negligentia potius librariorum, ni fallor, quam auctoris, fere numquam ea studio prætermittentis. Supplendus igitur in hunc fere modum Livii hic locus videtur: *Consules novi L. Papirius Cursor IV. et Q. Publilius Philo IIII. sicut superiores, Romæ manserunt.* Versus etenim integer ibidem a dormitante scriba prætermissus. *Pighius* in Ann. ad annum CDXXXVIII. p. 357.

Ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit] *Ad accip. ab Æmilio Satr., exercitum suppl. venit* Leid. 2. et Lov. 1. *Satriculam* etiam omnes reliqui scripti mei et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. ut et edd. omnes ante Sigonium. Vide ad cap. præc. § 2. Similiter etiam iidem exhibent infra h. cap.

§ 2 *Ad Plistiam manserant*] *Ad Plisciam* Leid. 2. et Lov. 1. *ad Plistina* Hav. *ad Philistiam* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad cap. præc. § 6. Mox *a domo* Gaertn. et fragm. Hav. Tum *militibus novis*, alio ordine, Harl.

Castra eodem, quo antea, loco posuerunt] *Quo ante* Harl. omnesque editi usque ad Jac. Gronovium, qui *antea* substituit, concinentibus reliquis scriptis. Vide ad XL. 12. § 3. Tum *locum posuerunt* fragm. Hav. *loco posuerant* Lov. 4. et ita etiam Port. in contextu, qui tamen inter versus adscriptum habet *posuerunt*.

Avertere ab obsidione conabantur] *Advertere ab obsidione* fragm. Hav. a m. pr. *abvertere ab obsidione* Lov. 1. *avertere obsidione* Lov. 2.

§ 3 *Id bellum tanti ducere, quod urbem obpugnabat*] Quid certe sibi hoc velit, vix equidem planum facere possum, etiamsi verba clara sint. *Glar.* Hujus loci sensus, quem sibi ignotum esse Glareanus ait, hic est: Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnatum, ac cæteris in rebus nulla belli species erat. Nam a Samnitibus securus, stationibus tantum, ne qua vis in castra fieret, oppositis, erat. Quo fiebat, ut Samnites, cum se contemni putarent, ferocius obequitarent vallo castrorum, neque quietem agere possent. *Sigon.* Sigonius in scholiis ad hunc locum contra Glareanum talem sensum elicuit: 'Dictator, ad oppugnationem urbis conversus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, ac ceteris in rebus nulla belli species erat.' Sed ostendat mihi ex idoneo Latinæ linguæ auctore, *tanti ducere* idem esse illis, 'pro hac vel illa re tantum habere.' In Pal. 1. vitiose reperitur *dicere*: in Pal. 2. vero diversimode, *id bellum nitebatur ducere*: qui putavit 'ducere bellum:' quod mox cap. 23. Livius effert, 'quibus operæ est, trahere bellum.' *Gebh.* Sensum, quem ignorare se fatetur Glareanus, recte eruit Sigonius. Sed hic ipse sensus admonere illum poterat, scribendum esse *tantum ducere*. Id tantummodo pro bello habebat. Lib. XXVIII. cap. 32. 'Immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat.' *J. F. Gron. Id bellum tanti ducere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. et fragm. Hav. Neque aliter Klockian. nisi quod *in*

Digitized by Google

eo lacuna sit ante hæc verba. *Id bellum tanti dicere* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Sed *dicere* et *ducere* vel mille locis in Mss. commutantur. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. *Eo, quod bellum tanti diceret, urbem opp.* Lov. 2. *id bellum nitebatur ducere* Portug. Gaertn. et Hav. Forte oratio per infinitivum concepta indoctis librariis displicuit, ideoque pro *tanti* dederunt *nitebatur*. Ita sæpius eos peccasse, dictum est ad I. 50. § 5. *Id bellum tantum nitebatur ducere* Hearnius laudat ex Oxon. B. C. L. 2. et N. nisi quod posterioris margini *tanti* adscriptum sit. Quæ lectio si in tot ejus codd. exstiterit, (de hoc enim ut non nihil dubitem, illud efficit, quod eam in nullo meorum invenerim) non modo scribæ duas lectiones junxerunt, verum etiam haud obscure indicant, Gronovii conjecturam *id bellum tantum ducere*, verissimam esse. 'Ducebat' igitur, id est existimabat, id tantum bellum esse, id solummodo pro bello habebat: quo sensu τὸ 'ducere' apud Livium frequens est. Lib. II. cap. 38. 'Et hanc urbem vos non hostium ducitis? ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit.' XXI. 41. 'Pacem cum victis fecimus; tutelæ nostræ deinde duximus, cum Africo bello urgnerentur:' ubi vide quæ notantur. XXVII. 37. 'Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Hannibale, ut numquam satis castra castris conlata duceret.' XXXVI. 44. 'Jussit meminisse Romanæ virtutis, nec pro viris ducere regia mancipia.' XXXVIII. 26. 'Etsi non ipsi victi erant, suæ gentis hominum cladem pro sua ducebant.' XL. 56. 'Potentior quidem erat, quam ut fugam necessariam duceret.' XLII. 34. 'Vos quoque æquum est, omnia honesta loca ducere, quibus rempublicam defensuri sitis.' XLIV. 39. 'Majores vestri castra munita portum ad omnes casus exercitus ducebant esse.' Doujatius etiam sensum constare posse existimat, modo *quod oppugnabat* cum Sigonio accipiatur pro 'quatenus oppugnabat:' quod vellem demonstrasset. Neque probo conjecturam Ant. Perizònii, qui legendum censet *quo urbem oppugnabat*. Vulgatum enim, pro quo stant omnes codd. satis commodum sensum exhibet. Præterea paullo ante *dictator mania hostium versus*, omissa præpositione, Lov. 4. *dictator in mania versus hostium* Leid. 2. et Lov. 1.

Securior ab Samnitibus agere] *Et securior* Port. Gaertn. et Hav. Hinc *a Samn. egere* Gaertn. Mox *stationibus modo opposito*, pro *oppositis*, Lov. 2. et *neq. in castra*, pro *ne qua*, Leid. 1.

§ 4 *Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque otium pati*] In veteribus libris *obequitare* legitur, non *adequitare*. Post hæc novæ orationis principium fieri debet: 'Et cum jam prope.' *Sigon.* Pall. 1. ac 3. *Eo ferocius adequitatum est. Samnites vallo neque otium pati.* Pal. 2. cum binis priscis edd. *adequitare*. Gebh. Veteres libri, unde hoc Sigonius, haud scio qui sint: nostris certe, in quibus constanter *adequitare*, meliores non sunt. *J. F. Gron. Adequitandum est* legunt Voss. 2. et Lov. 3. Reliqui omnes, quos vidi, codd. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *adequitare* præferunt. Utrumque sensum haud incommodum reddit. Hinc codicum auctoritate standum, idque, quod ante Sigonium in omnibus edd. prostabat, reducendum existimavi. Vide ad I. 14. § 7. Accedit quod mox repetatur, 'quo tam ferociter adequitasset.'

Magister equitum Q. Aulius Cerretanus] *Q. Duilius Aulus Terretanus* Leid. 2. Et ita etiam est in Lov. 1. a m. sec. in quo *Aulius* a m. pr. scriptum fuerat. *Q. Avus Cerretanus* Lov. 3. *Q. Aulius Ceretanus* Gaertn. et fragm. Hav. *Q. Aulus Ceretanus* Port. et Hav. *Q. Alius Carretanus* ed. Rom.

Digitized by Google

1472. et Parm. Vide ad IX. 15. § 11.

§ 5 *Tum in minime pertinaci genere pugnæ*] Omnes libri *cum minime pert.* Gebh. *Cum in minime pert.* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Cum minime pert.* Voss. 2. Lov. 3. Harl. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. cujus codex B. præfert *tum minime.* Sed præpositio *in* vel intercidit ob vocis præced. literam finalem, vel seq. initialem. De priori vide ad X. 13. § 3. de altero ad XXXVII. 1. § 2. *Tum in certamine pert. genere pugnæ* Lov. 2. Mox *fortuna opes exercuit* Leid. 1. alio ordine: pro quo Doujatius legendum censuit *exercuit copias.* Ita quidem interdum variant librarii. Vide viros doctos ad Nepot. Miltiad. c. 5. Nihil tamen mutandum est, quia in vulgatum constanter conspirant codd. et τὸ *opes* pro 'copiis' sæpe sumatur. Vide quæ viri docti ad eumdem locum Nepotis notarunt.

Ut insignis utrimque clades et clara ipsorum ducum ederet funera] Si verbum *ederet* nominativum habet *fortuna,* necesse est, ut *insignes utrimque clades* legamus. Sin autem *insignis* nominativus est, copula *et* abundat. *Glar.* Prius verum est: *insignes utrimque clades* legit etiam Lov. 2. Ant. Perizonius ad marginem Livii notavit, vel locum medicina egere, vel *insignis* accipiendum casum quartum numeri pluralis. Vox *ducum* deficit in Harl. et edd. Aldo prioribus. *Ut in singulis utrimque clades et clara ipsorum duc. ederent funera* habet Klockian.

§ 6 *Quod tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique*] Lege *quo tam fer. adeq., inde se fundi fugarique* ratione evidenti: etsi non varient scripti. *J. F. Gron. Quo tam ferociter* Voss. 1. et Lov. 1. Sæpe *quo* et *quod* in Mss. commutantur. Vide ad lib. XXXVI. c. 33. § 3. Deinde *equitasset* fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Male. Vide modo ad h. cap. § 4. Tum *et inde se fundi* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Verum illud *et* perperam repetitum est ex ultimis literis vocis præced. Vide ad XXXIX. 18. § 8. Τὸ *fugarique* deficit in Lov. 4. Sed infinitis locis hæc verba apud Livium aliosque scriptores jungi solent.

Orando hortandoque equites prælium integravit] *Orando* deficit in Lov. 2. *orando hortando equites,* sine copula, Leid. 1. Ita XXIX. 2. 'Ut fluctuantia viderunt signa, hortantur, orant, ut perculsos invadant.' Et sæpe Livius duo aut plura verba ἀσυνδέτως jungit. Vide ad II. 54. § 4. v. 51. § 3. VI. 41. § 2. Præterea *prælium intravit* Lov. 4. *prælium iteravit* Leid. duo, Lov. 1. Harl. Port. Klockian. Hav. Hearnii Oxon. B. C. ejusque N. in margine, cum editis ante Aldum, qui primus *integravit* reposuit. Utrumque Livio in usu est: et quidem 'integrare prælium,' 'pugnam' VII. 7. 'Clamore provolant ante signa, et novam integrant pugnam.' III. 70. 'Conficerent equos virosque, ne quis reveheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam:' ubi plura exempla vide. 'Iterare prælium,' 'pugnam' I. 12. 'Jupiter optimus maximus resistere, atque iterare pugnam jubet.' VI. 32. 'Postero die iterata pugna.' Hic tamen *integravit* magis placet. Solent autem librarii in commutandis his vocibus peccare. Vide ad XXVIII. 15. § 10.

§ 7 *Insignem inter suos cientem pugnam*] Vox *insignem* perperam omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Livius XXXIX. 40. 'In bello manu fortissimus, multisque insignibus clarus pugnis.' Curtius IV. 9. 'Insignis eo die pugna equitum et præcipue Aristonis fuit.

Ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret] *Ita percussit equum* Hav. De locutione 'permittere equum' vide ad III. 70. § 9. Tum *ex uno ictu* Voss. 1. a m. pr. pro

Digitized by Google

que *ut uno ictu* postea inter versus adscriptum est. Utraque lectione simul recepta *ut ex uno ictu* præferunt Port. Hav. et Oxon. N. in margine, teste Hearnio; qui insuper monuit; *pe ut ex novo ictu* in B. et *ut virum uno ictu* in L. 2. invenisse.

Nec, ut fit, ad ducis casum perculsa magis; quam irritata, est multitudo omnis: qui circa erant] Vet. lib. *Omnes, qui circa erant.* Sigon. *Nec fit, ut ad ducis* perperam fragm. Hav. De formula 'ut fit' vide ad IV. 52. § 4. Tum *percussa magis* Leid. 1. Vide ad lib. XXXIV. c. 15. § 2. *Ad ducis casum perculsa, magis irritata est* Leid. 2. ut *magis* accipiatur pro 'potius.' Vide viros doctos ad Gratii Cyneg. vs. 90. Unius tamen cod. auctoritas reliquorum consensui præferri nequit. Tò *est* deficit in Voss. 2. qui insuper præfert *irritata multitudo hostis omnis, quæ circum erat:* sed vocem *hostis* additis signis delendam esse indicabatur. *Irritata multitudo omnis, quæ circa erat* habet Lov. 3. *irritata est multitudo omnis, quæ circa erat* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *irritata est multitudo omnis: qui circa erant* Lov. 1. et Leid. 2. *irritata est multitudo omnis, qui circum erat* Leid. 1. et Lov. 4. *irritata est multitudo. Omnes, qui circumerant* Gaertn. Sed Sigonio, emendanti *irritata est multitudo. Omnes, qui circa erant,* alios consentire Hearnius monet. Consentit certe Gronov. mox ad § 9. De locutione 'qui circa erant' vide Duker. ad I. 4. § 6. et quæ notantur ad XXXVI. 14. § 12.

§ 8 *In Aulium, temere invectum per hostium turmas*] *Ælium* quidam legendum putant. Cæterum hoc in loco per aliquot versus vide ut congruant, quæque præcedunt, quæque sequuntur. Primum 'in eum tela conjecerunt;' deinde 'fratri dederunt;' denique 'ille eum trucidat.' Porro qui vivum eum retinere potuerunt, atque adeo dare, occidereque; ejus cadavere potiri non potuisse, mirum videri potest. Præterea amphibolon est in genitivo 'Samnitium imperatoris,' fratrine imperatoris, an ulti decus imperatoris Samnitium. *Glar.* Quinam sint, quos *Ælium* legendum putare dicit Glareanus, non invenio; nisi se ipsum indicet. Supra enim, se *Ælium* de hoc Cerretano legendum censere, professus est ad VIII. 37. § 1. Sed *Aulium* eum vocandum esse, viri docti ibidem monuerunt: quod, ab aliis substitutum, magis, quam 'Anlus' prænomen, quadrare ad eumdem locum concedit Glareanus. Et ita etiam hic omnes scripti et editi præferunt, nisi quod *Aulum* sit in Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. Portug. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Neque est, quod idem Glareanus videre jubeat, ut præcedd. ac seqq. congruant. Calumniatus esse, aut certe non recte accepisse videtur vocem 'dederunt.' Non enim eo indicatur, omnes, qui circa erant, captivum Aulium dedisse fratri imperatoris Samnitium; quo sensu Glareanum intellexisse, verba ejus docent; sed ideo ei dedisse ulti Samnitium imperatoris decus, quia conjectis telis scopum, quem petebant, ipsum nempe Aulium, non tetigerunt, atque in eo virtutis suæ exercendæ locum fratri ejus reliquum fecerunt. 'Concedere alteri decus' dicit Liv. l. XXV. c. 14. Quod autem Aulii ex equo detracti et interfecti corpus Samnites tamen potiti non sint, procursu equitum factum est, quo Romani superiores facti Samnites repulerunt, et ita spatium illud in castra referendi nacti sunt. Qui etiam in genitivo 'Samnitium imperatoris' amphibolon agnoscit, et necire se fatetur quo referendum sit, næ illi ad singulas periodos subsistere necesse est. Quis enim non videt, et ad 'fratri' et ad 'decus' pertinere? quasi foret, decus ulti imperatoris Samnitium dederunt fratri ejusdem imperatoris. Supra ha-

Digitized by Google

huimus II. 40. 'Complexus inde suos dimittit:' ubi plura vide. Et ita est VII. 6. 'Neque eam voraginem conjectu terræ, quum pro se quisque gereret, expleri potuisse:' scil. 'quisque gereret terram,' ex præcedenti *terræ* revocandum est. Infra hoc lib. c. 27. 'Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit:' scil. *eques* eorumdem 'Samnitium:' ubi iterum hæret Glareanus.

§ 9 *Fratrique præcipuum decus*] Membranæ Thuaneæ, uterque Voss. Helm. carent copulativa: optime est enim adversativa, quæ intelligitur, *sed*, non copulativa. Vide ἀντίθεσιν. *Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invectum per hostium turmas tela conjecerunt: fratri præcipuum decus ulti, &c.* Omnes quidem petierunt, sed frater defuncti tetigit scopum. Ita autem legendum et distinguendum: non *multitudo omnis. Qui circa erant.* Quod et Sigonius vidit. *J. F. Gron. Fratrique* in solo apud me superest Harl. 2. In reliquis meis et Oxoniensibus Hearnii deest constanter copula, a Gronovio merito ejecta: at quidam eorum allo modo conrupti sunt. Pro *Fratri* enim *Stratum* est in Lov. 2. *Fracti* in fragm. Hav. a m. pr. *Facti* a m. sec. Deinde *ulcisci*, pro *ulti*, in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *imperator* in Voss. 1. et Lov. 2.

Is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus mæroris, &c. trucidavit] Omissa prima vocula *is*, insuper *victoremque, &c. pleni mæroris trucidaverunt* præfert Lov. 2. *plenum mæroris* Gaertn. Deinde, addita voce, *Aulum trucidavit* Hearnii Oxon. C. Voces *dederunt: is victorem detractum ex equo magistrum equitum plenus mæroris* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Cui neglegentiæ scribarum ea caussa exstitit, quod vox *imperatoris* proxime præcedens iisdem literis finiatur, quibus ultima omissarum *mæroris*.

Nec multum abfuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas] *Neque multum abfuit* Gaertn. *nec inultum abfuit* Voss. 2. Vide ad III. 38. § 3. *Nec multum affuit* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad Livii XXIII. 8. § 11. *Nec multum afuit* Leid. 1. Recte. Vide ad IV. 12. § 7. Tum *corpore et quia inter* Voss. 2. *corpore etiam et quia inter*, utraque lectione juncta, Gaertn. Deinde vox *turmas* deficit a m. pr. in fragm. Hav. Mox *poterentur*, pro *potirentur*, Gaertn. Vide ad VII. 9. § 7.

§ 10 *Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere*] *Descessum* Voss. 1. et Lov. 1. *decessum* Leid. 2. Vide ad XXXVI. 14. § 4. Tum *et ab Romanis*, inserta copula, Harl. *a Romanis* Lov. 1. 2. Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Præterea conjunctio *que* exsulat ab Hav. Hinc *inde*, pro *idem*, est in Lov. 1. a m. pr. Vide ad I. 19. § 7. Ceterum omnia hæc verba scribarum neglegentia omittebantur in Leid. 1. Voss. 2. Lov. 3. 4. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 1. Mox etiam deest vox *pedestre* in Lov. 2.

Haud dubie superat Romanus, recuperatumque] *Superat*, id est, *supererat*, Port. et Hav. Vide ad VI. 4. § 2. Tum copula *que* non adparet in Leid. 1. Mox voces *victores in castra* omittuntur in fragm. Hav. a m. pr. et *redeunt*, pro *referunt*, est in Voss. 2.

§ 11 *Per equestre certamen tentatis viribus*] Pall. 1. et 3. *pene equestre.* Pal. 2. porro *per equestre certamen attenuatis viribus.* Gebh. *Pene equestre certamen* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *pene equestri certamine* Lov. 2. Tum *attenuatis viribus* Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. 'Vires adtenuatæ' Livio sæpe memorantur. Ita XXV. 11. 'Magna cæde ita adtenuari præsidii vires.' XXXI. 49. 'Bello Hannibalis adtenuatæ vires ejus coloniæ erant.' XXXIX. 49. 'Diutino morbo, ex quo

Digitized by Google

tum primum reficiebatur, viribus admodum adtenuatis:' et alibi. Verum licet Romani victores discesserint, Samnites tamen hoc prœlio non tam vires adtenuarant, quam earum periculum fecerant. Hinc etiam, spe Saticulam ex obsidione eximendi depulsi, Plistiam reversi sunt, et urbe hac per vim potiuntur. Vulgatum itaque *tentatis* servandum puto.

Ad Plistiæ obsidionem redeunt; intraque paucos dies] *Plistioæ*, et mox *Plistica* Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1. 2. ac 4. *Philistiæ* et *Philistia* edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide Gronov. ad cap. præc. finem. Tum *itaque* Leid. 1. quæ lectio ex non intellecto compendio *ĩt'q*; nata esse videtur. Mox *Samnis per vim* Port. et Hav. In verbis autem ultimis hujus capitis *per vim Samnis potitur* finit ingens lacuna cod. Flor. quæ c. 14. § 2. inceperat; atque ab illis iterum incipit contextus Liviani series.

Cap. xxiii. § 1 *Mutata inde belli sedes est*] *Multata* Lov. 3. Vide de hac varietate in Mss. interdum obvia quæ notavi ad Silii x. 463. *Muta* Leid. 1. Ita peccarunt etiam scribæ v. 51. § 2. Similium errorum exempla dabo ad x. 37. § 2. Tum *deinde* Gaertn. et Lov. 2. quomodo lapsus est scriba, quod per compendium scriptum fuerit *iñ*. Vide ad v. 20. § 2. Hinc *cedes belli* Leid. 2. a m. pr. pro quo manu altera *belli cedes* substitutum est: qui error ex minus emendata pronunciatione verbi præeuntis facillime nasci potest. Vide ad Silii iii. 617. *Belli sedis* Flor. a m. pr. Vide ad v. 52. § 13. Vox *belli* deficit in Voss. 2. Verbum substantivum in Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Voces *inde belli sedes est: ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones. Sora* deficiunt in Lov. 3. et 4. Eædem una cum proxima *ad* deficiunt etiam in Leid. 1.

Ad Soram e Samnio Apuliaque traductæ legiones] Præpositionem *e* abscidit Pal. 2. Campani recensio legit *ad Soram ex Samnio Apuliaque inductæ legiones*. Gebh. *Ad Soram Samnio*, omissa præpositione, etiam Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *ad Soram e Samnio* Harl. et edd. ante Jac. Gronov. qui *ex Samnio* substituit, consentientibus omnibus reliquis meis, nisi quod vocula auctior Lov. 2. præferat *et ex Samnio*.

§ 2 *Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum*] Sic Diodorus lib. xix. p. 710. Σωρανοὺς τε ἔπεισαν κατασφάξαι τοὺς παρ' αὑτοῖς Ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς Σαμνίτας συνθέσθαι. Sigon. *Sora mutata ad Samnites defecerat* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Sed vox, quæ in his codd. interponitur, ex præcedentibus adscita est. Mox *Romanorum exercitus*, pro *Romanus*, Hearnii Oxon. C.

Magnis itineribus prævenisset] Sic Mss. non *pervenisset*. J. F. Gron. Ita etiam Hearne in Oxon. L. 1. 2. N. ac B. invenit, neque aliter est in meis, nisi quod *pervenisset* sit in Lov. 2. Harl. Leid. 2. et Port. Vide ad xxii. 2. § 1. Nec 'prævenire' ideo displicere potest, quia modo præcessit 'prior.' Livium enim aliosque scriptores ita sæpius locutos esse, ut 'prius' et 'ante' jungant verbis cum præpositione 'præ' compositis, adeoque voculæ illæ abundent, videbimus ad xxi. 20. § 8. In verbis præcedd. copula *que* exsulat ab fragm. Hav. a m. pr.

§ 3 *Et sparsi per vias speculatores*] Pal. 2. *sparsique*. Vulgatum *et* reliqui libri omnes respuunt. *Gebhard.* Respuunt quoque non tantum omnes codd. mei, verum etiam typis descripti usque ad Froben. qui primus addidit a. 1535. et recte. Videtur enim ad sensum necessario requiri. Interceptum autem puto ab ultimis literis vocis præced. Vide ad xxxv. 41. § 7. Deinde *per vicis* Gaertn. Vide ad vii. 22. § 9. Mox voces *nec jam procul abesse, alii super alios nunci-*

Digitized by Google

arent; obviam itum librariorum culpa omittuntur in Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. *cum alii super alios* præferunt Harl. et modo memoratæ edd.

§ 4 *Obviam itum hosti*] *Obitum hosti* Flor. a m. pr. *obviatum hosti* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. quo eodem errore etiam multos Sallustii codd. infectos esse, viri docti observarunt ad Jugurth. c. 5. recte monentes non esse verbum ævi Liviani, sed eo demum tempore in frequenti usu fuisse, quo plerique librarii vixerunt. Illos autem solitos fuisse verba barbara sui seculi scriptoribus optimi ævi Latinitatis passim obtrudere, aliis exemplis docui ad VII. 21. § 2. Quum autem Cellarius 'obviare' ad Vegetii, Macrobii, et æqualium sordes relegasset; iis antiquiores Palladium et auctorem Declam. quæ sub nomine Quinctiliani circumferuntur, eodem usos esse, docuit Duker. ad Auctor. de Latin. JCtorum p. 393.

Ad Lautulas accipiti prælio dimicatum est] Diod. Sic. lib. XIX. p. 711. Παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυτούλας. *Sigon.* Præpositio *ad* deficit in Voss. 2. Tum *Laurulas* Flor. *Lausulas* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *Lauculas* Hav. Sed vide ad VII. 39. § 7. et mox hoc lib. c. 25. § 2.

Nox incertos, victi victoresne essent, diremit] *Victores victine essent* Leid. 2. *ne victi an victores essent* Port. qui videtur dare voluisse *victine an victores*. Sed nihil muto. Vide ad v. 28. § 5. Tum *dirimit* Port. et Hearnii Oxon. B.

§ 5 *Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse*] *Inveni apud quosdam* Lov. 2. *Invenitur apud quosdam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 15. § 8. Inter eos, qui hanc pugnam Romanis adversam fuisse, atque in ea Q. Aulium magistrum equitum cecidisse referunt, est etiam hodie Diodor. Sic. lib. XIX. p. 711. Ceterum mox *in ea cec. quo Aulum* Leid. 2. et Lov. 1. *in eam cec. Q. Aulum* Lov. 3. *in ea cec. Q. Aulum* Lov. 2. Port. Harl. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. *in ea cec. Q. Alium* Flor. Vide hoc lib. c. 15. § 11.

§ 6 *Subfectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum*] Qui in superioribus pro 'Aulio' emendarunt perpetuo 'Æmilium,' hoc in loco id facere supersederunt. Ego sane non *Aurelius*, non *Æmilius*, non *Aulus*, sed vel *Ælius*, vel *Aulius* legendum censeo. Mirum vero, quod ea omnia ita variata in codd. de uno hoc reperias. *Glar. Cum Fabius* Klockian. *Claudius Fabius* edd. vett. Vide ad v. 26. § 2. Q. *Fabius* Lovel. 4. et fragm. Hav. Verum recte partim reliqui codd. vulgatum tuentur, partim priores, quorum lectionem recensui, licet mendosi, ejusdem tamen lectionis vestigia non obscura servant: in fastis enim Capitolinis idem etiam *Cæi* prænomen huic Fabio tribuitur. Ceterum omnia hæc verba desunt in Leid. 2. et Lov. 1.

Cum exercitu novo ab Roma advenit] *Roma venit*, sine præpositione, Harl. *venit ab Roma* Gaertn. *ab Roma evenit* Port. in quo inter versus adscriptum tamen est *advenit*. Mox *subsistere*, pro *subsisteret*, Voss. 2. *subsistet* Gaertn. Vide ad II. 56. § 7. *Resisteret* Harl.

Qua ex parte hostem adgrederetur, substitit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis] *Qua ex parte hostium* fragm. Hav. a m. pr. Tum *subsistit* Leid. 1. et Gaertn. Hinc *occulte* Port. Gaertn. et Hav. Male. Infra XXII. 12. 'In aliquo flexu viæ occultus subsistebat:' ubi similiter variant libri. Vide quæ ibi notantur. Deinde *exploratus conciliis* Flor. *explorati consiliis* Hav. Paullo ante *et quove tempore*, priori voce addita, Harl. sed ea perperam ex vocis præced. literis finalibus repetita est. Vide ad XXXIX. 18. § 8.

§ 7 *Obsessi magis quam obsidentis*

Digitized by Google

modo] *Quam obsidentes* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. et Hav. Mox *signum repente proposuit pugnæ*, alio ordine dictionum, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 8 *Ad accendendos virorum fortium animos*] *Ad docendos virorum fortium animos* Voss. 2. et Lov. 3. *ad accedendos victorum vir. fort. an.* Port. 'Accedere' et 'accendere' sæpe commutari, videbimus ad XXIII. 46. § 2. *Ad accendendos militum animos* Harl. quod ex glossa profectum est.

Nullam alibi, quam in semet ipso, cuiquam relictam spem] *Quam ex semet ipso* Voss. 2. et Lov. 1. *quam a semet ipso* Leid. 1. Nihil muto. Infra XXXIX. 31. 'In illis spem omnem vincendi et retinendæ Hispaniæ esse.' XL. 32. 'Postquam receptus pulsis nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes.'

De magistro equitum novoque exercitu militem celavit] Vox *militem* neglexit librarius Harl. *militum* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Credo, indoctis displicuisse sibi minus notam constructionem 'celare aliquem de aliqua re,' quæ tamen apud Ciceronem frequens est. Ad Fam. VII. 20. 'Bassus noster me de hoc libro celavit:' et pro Deiot. c. 6. 'De insidiis celare te voluit.' Unde passiva forma 'celor de ea re' in Orat. pro Cluent. c. 66. 'Non est profecto de illo veneno celata mater:' pro Sulla c. 13. 'Credo, judices, celatum esse Cassium de Sulla nno:' ad Fam. v. 2. 'Debes existimare, te maximis de rebus a fratre esse celatum.'

§ 9 *Tamquam nulla, nisi in eruptione, spes esset*] *Tamen quam nulla* Flor. *Tam* et *tamen* sæpe in Mss. commutari, videbimus ad XXII. 59. § 13. *Tò esset* omittitur in Leid. 2. et Lov. 3. Contra post eam vocem adjiciuntur hæ tres *ita verba fecit* in Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. Sed sequens *inquit*, quod in omnibus constanter superest, efficit ne eo opus sit.

Deprehensi, nisi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus] Perperam Pall. duo, et Camp. ed. *victoriam*. Pal. 2. *nisi quam victores patef., viam nullam hab.* Gebh. *Victoriam* Voss. 2. *victores* Port. et Hav. Insuper *ac deprehensi* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Stativa nostra munimento satis tuta sunt, sed inopia eadem infesta*] *Stativis nostra munimenta satis tuta sunt* Lov. 4. *monimento* Port. solita scribarum deerratione. Vide ad IV. 10. § 10. Tum *sed inopia eadem infesta est* Gaertn. qui idem etiam mox *defecere* præfert, pro *defecerunt*.

Et, si homines juvare velint, iniqua loca sunt] Vet. lib. *omnes*. Sigon. Libri omnes, qua calamo picti, qua typis excusi, *si omnes juvare*, quod ante nos quoque observavit Sigonius. *Gebh. Si omnes* etiam Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. B. et editi ante Froben. qui a. 1531. *homines* substituit. Quam lectionem, si excerptis fidendum est, servant Flor. Klockian. et plures Hearnii Oxonienses. Videtur etiam eadem scriptura præferenda esse. Est enim hoc loco obpositio inter *homines* qui juvare volunt, et *loca* quæ iniqua sunt. Solent autem *omnes* et *homines* passim in Mss. confundi. Vide ad Livii III. 54. § 6.

§ 11 *In quæ, infecta victoria, sicut pristino die, vos recipiatis*] Lege *sicut die pristini*, ex Gellio X. 24. *Klock. In qua infecta victoria* Leid. 2. et Lov. 1. *in quæ inserta victoria* Voss. 2. *in quæ inferta victoria* Lov. 3. *in quæ infesta victoria* Lov. 2. Voces 'infestus' et 'infectus' etiam alibi in Mss. commutantur. Vide viros doctos ad Nason. Metam. IV. 618. et Burm. ad ejusdem Ib. vs. 246. Ita apud Lucan. IV. 736. primus Thuan. quem cod. Nic. Heins. contulit, perperam præfert *infestaque semper Punica bella dolis*; ubi recte *infectaque* editur; *In quæ imperfecta victoria* Lov. 4. Vide

Digitized by Google

Burm. ad Suet. Tib. c. 47. Sed *infecta victoria*, ut 'infecta pax' dicitur IX. 1. 'Pace infecta redierunt.' XXX. 31. 'Ita infecta pace ex colloquio ad suos quum se recepissent.' XXXVII. 1. 'Ita infecta pace dimissi, urbe eodem die excedere jussi.' Deinde *sicut primo die* Port. et Hav. Male. Sed neque placere potest Klockii conjectura *die pristini*: quod Livio in usu fuisse aliunde non constat. De 'die pristino' vide Duker. ad Livii IV. 22. § 10. ac Burm. ad Suet. Aug. c. 94. Paullo ante *vos* deficit in Leid. 2. Tum *castra hic retinendo* Lov. 2. *castra hæc relinquendo* Hearnii Oxon. N. in margine.

Non munimentis arma tuta esse debent] *Armatura esse debent* Gaertn. *arma tua esse debent* Voss. 1. et Lov. 1. neque aliter est in contextu Leid. 2. in cujus tamen margine *tua* mutatum est in *tuta*. Ita et variabant codd. ad VII. 16. § 5. et hoc lib. c. 34. § 24.

§ 12 *Castra habeant repetantque, quibus operæ est trahere bellum*] *Habeant repetanturque* Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIX. 22. § 8. *Habeant repetant quique* Voss. 2. et Lov. 3. *habeant repetitusque* Leid. 1. *habeant receptusque* Lov. 2. Tum *quibus opus est* Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *quibus opera est* Flor. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum ultima litera τοῦ *operæ* a prima vocis præced. perperam elisa est. Vide ad XXIII. 8. § 9. De locutione 'operæ est' vide ad IV. 8. § 8.

Omnium rerum respectum, &c. nobis abscindamus] *Vobis* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Gaertn. sollemni scribarum lapsu. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Tum *abscidamus* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide Gronov. ad XLIV. 5. § 5. et mox § seq.

§ 13 *Ferte signa in hostem: ubi extra vallum agmen excesserit*] *Ferre signa in hostem* Leid. 2. *Ferte arma in hostem* Klockian. Ita XXXVIII. 11. 'Hostes eosdem habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto.' Nihil tamen mutantibus aliis codd. vulgatum servo. Infra XXVI. 13. 'Ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri jussit.' Tum *extra vallum agmen excesserat* Gaertn. *extra vallum cesserit agmen* Harl. et edd. Aldo priores. Mox τὸ *est* deficit in Leid. 2. Pro *incendant* autem est *incedat* in Voss. 2. Leid. 1. Harl. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad VIII. 20. § 5.

Omnium circa, qui defecerunt, populorum præda sarcientur] *Quæ defecerunt* fragm. Hav. *qui deferunt* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *omnium, qui circa deferunt* Harl. Tum *præda parcientur* Lov. 3. *præda sarcintur* Voss. 2. a m. pr. *præda sarcirentur* Haverk. Paullo ante *damna nostra* Voss. 2. Lov. 2. 3. Hearnii Oxon. L. 1. et edd. ante Frobenianam 1535. Vide modo ad § 12.

§ 14 *Ea orationis dictatoris, quæ necessitatis ultimæ index erat*] Rott. Helm. *Et ea oratione.* Flor. et Voss. 1. *Et orationi.* Et ita legendum. *J. F. Gron. Et orationi*, præter duos a Gronovio memoratos, ex meis etiam præferunt Leid. duo et Lov. 1. Vide ad II. 44. § 3. Solent autem librarii voculas *Et* atque *Ea* in Mss. confundere. Vide ad XLII. 5. § 7. *Ea rationi dictatoris* est in Lov. 2. Vide ad XXXV. 25. § 9. Præterea *necessitatis ultimæ index* Hav. et Lov. 3. Vide ad V. 26. § 6. Mox voces *vadunt in hostem: et respectus ipse ardentium* exsulant a Leid. 2. et Lov. 1.

Haud parvum fuit irritamentum] *Haud parum* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 10. § 3. *Haud parvum irritamentum fuit* Harl. et edd. Aldina priores. Paullo ante *proximis tū*, sive *tamen*, pro *proximis tūm*, sive *tantum*, Hav. Vide ad IX. 12. § 6.

§ 15 *Et in tempore, postquam ardentia*] *Et ipse, postq. ard.* Lov. 2. Hav.

Digitized by Google

et Hearnii Oxon. B. Male. *In tempore* est 'tempore opportuno,' 'commodo,' 'quod convenerat.' Vide ad VIII. 7. § 5.

Ita circumventi Samnites, qua potest quisque] *Is circumventi* Harl. *Ita circumvenienti* Leid. 1. *Ita circumvo* Flor. Tum *qua post quisque* Hav. *qua post est quisque* Leid. 1. *qua possunt quisque* Lov. 4.

§ 16 *In unum metu conglobata, ac semet ipsam turba impediens, in medio cæsa*] *In uno metu conglobata* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Hujus erroris fontem indicavi ad VI. 3. § 8. *In unum congregata* Lov. 4. in contextu, altera lectione margini adscripta. Verum scriptura hæc ex glossemate marginali nata videtur, et contra genuina in marginem rejecta esse. Contrario errore *conglobare*, pro *congregare*, in edd. vett. substitutum esse vidimus ad V. 47. § 5. *Conglobare* autem Livio haud infrequens fuisse, aliis exemplis docuimus ad V. 41. § 6. Sed et 'conglobare in unum' dixit VIII. 11. 'Multis itineribus dissipati quum se in unum conglobassent.' Tum *semet ipsam turbam impediens* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. qui error ejusdem generis est illi, quem in initio hujus admotationis indagavi. Deinde *in medio cæsi* Leid. 2. et Lov. 1. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'pars in fugam effusi' XXVII. 1. § 12. ubi plura similia videbimus. Quum tamen reliqui omnes in vulgatum conspirent, id etiam non mutari debere, verius videtur.

§ 17 *Capta hostium castra direptaque*] Hoc ordine verba primus digessit Gruter. eumque recentiores editores secuti sunt. Illis autem unus et alter scriptorum consentiunt. Antiquiores Grutero edd. præferunt *Castra hostium capta direptaque;* et ita etiam est in Flor. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Guertn. Klockian. et fragm. Hav. sed *Hostium castra capta direptaque* Port. et Hav. Mox *honustum*, perperam addita adspiratione, scribunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Flor. et Port. a m. sec. Vide ad lib. XXXVI. c. 40. § 9.

Haud quaquam tam victoria lætum] Græcissant Pall. 1. ac 3. *victoriæ lætum*. Gebh. Eamdem lectionem invenio etiam in Voss. 2. et Lov. 3. De hac locutione dixi ad Silii Ital. VIII. 548. Quum tamen, alibi Livium ita locutum esse, non invenerim, neque etiam Græcismos hos, nisi parcissime, adhibuerit, insuper codd. integerrimi *victoria* constanter tueantur, *victoriæ lætum* Nostro vindicare non audeo. *Victoria lætus*, quasi ad dictatorem referendum foret, præferunt Port. et Hav. contra mentem Livii. Præterea *haud quamquam* Leid. 1. Lov. 1. 2. et Harl. Vide ad VII. 26. § 8. Vox *quaquam* omittitur in Lov. 2. sequens *tam* in Leid. 1.

CAP. XXIV. § 1 *Ad Soram inde reditum*] Abjecta præpositione Camp. *Soram inde reditum*. Gebh. Præpositionem servant omnes alii scripti et excusi, nisi quod Florentino tantum a m. recentiori addita sit. Ita cap. præc. 'Ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones.' V. 19. 'Inde ad Veios exercitus ductus.' Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 6. pag. 668. Ceterum *Ad Soram ita reditum* est apud Hearnium in Oxon. L. 1. Sed *inde* est 'deinde,' post partam ad Lautulas victoriam. Vide ad XLII. 55. § 6.

Novique consules M. Petelius, C. Sulpicius] *Pætelius* ex consulatu Capitolino. Diodorus l. XIX. p. 711. Μάρκος Πόπλιος, Γάϊος Σουλπίκιος: at Πόπλιος mendose. *Sigon. Petellius* ostendunt Pall. tres: alterum Andreas *Claudium Sulpicium* indigitat: mendose. *Gebh.* Vide ad III. 35. § 11. Perperam codd. multi *Petilius, Petillius, Petelius, Petellius:* Flor. etiam *Pætalis*. Secundi consulis prænomen deerat in Lov. 3. *C. Supplicius* præ-

Digitized by Google

ferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad III. 10. § 5.

Exercitum ab dictatore Fabio accipiunt] Pal. 2. *acceperunt*. Gebh. Ita et Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *recipiunt* Voss. 2. Tum *a dictatore* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. et Gaertn. in quo posteriore deficit etiam vox *Fabio*.

Novisque cohortibus in supplementum adductis] Pal. 2. *deductis*. Gebh. *Novis cohort.* Hav. Tum *abductis* Port. Vide ad l. XXVII. c. 29. § 1. *Inductis* fragm. Hav. a m. pr.

§ 2 *Ceterum, quum propter difficilem urbis situm nec obpugnandi*] *Urbis statum* Voss. 2. et Lov. 3. prima syllaba vocis *situm* deficit in Klockian. intercepta a literis ultimis vocis præcedentis. Omnia autem hæc vocabula et præcedentis duæ posteriores syllabæ exsulant a Leid. 2. Mox *satis certa rectaque ratio iniretur*, inserta media voce, Gaertn.

Aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria esset] *Haud tempore longinqua* Voss. 1. Leid. 1. et Lov. 1. *haut tempore longinqua* Leid. 2. Vide ad XXVIII. 2. § 11. *Aut tempore longinquo* Voss. 2. et Lov. 3. Verum erroris hujus fontem indicatum vide ad VI. 3. § 8. Vox *periculo* non adparet in Leid. 1. *Præceps* per se 'periculosum' notare potest. Ita IV. 11. 'Quod Ardeatibus in re præcipiti tanta foret cura subventum.' XXXIV. 49. 'Libertatem nimiam et aliis gravem, et ipsis, qui habeant, effrenatam et præcipitem esse.' An tamen unius codicis testimonio standum sit, dubito.

§ 3 *Clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetrasset*] *Jam ex oppido profectus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Port. Apud Nasonem quoque *clam* non semel in *jam* degenerasse, observat Nic. Heins. in fragm. Adversar. quod Tibullo subjecit Broekhus. p. 465. Contra *jam* in *clam* abiisse in antiquis Ciceronis libris, qui apud se sunt, testatur Manut. ad Fam. I. 2. *Oppido prefectus*, omissa præpositione, præfert Voss. 2. Tum *ad vigiles Romanos pervenisset* scripserat primo librarius Lov. 4. Sed ultimæ voci notis, quibus aliquid delendum indicatur, subjectis, deinde adscripsit vocem *penetrasset*.

Duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit] Pal. 2. sine copula habet *deductus trad. urbem promittit*. Campanus *deductisque*. Gebh. Omnes mei scripti et editi recte *deductusque*. Verum *exemplo*, solito scribarum errore, Flor. a m. pr. Vide ad XXXIV. 33. § 8. Tum *ad consulem* Voss. 2. Sed 'novos consules' exercitum ab dictatore Fabio accepisse, retulit Liv. hoc cap. Vide de hoc errore ad X. 10. § 2. *Id consules* Lov. 3. Tum *traditur urbem promittit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 4 *Visus inde, quum, quonam modo id præstaturus esset, percunctantes doceret, haud vana adferre, perpulit*] Mirum, hercle, nemini hactenus hic visum τὸ *Visus*: quod quid hic facit per Deos ad Livii sententiam? Omnino reponendum *Jussus inde, quum, quonam*, &c. Modius. Si admittatur lectio F. Modii *Jussus*, quam et ego in Pall. omnibus reperi, quo tibicine sustentabuntur illa *haud vana afferre*? Rectius ergo cum antiquissimis edd. prætulimus τὸ *Visus*. Gebh. *Jussus*, ut Modius reponendum existimat; inveni etiam in Flor. Leid. utroque, Voss. utroque, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. eamdemque lectionem ex edd. exhibet Mediol. 1505. Solent autem passim 'nisus' et 'inssus' in Mss. confundi. Vide ad III. 4. § 11. V. 50. § 5. VII. 10. § 2. c. 25. § 11. VIII. 15. § 7. X. 14. § 17. XXI. 23. § 1. XXXIX. 47. § 4. Adde Nic. Heinsium ad Ovidii Epist. Heroid. XVII. 157. et Bentl. ad Horat. Od. III. 27. 71. Causa est adfinitas ductuum literarum *is* et *si*, præsertim in scriptura Longobardica.

Digitized by Google

Vide ad IX. 1. § 9. *Rursus*, pro *Visus*, est in edd. Mediol. 1480. 1495. et Venet. 1498. Tota vox exsulabat a Lov. 2. Sed verius puto, ut cum Gebhardo nihil mutemus. Tum *ut quonam modo* Port. et Hav. *quum quodam modo* Lov. 3. *ut quondam modo* Flor. a m. pr. Hinc *præstiturus* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXVII. 25. § 2. Deinde *percunctantes docerent* Leid. 1. *percunctarentur* Lov. 2. Insuper *adferre* deficit in Hav. Tandem *propulit* Port. qui error frequens est. Vide ad II. 61. § 5. IV. 21. § 8. hoc lib. c. 30. § 7. X. 4. § 7. et alibi. *Se haud vana afferre inquit: perpulit quoque, prope adjuncta, &c.* Lov. 2.

Romana castra ut sex millia ab oppido removerentur] Titubat et hæc lectio, maxime in numeris: quippe Pall. 1. et 3. *ut VII. milia.* Pal. 2. *ut tribus milibus ab oppido removeretur: agendum fore.* Gebh. *Ut tribus millibus* Hav. *ut tribus militibus* Port. *ut tribus miliaribus* Gaertn. *ut III. mil'* fragm. Hav. *ut III. millibus* Hearnii Oxon. B. et C. *ut sex millium* Voss. 1. et Lov. 1. *ut VI° milliario* Lov. 4. *ut septem millia* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 5 *Fore, ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes*] Lipsium et alios, qui stationes tantum diurnas fuisse putarunt, refellit Schelius ad Polybium c. 2. *Duk.* *Agendum fore*, quod se in Pal. 2. reperisse Gebhardus ad verba præcedd. notavit, mihi quoque obvium fuit in Port. et Hav. atque Hearnio in Oxon. L. 2. B. C. et N. Tum *ad custodiam urbis* Port. Gaertn. et Hav. Ita II. 18. 'Ut intentiores essent ad dicto parendum.' III. 8. 'Instructum et ad certamen intentum.' c. 60. 'Quum per totum diem stetissent intenti ad certamen.' X. 43. 'Partem copiarum revocare instructam intentamque ad obpugnandum.' XXIV. 19. 'Intento consule ad Casilinum obpugnandum.' XXVI. 44. 'Multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vocasset res, intentam ad omnia obcurrere jubet.' XL. 5. 'Poris quidem ad hortationem remigum nautarumque intentus erat:' et alibi. Verum, etiam vulgatum *intentus in aliquid* Livio frequens esse, vidimus ad. IV. 27. § 11. Id igitur quum in optimæ fidei codd. et reliquis aliis constanter supersit, novandi caussam nullam video. Deinde *diurnæ stationes* aberrans scriba Hav.

Sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere jussis] *In silvestr.. locis* Lov. 2. Tum *insedere* Flor. Leid. 1. et Lov. 2. Vide ad IX. 2. § 3. Paullo ante vox *ipse* deerat in Leid. 1. in sequentibus autem *ardua et prope invia* præferunt Port. et Hav.

Missilibus telis eo conlatis] *Missilibus telisque* Lov. 2. Perperam. Vide ad VI. 13. § 2. Hinc *collocatis* Flor. De hoc errore dicam ad l. X. cap. 32. § 5.

§ 6 *Ad hæc saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis*] *Ad hoc saxa erant* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Ad hoc erant saxa* Port. Vide ad XXI. 52. § 10. *Ad saxa erant* Leid. 1. *Ad hæc erant saxa* Hav. Tum *temere jacentia*, præcedenti vocula *et* omissa, Lov. 4. a m. pr. Vide ad II. 44. § 3. et mox § 8. hujus cap. *In asperis* Lov. 2. Gaertn. et, teste Hearnio, Oxon. C. qui in L. 1. invenit *in altis.* Patet librarios illos voci sibi minus notæ notiorem substituisse. At nisi in Livio hospites forent, compertum habuissent, 'aspretum' apud eum sæpius obvium esse. Infra hoc lib. c. 35. 'Aspreta erant saxis strata:' ubi plura alia loca laudavit Gebhard. quibus plerisque turbant etiam Mss. Mox *quo loco tutior*, pro *locus*, Lov. 1. a m. pr.

§ 7 *Ubi quum constituisset Romanos, semitamque angustam et arduam, erectam*] *Cum statuisset Romanos* Gaertn. aliis omnibus invitis: quare verius videtur, primam syllabam *τοῦ consti-*

Digitized by Google

tuisset interceptam esse a voce præced. *cum*. De verbo 'constituere' vide ad XXVII. 16. § 11. Tum *semitam quam angustam* Hav. *semitamque in angustam* Gaertn. Deinde *erectam et arduam* Port. et Hav. *et arduam erectamque* Lov. 2. *ereptam*, pro *erectam*, Lov. 3. Vide ad III. 5. § 7. Mox *ascendisset*, pro *ostendisset*, Gaertn.

Vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint] Vocula *vel* deest in Harl. quam recte reliqui servant. De ejus hoc loco usu vide ad XXXVI. 41. § 2. Tum *multitudinem acorem'int* Leid. 2. *multitudinem acreuerint* Lov. 1. *multitudinem vi arcuerint* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Sed vocula media, quæ ab aliis libris abest, commode carere possumus; quare perperam repetita videtur ex præced. dictionis litera finali *m*.

§ 8 *Locus pro vobis, et nox erit, quæ omnia ex incerto majora territis ostentat*] *Locus pro nobis* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Tum *et vox erit* Port. Vide ad V. 44. § 6. Hinc *omnia extincto majora* Hav. Olim una serie scriptum fuerat *exinc'to majora*; ex quo, nota vel evanescente, vel librarii neglegentia omissa, parva mutatione fieri potuit *extincto*. Deinde *territet ostentet* Lov. 3. *territis ostentant* Leid. 2. quasi construendum foret *quæ omnia* (nempe locus et nox) *ostentant*; quum potius jungi debeant *quæ* (scilicet nox) *ostentat omnia majora*. Supra V. 39. 'In noctem dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent.' XXXV. 4. 'Ne nox terrorem in tumultuario prœlio augeret.' lib. XXXVIII. c. 5. 'Posse ratus ancipiti tumultu, nocte augente pavorem, memorabilem rem geri.' Paullo ante *vos decem numero*, vocula *et* omissa, Lov. 2. Vide hoc cap. ad § 6.

Ego jam terrore omnia inplebo: vos arcem intenti tenete] *Replebo* Harl. Tum *vos autem arcem*, media voce inserta, edd. antiqq. Sed recte eam primus omisit Aldus. In nullo enim superest Msto. Deinde *arcem interim tenete* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 12. § 10. *Vos arce mittenti tenere* errore scribæ præfert Leid. 1.

§ 9 *Quanto maxime poterat cum tumultu*] Forte *maximo*. Gellius X. 3. 'Per injuriam cæsos, quanta maxima invidia potest, conqueritur.' Est tamen X. 40. 'Quanto maxime posset moto pulvere ostendere:' vel, ut volunt Mss. *Quanto maxime posset motu pulverem* (al. *pulveris*) *ostendere*. J. F. Gron. *Maximo* superest in uno meo Port. a m. sec. idemque Hearne in Oxon. L. 1. et B. invenit. De ea locutione vide ad VII. 9. § 8. IX. 10. § 10. Vellem aut plures, aut meliores codd. adsentirentur. Nunc horum auctoritas levior videtur, quam ut iis credamus.

Ad arma, et pro vestram fidem, cives, clamitans] Vocula *et* deerat in Lov. 2. Tum *pro vestra fide* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. et Gaertn. *pro nostra fide* Voss. 2. et Hav. *pro* interjectionem hic accipientes pro præpositione. In antiquis edd. et Lov. 4. est *proh vestram fidem*. Vide Dausquei. Orthogr. parte II. voce 'Proh;' et Erythr. Indic. Virgil. in voce 'Pro.' Deinde *o cives* Hearnii Oxon. C. Eam voculam sæpe librarii interjecerunt. Ita hoc lib. c. 9. § 5. 10. et alibi. Denique *clamitant* Hav.

Arx ab hostibus capta est; defendite, ite] Vet. lib. *ite, defendite*. Sic c. 4. 'Ite, consules, redimite civitatem:' et VII. 6. 'Irent, crearent consulem ex plebe.' *Sigon*. Vet. lib. Sigonii consentiunt Voss. 1. Port. et Hav. Reliqui ordinem verborum, ante Sigonium receptum, servant, nisi quod *ite* desit in Leid. 2. et Lov. 1. ubi vox illa intercepta esse videtur ab ultimis literis τοῦ *defendite*. Infra X. 4. 'Ite igitur, dicite, inquit, detegant nequidquam conditas insidias.' XXV. 38. 'Ite, Diis bene juvantibus, corpora curate.' Virgil. Æn. IV. 593.

Digitized by Google

'ite, Ferte citi flammas, date tela, inpellite remos.' Silius Ital. I. 568. 'Ite citi, remis velisque inpellite puppim:' et vs. 571. 'Ite citi, deflete fidem murosque ruentes.'

§ 10 *Hæc incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus*] Ter *hoc*, pro *hæc*, exhibent Port. a m. pr. et Hearnii Oxon. B. *Hic* priori loco Gaertn. præfert; sed secundo omittitur in Lov. 2. Tum *incedens* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. vett. ante Frobenianam a. 1535. quod non placet. 'Incedere' enim nobilium personarum est, et notat cum aliqua dignitate ambulare, teste Servio ad Virg. Æn. I. 46. id autem in re turbarum ac tumultus plena non convenit. Contra 'incidere' recte dicuntur, qui casu obvii fiunt. Vide quæ notavi ad Silii v. 632. Sæpissime autem verba 'incedere' et 'incidere' in Mss. confundi solent. Vide ad I. 59. § 6. III. 3. § 3. IV. 13. § 3. V. 11. § 14. VII. 36. § 8. VIII. 8. § 13. XXVI. 39. § 21. XXVIII. 13. § 9. XXIX. 24. § 4. XLII. 59. § 7. Similiter 'procedere' et 'procidere.' Vide ad V. 48. § 7. 'accedere' et 'accidere;' de quo videbimus ad XXI. 10. § 12. Caussa erroris fuisse potest adfinitas ductuum literarum *E* et *I*; quæ efficit, ut sæpissime commutentur. Vide Gronov. in Diatr. Stat. cap. 54. p. 355. et Broekhus. ad Propert. l. II. Eleg. 22. vs. 14. Præterea *principium foribus* Leid. 1. Vide ad II. 27. § 12.

Acceptum ab uno pavorem plures per urbem fecerunt] Non displicet vetus lectio *plures per urbem ferunt*. Gelen. *Per urbem ferunt* non tantum servant omnes scripti, sed similiter quoque præferunt editi; nisi quod solus Froben. 1531. dederit *fecerunt*, sine dubio operarum aberratione. Præterea *acceptum ab uno pavore preberes per urbem ferunt* Voss. 2. quæ eadem lectio exstat etiam in Lov. 3. nisi quod servet *pavorem*. Sed *acceptum ab imo* est in Port. Vide ad VIII. 6. § 2.

§ 11 *Exploratoribus, quum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent*] *Imploratoribus* Hav. *explorantibus* Hearnii Oxon. N. in margine. Tum *cautela et armatos*, pro *cum tela*, Klockian. Sed sex priora vocabula desunt in Lov. 3. neglegentia scribæ, cui inposuit repetitio τοῦ *arcem*. Deinde *multiplicato murmure* Lov. 4. Ac tandem *audierent* Hav. *audiverunt* Lov. 4.

Avertunt animos a spe recuperandæ arcis] *Averterunt animos* Hav. quasi *avert'unt* scriptum fuisset. Vide ad X. 12. § 4. Tum *ab spe recuperandæ arcis* Port. et Hav. *aspe recuperandæ arcis*, id est *aspere*, Leid. 1. Vide ad VII. 12. § 4. *A spe recuperandæ artis* Gaertn. Vide ad IV. 56. § 3.

§ 12 *Portæque ab semisomnis ac maxima parte inermibus refringuntur*] Pal. 1. *a semisomni ac maxima parte inermibus restringuntur*. Forte *rescinduntur*, ut edidit Camp. Pro eo habet Pal. 3. *refunguntur*. Pal. 2. *portæque a semisopitis, &c.* Gebh. Langius et Lambinus in Cicerone de Offic. I. 38. non potuerunt ferre *magna parte*, proque eo substituerunt *magnam partem*, idem, opinor, hic facturi, si iis hujus loci in mentem venisset. Optimis scriptoribus usitata esse, 'magnam,' 'majorem,' 'maximam partem,' docent Manutius ad Cicer. ad Famil. VIII. 9. et Polmerius in Spicileg. tom. IV. p. 843. Fac. Grut. Nec tamen alterum contra libros scriptos mutandum est. Vide Fabrit. et Græv. ad Cic. de Offic. l. d. *Duk.* Conjunctio *que* deficit in Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *a semisomnis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. *ab semisomni* Voss. 2. et Lov. 3. *ab semisomnibus* Lov. 2. Vide ad XXXVII. 20. § 13. Eodem errore *hostibus*, pro *hostis*, et similia alia passim in Mss. obcurrunt. Vide ad lib.

Digitized by Google

XXII. c. 8. § 7. *Ab semisonis* Harl. *ab semisopnis* Port. *a semisopitis* Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. Vide ad XXV. 29. § 3. Hinc *maxima parte mœnibus* Hav. Tandem *refunguntur* Voss. 2. et Lov. 3. Gebhardus *rescinduntur* legendum conjicit, quia in uno cod. *restringuntur* reperit: cui adsentiri nequeo. Partim enim alibi librarii has voces in Mss. commutare soliti sunt. Vide ad v. 37. § 1. Partim 'refringere' Livio in hac re proprium est. Infra x. 10. 'Porta refracta consul exercitusque Romanus sine certamine urbem invasere.' XXIII. 18. 'Moliri portas et claustra refringere parat.' XXV. 9. 'Vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam.' c. 24. 'Prope Hexapylon est portula magna vi refringi cœpta.' c. 25. 'Refractisque foribus a cæde tamen temperatum est.' Et ita Ovid. Met. VI. 597. 'Exululatque, Evoëque sonat, portasque refringit.' Etiam Plinius, sed metaphorica locutione, Epist. II. 14. 'Nunc, refractis pudoris et reverentiæ claustris, omnia patent omnibus.'

Quarum per unam præsidium Romanum clamore excitatum inrumpit] *Quarum per iuiam* Gaertn. Error ortus est ex similitudine literarum un et iui; quas vix in Mss. dignosci posse, observat Bentl. ad Horat. Od. I. 15. 15. Deinde *præsidium Romanorum* Voss. 1. Leid. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Insuper *clamore excito* Voss. 2. et Lov. 3. Tandem *erumpit* Port. et Hav. quorum librarios locum ita intellexisse patet, præsidium Soranum clamore Romanorum excitatum per unam portarum refractarum ex urbe erupisse; quos verba seqq. meliora ac veriora docere potuissent, si ad ea adtendissent. Inde enim constat, de præsidio Romano, per portam a Soranis refractam in urbem inrumpente, verba hæc accipienda esse.

Concursantes per viam pavidos cædit] Vet. lib. *per vias*. Sigon. Ita et Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. Port. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *per una* Lov. 2. Tum *cursantes* Port. et Hav. Sed cum per compendium *c̄cursantes* scriptum fuisset, facile prima syllaba, unica tantum litera notata, a litera sequenti elidi potuit, qua ratione etiam *cursatio*, pro *c̄cursatio*, sive *concursatio*, unus codex præfert v. 40. § 3. *cursum*, pro *c̄cursum*, sive *concursum*, x. 19. § 16. Contra *concursu*, sive *c̄cursu*, pro *cursu*, datum erat in uno cod. K. 5. § 2. 'Concursare' in hac re proprium est. Vide ad XXXV. 49. Supra etiam IV. 6. 'Concursare toto foro candidati cœpere.' Phædr. Fab. II. 5. 1. 'Est ardelionum quædam Romæ natio, Trepide concursans:' et Fab. III. 10. 24. 'Dum quærunt lumen, dum concursant familia.' Præterea *pavidos redit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 13 *Quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt*] *Quos reliquos fortuna cæde ac fuga fecerat*, duabus vocibus neglectis, Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *in ditionem accip.* Flor. Vide ad XXXIII. 20. § 5.

§ 14 *Ducentos viginti quinque, &c. vinctos Romam deducunt*] Vet. lib. *CCXXXV*. Sigon. Ita et Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Klockian. et Hearnii Oxon. N. et B. *ducenti et XXXV. vinctos Romam deducunt* Gaertn. *ducenti XXXV. vinctos Romam deducunt* Port. *ducenti triginta quinque vincti Romam reducuntur* Hav. Nihil mutandum arbitror. Quum olim per notas scriptus esset numerus, incerti librarii, quemadmodum exprimendum foret, extulerunt casu primo. Alii deinde hos secuti, ut posteriora prioribus convenirent, etiam vincti dederunt, et verbo addiderunt terminationem passivi; quæ per notas scribi solita facile vel omitti vel addi

Digitized by Google

potuit. Vide ad XXXIX. 22. § 8. Sed nec prima syllaba verbi ejusdem mutanda erat. Sæpe 'deducere' et 'reducere' commutari solent. Vide ad VI. 26. § 8. *Vinctos Romam ducunt* Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. At mox sequitur 'qui Romam deducti erant.'

Destinabantur et infandæ colonorum cædis et defectionis auctores] Pall. 1. et 3. *destin. infandi colon. cædis, &c.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. nisi quod insuper omittant vocem *auctores*. Ejus loco *actores* præfert Lov. 2. Vide ad I. 26. § 5. Prius *et* deficit etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Præsidio impositio Sora relinquunt; Omnes, qui Romam deducti erant] Ex omnibus his verbis nihil, nisi tantum *qui præsidio deducti erant*, superest in Voss. 2. Leid. 1. ac Lov. 3. et 4. *Sora relinquit* exhibent Harl. et edd. antiqq. usque ad Ascensium, qui an. 1513. *relinquunt* substituit, adsentientibus reliquis scriptis.

§ 15 *Cujus maxime intererat, tutam ubique, quæ passim in colonias*] *Cum maxime intererat* Lov. 2. Deinde *tutam ubicumque passim in colonias* idem Lov. 2. *tutam ubique passim in colonias* Voss. 2. et Lov. 3. Sed pronomen *quæ* interceptum est a præcedenti vocula *-que*. Vide ad XXIX. 6. § 8. *Tutam ubique, quo passim in colonias* Port. et Hav. *tutam ubique, passim qui in colonias* fragm. Hav. Paullo ante *et securi* Voss. 2. Mox *esse multitudinem* alio ordine Gaertn.

Cap. XXV. § 1 *In agros atque urbes Auxonum bellum intulerunt*] *Auxonum* Voss. 2. hic et infra semper hoc cap. *Ausutum* Leid. 1. *Ausonum* Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 1. Paullo ante *a Sora* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ad Sora* Voss. 1. a m. pr. literam *d* manus altera tollendam esse indicat.

§ 2 *Mota namque omnia adventu Samnitium*] *Mora namque omnia* Port. *montanamque omnia* Lov. 3. Et ita fuit in Flor. a m. pr. in quo manus altera substituit *mota quæ omnia*. Tum *adventus Samnitium* Leid. 2. et Gaertn. Sed litera *s* fini vocis adcrevit ex initiali vocis seq. Vide ad XXVIII. 26. § 2.

Quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant] *Apud Lauculas* Lov. 2. 4. *apud Lauculas* Leid. 2. Port. et fragm. Hav. *apud Lauculias* Hav. Vide paullo ante hoc lib. c. 23. § 4. Deinde *dimicatum esset* Harl. et edd. vett. usque ad Frobenium, qui a. 1535. *dimicatum est* edi curavit, consentientibus reliquis scriptis. Præterea *-rè fuerant* non adparet in Harl.

Conjurationesque circa Campaniam passim factæ: nec Capua ipsa] Vocula *que* non adparet in Port. et Haverk. Tum *circa Capuam* Lov. 4. in ipso contextu. Deinde *ne Capua ipsa* Leid. 1. Lov. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Sed ultima litera *-vô nec* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad lib. XXIII. c. 8. § 9. et mox hoc cap. ad § 6.

§ 3 *Quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est*] *Qui Romam quoque* Leid. 2. et Lov. 3. Tum *ad principium quosdam inquirendos* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad II. 27. § 12. Insuper *inquirendo* Port. et Hav.

Cetterum Ausonum gens, &c. in potestatem venit] *Certum* Port. et Hav. Vide ad XXXIV. 36. § 4. Hinc *in potestate venit* iidem codd. quod eodem modo dictum esse posset, quo 'venire in conspectu,' de quo vide ad XXXV. 27. § 4. Codicum tamen pro hac lectione stantium auctoritas non tanta apud me est, ut illis solis fidem habere audeam. Vide etiam ad IX. 28. § 1.

§ 4 *Ausona, et Minturnæ, et Vestina, urbes erant*] A. U. C. CDXIX. hic noster Livius VIII. 16. ait, Cales urbem Ausonum fuisse, quæ proximo deinde anno a M. Valerio Corvino expugnata colonia Romana facta est.

Digitized by Google

de necnat. ubi de internecivi actione agit. Contra *internecivus* præferendum esse, docere conatur Dausquei. in Orthog. part. sec. h. voce. Eamdem etiam orthographiam probare videtur Voss. in Etym. Ling. Lat. in voce 'Nex.' Vide etiam Torrent. ad Suet. Aug. c. 35. Huic etiam scripturæ favent codd. memoratæ lectiones. *Certasset bello* alio ordine est etiam in Port. et Hav. Insuper *proinde ac si* Lov. 2. Vide ad XXVII. 8. § 18.

CAP. XXVI. § 1 *Prodito hostibus Romano præsidio, Luceria Samnitium facta*] *Proditum host. Rom. præs.* Port. a m. pr. *prodito gentibus Romano præs.* Hearnii Oxon. N. in margine: quæ eadem lectio etiam in contexta Voss. 1. exstat, altera *hostibus* inter versus adscripta. Tum *Lucrecia Samnitum facta* Hav. in quo mox etiam in verbis seqq. omittitur vox *res*.

§ 2 *Ad internecionem cæsi*] *Ad intercepcionem* Gaertn. Vide ad XXXVI. 34. § 2. *Ad internectionem* Port. *ad internicionem* Flor. ex interpolatione manus recentioris, Leid. 2. et Lov. 4. *ad internitionem* Leid. 1. Lov. 1. 2. Harl. et fragm. Hav. Vide Duker. ad Flori II. 17. § 16. Vulgatam scribendi rationem defendit Dausq. in Orthogr. part. sec. in hac voce. Paullo ante transpositis vocibus *Romanus exercitus* præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. Port. et Hav.

§ 3 *Ut Romæ, quum de colonis mittendis*] Pall. tres, et Camp. ed. *ut Romæ quoque, quum de colonis mitt. Luceriam senatus consuleretur.* Gebh. Thuan. tres Pall. Voss. Helm. Campanus *ut Romæ quoque, quum de colonis.* J. F. Gron. Eamdem voculam admittunt ex meis Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. omnes insuper, quos Hearne Oxonii consulit. Videtur intercidisse in aliis ob similitudinem sequentis.

Consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent] *Consul., multi sen. delendam* Lov. 4. Tum *delendam urbem consulerent* Hearnii Oxon. B. cujus codicis librario adhuc obversabat vox præcedens *consuleretur*. Vide ad XXIV. 48. § 13.

§ 4 *Præter odium, quod exsecrabile in his captos esset*] Quando initio hujus libri, ut antea diximus ad c. 12. § 9. Luceria Romanis amica esset, verisimile est, fœdere, non oppugnatione, Romanorum factam: quod Livius tamen speciatim de hac urbe non meminit, de Appulis tamen non omisit a. CDXXVIII. Deinde eadem urbe Samnitium facta est, videlicet in quam Samnites Romanorum obsides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus actum, dum ad Furculas Caudinas Romani obsidebantur, etiamsi Livius ne verbo quidem meminerit. Rursus deinde Papyrius Censor cepit: sed cum ad Samnites rursus defecisset, hic secundario capitur. Ter igitur Romanorum fuit, sed bis capta. *Glar. Propter odium* Leid. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Vide ad IV. 61. § 10. Hinc vox *odium* deficit in Voss. 2. Tum *ibi bis captos* Gaertn. *in his captos* Leid. 1. et ed. Parm. *in his captis* multæ aliæ ex vett. edd. Pro *esset* deinde Froben. 1535. substituit *erat*. Sed alterum superest in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Alio ordine *quod erat exsecrabile in his captos* præfert Port. *quod erat inexsecrabile in his captos* Hav.

Longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus] *Ab religandis* Port. a m. pr. *ob religandis* a m. sec. *ob relegandis* Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Tum *et tam procul ab domo* Voss. 2. et Lov. 3. *a domo* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. in quo posteriore quinque priora vocabula desunt. Mox in verbis seqq. *in certam*, pro *inter tam* Leid. 1. et cognobunt Leid. 2.

§ 5 *Ut mitterentur colani*] De Luceria colonia deducta in Apulia lo-

Digitized by Google

quitur, de qua sic Diodorus lib. XIX. p. 711. in consulatu priore: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκρίαν, πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. *Sigon.*

Duo millia et quingenti missi] Particula copulans *et* deficit in Port. et Hav. *mille et quingenti* exhibent Lov. 2. et Hearnii Oxon. C.

Capuæ quoque occultæ principum conjurationes patefactæ] Vetus lectio *conjurationes factæ*, non *patefactæ*. Gelen. Ut indicavit Gelenius, habent omnes nostri libri, tam cusi, quam scripti, *conjurationes factæ*. Gebh. Cum Gelenio scripsimus *occultæ principum conjurationes factæ*. Nec aliter Andreas, Bechasius, Megnutini, præter scriptos nostros. Lib. XXIV. c. 5. 'Conjuratio in tyranni caput facta indicatur per calonem.' Alterum video in primo Junta. *J. F. Gron.* *Patefactæ* est in primo apud me Aldo; cujus editio Juntinam quadriennio præcessit. Sed lectio illa in nullo meorum codd. superest. Omnes enim ut et Oxoniensis Hearnii legunt *factæ*, nisi quod *pactæ* sit in Leid. 1. Lov. 4. et Gaertn. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 4. § 10. Adde ad V. 27. § 6. Supra cap. præc. 'Conjurationes circa Campaniam passim factæ.' XXXIII. 26. 'Quum conjurationem fecissent, spectaculo intentum populum adgredi statuerant.' Ceterum *principium* est in Lov. 1. et Klockian. Vide ad II. 27. § 12. *Conjurationes principum* alio ordine est in Lov. 4. In verbis præcedd. τὸ *Romanis* omittebat Hearnii Oxon. L. 1. *Esset*, pro *essent*, perperam præfert Harl.

§ 6 *Haudquaquam neglecta res est: quæstiones decretæ*] *Haud quamquam* Lov. 1. et 3. Vide ad VII. 26. § 8. Verbum substantivum deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. An, una insuper litera expuncta, tota periodus ita connectenda est? *haudquaquam neglecta re, quæstiones decretæ.* Sed et scriptorum lectio probari potest. Infra XXI. 36. 'Nunciatur, rupem inviam esse: digressus deinde ipse ad locum visendum: haud dubia res visa, quin,' &c. ubi, intercisis his periodis Livium gavisum esse, exemplis probabo. Potuit etiam τὸ *est*, quod superest in optimo Flor. Klockian. et Harl. unde nihil notatum in excerptis vidi, excidisse, vel propter vocis præced. literas finales, vel quod per compendium unica tantum litera ē scriptum esset. Vide ad II. 33. § 5. VII. 34. § 13. IX. 8. § 13. et alibi sæpe. Mox in *quæstionibus exercendis* Leid. 2. *dicendis quæstionibus* Lov. 4. a m. pr. in quo inter versus emendatur *exercendis quæstionibus.*

§ 7 *C. Menenius dictus. Is M. Foslium magistrum equitum dixit*] *C. Mænius.* Hæc plebeia gens fuit; illa patricia. *Gelen.* Hos iterum ambos factos esse, scriptum est in tabulis Capitolinis. De quibus sic Diodorus lib. XIX. p. 713. Ὁ δὲ δῆμος εὐθὺς δύναμίν τε ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα Γάϊον Μαίνιον, καὶ μετ' αὐτοῦ, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, Μάνιον Φούλβιον ἵππαρχον· τούτων δὲ τὰ πλησίον Καπύης καταστρατοπεδευσάντων, οἱ Καμπανοὶ τὰ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι. Ergo Diodorus dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non quæstionis in eos exercendæ causa ait. *Sigon.* Non Diodorus tantum, sed Fasti etiam Capit. tradunt, Mænium hoc anno dictatorem rei gerendæ caussa creatum fuisse. Volunt nempe viri docti, eosdem Fastos secuti, ante sexcennium, proximo anno post cladem ad furculas Caudinas acceptam, Mænium hunc cum eodem Foslio magistro equitum, dictatorem fuisse, sed quæstionum exercendarum caussa; hoc autem anno rei gerundæ caussa: nonnullos autem historicos, eorumque exemplo Livium, ultima illa dictatura

Digitized by Google

rei gerendæ caussa prætermissa, perperam priorem ad hunc annum transtulisse, errore, ut fit, ex historiarum similitudine nato; quia utroque anno Luceria capta memoratur: quæ ergo Livius usque ad finem hujus capitis refert, pertinere ad gesta anni, qui calamitatem Caudinam secutus est. Vide Pighium in Annal. ad ann. CDXXXIII. p. 350. et ad a. CDXXXIX. p. 359. quibus locis sententiam hanc pluribus deducit, ac confirmat. Sigonius in Fast. ad a. CDXXXIII. priorem etiam dictaturam rei gerendæ caussam in Mænium conlatam putat: quod quare minus placeat, vide ad hujus lib. c. 34. § 14. Ceterum *Menenius*, ut ante Gelenium edebatur, superest in Lov. 2. Harl. Port. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. Vide ad VIII. 13. § 1. *Memnius* in Lov. 4. *Mevius* in Voss. 2. Tum magistri equitis prænomen exsulat a Lov. 4. Deinde *Folius* legunt Voss. uterque, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. Port. et Hav. *Falius* Leid. 2. *Follius* Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. Vide hoc lib. ad c. 20. § 1.

Itaque sive timore ejus, seu conscientia, Calavios, &c. mors, &c. judicio subtraxit] Membranæ Fuldens. longe aliter: *itaque sive timor, seu conscientiæ vis Calavios O. N. q. &c. judicio subtraxit*. Modius. Pal. 1. Andreæ, Campanique edd. *itaque sive timor, seu conscientiæ vis*. Pal. 1. *itaque sive timor seu conscientiæ vi*. Pal. 3. *Ingens erat magistratus ejus. Terror itaque sive timor seu conscientiæ vix*. Sed non bella stat structura, nisi legas *itaque sive timor seu conscientiæ vi, &c. mors, haud dubie ab ipsis conscita, judicio subtraxit*. Ad quam non attendit Modius. *Gebhard*. [Vid. notam Gronovii in Lectt. Varr.] Quæ hodie prostat lectio, demum obvia fuit in Frobeniana ed. 1535. Una voce transposita, *sive timore seu conscientia ejus* præferunt Flor. Harl. et ed. Mediol. 1480. eamque secutæ aliæ multæ. *Sive timore, seu conscientiæ vi* Hav. et ed. Mediol. 1505. cum pluribus aliis usque ad Froben. *sive timor seu conscientiæ vis*, præter Voss. a Gronovio laudatos, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Klockian. Neapol. Latinii, Hearnii Oxon. N. C. L. 2. et B. atque edd. Rom. 1472. ac Parm. Neque inde dissentiunt Lov. 4. et fragm. Hav. nisi quod legant *sive timor, sive conscientiæ vis*. Forte crediderunt scribæ eorum codd. post *sive*, non *seu*, sed eamdem particulam repetendam esse. At perperam. Vide ad X. 14. § 9. Nisi aliud obstaret, vulgatum defendi posset simili loco Livii VI. 1. 'Cui judicio eum mors, adeo oportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit.' Sed consensus codd. docet, minima mutatione *τῷ mors* in *morte* mutato, Gronovii conjecturam veram esse. Longior ambitus orationis librariis errandi caussa fuit, eosque induxit, ut *mors* pro *morte* substituerent; quod ut cum præcedentibus consistere posset, ea etiam in paucis codd. et plerisque edd. paullatim variis modis mutata sunt.

Calavios Ovium Novumque] Vet. lib. *Ovum Novumque*. Sunt autem hæc Calaviæ gentis prænomina. *Sigon.* Hæc lectio iterum primum extat in Froben. 1535. et ei fere consentit Flor. nisi quod *Calubios Obium Novumque* præferat, litera *v* in prima ac secunda voce in *b* mutata: quod in Mss. frequens est. Vide ad v. 24. § 5. *Calabios Obvium Novumque* est in Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. Klockian. Harl. et Hearnii Oxon. B. et N. quorum ultimus *Calabium* in margine exhibet. *Calabios Obviumque* Voss. 2. et Lov. 3. *Calabium Obvium Novumque* fragm. Hav. *Calabium Obvium Novumque* Lov. 2. *Calabros Obvium Novumque* Leid. 2. et Lov. 4. *Calabros Obvium Novumque* Hav. et Port. in cujus posterioris margine *Cavios Calabios* adscribitur. *Calabrum Obvium Noviumque* Gaertn. *Calanum Obvium Novi-*

Digitized by Google

unique Oxon. L. 2. apud Hearnium, qui in reliquis etiam *Obvium Novumque* invenit. Vulgatum præfero. 'Calaviorum' gens apud Campanos celebris sæpius apud Livium memoratur. Vide hoc lib. ad c. 7. § 2. Unde etiam patet, recte *Ovium* tamquam prænomen usurpari. Sigonio itaque adsentiri nequeo, ex cod. suo *Ovum Novumque* probanti. Longe enim alia fuit ratio prænominum apud reliquos Italiæ populos, quam apud Romanos. Illis enim sæpe 'Octavius,' 'Marius,' 'Decius,' 'Stenius,' 'Pacuvius,' ac similia pro prænominibus sunt, quæ Romanis nomina gentium fuerunt. Vide ad I. 23. § 4. et c. 49. § 9.

Ea capita conjurationis fuerant] *Ea enim capita* Port. Male. Addita est vocula ab illis, qui orationem ceteroquin male cohærere existimarunt. Vide ad X. 39. § 4. Contra vocula *ea* deficit in Lov. 3. Eam etiam sine sensus detrimento vel adesse, vel abesse posse, videbimus ad XL. 57. § 3. Quum autem constanter reliqui codd. vulgatum tueantur, nihil etiam novandum arbitror.

Haud dubie ab ipsis consciti judicio subtraxit] *Haud ab ipsis consciti*, una voce omisso, Leid. 1. *haud dubie ab ipsis conscia* Voss. 1. et Lov. 1. *haud dubie ab ipsis concita* Port. in contextu, cujus loco ad marginem altera lectio *consciti* adscripta est. 'Conciscere' in hac re sollemne verbum est. Supra III. 58. 'Appius sibi mortem consivit.' Infra XXXIX. 19. 'Non solum ne effugeret, sed ne mortis consciscendæ locum haberet.' XLV. 5. 'Renunciaret populo, Evandrum sibi ipsum mortem consivisse.' Eamdem locutionem etiam apud JCtos frequentem esse, patet ex Brisson. de Signif. Verb. ad Jus Pertin. h. voc. Deinde *auditio subtraxit* Lov. 1. *judicio subtrahit* Leid. 2.

§ 8 *Ut quæstioni Campanæ materia decesset*] Pall. duo, et Camp. ed. *ut quæstioni Campaniæ*. Gebh. Ita et Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *in quæstione Campaniæ* Lov. 2. *ut quæstioni Capuanæ* Hearnii Oxonienses N. et C. Vide ad VII. 30. § 21. *Tum materia defecit* Lov. 4. quod ex interpretis glossa natum videtur. 'Decessit materia quæstioni' dictum eodem fere modo, quo 'decessit hostibus spes,' 'mentibus pavor,' 'cura plebi,' ac similia; de quibus vide Burm. ad Quinctil. Declam. VI. 6. et quæ notantur ad IV. 52. § 8.

Versa Romam interpretando res] Pal. 2. *versa est Romam interpr. res.* Gebh. Ita et Hav. Sed insuper *versa est Romam interpr. reos* Gaertn. *versa Romam interpr. reos* Port. in quo a m. altera interpolabatur *versaque Romam.* Voces *res* et *reus* in Mss. sæpe commutari solent. Vide ad XLV. 37. § 8.

Sed in universum, qui usquam coissent conjurassentque adversus Romanum populum] Pro certo habeo legendum esse *adversus rempublicam:* nam subdit 'coitiones honorum adipiscendorum causa factas adversus rempublicam esse.' Et hæc est trita loquendi forma. Error ex notis ortus *R. P.* Sigonius. Præclare Sigonius *adversus rempublicam* legendum esse, felicis ingenii sagacitate adsecutus est, docens errorem ex notis *R. P.* natum esse. Sane etiamnum *adversus RM. P.* legitur in Flor. et Klockian. *adversus remp.* vel *adversus rempublicam* in Voss. 1. Leid. utroque, et Lov. 1. 2. 3. et 4. Id, quod ante Sigonium vulgo edebatur, tantum superest in Harl. et Gaertn. Sed transpositis vocibus *adversus populum Romanum* in Voss. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. quasi compositio altera *Romanum populum* Liviana non esset. Verum de ea vide ad X. 16. § 6. Sæpissime 'respublica' in Mss. culpa librariorum in 'populus Romanus' abiit. Vide ad II. 48. § 9. IV. 48. § 13. ad X. 29. § 5. XXI. 62. § 10. XXVI. 35. § 5. XXVIII. 28. § 11. c. 42. § 15. XXXVII. 50. § 6. XXXVIII. 58. § 6. XXXIX. 16. § 3. Epit. l. XL. l. XLII. c.

Digitized by Google

38. § 8. XLV. 28. § 9. Adde Gronov. Obs. IV. 14. p. 228. Grævium ad Cic. Orat. Agrar. III. 4. Torren. ad Valer. Max. II. 2. ex. 9. cap. 9. ex. 6. et Cortium ad Sallust. Catil. cap. 31. Contrario errore 'populus Romanus' abiit in 'respublica.' Vide ad XXII. 37. § 12. Ex eodem fonte ortum est, quod in sollemni formula 'respublica populi Romani,' quæ scripta est quatuor his literis *R. P. P. R.* duæ posteriores, quibus indicabantur voces *populi Romani*, omissæ fuerint. Vide ad VIII. 9. § 8. Præterea *sed in universos* Lov. 2. *sed universos* Lov. 4. Verum *in universum* hic est 'in genere,' 'generatim.' Deinde *qui usque coissent* Port. quomodo et alibi scribæ lapsi sunt. Vide ad v. 45. § 1. Eodem errore *que* et *quam* sæpe in Mss. confundi, vidimus ad v. 22. § 2. *Qui coissent*, omissa media voce, Hav. Ea tamen hic necessaria est. Opponuntur enim 'nominatim Capuæ' et 'in universum usquam.' Tum *conjurassentque* Leid. 2. Vide ad XXIV. 10. § 2.

§ 9 *Et coitiones, honorum adipiscendorum causa factas, adversus rempublicam esse*] Pal. 2. habet, ut voluit Sigonius, *et coitiones* (hic superscriptum *conjurationes*) *honorum adipiscendorum factas adversus rempublicam esse.* Neque secus primæ edd. At Pal. 1. *adversus remp. opulii esse.* Gebh. *Adversus rempublicam* non hoc loco Sigonius restituit, sed verbis præcedd. ut scholio ejus præscripta verba indicant. Neque etiam ita hic restituendi occasio ipsi subpetebat, quia eodem modo constanter exhibent omnes editi. Ex cedd. autem pauci tantum in diversa abeunt. Gebhardi Pal. 1. consentiunt Voss. 2. et Lov. 3. *adversus populum Romanum esse* eodem errore illi, quem modo emendabat Sigonius, præferunt Hearnii Oxonienses N. et C. Insuper vocula prima *et* deficiebat in fragm. Hav. a m. pr. Tum *coniones* Port. a m. pr. et Lov. 2. Vide ad IV. 13. § 9. et hoc cap. ad § 14. *Conjurationes* Harl. Male. Dictator quidem se quærere jussum contendebat qui 'coissent' vel 'conjurassent' adversus rempublicam; at factiones candidatorum non 'conjuratione,' sed 'coitione' adversus Remp. facta, comprehendi poterant.

Latioque et re et personis quæstio fieri] Pal. 1. *lacrioque et re et personis.* Forte *alacriorque, vel acriorque et re et personis quæstio fieri.* Gebh. Omnes mei in vulgatam lectionem conspirant. Eam etiam genuinam, ac nulla mutatione opus esse, evincunt sequentia *sine fine ulla.*

Sine fine ulla quæstionis suæ jus esse] *Sine fine ullo* Lov. 2. 4. et Neapol. Latinii. Male. Optimi enim et numero plures in vulgatum consentiunt. Et solet etiam Livius vocem *finis* genere sequiori usurpare. Vide ad IV. 2. § 4. Insuper vox *suæ* deficit in Lov. 4. Tum *uis*, pro *ius*, fragm. Hav. Vide ad III. 38. § 13.

§ 10 *Adpellantibus tribunos nemo erat auxilio*] Veteres omnes editi et scripti *adpellantibusque tribunos.* J. F. Gron. Copulans particula, quam etiam omnes mei tuentur, primum neglecta est in ed. Francof. 1578. *Adpellantibusque tribunis* perperam est in Harl. 'Adpellare tribunos' est eorum auxilium implorare. Supra II. 55. 'Velero adpellat tribunos.' VIII. 33. 'Tribunos plebis adpello, et provoco ad populum.' XLIII. 16. 'Adpellati a privato tribuni.' Fontem erroris vide ad VI. 3. § 8. Et quidem tanto facilius hic lapsi sunt librarii, quod eorum tempore potius dicebatur 'adpellare ad tribunos,' quam 'adpellare tribunos.'

§ 11 *Nec ii modo, in quos crimen intendebatur, sed universi simul*] *Nec hi*, vel *nec hii*, Flor. Voss. duo, Leid. duo, Lov. 4. Gaertn. Port. Hav. et fragm. Hav. *nec modo*, media voce omissa, Harl. et edd. Aldo priores. Deinde *sed universe* Voss. 2. *sed universos* Lov. 3. Mox alio ordine *id esse crimen* Lov. 4. et Harl. *id crimen*

Digitized by Google

esse omne Hav. Tum vox *quibus* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3, 4. et Gaertn.

§ 12 *Res magis, quam quæstores idoneos ejus criminis esse*] Vet. lib. *quæsitores:* ut Virgil. Æn. VI. 432. 'Quæsitor Minos urnam movet.' *Sigon.* Ita non tantum omnes codd. mei, et Oxonienses Hearnii, verum non aliter etiam inveni in Parm. ed. Cic. in Verr. I. 10. 'Duo igitur consules ex quæsitor erunt ex illius voluntate:' ad quem locum Ascon. *quæsitor* exponit: 'prætor de pecuniis repetundis quæstionem exercens. Nam proprie quæsitores dicuntur criminalium quæstionum:' et Servius ad l. Virg. laud. 'Quæsitores sunt, qui exercendis quæstionibus præsunt.'

Intellecturosque ita esse, simul magistratu abiissent] Libri omnes iterum, *intellecturos ita id esse.* Gebh. *Intellecturosque ita esse* primus ediderat Gruter. omissa vocula *id*, quam non modo omnes priores exeusi, sed etiam manu descripti, constanter servant. Contra, conjunctione exulante, *intellecturos id ita esse* præferunt Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Sed recte Gronovius priorum edd. lectionem *intellecturosque id ita esse* revocavit, quam firmant Flor. Leid. 1. Lov. 2. Klockian. et Harl. Tum *si simul magistratu* Port. et Hav. *simul ac magistratu* Lov. 4. Male. Vide ad VI. 1. § 6. *Simul magistru*, ultima syllaba posterioris vocis neglecta, Klockian. Denique *abiissent* Voss. 2. Lov. 4. Port. Gaertn. et Hav. Vide ad II. 4. § 2.

§ 13 *Tum enimvero Manius, &c. progressus in concionem*] Vox *enim* deficit in Leid. 1. Harl. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses L. 1. et 2. sequens autem *vero* in Voss. 2. et Lov. 3. cujus loco *non* præfert Gaertn. Male. Vide ad II. 22. § 6. et Duker. ad I. 52. § 8. Hinc *Mancinus* Lov. 2. et Port. a m. sec. *Mencius* Harl. *Mannius* Lov. 4. *Manius* Gaertn. Vide hoc cap. ad § 7. Tum *progressum* Hav. Vide ad IX. 10. § 7. Deinde *in concione* Flor. Leid. uterque, Lov. 1. Port. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum ita jungenda forent verba 'in concione ita verba fecit.' Sed vulgatum servo. 'Pregredi in concionem,' ut 'progredi in aciem,' 'in prælium,' et similia passim. Litera *m* finalis, quæ virgula notari solet, sæpissime a librariis vel omitti, vel perperam addi solet. Mox *ita fecit verba* Harl.

§ 14 *Etsi omnes antecesta vitæ vos conscios habeo*] Legendum *Et omnes.* Gelen. Unus tantum Harl. priscam ante Gelenium lectionem servat; reliqui *Et omnes* præferunt, nisi quod vocula *Et* desit in Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 44. § 4. Tum *antecesta via* Leid. 1. Hinc *consocios habeo* Hav. *consocios abeo* Klockian. Vide ad XXII. 59. § 19. Mox *et hic ipsi delatus honos ad me* Leid. 1. *et hic et ipse honos delatus ad me* Leid. 2.

Quod sæpe alias, quia tempora postulabant reipublicæ] Pal. 2. *tempora post. P. C. Q. F.* Gebh. Ita et Port. et Hav. *tempora postul. Romanum dictatorem* Lov. 2. *tempora postul. reipublicæ C. Q. Fabius* Gaertn. Forte ad verba seqq. *qui bello clarissimus esset*, in margine adnotatum est, intelligi Q. Fabium; idque perperam contextum postea invasit. Vocem *reipublicæ* non agnoscit Hearnii Oxoniensis C. Præterea *quod sæpe alioque ita tempora* Klockian. *Quia* et *quæ sæpe* in Mss. confundi, dictum est ad V. 29. § 2.

Qui bello clarissimus esset, sed qui maxime procul ab his comitionibus] Legendum *procul ab his coitionibus*, non *concionibus.* Gelen. Consentiunt Gelenio Flor. Klockian. Voss. uterque, Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Port. a m. sec. et fragm. Hav. *conditionibus* præfert Leid. 1. reliqui *concionibus.* Vide paullo ante ad § 9. Insuper *bello proximus erat* Port. et Hav. Tum *vos maxime* decerat in Leid. 2. Mox

Digitized by Google

delegendus Port. *diligendus* Klockius. Hav. et fragm. Hav. Vide ad IX. 17. § 15.

§ 15 *Quoniam quidam nobiles homines*] *Quidem* Leid. 2. Lov. 1. Flor. et Hav. Vide ad XXXIX. 17. § 5.

Qua de caussa vos existimare, quam me pro magistratu quidquam incompertum dicere] *Quam de caussa* Port. cujus margini *quam hac de caussa* adscriptum est. Tum *nos existimare* Voss. 1. et Gaertn. Deinde *qua me pro me mag.* Flor. Ultima litera *τοῦ quam* intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Forte autem librarius scribere voluit *quam me pro meo magistratu.* Sed reliqui omnes in vulgatum conspirant. Supra hoc lib. c. 7. 'Consules in privato abditi nihil pro magistratu agere.' VI. 38. 'Si M. Furius pro dictatore quid egisset.' Insuper *incompatum*, sive *incomperatum*, Port. Vide ad XXXIX. 29. § 5. et hoc ipso cap. § 22. Mox in verbis seqq. *omni ope*, sive *opere*, Lov. 2. et Gaertn. Vide ad VIII. 16. § 4.

§ 16 *Dein, postquam ad id parum potentes erant*] Ita primus edidit Frob. 1535. eamque lectionem servant Flor. et Leid. 1. Priores editi cum reliquis, quos consului, codd. legunt *deinde*. Vide ad III. 3. § 6.

§ 17 *Adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent, visa*] Luxatus locus in Pal. 1. ac 3. quorum scripturam adnotare supersedeo. Pal. 2. *omnia tutiora, quam innoc. suam purgare, visa sunt.* Gebh. *Tuitiora* Leid. 1. Deinde *quam innoc. suam purgarent* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Voculam *ut* uncinulis incluxit etiam Klockius in contextu editionis, cujus margini variantes codicis sui lectiones adscripserat, sive indicans eam in cod. deesse, sive conjectura ductus eamdem delendam esse. *Quam innoc. suam purgarunt* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *quam innoc. suam pugnare* Hav. Deinde *visa sunt*, addita voce, Hearnii Oxon. B. ut et Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. in quo eædem voces a m. pr. deerant.

In nos irruerunt, et privatis dictatorem poscere reum, verecundiæ non fuit] Pro *visa in nos*, transpositis syllabis, in *Sabinos* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. sed sine sensu. Deinde *in nos eruendo* Voss. 1. et Lov. 1. unde *in nos eruendo* factum est in Leid. 2. qui insuper præfert *verecundiæ non ut fuit.*

§ 18 *Ut omnes Dii hominesque sciant, ab illis, etiam quæ non possint, tentari*] *Ut omnes, Dii homines, sciant* Flor. quæ lectio defendi posset ex illis quæ notantur ad XXIV. 16. § 9. Hic tamen vix uni mutanti fidem habere audeo. Supra III. 17. 'Consules, tribunos, Deos hominesque omnes armatos opem ferre decuit?' VII. 5. 'Ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti opem latam, quam ejus inimicis, malle.' Vide Duker. ad Flori II. 6. § 43. Tum *ab ipsis* Leid. 2. Vide ad XXI. 41. § 17. Deinde *quæ non possunt* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Quæ non possit* Lov. 3. Mox *vitæ* perperam deest in Leid. 2. Cic. Divin. in Cæcil. c. 9. 'Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere.'

Me obviam ire crimini, et offerre me inimicis reum, dictatura me abdico] *Tὸ ire* deficit in Leid. 2. Provomen *me* ultimo loco in Harl. et edd. ante Aldum. Infra h. lib. c. 34. 'Ut privatus obviam iret crimini, dictatura se abdicavit.'

§ 19 *In me primum et hunc M. Fœlium*] *Et in hunc*, iterata præpositione, Lov. 2. quod quidem Livio frequens esse, dictum est ad VI. 28. § 6. hic tamen unius codicis fide admittere, temerarium puto. Deinde *M. Folium* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et, teste Hearnio, Oxon. N. L. 1. B. et C. *M. Follium* Lov. 4. Harl. fragm.

Digitized by Google

Hav. et Hearnii L. 2. Vide hoc cap. ad § 7. Eadem varietas et mox obcurrit § seq. Paullo ante *senatu negotium fuit*, pro *ab senatu neg. fuerit*, Gaertn. Vide ad XL. 14. § 10. *Ab senatu datum negotium fuerit*, alio ordine vocabulorum, Port. et Hav.

Tutos a criminibus istis esse] Vet. lib. *criminationibus*. Sigon. Pall. tres, et Camp. ed. *tutos a criminationibus istis esse*: quod prodit quoque de suo Sigonius. *Gebh.* Codd. quos Sigonius et Gebhardus memorarunt, consentiunt Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et N. Unus tantum ab altera lectione stat Flor. Certe ex eo nihil notari video. Illam autem lectionem si præferendam judicas, exempla locutionis videbis ad VI. 15. § 7.

§ 20 *Abdicat inde se dictatura*] Pal. 2. *Abdicat se deinde dict.* Gebh. Ita et Hav. *Abdicat se deinde dictator* Port. *Abdicat deinde se dictator* Oxon. B. apud Hearnium. *Abdicat se inde dictatura* Harl. et editi ante Aldum. Mox *magister equitum*, pro *magisterio*, Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

Iis enim ab senatu mandata res est] Vet. lib. *erat*. Sigon. Pal. 2. *his enim ab senatu res mandata erat*. Gebh. Cum Pal. 2. faciunt Port. et Hav. *res mandata est* etiam Voss. 1. et Leid. 2.

Adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur] Pall. 1. ac 3. exhibent *obsolvuntur*, et mox *obsolutusque*. Gebh. *Obsolvuntur* etiam Flor. Leid. 1. et Lov. 1. et § seq. *obsolutusque est* Lov. 3. quod erroribus librariis adscribo, qui sæpius *ab* et *ob* in verbis compositis commutarunt inter se. Vide ad II. 37. § 9. Tum *adversus testimonia nobilium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 21 *Publilius etiam Philo*] *Publius etiam Philo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. *Publius Philo* Port. *P. etiam Philo* Gaertn. et Oxon. C. *P. Philo* Hav. et Oxon. B. Vide ad VIII. 12. § 4.

Post res toi domi belloque gestas] Supra ad I. 34. § 12. ubi eadem locutio in vulgatis erat, vidimus, Gebhardum et Gronovium *belli domique* legendum censuisse. An itaque hic quoque ad eamdem normam legendum est *domi bellique*? Certe ita est in Port. Hav. et fragm. Hav. *gestas* deficit in Harl. et mox *invisus* in Leid. 1. Transpositis etiam dictionibus *dixit caussam* præferunt Harl. et edd. Frobeniana 1535. priores.

§ 22 *Quam dum recens erat, quæstio per clara nomina reorum viguit*] *Per electa nomina* exstat in Pal. 2. In Pall. 1. ac 3. *Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat quæstio: præclara nomina reorum ingruit*. Gebh. *Cum recens est quæstio* Port. Vide ad I. 40. § 7. *Dum recens quæstio erat* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *preclara nomina virorum viguit* Leid. 2. *preclara nomina reorum ingruit* Lov. 3. *per clara nomina virorum viguit* Leid. 1. *per clara nomina rerum viguit* fragm. Hav. a m. pr. *per clara nomina reorum ingruit* Voss. 2. *per electa nomina reorum viguit* Port.

Donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat] *Donec concionibus factionibusque* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *donec ab concionibus factionibusque* Hav. Hearnii Oxon. B. et Port. a m. pr. in quo postea *ab coitionibus* emendatum est. Solent 'coitio' et 'concio' commutari. Vide ad IV. 13. § 9. *Donec concionibus factionibus*, omissa particula *que*, Lov. 3. *donec factionibus conjurationibusque* Harl. *donec factionibus coitionibusque* edd. ante Frobenianam 1535. Deinde *compta erat*, sive *comperta erat*, Voss. 1. Lov. 2. et Port. Vide ad hi. cap. § 15.

Digitized by Google

vid. Harl. et fragm. Hav. *excrcere dilatione belli vires suas videbatur* Voss. 2. et Port. a m. sec. Paullo ante *ducibus* non comparet in Leid. 2.

§ 7 *Itaque in aciem procedunt*] Pal. 2. *in aciem prodeunt.* Gebh. Ita et Port. et Hav. Male. Supra IV. 32. 'Quum Etrusci pleni animorum in aciem processissent.' VIII. 9. 'Instructis ordinibus processere in aciem.' XXI. 55. 'Arma capit, atque in aciem procedit:' ubi, verba hæc commutare scribas solitos fuisse, dictum est. Insuper *ita in aciem* Voss. 1. Leid. 2. Port. a m. pr. et Hav. De hoc errore dicam ad XXI. 53. § 7.

Equitibus in cornua divisis] *In cornu* Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Tum *dimissis* Hav. Nihil muto. Vide quæ notantur ad XXVIII. 2. § 16.

Intentiores esse ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quum ad prælium starent] Incorrupta lectio *intentiores ad resp. castr., ne qua eo vis fieret, quam ad præl., star.* Gelen. Lectionem Gelenii probant Flor. et Voss. 1. Reliqui omnes codd. ignorant etiam verbum *esse*, sed *cum*, sive, ut est in Gaertn. *quom*, servant. Eadem lectio superest etiam in edd. Rom. 1472. ac Parm. Præterea *ne qua vis fieret*, media voce omissa, Harl. et Port. Sed in posteriori margine emendatur *ne qua vis eo fieret*, quomodo etiam inveni in Lov. 4. *ne qua ejus vis fieret* legit Lov. 2. *ne qua ea vis fieret* Leid. 1. Nihil muta. *Eo* est 'in eum locum,' 'in castra.'

Aciem peditum tutam fore] Incorrupta lectio *aciem pediti tutam fore.* Gelen. *Pediti* Gelenius, cum haberetur *peditum.* Romæ tamen Andreas quoque dedit *pediti*, sed mox mutatum est. Nempe hæret in ea voce scrupulus. Scribo *aciem pedite tutam fore.* Pedes ipse solus per se satis tutam præstabit aciem ex sese constantem. Lib. XXII. c. 46. 'Media acie peditibus firmata.' Et sic postea accepi Helmstadiensibus in membranis legi. *J. F. Gron. Pedite* sibi quoque, ut alia non pauca, in mentem venisse, nondum visa Gronovii nota, jactat Doujatius. Addit deinde, sensum non deteriorem fore, si legeretur, quemadmodum Bocharius aliique ediderunt, *quum ad prælium starent, aciem peditum tutam fore*, id est, dummodo consisterent; melius autem forte, *dum ad prælium starent.* Verum ita etiam cum iisdem edd. in præcedentibus recipiendum foret τὸ *esse*, sine quo vix sensus constare potest; quod tamen neque in ullo scripto, neque in antiquissimis edd. reperiri dictum est. Quo minus autem lectio Doujatio probata placere possit, accedit nunc insuper, *peditum* quoque neque in iisdem edd. antiquis extare, neque in ullo meorum codd. nisi in uno suspecto fidei Harl. reliquos omnes *pediti* servare. Vel itaque ea lectio cum Gelenio servanda, vel minima mutatione *pedite* cum Gronovio legendum est.

§ 8 *Consules Sulpicius in dextro, Patelius in lævo cornu consistunt*] Chifl. uterque Voss. Busl. *Consulum Sulpicius in dextro*, non *Consules.* J. F. Gron. Non minus rectum est *Consules*, et forsitan vel ideo præferendum, quia ignotior scribis ea syntaxis. Lib. XXIV. c. 20. 'Consules, Marcellus Nolam rediit, Fabius ad populandos agros processit.' XXIX. 3. 'Jam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione hostem infestissimum.' XXX. 27. 'Prætores, M. Sextius Galliam est sortitus, C. Livius Bruttios.' Vide Sanctii Minerv. IV. 8. et ibi Perizon. *Duk. Consul Sulpicius* Hearnii Oxon. I. 2. qui *Consulum Sulpicius* se in N. reperisse testatur; et ita ex meis, præter utrumque Voss. Gronovio memoratum, servant Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Similiter et Aldus in contextu edidit; inter errata tamen postea *Consules* revocavit.

Digitized by Google

Infra XLIII. 15. 'Consulum Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.' XLIV. 17. 'Consulum Æmilio Macedonia, Licinio Italia evenit.' Error ortus est ex compendiaria scribendi ratione Coss. Vide ad X. 10. § 2. Præterea *in dextro cornu* Leid. 2. Sed sufficit semel legi vocem *cornu*.

Aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumvenirentur] Alia lectio nihilo deterior *ne ipsi circumirentur*. Gelen. *Ad circumdandos hostes* Harl. *ad circumveniendos hostes* Port. et Hav. *ad circuendos hostes* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad X. 35. § 8. Deinde *ipsi circüerentur* Port. et Hav. *ipsi circumirentur* Leid. 2. et Lov. 1. *ipsi circumeuntum* Lov. 3. *ipso circumvenirentur* Harl. et Gaertn. Reliqui Gelenio favent. Solent verba 'circumvenire' et 'circumire' in Mss. confundi. Vide ad XXXI. 21. § 13. Paullo ante *qua Samnites*, omissa media voce, Lov. 2. Port. et Hav.

§ 9 *Ad longioris pugnæ casus reservabantur*] *Ad longiores pugnæ casus* perperam Voss. duo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. Similiter errant edd. Mediol. 1495. et Ven. 1498. Tum *reservabuntur* Flor. Mox *in primam aciem extemplo misit* Lov. 4. Sed vide ad l. XXVIII. c. 14. § 11.

§ 10 *Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit*] Incerta est distinctio in genitivo *Samnitium*. Nam et ad *acie*, et ad *eques* refertur: de utrisque enim loquitur: quale propemodum illud Virgilii Æn. I. 130. 'Nec latuere doli fratrem Junonis et iræ.' *Glar. Samnitium* refer ad præcedens *acie;* ad sequens autem *eques* subintelligendum est 'eorumdem Samnitium.' Vide hoc lib. ad cap. 22. § 8. Ceterum *Comta pedestri acie* Lov. 3. Sed literæ *mo* in prima voce interceptæ sunt a præcedentibus *eo*. Tum *succendit* Leid. 1. eodem errore, quo etiam 'incedere' et 'incendere' commutari solent, ut et alia. Vide ad VIII. 20. § 5.

Romanus equitatus concitat equos] *Concitatos equos* Port. et Gaertn. *concita equo* Leid. 1. *concito equo* Lov. 3. *concitato equo* Voss. 2. Lov. 4. Harl. et fragm. Hav. *concitat equo* Flor. a m. pr. et Lov. 2. Paullo ante *intra duas acies*, pro *inter*, Voss. 2. Vide ad v. 27. § 2.

Donec universam ab ea parte avertit aciem] Præpositionem *ab* excludunt Voss. 2. et Lov. 3. quam etiam, si plures idem vellent, haud requirerem. Non enim jungendum 'avertit ab ea parte,' sed 'universa acies ea parte,' id est omnes non modo pedites, sed et equites Samnitium, qui ea parte, sinistro Romanorum cornu obposita, pugnabant. Deinde *evertit aciem* Klockian. *advertit aciem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. quomodo sæpe variant scripti. Vide ad I. 12. § 10. *Pervertit aciem* Harl. Nihil mutandum. 'Avertitur hostis,' quum terga vertit, ac fugam capere incipit: quod vel ita simpliciter effertur, vel etiam 'averti in fugam.' Vide ad I. 37. § 3. Omnium horum vocabulorum loco in Hav. sola erat vox *acie*.

§ 11 *Avectus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem, ab sinistra parte prius exortum*] Ms. Fuld. *erectus ab suis*. Modius. Membrana Fuld. Modio consulti *evectus*. Pal. 2. *advectus*. Gebh. Meorum nullus Fuldensi consentit. Sed *adventus* est in fragm. Hav. a m. pr. *advectus* in Voss. 2. Harl. Port. et Hav. Utramque, *avectus* et *advectus*, ferri potest. Quum vero et plures et optimi *avectus* legant, illud alteri præfero. Alibi ita variare codd. vidimus hoc lib. ad cap. 4. § 1. Tum *a suis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 4. et Gaertn. Hinc *conferentibus manus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sæpe hæc verba commutari solent. Vide ad XXII. 28. § 10. Utraque autem locutio 'conserere'

Digitized by Google

et 'conferre manus' Livio et aliis usurpatur. Vide ad VI. 42. § 5. *Conserentibus manum* Lov. 4. Vide ad eumdem Livii locum. Verum et hic vulgato, plurium atque optimorum codd. auctoritate firmato, adhæreo. Præterea *a sinistra parte* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *in sinistra parte* Harl.

§ 12 *Cum ad suum cornu tenderet*] *Dum tenderet* Lov. Male. Vide ad I. 40. § 7. Mox *dissimilem sibi*, pro *ibi*, Gaertn. Vide ad I. 54. § 4.

Signa in perculsos inferentem] *In pulsos* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Sed *pulsos* modo præcessit. Præterea *ferentem* Lov. 4. Vide ad II. 59. § 2. Paulio ante *Romanos locos pulsos*, pro *loco*, Port. a m. pr. De origine erroris vide ad VI. 3. § 8.

§ 13 *Cetorum omnia mutavit repente consulis adventus*] *Quorum repente omnia mut.* Harl. *Quæ omnia mutavit repente* Hearnii Oxon. C. *Ceterum omnia repente mutavit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Mox *et in conspectu ducis*, addita præpositione, Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. *et conspectus ducis* Lov. 3.

Et majus quam pro numero auxilium advenerat, fortes viri] Pall. duo *aux. venerat*. Campan. *advenerant*. Gebh. Flor. *advenerunt*. Et placet ita interpunctum, *et, majus quam pro numero aux., advenerant fortes viri*. Nam τὸ *majus quam pro numero auxilium* sunt titulus et ἐπεξήγησις τῶν *fortes viri*. J. F. Gron. *Venerant* etiam fragm. Hav. *advenerant* itaque simul cum interpunctione Gronovii in contextum recepi. *Et manus* perperam est in Lov. 2. Tum *venerant, fortes viri* Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. et Gaertn. *advenerat quod fortes viri* Port. et Hav. *advenerat quod forte viri* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *advenerat mille fortes viri* editi ante Aldum.

Et partis alterius victoria audita, mox visa etiam, prælium restituit] *Alterius partis* fragm. Hav. Vocula *et* deficit in Lov. 4. τὸ *etiam* in fragm. Hav. cujus loco *et q̃* præfert Lov. 2. Deinde *restituunt* Lov. 4. quasi *victoria audita, mox visa* forent ablativi, ut vocantur, absoluti. Verum ita *restituunt* referendum foret ad proximum 'fortes viri.' At illi, qui cum consule advenerant, alterius partis victoriam, cujus ipsi auctores exstiterant, audivisse primo, et mox vidisse dici nequeunt. Vulgatum itaque verum est.

§ 14 *Tota deinde jam vincere acie Romanus, et, omisso certamine*] *Tota jam deinde* Hav. Tum *vincere Romanos* Harl. et Port. a m. sec. Insuper *comisso certamine* Harl.

Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt] *Fugerunt* Lov. 2. *pereffugerunt* Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. cujus librarius *effugerunt* a m. sec. emendavit: *pereffugĕ*, sive *pereffugere*, Gaertn. Hac ratione scribæ, quum duplicem lectionem, *perfugerunt* et *effugerunt*, in Mss. reperissent, utramque jungere voluerunt. Vide ad III. 44. § 4. De constructione 'urbi Beneventum nomen est' vide ad I. 1. § 5.

Ad triginta millia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriæ est] *At triginta millia* Hav. Vide ad VI. 24. § 8. Sed præpositio *Ad* exsulat ab Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad X. 46. § 6. Deinde *proditum est memoria* Harl. *proditum memoriæ est* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. et fragm. Hav. Verum optimi tuentur vulgatum. Vide ad III. 54. § 12.

CAP. XXVIII. § 1 *Protinus inde ad Bovianum obpugnandum*] Vocabulum *inde* excluditur a Voss. 2. Præterea *ad Rŏmā*, sive *ad Romanum*, Gaertn.

§ 2 *L. Papirio Cursore, C. Junio Bubulco iterum*] Quidam post *Cursore* adjecere *V.* Sed Livius duobus in locis dubitat de Cursoris cognomine, annis CDXXVIII. (lib. VIII. c. 23.) et CDXXXV. (l. IX. c. 15.) Tertio omisit ejus nomen a. CDXL. (l. IX. c. 22.) Nos tamen in Chronologia nostra,

Digitized by Google

Cassiodorum secuti, *quintum* posuimus. *Glar.* Nota quinti consulatus deest etiam in Voss. 2. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. et editis Aldo prioribus. Reliqui codd. (exceptis Leid. 1. et Hav. qui legunt *equitum*) cum edd. Aldina et eam secutis plerisque constanter servant. Vide ad VIII. 23. § 17. Deinde *et C. Junio* Port. Vide ad II. 17. § 1. *M. Junio* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. Tandem *Bubulo* Voss. 1. *Bubulco* Leid. 1. *Bubulo* Leid. 2. et Lov. 1.

C. Poetelius cum M. Foslio magistro equitum] *Potelius* Flor. *Petilius* Port. Hav. et fragm. Hav. *Petellius* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. et Gaertn. qualis etiam varietas ter supra cap. præc. in Mss. reperitur, et hoc cap. Vide ad III. 35. § 11. Deinde *cum M. Folio* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 2. 3. Portug. Gaertn. Hav. Flor. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. et L. 2. *cum M. Follio* invenit, quomodo etiam præferunt fragm. Hav. et Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 20. § 1. Ceterum pro M. Foslio magister equitum in Fastis Capitolinis hoc anno memoratur M. POETELIVS. M. F. M. N. LIBO.

§ 3 *Is quum audisset, arcem Fregellanam ab Samnitibus captam*] Q. Fabium dictatorem bis consulem ad arcem Fregellanam rem gessisse, non C. Pœtelium, scribit Diodorus. De C. tamen Pœtelio auctores sunt scriptores Capitolini. Diodorus sic lib. XIX. p. 726. Τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κόϊντος Φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, τὴν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἶλε, καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἀντιφανεστάτους ἐξέγρησε. *Sigon.* Fregellas a Samnitibus captas fuisse, scribit c. 12. hic arcem ab iisdem captam. Videntur ergo Romani medio tempore urbem recepisse, quod præteriit, ut sæpe de aliis urbibus solet, Livius. Vide Sigon. ad c. 2. et c. 12. et Gronov. ad c. 20. In ea re tamen Livium non plane excusari posse, putat Perizon. Animadv. Histor. cap. 4. *Duk.* Vocula *Is* deficit in Flor. Tum *audisset arcem Fregella* legit Leid. 1. *audisset arcem Fregellam* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *audissent Fregellanam arcem* Hav. *audisset Fregellanam arcem* Voss. 1. et Port. *Fregellanam arcem audisset* Leid. 2. et Lov. 1. Hinc *a Samnitibus* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *ex Samnitibus* Lov. 3. Mox *Fregellam*, pro *Fregellas*, Lov. 2. et 4.

Unde, post nocturnam Samnitium fugam sine certamine receptis Fregellis] Libri nostri concordi scriptura, *unde, nocturna Samn. fuga.* Gebh. Ab Aldo est. Scripti omnes et Andreas, Bec. Asc. Mog. *unde, nocturna Samn. fuga receptis.* Quod minime mutandum fuit. Cæsar Gall. I. 47. 'Propter linguæ Gallicæ scientiam, qua multa jam Ariovistus, longinqua consuetudine, utebatur.' II. 1. 'Qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.' III. 21. 'Ubi diligentia nostrorum, nihil his robur profici posse intellexerunt.' V. 42. 'Hæ celeriter ignem comprehenderunt, et venti magnitudine in omnem castrorum locum distulerunt:' quasi intelligeretur 'interveniente.' *J. F. Gron. Unde, Samnitium nocturna fuga* Voss. 2. *unde, nocturnam Samnitium fugam* fragm. Hav. a m. pr. Reliqui scripti omnesque editi ante Aldum Gronovio *nocturna Samnitium fuga* revocanti consentiunt. Etiam Oxonienses suos consonare, auctor est Hearnius. De hoc usu casus sexti vide eumdem Gronov. Obs. I. IV. c. 16. p. 271.

§ 4 *Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes contulerant*] In Mss. est *et Nolana agrestes*; videlicet 'multitudo.' *Gelen.* Architectus hujus lectionis *et Nolana agrestis* exstitit Gelenius, quæ meo judicio duriuscula est. Itaque Livio dignior

Digitized by Google

comprobata auctoritate librorum Mss. certe trium Pall. vetustissimarumque edd. *et Nolani agrestes*. Manavit autem inde, quod initio scriptum erat *ἀρχαῖως agrestris*. Gebh. *Et Nolana agrestris* ab Gelenio est. Nos reduximus omnium veterum a nobis viserum scripturam, *et Nolani agrestes*. Est enim variatio talis, qualem defendimus a Sigonio III. 17. 'Ne Sabini, ne Veiens hostis.' *J. F. Gron. Nolani agrestis* præferunt etiam omnes mei, nisi quod *Nolani agrestes* sit in Leid. 1. et, si excerptis fidem habere possum, *Nolana agrestis* in Flor. Sed Gronovio adsentiri malo, quia passim ita Livius numerum variare solet. Vide ad XXXV. 40. § 6. Præterea *contulerat* Leid. 1. et Port. *contulerunt* Lov. 2. qui paullo ante dedit *sub adventu dictatoris*. Vide ad II. 55. § 1.

§ 5 *Et frequenter ibi habitatur*] Vet. lib. *habitabatur*. Sigon. Priorem lectionem *habitatur* servant Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. a m. pr. *quæ frequenter ibi habitabantur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Infra XXIV. 3. 'Vix pars dimidia habitabatur:' et mox eodem cap. 'Arx procul iis, quæ habitabantur.' XXXVI. 22. 'Arx frequentius prope, quam urbs, habitabatur.' Sed inpersonale *habitatur*, vel *habitabatur*, quod reliqui defendunt, magis placet. Vide ad II. 62. § 4. Simili parenthesi Livius utitur hoc lib. c. 44. 'Ut stativa copiosa (et ita erant) petisse videretur.' XXI. 12. 'Ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus.' XXVII. 1. 'Præda (et aliquantum ejus fuit) militi concessa:' ita Gronov. recte legendum docuit. Vide quæ ad eum locum notantur. Paullo ante *quo aptior aditus*, pro *apertior*, Lov. 2. 3. et Gaertn. Vide ad XXXI. 22. § 8.

Circumjecta muris incendit] Pal. 2. *accendit*. Campani ed. *circumvecta*. Gebh. *Accendit* etiam Hav. et Hearnii Oxon. B. Solent hæc verba in Mss. commutari. Ita ad. VI. 3. § 8. Adde Cortium ad Sall. Jug. cap. 25. § 10.

Sive a Pætelio dictatore, sive ab C. Junio consule] *A C. Pætelio* Port. et Gaertn. Deinde *sive a Junio consule* Leid. 2. et Hav. Videntur librarii ferre non potuisse, alterius prænomen omitti, alterum eo ornari. Sed vide ad IV. 49. § 1. *Sive ab Junio consule* Port. qui tamen dictatori prænomen addebat. *Sive a L. Junio consule* Lov. 4. *sive a C. Junio consule* Voss. ambo, Leid. 2. et Gaertn. Mox *utrinque traditur*, pro *utrumque*, Leid. 2. Vide ad XXI. 45. § 1. Præterea *Nola capta est*, vocibus transpositis, Lov. 4.

§ 6 *Ad consulem trahunt, adjiciunt, Atinam et Calatiam ab eodem captas*] Hoc primum corruptum esse suspicabar eo, quod 'Atina' in Volscis, 'Calatia' et 'Nola' in Campania erant. Sed nihil obstat, quo minus Romani rem diversis locis gerere, et Samnites 'Atinam' in Volscis tum tenere potuerint. Nam et 'Fregellas' ab iis captas scribit Liv. hic, et c. 12. et 'Soram' c. 43. quæ utræque Volscorum erant VII. 28. et VIII. 22. et 23. Difficilior videtur locus X. 39. de 'Atinate agro.' *Duk. Ad consules* Harl. Gaertn. et Port. quorum posterior etiam *ab eisdem*. Sed supra tantum uni C. Junio consuli captæ Nolæ decus quosdam adscribere tradit. Error itaque ex compendio scribendi ortus. Vide ad X. 10. § 2. Tum *aditiunt* Flor. *adiciunt* Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Gaertn. et fragm. Hav. *aiciunt* Leid. 1. *dicunt* Lov. 4. Vide ad I. 30. § 3. Deinde *Athinam* Port. et Hav. Insuper *Calatinam* Leid. 2. *Callatinam* Lov. 1. a m. pr. *Callacinam* Lov. 2. *Callatiam* Lov. 4. Paullo post *clavi fugiendi*, pro *figendi*, Port. 'Figere' et 'fugere' interdum in Mss. confundi, patet ex illis quæ notat Bentl. ad Horat. Ep. II. 2. 171. Adde

Digitized by Google

ad v. 38. § 8.

§ 7 *Suessa et Pontia eodem anno coloniæ deductæ sunt*] Vet. lib. *Suessam et Pontiam.* Sic x. 1. 'Soram atque Albam coloniæ deductæ.' Sic Diodorus lib. XIX. p. 726. 'Ο δὲ δῆμος κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον Πανδάταν καλουμένην. *Sigon. Suessam et Pontiæ* vett. edd. nam neoterica *Pontia.* Voluerat Sigonius e suis *Suessam et Pontiam:* ut appareat, non esse illos codd. optimi commatis. Debebat enim fuisse *Pontias*, ut liquet ex versu sequenti. *Grut. Suessam et Pontiam*, ut Sigonius in suis reperit, Port. Harl. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. Ita sæpe in hac locutione efferenda variant librarii. Vide ad XXXIX. 44. § 10. *Suessa et Pontia* Voss. 1. Leid. ambo, Flor. Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *Suessia et Pontia* Voss. 2. *Suessa et Pontiæ* edd. Mediol. 1480. eamque secutæ aliæ usque ad Parisiensem, quæ a. 1529. iterum *Pontia* dedit, quod Froben. 1531. et deinde alii probarunt, donec Gruter. 1628. *Pontiæ* revocaret. Utroque modo, *Pontia* et *Pontiæ*, vocatur. Vide Cluverii Ital. Antiq. l. III. c. 7. p. 1015. et Cellar. Orb. Antiq. l. II. c. 10. p. 606. unde neque Torrent. apud Sueton. in Calig. c. 15. *Pontiam*, pro *Pontias*, ex conjectura reponentem, audiendum esse censeo. Quum autem plerique codd. hoc loco numerum singularem, mox pluralem servent, neque verisimile sit Livium, paucis tantum verbis interjectis, ita variare voluisse, utroque loco eamdem formam recipi præstat. Præterea τὸ *sunt* deficit in Lov. 3.

Suessa Auruncorum fuerat: Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu] *Aurunicorum* Voss. 1. *Aruncorum* Hearnii Oxon. C. Tum *Pontiam* Flor. a m. sec. Lov. 2. Harl. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Reliqui *Pontias* servant. Vide modo ad verba præcedd. Deinde vox *sitam* deficit in Port. et Hav. quam ceteri omnes recte tuentur. Supra VIII. 22. 'Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est.' Mox *incoluerunt*, pro *incoluerant*, editi ante Froben. 1535. invitis omnibus scriptis.

§ 8 *Minturnæ et Cassinum ut deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est: triumviros creavere*] Vera lectio, *et in tertiam Cass. ut deduc. coloni, senatusconsultum factum est: sed triumviros creavere.* Gelen. Vet. lib. alii habent, *et Minturna, et Casinum ut deducerentur coloniæ:* alii *Veternam et Casinum:* alii *Internam et Casinum.* Quæ voces in eam Gelenium traxerunt suspicionem, ut, *et in tertiam Cassinum*, affirmarit esse legendum; et pro *deducerentur coloniæ, deducerentur coloni* subjecerit. Ego autem restituendum puto ita: *et ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniæ.* Etenim Velleius l. I. c. 14. post Suessam Aurunucam coloniam deductam, cujus hoc loco meminit Livius, Interamnam deductam esse scribit. Et Livius X. 36. a. CDLVIII. sit, 'Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conati:' neque tamen, quo anno deducta colonia sit, ante dixit, nisi hoc loco tradiderit. Movet etiam me loquendi forma, 'deducere colonias,' vel 'colonos in Casinum tertiam coloniam.' *Sigon.* Vetustissima Andreæ ed. vestigia habet veteris cujusdam scripturæ: *Minturnam et Cassinum ut deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est. Sex triumviros creavere.* Pall. 1. ac 3. *et internam Casinum ut deduceretur colonia, sicut factum est: et triumviros creavere.* Pal. 2. *et veternam Casinum ut deduceretur colonia.* Sigonius vero pro certo habet, restituendum *et ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniæ:* quoniam Velleius I. 14. post

Digitized by Google

Suessam Auruncam coloniam deductam Interamnæ meminit. Campan. edidit *Linternam Casinum ut deduceretur colonia, sic factum est.* Gebh. Et hoc (*et in tertiam Casinum ut deduc. coloni*) a Gelenio. Scripti *et internam* (unus *veternam*) *Casinum ut deduceretur colonia.* Sic propemodum et Sigoniani: unde ille cum applausu Cluverii Ital. Antiq. l. III. c. 8. pag. 1040. *et ut Interamnam et Casinum deducerentur coloniæ.* Nec reprehendo: sed ne quid quantumvis minutum prætermittamus, videtur faciendum *et Interamna ac Casinum ut deducerentur coloniæ.* Nam et sic loquuntur veteres. Livius modo 'Suessa et Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ sunt:' ubi non mutant boni libri: nec opus erat *Suessam et Pontias* cum Sigonio. Vellelus I. 14. 'Tunc Sora atque Alba deductæ coloniæ, et Carseoli post biennium.' *J. F. Gron.* Similiter variant codd. mei: *et Viternam Cassinium ut deduceretur colonia* habet Port. neque differt inde Harl. nisi quod præferat *Casinum. Et Veternum Cassinum ut deduceretur colonia* Hav. *Minturnam Cassinum ut deduceretur colonia* fragm. Hav. a m. pr. neque aliter Voss. 2. nisi quod *Casinum* legat. *Minturnam et Cassinum ut deduceretur colonia* edd. Rom. 1472. et Parm. *et internam Cassinum ut deduceretur colonia* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 2. ac 4. *et internam Casinam ut deduceretur colonia* Flor. *et internam Casinum ut deduceretur colonia* Leid. 1. Lov. 1. 3. et Klockian. *et internam Cassinium ut deduceretur colonia* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Recte 'Interamnæ' coloniæ nomen Sigonium huc revocasse puto: quod deinde Cluverius Ital. Antiq. l. III. c. 8. p. 1040. probavit testimonio Olympiadum auctoris anonymi, qui Interamnam coloniam missam docuit Olymp. CXVII. a. 2. quo M. Valerius Maximus et P. Decius Mus consules fuerunt. Melius tamen Gronov. emendasse videtur *et Interamna ac Casinum ut deducerentur coloniæ*, quam, quod Sigonio placuit, *et ut Interamnam et Casinum.* In Gronovii tamen conjectura id dubium superest, utrum *Interamna*, an *Interamnam* legendum sit. Utrumque enim dici potest, ut ad § præc. dictum est. Codicum tamen vestigia posterius suadere videntur. Deinde *sic factum* Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *sicut factum* Lov. 3. et Voss. 2. a m. pr. ubi *sic* est a m. sec. Vide ad l. XXII. c. 10. § 1. Tò *est* deficit etiam in Lov. 3. qui præterea *et triumviros* præfert.

Quatuor millia. Insequentes] Distinctionem muta hoc modo: *sed triumviros creavere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules M. Valerius, P. Decius.* J. F. Gron. Distinctio, a Gronovio recepta, non modo vera est, sed passim etiam in Mss. optimis atque edd. exstat usque ad Paris. 1573. quæ prima illam, quam Gronovius falsi arguit, proposuit. Sed eam ipse sensus loci refellit.

Insequentes consules M. Valerius P. Decius. Profligato] M. Valerius hic non est 'Corvus,' sed 'M. Valerius Maximus,' ut est in Capitolino horum consulatu. *Sigon.* Aliter concepta hæc sunt omnia in Pal. 2. *Insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio profligato.* Gebh. Et hic plurimum variant mei: *ins. cons. M. Valerius P. Decius cons.* Leid. 1. *ins. cons. M. Valerius P. Decio Cos.* Voss. uterque, Leid. 1. et Lov. 1. a m. pr. *ins. cons. M. Valerius R. Detio consul* Lov. 3. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio P. profligato* Port. et Hav. *insequenti anno consulibus M. Valerio P. Decio consulibus profligato* Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *ins. cons. M. Valerius P. Detius. M. Valerio P. Decio profligato* Florent. *ins. cons. M. Valerius P. Decius. M. Valerio P. Decio consulibus profligato*

Digitized by Google

Klockian. Nihil muto. Insequentium consulum mentio satis indicat, proxima pertinere ad anni sequentis gesta; neque opus est consulum nomina repeti.

CAP. XXIX. § 1 *Priusquam ea cura decederet Patribus Romanis*] *Ea causa* Leid. 2. Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. Alibi hæ voces in Mss. commutantur. Vide ad III. 64. § 8. hoc lib. c. 19. § 17. XXI. 22. § 7. Adde Burm. ad Suet. Ner. c. 27. De locutione 'cura decedit' vide ad IV. 52. § 8. et Burm. ad Suet. Cæs. c. 24. Deinde *decederet Pr. Ro.* id est *prætori Romano*, Lov. 4. Vide ad XXXI. 10. § 4. Mox *et Etrusci belli*, conjunctione addita, Lov. 3. In præcedd. vox *profligato* deficit in Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *vere*, pro *fere*, est in edd. Rom. 1472. et Parm. Sed vide ad V. 52. § 15. Solent autem *f* et *v* sæpe in Mss. confundi. Vide ad XXI. 2. § 4.

§ 2 *Gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent*] *Gens aliqua* Hav. Vide ad XXV. 38. § 3. *Gens ulla* Hearnii Oxon. L. 1. Deinde *secundum post Gallicos tumultus* Flor. Sed *post* natum est ex glossa interpretis, qui *secundum* hoc modo in margine exposuit. Sæpe illo sensu ea vox apud Livium usurpari solet. Vide ad VIII. 10. § 9. Sæpe etiam ei *post* substituerunt scribæ. Vide ad XXXIX. 41. § 5. hic vera lectio et ejus expositio in Flor. simul recipiuntur. Vide ad III. 44. § 4. *Secundum Gallicum tumultum* fragm. Hav. a m. pr. *secundum Gallicos tumultos* Gaertn. Vide ad V. 39. § 8. Insuper *terribiliora erant* Voss. 2. Paullo ante *nec ea erat tempestate*, alio ordine, Lov. 2.

Quum propinquitate agri, tum multitudine hominum] *Tum propinquitate* Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. C. et edd. Frobeniana 1535. priores. Vide ad VI. 23. § 8. Tum *propinq. agrestium, tum multit.* Voss. 2. a m. pr. *propinquitate agrestum, multit. hominum* Lov. 3.

§ 3 *Altero consulum in Samnio reliquias belli persequente*] *Altero consule* Lov. 2. 4. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. C. cum multis ex vett. edd. Non sequor. Vide hoc lib. c. 32. § 2. Tum *in Samnium* Lov. 2. Hinc *prosequente* Leid. 2. Port. et Hav. Vide ad Epit. Liv. lib. XCIX. *persequenti* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Livium ita casum sextum participiorum singularium præsentis temporis interdum formasse, vidimus ad VI. 14. § 13. Hic tamen pluribus libris nihil mutantibus adhæreo. Mox vox *ager* deficit in Hav. ejus loco *agre* præfert Leid. 1. a m. pr.

Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit] Dictatorem nominat absque magistro equitum, cum auctore Dionysio lib. v. p. 338. numquam Romæ hoc factum sit. Id etiam II. 30. § 5. admonuimus. *Glar.* Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum, *dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum equitum C. Junium Bubulcum dixit.* Etenim satis apparet, errore librarii *C. Sulpicii* nomen desiderari, neque enim Livius magistros equitum prætermittere solet. *Sigonius.* Quemadmodum Sigonius, etiam Pighius locum supplendum esse monet in Annal. ad a. CDXLI. p. 362. Supra etiam Livius, dictatorem memorans, magistri equitis nomen addere omisit VII. 6. § 12. ubi id Livii culpa factum esse potuit: sed hic potius ejus librariis adscribo; quia Junius non dictator, sed magister equitum fuit, ut ex fastis constat.

4 *Sacramento adigit: arma, quæque alia res poscit*] *Sacramento adegit* Port. Hav. et fragm. Hav. Deinde *arma quæque alia ut res poscit* Voss. 2. et Lov. 3. Mox alio ordine *tantis elatus adparatibus* est in Leid. 1.

§ 5 *Censura clara eo anno Appii*

Digitized by Google

Claudii et C. Plautii fuit] Pro 'C. Plautio,' 'L. Claudium' edit Diodorus lib. XX. p. 750. 'C. Fabium' Frontinus de Aquæduct. lib. I. in princ. 'C. Plautium' Capitolini scriptores. *Sigonius. Censura data* Gaertn. Ejusdem erroris exemplum habuimus hoc lib. c. 25. § 8. Caussa ejus fuit hinc similitudo literarum *et* et *d*, inde *r* et *t*. De priori vide ad X. 24. § 2. de posteriori ad V. 55. § 3. *Censura clare eo anno* legit Lov. 3. Tum prænomen *Appii* deficit in eodem Lov. 3. alterius censoris prænomen in Voss. 2. Præterea *Plautei* est in Lov. 3. *Plutei* in Lov. 4. Paullo ante voces hujus § initiales *Eadem in comparando cohibendoque bello consilia* exsulant a Lov. 3. et Voss. 2. in quibus *cohibendoque belli consilia* legit Klockian.

§ 6 *Memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appii, quod viam munivit*] *Memoriæ tum fel.* Lov. 3. Vide ad XXII. 59. § 13. *Memoriæ tum fel.* Gaertn. Vide ad l. XXII. c. 17. § 5. Deinde *quod et viam munivit* edd. antiqq. Primus autem voculam *et* omisit Frobenius a. 1535. et recte. Nullus enim mecum agnoscit, nisi unus Hurl. Mox *mus præfecit*, pro *perfecit*, Leid. 2. Vide hoc lib. ad c. 10. § 7.

§ 7 *Quia infamem atque invidiosam senatus lectionem*] Vet. lib. *atque ignominiosam*: egregie. Nam libertinorum filii lecti erant. *Sigon.* Pal. 1. ac 3. *ob infamam*. Ceterum, quia libertini quoque tum in senatum lecti, probat impense Sigonius *ob infamem atque ignominiosam s. lect.* quod ipse in Pal. 2. comperere notavi. *Gebh.* Vide ne credas Sigonio, egregie in libro ejus legi *ignominiosam*. Immo alterum multo gravius pariter et elegantius. 'Invidiosa senatus lectio' est, quæ censoribus multum invidiæ conflavit; propter quam illi male audierunt, gravia hominum judicia et adversos rumores tulerunt. Lib. III. c. 36. Decemviri 'citari jubent Patres, haud ignari, quanta invidiæ imminueret tempestas.' Alexander, occiso Clito, apud Justinum XII. 6. reputabat, 'quantum in exercitu, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ fecisset.' Cui quidem Plautii probitas adeo par non fuit, ut is magistratu se abdicaret. Martialis lib. de Spectac. Ep. 2. 'Invidiosa furi radiabant atria regis.' *J. F. Gron. Quod ob infamem* Voss. 2. Lov. 2. Port. et Hav. Vide ad XXXVIII. 36. § 4. *Quia ob infamem* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *quia ob infamiam* Lov. 4. Tum conjunctio *atque* non adparet in Leid. 1. Port. et Hav. ejus loco *et* præfert Gaertn. Deinde *ignominiosam* Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. quod recte Gronovio displicuit. Vulgatum enim in optima notæ codd. constanter superest: 'invidiosum' enim dicitur, quod invidiam conciliat. Supra VI. 39. 'Opus esse mihi invidiosa continuatione honoris.' XXXIV. 7. 'Invidiosis nominibus utebatur modo consul, seditionem mulicbrem et secessionem adpellando.' Ovid. Epist. Her. VII. 125. 'Contenta est oculis hominum mea forma probari: Laudatrix Venus est invidiosa mihi.' Epist. II. vs. 145. 'Inscribere meo caussa invidiosa sepulcro.' Epist. VIII. vs. 49. 'Nec virtute cares, arma invidiosa tulisti.' Trist. I. 2. 67. 'Est illi nostri non invidiosa erroris Copia.' Apud Cic. sæpe ea vox hoc sensu obscurrit. Insuper *legationem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *legionem* codex perantiquus Thuanæus, teste Gronovio; quem vide ad XXVII. 11. § 9.

Magistratu se abdicaverat] *Magistratu suo auspiciis religionem fecere* Flor. omissa ultima parte hujus § cum § 8. et 9. et initio § 10. In margine tamen adscriptum est aliquid deesse.

§ 8 *Appius jam inde antiquitus insi-*

Digitized by Google

tam pertinaciam familiæ gerendo] *Appius nam inde* Gaertn. Vide ad IX. 17. § 5. *Appius jam deinde* Harl. et editi, pro quo Froben. 1531. recte *jam inde* subposuit: ita enim legunt reliqui scripti. *Jam inde antiquitus* idem est, ac si dixisset 'jam inde ab antiquo tempore.' De locutione autem 'jam inde ab' vide ad VI. 40. § 3. ubi 'jam inde ab initio' dixit, quod hic *jam inde antiquitus*. Solent autem 'inde' et 'deinde' commutari. Vide ad XXXVI. 24. § 10. Præterea, transpositis perperam literis, *pertinaciam familiæ regendo* Gaertn. a m. pr. Vide ad XXVII. 40. § 2.

§ 9 *Potitia gens, cujus ad aram maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat*] *Potitia.* Græci enim Ποτίτιος. *Sigon.* Pall. tres, et veteres editi *Potitii.* Gebh. Thuan. et Voss. *Potiti gens.* Tres Pall. et Voss. alter *Potitii, gens, cujus ad aram.* Et hoc Livii puto. Sive autem deinde legas *docuerunt*, ut ad prius, sive *docuerat*, ut ad propius referatur, parum interest. *J. F. Gron. Portitia gens* Harl. *Potiti gens* Leid. duo, Lov. 1. et Klockian. *Purici gens* Lov. 2. pro quo in margine emendatur *Potitii gens:* et ita præferunt Lov. 3. Gaertn. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *docuerat* autem deinde omnes servant. Quum itaque *Potitia* in paucissimis tantum codd. supersit, *Potitii* recepi in contextum. Deinde ad *aram Maximi Herculis* Hav. Mele. Ipsa Herculis ara 'Maxima' cognominata est. Vide ad I. 7. § 12. Vox *Herculis* deerat in Gaertn. Præterea *fuit* est in Port. sed tota vox exsulat a Leid. 2.

Servos publicos ministerii delegandi caussa sollemnia ejus sacri docuerat] Pro *servos* retinent Pall. duo *senios*, quod non intelligo. *Gebh.* Eadem lectio est etiam in Lov. 3. Sed eam ex ignorantia scribarum natam puto, qui confuderunt literas *ni* et *ru*, ductibus sibi admodum similes in scriptura Longobardica. Vide simile exemplum II. 20. § 9. et XXI. 11. § 9. Deinde *publios* idem Lov. 3. Hinc *minist. deleg. gratia* Lov. 4. Vide ad VIII. 29. § 9. Tandem voces *ejus sacri* desunt in Voss. 2. sed sola *sacri* in Lov. 3. Supra I. 7. 'Sacrum Herculi, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime inclitæ ea loca incolebant, factum.' Et mox 'Ne extis sollemnium vescerentur.'

§ 10 *Traditur inde dictu mirabile*] Campanus *memorabile.* Pall. duo, *Traditur edictum mirabile.* Gebh. *Tradituri dictum mirabile* Leid. 1. Olim una serie scriptum fuerat *Tradituriindictum;* quod librarius non intelligens corrupit: neque multum abit Lov. 4. nisi quod una litera auctius *Tradituri edictum mirabile* dederit. *Traditur edictum mirabile* Lov. 3. *Traditur edictu mirabile* Voss. 2. *Traditur edictu memorabile* Lov. 2. 'Memorabilis' et 'mirabilis' in Mss. commutari, vidimus ad V. 14. § 6. *Traditur inde dictu numerabile* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. *Traditur inde mirabile* fragm. Hav. a m. pr. *Traditum inde edictum mirabile* Gaertn. *Traditum inde dicatum mirabile* Klockian. Nihil mutandum. 'Mirabile dictu,' ut 'mirabile visu' I. 39. 'In regia prodigium visu eventuque mirabile fuit.' Florus 'mirum dictu' dixit I. 1. § 14. et II. 1. § 2.

Quod dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset] Restituimus *religionem facere posset.* Gelen. Legerim contra Gelenium ex antiquissima ed. *quod dimovendis statu suo sacris religionem adferre facile posset:* tum quia Pall. 1. et 3. et ed. Camp. *religionem adferre facere posset:* Pal. 2. *religionem adferre posset.* Gebh. Luculentior videtur lectio, quam sustulit Gelenius, *religionem adferre facile posset.* Terentius Hecyra I. 1. 4. 'Quam sancte, ut quivis facile posset credere.' Vertumnus ad Pomonam Ovidio Met. XIV. 696. 'Referam no-

Digitized by Google

tissime Cypro Facta, quibus flecti facile et mitescere possis.' Duo Pall. Thuan. Voss. Campanus *adferre facere*. Voss. alter *adferre posset*. J. F. Gron. *Religionem adferre posset* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac B. *religionem facere posset* optimi Flor. et Klockian. Juncta utraque lectione *religionem adferri facere posset* Lov. 4. *religionem adferre facere posset* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. additis tamen notis indicant, τὸ *facere* delendum esse. Minori mutatione ei succurrendum putavit librarius Harl. scribendo *religionem adferre facile posset*, ut ante Gelenium scripti habuerunt. Ea lectio, si integriorum codd. fide niteretur, neque mihi displiceret. Nunc quum tantum in uno, eoque sæpissime pejoris notæ codice, inventa sit, ex interpolatione librarii nata esse videtur. Utrumque etiam, 'adferre religionem,' et 'facere religionem,' Latine et commode hoc loco dici existimo; quum autem illam locutionem plurium, hanc præstantissimorum librorum testimonium defendat, quin horum auctoritas illorum turbæ præferenda sit, atque Gelenius locum recte restituerit, non dubito. Præterea *inmovendis statu suo sacris* Klockian. *demovendis statu suo sacris* Hav. et Port. a m. pr. in quo *de dimovendis* a m. altera interpolatum est. Quæ iterum lectio ex conjunctione duplicis scripturæ *demovendis* et *dimovendis* nata esse videri potest. Quid autem differant 'demovere' et 'dimovere,' pluribus docuit Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. l. VII. c. 3. p. 618. unde constat, *demovendis*, quam *dimovendis*, potius huic loco convenire. Eam tamen scripturam in contextum admittere non sustinui, quod auctoritatem pro ea stantium non satis gravem vulgato mutando putem.

Quum duodecim familiæ ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta] *Eo tempore* Lov. 4. quod ex glossatoris expositione natum videtur. Livio enim frequens est, ut *tempestas* pro *tempore* utatur. Supra I. 5. 'Multis ante tempestatibus ea tenuerat loca.' V. 45. 'Persuasum erat, tantum bello virum neminem nequam ea tempestate esse:' hoc ipso cap. supra, 'Nec erat ea tempestate gens alia, cujus arma terribiliora essent.' XXV. 24. 'Urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit.' XXVI. 11. 'Ad lucum Feroniæ pergit ire, templum ea tempestate inclitum divitiis.' XXVII. 37. 'Carmen in Junonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis.' Deinde *Putitiorum* Flor. et Leid. 1. *Potiti* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Puritior* Lov. 2. Insuper *quem puberes ad triginta*, scilicet 'essent.' *Gaertn.* De hac vocula illius repetitione vide ad V. 35. § 4. Verum alii omnes ab uno hoc dissentiunt. Mox *inter annum*, pro *intra*, Lov. 4. Vide ad V. 27. § 2.

§ 11 *Nec nomen tantum Potitiorum interiisse, sed censorem etiam Appium*] *Nec nomen tamen* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Vide hoc lib. ad c. 12. § 6. Tum *Putitiorum* Florent. et Leid. 1. *Puriciorum* Lov. 2. *Potitorum* Voss. 1. et Leid. 2. *Potiorum* Port. Hinc *interisse* Flor. Leid. uterque, Voss. uterque, Lov. 4. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et quædam ex edd. antiqq. quod recepi. Vide ad XXXVI. 20. § 3. Insuper dum posteriores voces deficiunt in Port. et Hearnii Oxon. N. ac B.

Memori Deum ira post aliquot tempus luminibus captum] *Memor Deum ira* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *memori Deorum ira* Lov. 4. *memori id cum ita* Voss. 2. *memori id eum ita* Lov. 3. Vulgatum probum est. Virgil. Æn. I. 4. 'sævæ memorem Junonis ob iram:' ubi vide viros doctos, et ante alios German. atque Emmeness. Ut autem 'memor

Digitized by Google

ira,' ita 'memor sententiæ,' 'exemplum,' 'ingenium,' et similia, de quibus vide Gronov. ad Livii XXXIII. 12. § 5. Tandem *fulminibus captum* Flor. a m. pr.

CAP. XXX. § 1 *Q. Æmilius Barbula*] Prænomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Questi apud populum, deformatum ordinem prava lectione senatus] *Questi ad pop.* elegantius habet Pal. 2. *Gebh. Ad pop.* etiam Port. et Hav. Livium sæpissime ita locutum esse, vidimus ad VII. 7. § 4. Ut autem dubitem, an etiam hoc loco ita loqui voluerit, id efficit, quod lectio illa non, nisi in paucis, iisque minimæ auctoritatis codd. reperiatur. Ceterum, *apud Patres* legendum, conjicit Pighius in Annal. ad a. CCXLII. p. 864. Sed nullos codd. adsentientes habet. Et potuerunt etiam ea de re questi esse oratione ad populum habita, ut invidiam censoribus, et præsertim Appio, excitarent. Præterea *parva lectione senatus* Harl. Vide ad XXIX. 37. § 16.

Qua potiores aliquot lectis præteriti essent] *Quod potiores aliquot* Port. *qui potiores aliquot* Gaertn. Voculæ *qua* et *qui* etiam commutabantur inter se VII. 38. § 6. *Quia potiores aliquot* Lov. 3. Vide ad l. XL. c. 29. § 8. Deinde *jiti essent* Leid. 2. pro quo *posteri essent* emendatur in margine. *Præteriisse* Lov. 4. Vide ad XXIII. 29. § 16.

§ 2 *Eam lectionem se, quæ sine recti pravique discrimine ad gratiam et libidinem facta esset*] *Eam lectionem sequi, sine* Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *eam lectionem se, quia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 4. Port. a m. sec. et Hav. *eam lectionem se, quod* Lov. 2. Pronomen *qui* sæpe confunditur cum voce *quia*; vide ad XXXVI. 33. § 5. etiam cum voce *quod*; vide ad XXXVII. 35. § 4. Tum *ad gratiam ac libidinem* omnes omnino codd. mei, Hearnii Oxon. L. 2. ut et typis exensi usque ad ed. Paris. 1573. quæ prima *et libidinem* dedit. Quamvis vero nihil intersit, priscam tamen lectionem reduxi. Mox *asserturos*, pro *observaturos*, Klockjan.

Eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat] *Quo ante censores Ap. Claudium et C. Plautium citaverant* Lov. 2. Male. Nam ante consules Junium et Æmilium Ap. Claudius et C. Plautius jam censuram nacti senatum legerant, ut Livius cap. præc. retulit. *Quo ante censores* est etiam in Harl. et edd. ante Aldum. Deinde *ante censores apud Claudium* fragm. Hav. a m. pr. *ante censores apud P. Claudium* Leid. 2. Scriptum fuerat *App. Claudium*; inde factum est *apl P. Claudium*, ut etiamnum in Lov. 3. superest, quod indoctiores in *apud P. Claudium* mutarunt. Voces *et C. Plautium* desunt in Hav.

§ 3 *Unum, ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo crearentur*] Andreas Patricius ad fragmenta Ciceronis notat, hic ab omnibus librariis peccatum eo genere, quo *in* et *ni* solent confundi: idque quia hactenus animadversum non fuerit, multorum errorum causam exstitisse: nec tetigisse scopum explicantes rationem de tribunatu militum: legendum autem et distinguendum, *ut tribuni, ni quatuor legiones, seni, deni a populo crearentur*. Equidem haud assequor, quid hæc correctio sibi velit, aut particulæ *ni* qui hic sit locus. Neque enim id explicat Patricius: disputat modo, singulis in legionibus sex tribunos militum fuisse ex Livii VII. 5. et Polybii VI. 25. Hoc autem ut ei concedatur, non evincit tamen, in Livii verbis esse quid peccatum. Nam libro septimo ponit sex tribunos unius legionis, quartam scilicet partem quatuor legionum, quas tum plerumque consules scribebant: et significat, quum antea omnes tribunatus essent beneficia consulum, quadrantem annui numeri sibi vindicasse populum. Nunc autem osten-

Digitized by Google

dit, crevisse auctoritatem populi, atque eam sibi vindicasse duas tertias, et in quatuor et viginti tribunis, qui quatuor legionibus attribuebantur, senos denos suffragiis creasse; octo reliquisse in beneficio consulum. Vide Lipsium de Militia, II. 9. *J. F. Gron.* *Unam* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *uni* Voss. 2. Deinde *et tribuni militum* Gaertn. Vide ad XXI. 28. § 8. Voculam *ut* omittit fragm. Hav. a m. pr. vocem *militum* Flor. Deinde *tribuni militum semidei* joculari errore est in Port. a m. sec. Paullo ante *duo imperia dari eo anno cœpta* alio ordine vocabulorum præfert Hav.

Quæ antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis] *Quæ omnia* Lov. 1. et Leid. 2. Deinde *relictis sociis* Leid. 1. et Lov. 2. ac 4. *relictis socii* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *beneficio*, pro *beneficia*, Lov. 2. et Port.

Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius] *Tulerunt eam rogationem* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *L. Atilius* Voss. 2. Lov. 1. 2. 4. et Gaertn. *L. Actilius* Port. et Hav. Sed nomen hoc *Atilius*, ut in plerisque et optimis Mss. exstat, legendum esse, monuit Sigonius ad v. 13. § 3.

§ 4 *Alterum, ut duumviros navales classis ordinandæ reficiendæque causa*] Pro *classis ordinandæ, ornandæ* legendum est. *Gelen.* Ita recte, uno excepto Gaertn. qui *ordinandæ* obfert, legunt etiam omnes scripti. Sæpe scribæ voces 'ornare' et 'ordinare' confuderunt. Vide ad XXIV. 48. § 7. Ceterum hic etiam vocula *ut* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Vide ad § præc. Tum *duumviros navalis classis ornandæ* Voss. 2. et Lov. 3. *duumviros navalis ornandæ* Hav. Hinc *ornandæ reficiendæ*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3. quod, si plurium codd. testimonium firmaret, ferri posset; nam, ita etiam triumviros monetales 'auro argento ære flando feriundo' dici, notum est. Ordine inverso *ornandæque reficiendæ* præferunt Leid. 1. et Lov. 2.

M. Decius tribunus plebis] *M. Decimius* Voss. 1. Leid. uterque, et Lov. 1. *M. Decimus* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. ac C. 'Deciorum' gens hoc maxime tempore floruit; 'Decimii' postea demum inclaruerunt.

§ 5 *Ni ad religionem vias esset pertinere*] *Nisi ad relig.* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. quæ varietas in Mss. sæpe obeurrit. Vide ad XXIII. 1. § 8. *Esset vias pertinere* Harl.

Tibur uno agmine abierunt; adeo ut nemo in urbe esset] *Ebur uno agmine* Leid. 2. Tum *abirent* Hav. Sed tota illa vox exulat a Port. Præterea *nemo esset*, duabus mediis vocibus omissis, Lov. 4. quæ transponuntur hoc modo: *nemo esset in urbe* in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Paullo ante *prohibiti proximis consoribus*, pro *a proximis*, Port. et Hav.

§ 6 *Ejus rei religio tenuit senatum*] *Terruit senatum* Lov. 4. Verba hæc sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXIII. 1. § 10. Hic nihil mutandum. *Ejus rei religio tenuit senatum*, id est, 'ea res senatui religioni fuit.' Infra XLIII. 13. 'Quædam religio tenet, quæ illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam.' Ita 'opinio tenet' I. 28. 'Ne vos falsa opinio teneat, injussu meo Albani adiisse ad montes:' et 'terror tenet' X. 26. 'Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit:' id est, Gallicus tumultus civitati terrori fuit. Mox vocem *Tibur* non agnoscit Gaertn.

Ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur] Forte prius *ut* superfluum. *J. F. Gron.* Non alia causa Gronovium permovisse videtur, ut prius *ut* superfluum crederet, adeoque deleudum juberet; quam ne eadem particula bis repeteretur, pau-

Digitized by Google

ciasimis tantum vocibus interjectis. Id tamen Livio frequens esse, idoneo exemplorum numero docui ad I. 17. § 11. Quum itaque voculam illam constanter servent scripti et editi, non temere etiam ei controversiam movendam existimo. Ceterum, additis vocibus, *ad id ut darent operam* Lov. 4. Deinde *ut hii homines* Flor. *ut id homines* Leid. 1. *ut idem homines* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. neque aliter est in Port. a m. pr. in quo a m. altera emendatur *ut iidem homines*. Burmannus literis ad me datis legendum conjiciebat *ut urbi homines Romanæ restit.* illud *hi* enim supervacaneum esse, quum *homines* sufficiat, et intelligantur satis tibicines: et ita apud Phædrum, Petronium, et alios, 'hominem' dici de eo, cujus modo mentio præcessit. Vide quæ de hoc vocis 'homo' usu notavit ad Phædri Fab. II. 5. 19. Vellem codd. consentirent. Posses forte eodem sensu minima mutatione legere *uti homines Romanis restituerentur*. Certe mox § seq. codd. *ut hi* et *ut hii*, pro *uti*, scriptum præferunt.

§ 7 *Tiburtini, benigne polliciti*] *Tiburtini operam benigne poll.* Hav. Male. Cic. ad Fam. IV. 13. 'Nunc P. Nigidio ne benigne quidem pollicori possum.' Quem etiam alibi hoc modo locutum esse, ex vulgatis lexicis constat.

Primum accitos in curiam hortati sunt, ut reverterentur Romam] Pall. 1. ac 3. *accitos eos*. Pal. 2. *primum accitos in cur. eos hort. sunt, ut hii revert. Romam*. Gebh. Voculam *eos*, quam in Pall. superesse Gebhardus monuit, primus omisit Curio. Quamvis autem interim Sigonius contextui reddiderit, neminem tamen, qui exemplum sequeretur, nactus est ante Jac. Gronovium. Servant autem omnes scripti (nisi quod *accitos in curiam eos* alio ordine sit in Port. et insuper *accitos in curiam eo* in Hav.) et edd. vett. Quin et quum voces plures *in curiam hortati sunt, &c. ab ingeniis hominum eos* desint in Leid. 2. inde etiam lectio illa firmari potest. Non aliunde enim error hic a librario commissus est, quam quod vocis *eos* repetitione media omnia perperam neglecta sint. Vide ad hujus lib. c. 11. § 11. Præterea, *hortati sunt, reverterentur*, una voce omissa, Port. *hortati sunt, ut reverterentur* Harl. edd. Rom. a. 1472. et aliæ ferme omnes ante Jac. Gronov. *Hortati sunt, ut hi revert.* Voss. 2. Lov. 3. Hav. et ed. Parm. Vide ad § præc. *Hortati sunt, ut ii revert.* Lov. 4. a m. pr. in quo τὸ *ii* a m. sec. expungitur. *Hortati sunt, ut hii revert.* Lov. 2. *hortati sunt, ut hii revertentur* Leid. 1. Vide ad II. 56. § 7. Reliqui præferunt *hortati sunt, uti reverterentur*, quod jam Jac. Gronov. in contextum admisit.

Postquam perpelli nequibant] Valer. Max. II. 5. ex. 4. 'in proposito perseverantes.' *Gebh.* *Propelli* Gaertn. Vide hoc lib. ad c. 24. § 4.

§ 8 *Alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa*] Nihil video mutari in Mss. Non tamen ita Livius scripsit, et vocem ultimam longissime hinc abire jubeo, additam a male otiosa manu. Sic enim perpetuo Livius, XXIV. 12. 'Ad lacum Averni per speciem sacrificandi descendit.' Et c. 47. 'Per speciem prædandi.' XLII. 52. 'Per speciem reconciliandæ pacis.' I. 41. 'Per speciem alienæ fungendæ vicis.' Adde XLIV. 37. XLV. 31. Et videsis τὸ *causa* sic inculcatum fuisse X. 21. *Jac. Gron.* Haud male Jac. Gron. vocem *causa* delendam esse docuit, quam etiam superfluam et e notis insertam sibi videri, monuit Pighius in Annal. ad a. CDXLII. p. 365. Vir doctus etiam ad marginem ed. Curionis eamdem abundare notavit; denique Klockius etiam in contextu Liviano inducta virgula delevit. Superest quidem in

Digitized by Google

omnibus, quibus usus sum, codd. et Hearne, eam in Oxon. C. non conspici, auctor est. Exemplis a Gronov. laudatis adde hæc I. 3. 'Per speciem honoris spem partus adimit.' VIII. 22. 'Per speciem honorandæ parentis, meritam mercedem populi solutam interpretarentur.' XL. 13. 'Ut ferro te, et quidem eo die, per speciem comissationis occiderem.' XLIV. 19. 'Per honestam speciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum.' Alibi etiam librarii eamdem vocem perperam interposuerunt. Vide ad XXXI. 12. § 4. Ceterum *celebrandarum cantu caussa epistolarum* præfert male Gaertn. Alibi voces *epulæ* et *epistolæ* sive *epistulæ*, ut etiam scribi solebat, in Mss. commutari, docuit Burmann. ad Suet. Cæs. c. 26. Deinde *invitavit* Hav. qui etiam legit *alii homines*, pro *alii alios*, quod ex interpretis expositione natum puto.

Vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt] *Cujus ferme avidum genus* Port. et Hav. *cujus avidum ferme id genus* Lov. 4. Τὸ *est* autem deficit in Hav. Dein *honeratos* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. Vide ad XXXVI. 40. § 9. 'Sopire' autem hic idem esse videtur, quod κατασείειν Menandro, et 'deponere' Plauto. De utroque vide Burm. Præfat. ad Phileleutheri Emend. in Menand.

§ 9 *Ita in plaustra somno victos conjiciunt*] Vet. lib. *vinctos*: probe. Etenim nisi somno vincti fuissent, vinculis constringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *in plaustra cunctos conjiciunt.* Andreas *in plaustra vinctos coniciunt.* Pal. 2. *somno vinctos*: quod avide probat Sigonius. Etenim, inquiens, nisi somno vincti fuissent, vinculis constringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. Ego vero defendo lectionem vulgatam cum prisca ed. Campani, tum loco simili Tibulli El. I. 2. 1. 'Adde merum, vinoque novos compesce dolores, Occupet ut fessi lumina victa sopor:' ubi vide Animadversiones meas. Ut et Vales. Max. II. 5. 'Quos' Tiburtini 'in proposito perseverantes, interposita festæ epulationis simulatione, mero somnoque sopitos plaustris in urbem devehendos curaverunt.' Ovidius πιθανώτερον hanc rem narrat Fast. VI. 669. et seqq. 'Servierat,' &c. *Gebh.* Ignorant τὸ *somno* Thuan. uterque Voss. Helm. duo Pall. Andreas. Et alii quidem *vinctos*; duo Pall. et Voss. alter *cunctos*. J. F. Gron. 'Victus' et 'vinctus,' item 'devictus' et 'devinctus' sæpe permutari, dudum observatum est. Sed ratio, qua ductus Sigonius hic præfert *vinctos*, nulla est: neque enim novum est, nimio vino oneratos somno ita vinci, ut ab uno loco in alium transferri nihil sentientes possint, etiamsi non vinciantur. Liv. V. c. 44. 'victos somno.' Et sæpe alii. Vide Burmann. ad Val. Flacc. I. 300. *Duk.* *In plaustro cunctos* Voss. 2. et Lov. 3. *in plaustro victos* Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. *in plaustra vinctos* Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. 4. Port. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *in plaustra somno victos* Harl. *in plastra somno vintos* Flor. a m. pr. in quo a m. sec. *in plaustra somno vinctos* emendatur: quomodo etiam præfert Klockian. Si *somno*, quod plurimi scripti ignorant, delendum constaret, *cunctos* præferrem. Ea enim voce omissa, *victos* sensum idoneum non habet; *vinctos* etiam admitti nequit. Nullus enim tibicines vinculis ligatos a Tiburtibus Romam adductos esse memorat. Quum tamen illud *cunctos* in paucis, ilsque non optimis, scriptis supersit, nihil propius est, quam ut *somno vinctos*, quod duo optimi libri scripti præferunt, probetur; cui etiam in contextu locum dedi. De locutione 'somno vinctus' vide ad V. 44. § 7. 'Vinctus' autem et 'victus' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad XXX. 12. § 7. Mox *prius* exsulat a

Digitized by Google

Port. *Senserunt* autem, pro *sensere*, est in Gaertn. Deinde *plenos crapulæ os*, pro *eos*, in Harl. Sed ibi prima litera pronominis intercepta est ab ultima vocis præced.

§ 10 *Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent*] Ms. Fuld. *imperatoque:* quorum utrumvis satis convenit. *Modius.* Duo Pall. Modio concinunt, leguntque *imperatoque.* Gebh. Ita et Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. Port. fragm. Hav. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. N. ac C. Au huic lectioni patrocinium parari potest ex Ovidii Fast. VI. 685. 'Plautius, ut possent specie numeroque senatum Fallere, personis imperat ora tegi.' 'Imperare' et 'impetrare' sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad Livii II. 54. § 1. III. 22. § 2. VII. 25. § 5. c. 41. § 7. VIII. 3. § 8. IX. 20. § 8. XXXIII. 11. § 4. XXXV. 45. § 8. XLI. 29. § 19. Adde viros doctos ad Suet. Tib. c. 43. et Burmann. ad Vellei. Paterc. I. 11. § 4. Præterea *populi concursus* Lov. 1.

Ut triduum quotannis ornati, cum cantu atque hac, quæ nunc sollemnis est, licentia] Multa habet Pighius in Annal. ad a. CDXLII. *Duk. Ut tribunum* Lov. 3. Tum *quot annis*, disjunctis vocibus, Port. et fragm. Hav. *quod annis* Leid. 1. et Gaertn. Vide Noris. ad Cenot. Pis. Diss. IV. 2. § 2. p. 452. Deinde *in cantu* Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B. *Concantu* Lov. 3. De hoc errore vide ad IV. 24. § 7. Denique *hac, qua nunc sollemnis est* idem Lov. 3.

Restitutumque in æde vescendi jus iis] *Restitumque* Flor. a m. pr. et Lov. 1. Sed librarii syllabam geminare neglexerunt. *Restitutum quod* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Tum *jus in ade vescendi* Lov. 4. Deinde *jus habens* Gaertn. *jus his* Voss. 1. Leid. 2. et fragm. Hav. *jus his* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. et Hav.

Hæc inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur] *Nec inter* Hav. Vide ad XXXII. 20. § 7. Tum *inter duum bellorum ingentium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Duum*, pro *duorum*, habuimus III. 25. § 4. Verum hic optimi stant a vulgato. Hinc *eorum gerebantur* sine sensu Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. *gerebant* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad X. 10. § 1.

CAP. XXXI. § 1 *Consules inter se provincias partiti. Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria sorte obvenit*] Lege *Consulibus inter se provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruriæ sorte evenit.* J. F. Gron. Minima hæc est mutatio, et, quum prima vox per compendium *Coss* scribi soleat, in unius tantum literæ *s* ad finem vocis *partiti* adjectione consistit. Ut tamen de veritate hujus conjecturæ, et utrum oratio hoc modo connectenda sit, dubitem, illud efficit, quod omnes libri scripti et editi nihil ea parte mutent, et similiter interciæ periodi multis locis apud Livium reperiantur, quibus Gronovius paribus conjecturis opem ferre conatus est. Vide quæ notavi ad III. 22. § 3. Supersunt tamen multa adhuc alia exempla, quæ Gronovius silentio transiit. Præter illa quæ dicto loco adtuli, talia adhuc obcurrunt XL. 35. 'Prætores inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.' XLI. 15. 'Inde consules prætoresque provincias sortiti. Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt:' et alibi. Si autem hic vulgatum sine codd. auctoritate mutemus, caussa dari nequit, cur non ibi quoque similiter mutandum censeamus. Præstare itaque videtur, ut manus abstineamus. Deinde *novum bellum Etruria* omnes iterum codd. calamo et typis exarati tuentur. Et tale fere est hoc lib. c. 42. 'Quum collegæ novum bellum Sallentini hostes decernerentur:' quæ per adpositionem eleganter dicuntur. Tandem *sorte evenit* Harl. Hav. Hearnii Oxon.

Digitized by Google

L. 2. C. et, quas vidi, edd. Frobenianæ 1535. priores. Utramque verbum ‘evenire’ et ‘obvenire’ in hac re usitatum. Prius habuimus v. 12. ‘Valerio Potito Volsci provincia evenerat:’ ubi plura dicta sunt. Alterum VII. 16. § 3. ‘Ea provincia Cn. Manlio obvenit:’ ubi similiter variant codd. X. 12. ‘Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt.’ XXV. 13. ‘Fulvius, cui ea provincia obvenerat:’ ita Gronovius ex melioribus, pro *evenerat*, restituit. XL. 35. ‘A. Hostilio urbana, Ti. Minucio peregrina obvenit.’ XLI. 9. ‘Claudio Istria, Sempronio Sardinia obvenit.’ c. 15. ‘Pisæ Cn. Cornelio, Ligures Petillio obvenerunt.’ XLIII. 15. ‘Cn. Servilio Italia, Q. Marcio Macedonia obvenit.’ Quin etiam ‘sorte obvenire’ dixit Cic. in Verr. II. 6. ‘Simulatque ei sorte provincia Sicilia obvenit.’ Quum itaque pro hac lectione stent et plures et meliores Mss. eam etiam probare malui. In defendenda vulgata hujus loci lectione mihi adsentiebatur quoque Dukerus; et insuper Rivium refellebat, qui ad Sall. Jugurth. c. 35. scribebat, Livium pleramque fere uti verbo ‘evenire;’ semel tantum, quod sciat, dixisse ‘obvenire’ VII. 16. Nam Livium ‘obvenire’ tam de comparatione quam de sortitione provinciarum dixisse XXX. 40. ‘Uti consules provincias inter se compararent, sortirenturve, uter Italiam, uter classem navium quinquaginta haberet. Cui classis obvenisset.’

§ 2 *In Samnio Cluviani præsidium Romanum*] Legendum est *Cluviam*: in distinguendo etiam peccatum erat. *Gelen.* Pall. 1. ac 3. *Climatum.* Gebh. *Cluviani* superest in Lov. 4. Harl. fragm. Hav. Klockian. et Hearnii Oxon. N. ac C. *Cluvani* in Port. *Cluvam* in Gaertn. *Cliviani* in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Claviani* in Flor. *Cleniani* in Hav. *Cleniam* in Lov. 2. *Climatum* in Lov. 3. *Clamatum* in Voss. 2. Deujatius, quia Cluviam aut adfinis alicujus adpellationis oppidum in Samnio nullum invenit, aliis divinandum relinquit, an *Cluviam* exscripserint librarii, quum *Candiam* forte Livius scripsisset. Quam conjecturam probandam non esse arbitror. Clades enim Romana *Candium* tantopere nobilitavit, ut verisimile non videatur, librarios ejus nomen satis notum in *Cluviam* temere mutaturos. Ignobile forte castellum indicatur; non enim Livius oppidum, sed tantum ‘præsidium Romanum’ vocat, cujus alibi mentionem non reperiri mirandum non est. Si omnia locorum nomina, quæ semel tantum apud antiquos memorantur, id dubium vocanda forent, quam non in scriptis eorum tentanda superessent? *Cluviam* tamen verum præstare nolo. Ea enim scriptura in uno tantum superest Leid. 1. Reliqui varia lectionum monstra obferunt. Judicium itaque suspendere malo. Mox *qui nequiverant*, pro *quia*, Voss. 2. et Lov. 3. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Vide etiam mox § 5.

Acceperant Samnites, verberibusque fœdum in modum laceratos occiderant] *Samnites verberibus fœde admodum lacerátos occiderant* Pal. 2. *Gebh.* Eadem lectio apud me etiam superest in Port. et Hav. *verberibus fœdum* in *modum* legunt Harl. et edd. ante Frobenianam 1535. *verberibusque fœde admodum* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed reliqui omnes recte vulgatum tuentur. *Cecidi* autem et *occidi* sæpius in Mss. confundi solent. Vide ad XXXVI. 36. § 6.

§ 3 *Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus*] *Hinc infensus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXV. 40. § 2. Tum *nil antiquius* Hav. Vide ad VI. 40. § 3. *Nihil equius* Lov. 2. Male. Supra I. 32. ‘Longe antiquissimum ratus sacra publica facere:’ ubi plura

Digitized by Google

vide. Tum *Clusena* Voss. 1. *Clusana* Voss. 2. et Lov. 3. *Cliviana* Lov. 1. *Climana* Leid. 2. *Claviana* Hav. *Cluviana* Lov. 2. *Clunacia* Gaertn. Vide modo ad § præc.

§ 4 *Caput hoc erat Pentrorum Samnitium*] De Pentris Samnitibus item XXII. 61. *Sigon.* Cluverius Ital. Antiq. IV. 7. p. 1194. 'caput hoc erat gentis Samnitium:' immemor eorundem mentionem habuisse Livium lib. XXII. extremo: 'Appulorum pars, Samnites præter Pentros.' *J. F. Gron. Peutrorum* Hav. *Penetorum* Hearnii Oxon. C. Sed nihil mutandum. Cluverii conjectura displicuit etiam Holstenio annotat. in Cluverii Ital. Antiq. p. 265. ubi docet, etiam apud Dion. Halic. fragmentis lib. XII. in Excerpt. Peiresc. p. 533. memorari Σαυνιτῶν τοὺς καλουμένους Πέντρους, quod etiam Doujatius et Hearnius ad hunc locum observarunt.

§ 5 *Ibi quia haud tantum irarum erat*] *Ibique haud tantum ir.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad V. 29. § 3. *Ibi qui haud tantum irarum* Flor. Vide paullo ante ad § 2. Mox *sperande*, pro *spe prædæ*, idem Flor. Tum *minusque sævitum*, pro *minus itaque sævitum*, Lov. 3. a m. pr. et verbum *est* deficit in Lov. 2.

Prædæ plus pene, quam ex omni Samnio unquam, egestum] Non probo Pall. duos exhibentes *est gestum*; neque Pal. 2. *quam ex omni Samnio unquam congestum*. Gebh. *Est gestum* etiam Voss. 2. Lov. 2. et Gaertn. Adparet librarios, pro *egestum*, divisis vocibus scriptum credidisse *ē gestum*. Obposito errore *equidem*, pro *est quidem* vel *ē quidem*, habuimus I. VIII. c. 4. § 5. *Umquam congestum* Port. a m. pr. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. Et hic librarii se scriptum invenisse crediderunt *ēgestum*. Male. De verbo 'egerere' vide ad VI. 3. § 5. Præterea vox *prædæ* deficit in Hav. *plus pene, q quam*, addita una voce, præfert Lov. 3.

§ 6 *Postquam præpotentem armis Romanum acies subsistere ullæ, nec castra nec urbes poterant*] Excidit e vulgatis particula *nec*, quam servant tamen edd. vetustæ, *Romanum nec acies subsistere*. J. F. Gron. Τὸ *nec*, quod non tantum edd. vett. sed etiam omnes codd. servant, primum omissum vidi in ed. Paris. 1573. Præterea *postquam ante præpotentem armis Romanum* Voss. 2. et Lov. 3. quorum libraris displicuisse videtur locutio 'subsistere Romanum;' quam eamdem ob causam *substinere* vel *sustinere*, pro *subsistere*, præferunt Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Sed, genus hoc loquendi etiam alibi apud Liv. obcurrere, vidimus ad IV. 39. § 4. Solent autem librarii voces 'subsistere' et 'sustinere' in Mss. confundere. Vide ad locum Livii laud. et VIII. 15. § 9. *Acies subsistere ulla* legit Hearnii Oxon. B. *acie subsistere velle* Lov. 3. Deinde *nec urbes nec castra poterant*, mutato ordine vocabulorum, idem Lov. 3. *nec castra nec urbes potuerunt* Gaertn.

Omnium principum in Samnio] *Principium* Lov. 1. Vide ad II. 27. § 12.

Si qua licentia populando effusus exercitus excipi ac circumveniri posset] *Effusi pop. ex. excipi* Port. et Hav. *populando exercitus excipi effusus* Lov. 4. Hinc *atque circumveniri* Gaertn.

§ 7 *Transfugæ agrestes et captivi quidam, pars forte, pars consilio oblati*] *Transfugere agrestes* Klockian. *Transfugæ* Flor. Hinc vox *captivi* deficit in Hav. Tum τὸ *pars* priori loco in Lov. 2. quæ lectio ferri posset, et referri ad illa de quibus late agitur III. 37. § 8. At, reliquis vocem servantibus, unius testimonio ei controversiam non moveo. Præterea *pars sorte, pars consilio* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et fragm. Hav. Vide ad I. 4. § 4. *Pars consilio, pars forte* Harl. et edd. ante Aldum. Mox *ad consules* Lov. 3. et Port. a m. pr. Sed unus

Digitized by Google

tántum Junius bellum cum Samnitibus sertitus erat. Error itaque ex compendio scribendi ortus est. Vide ad x. 10. § 2. Tum *efferentes*, pro *afferentes*, Gaertn. a m. pr.

Pecoris vim ingentem in saltum avium compulsam esse] *Pecoris vim urgentem* Gaertn. Vide h. l. c. 13. § 2. Tum *in saltum avium vi compulsam esse* Gaertn. Port. et Hav. Sed vox *ui* ex præcedentis dictionis litera finali nata est. Vide ad x. 46. § 11. Zonaras Annal. VIII. 1. hanc historiam narrans, Samnites pecora sua compulisse dicit *εἰς τὰς ὕλας τὰς Ἀόρνου*; unde Pighius in Annal. ad a. CDXLII. p. 367. etiam hoc loco *in saltum Avernum* legendum esse conjicit. Mihi tamen verius videtur, vel Zonaram deceptum errasse, vel alios, quam Livium, auctores secutum esse, et eam ob causam Livium ex Zonara emendandum non esse; 'saltus' enim 'Avernus,' certe si ille intelligendus esset, qui lacum cognominem cingebat, longe distabat a Boviano, nuper expugnato: historiam saltem in Samnio accidisse, tota Livii narratio indicat; quin et expresse id docet cap. seq. 'Dum hæc geruntur in Samnio:' quum lacus Avernus situs sit in Campania non procul a mari, pro Cumas, Baias, ac Puteolos. Mecum sentiebat Dukerus; eamdemque ob causam, Pighii emendationem rejiciens, 'avium saltum' inlustrabat ex Liv. XXV. 22. 'In avios saltus montesque recipientes se.' Quod autem Pighius lectorem mirari jubeat, doctissimum Zonaræ interpretem Wolfium auctoris verba tam negligenter vertisse, ut loci nomen celeberrimum silentio præterierit, id non tantum verum est, sed efficit, ut eo majore admiratione dignum videatur, nuperum ejus editorem Carol. du Freane, dom. du Cange, qui in præfatione professus est, se interdum, maxime iis locis ubi auctoris mentem non omnino adsecutus Wolfius erat, ejus versionem Latinam emendasse; hic tamen verba modo laudata vertisse *in silvas altissimas et densissimas*.

Perpulerunt, ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones] *Perpulerunt* Port. et Hav. Tum *expedito ducerentur* Voss. 2. et Lov. 3. *expediti educerentur* Leid. 1. *expeditæ*, vel *expeditæ, educerentur* Port. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N.

§ 8 *Intrasse Romanos vidit saltum*] *Intra se Rom. vidit saltum* Leid. 1. et Lov. 1. *intrasse Rom. vidit in saltum* Lov. 4. Nihil muto. Vide ad VI. 34. § 9. Paullo ante *ingens exercitus hostium*, alio ordine, Port. et Hav. Tum *insiderat*, pro *insederat*, quamdam ex vetustis edd. attamen invitis principibus, et omnibus scriptis. Vide ad II. 29. § 6.

Repente adortus cum clamore ac tumultu invadit] Antiqua lectio *repente exortus cum clamore ac tum. incautos inv.* Gelen. Lectionem, quæ ante Gelenium exstabat, unus probat tantum Hari. *adortus* etiam Hearne invenit in Oxon. L. 1. Sed *repente exortus*, quod est in reliquis scriptis, ut 'subito exortus' IV. 45. 'Certamen subito inter tribunos exortum:' ubi alia exempla vide. XXV. 16. 'Hostes subito exorti; et, ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit.' Insuper *incautos*, quod etiam Gelenius interseruit, non tantum est in reliquis codd. sed etiam antea jam recepit ed. Parm.

§ 9 *Dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, epiceratque armis*] Vel ad arma sumenda dejectis sarcinis, vel armis vestitis ad prælium. Scio sic explicari posse. Nec tamen nollim *arma*, si quis vetus liber patiatur. Lib. X. c. 33. 'Vix dum satis aptatis armis, in ordines erunt.' XXII. 5. 'Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.' Ibidemque c. 19. 'Trepidatione nantarum capere et aptare arma miles prohibetur.' Apud Silium v. 166. e-

Digitized by Google

quo 'Bellatore jubas aptante.' *J. F. Gron.* Virgil. tamen Æn. x. 259. 'Atque animos aptent armis.' Ovidius 'ad arma' dicit Amor. El. I. 13. 14. 'Aptat et armiferas miles ad arma manus.' *Duk.* Quindecim mihi sub oculis sunt vel codd. vel eorum excerpta, iique omnes vulgatum servant, nisi quod *habitaveratque armis* præferat Klockian. *optaveratque armis* Gaertn. Sed 'aptare' et 'optare' eorumque composita sæpe in Mss. confundi, dictum est ad III. 64. § 9. Nihilominus tamen Gronovii conjectura *aptaveratque arma* non displicet: quomodo Livius, non tantum locis a Gronovio laudatis, sed et alibi, locutus est. Ita v. 49. 'Suos in acervum conjicere sarcinas, et arma aptare jubet.' XLIV. 34. 'Alii aptare corpori arma, experirique sub his membrorum agilitatem.' Gronovii sententiæ se non inlibenter accedere fatetur Dujatius; addit tamen, se nec rejicere *aptare se armis*, pro eo quod est armis se apte induere, aut aptum reddere ad pugnam: ea enim ratione Suetonium dixisse in Tiber. cap. 43. 'aptare annulum digito:' in quibus jure miramur vel inlaudabilem negligentiam, vel stuporem interpretis Delphini. Ut enim loca Livii et Suetonii similia forent, vel ille 'aptaverat sibi arma,' vel hic 'aptaverat annulo digitum' dicere debuissent. Præterea *deinde, postquam* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et vett. edd. pro quo Frobenius 1535. *dein* substituit: et ita est in Flor. ac Lov. 4. Vide ad III. 3. § 6. *Deinc* præfert Leid. 1. Insuper *honere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *honore* Voss. 2. Lov. 3. et Flor. a m. pr. Vide ad I. IX. c. 8. § 9. Præterea distinctionem in hoc loco mutavi, qui ante minus recte interpungebatur. In verbis præcedentibus omissa erat vox *primo* in Lov. 4. *Congerant*, pro *congerunt*, exhibet Port. a m. sec.

Notis ordinibus in veteri disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies] Pall. tres *in veterem disciplinam*. Amplius Pal. 2. *obstruebatur acies*. Gebh. Vera lectio est *in vetere disciplina*, quam præferunt Flor. Leid. 2. et Lov. 2. Vide ad X. 18. § 8. Eodem ducunt reliquorum codd. plerorumque lectiones. *In vetere disciplinam* est in Leid. 1. ubi ultima litera postremæ voci adhæsit ex initio sequentis. Vide ad XL. 7. § 8. Qui in similem codicem inciderunt, deinde emendarunt *in veterem disciplinam*, quomodo obserunt Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. et N. Vulgatum igitur, quod in paucis tantum Mss. superest, mutavi. Deinde *trahebant acies* Lov. 3. a m. pr. *struebant acies* a m. sec. quomodo etiam præfert Voss. 2. Male. Vide ad II. 26. § 4. *Frustabatur acies* Lov. 2. 'Struere' in hac re proprium verbum esse, videbimus ad XLII. 51. § 3.

§ 10 *Consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo*] *Consul adcipitem* Flor. a m. pr. in quo, litera *d* a recentiori manu expuncta, factum est *consul acipitem*. Tum *ad ancipitem magis ac maxime pugnam* inepte Gaertn. quæ omnia vocabula desunt in Lov. 3. *Ad ancipitem maxime pugnam eductus* est in Voss. 2. et fragm. Hav. Male. Infra XXVIII. 2. 'Citato equo ad primum clamorem et tumultum advehitur.' Supra II. 47. 'Cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus:' ubi vide quæ notantur. Deinde *desiliit equo* Lov. 4. *desilit ex quo* Hav. *desilit de equo* Gaertn. a m. pr. Nihil mute. Infra XXXV. 34. 'Desilire omnes ex equis jussit:' ubi alia videri possunt.

Et Jovem, Martemque atque alios testatur Deos] Pal. 1. *atque alios testatur Deos:* fortasse quadam τμῆσις, pro *et alios attestatur Deos*. Pal. 2. *Martemque alios testatur Deos*. Gebh. Nul-

Digitized by Google

lam hic tmesin cogitasse librarium existimo, sed sollemni errore *adque*, pro *atque*, scripsisse. Vide Noris. in Cenot. Pisan. Diss. IV. cap. 2. § 2. p. 453. Pari modo sæpe *ad* pro *at* scriptum fuisse, vidimus ad III. 17. § 3. Ceterum vocula *et* deficit in Leid. 1. et Lov. 3. Tum *Martemque et alios* legit Gaertn. *artemque alios* Hav. in quo certe prima litera τοῦ *Martemque* intercepta est ab ultima vocis præced. Vide ad II. 44. § 6. et mox ad § seq. Τὸ *atque* autem omissum erat ob syllabam præced. Hinc *testatus* Lov. 4. Vox *Deos* tandem deest in Leid. 2. et Lov. 1.

Se nullam suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem] *Nullam gloriam suam* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Deinde *se prædam* Leid. 2.

§ 11 *Ab eo se dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum, vindicaturum*] *Abesse dedecore* Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. *ab eo se decore* Hav. Tum *quam virtute militum* Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et Gaertn. Sed ultima litera *m* mediæ vocis a sequentis initiali intercepta est. Vide paullo ante ad § præc. *Quam virtute militem* Lov. 2. Deinde *ditaturum* Lov. 2. *dictaturum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *dicaturum* Leid. 1. ubi syllaba prima intercidit ob similitudinem ultimarum literarum vocis præced. Paullo ante vox *ditandi* non comparebat in Port. et Hav. cujus loco *dictandi* est in fragm. Hav. a m. pr.

§ 12 *Conniterentur modo uno animo invadere hostem*] Lege addendo *uno animo omnes invadere*. Gelen. *Quo niterentur* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed passim literæ *c* et *qu* in Mss. confundi solent. Vide ad IX. 2. § 15. *Quare niterentur* Hav. *conniterentur* Flor. *comiterentur* Voss. 2. *comiteretur* Leid. 1. *committerentur* Lov. 2. 3. et Gaertn. Deinde vox *omnes* deficit in Harl. Neapol. Latinii, et edd. prioribus, quam Froben. primus recepit an. 1535. Ei vero consentiunt reliqui Mss.

Victum acie, castris exutum, nudatum urbibus] *Victum aciem* Leid. 1. Hinc *castris excitum* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam alibi peccarunt librarii. Vide Nic. Heinsium ad Claud. Bell. Getic. vs. 36. Insuper *nudatum juribus* Lov. 2. Mox *insidiatum*, pro *insidiarum*, fragm. Hav. *furto insidiari contemptantem* Klockian.

§ 13 *Sed quem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum*] Lege *Ecquem esse*, et cum priori membro junge ita: dummodo conniterentur uno animo invadere hostem victum acie, castris exutum; ecquem esse jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum? *Sigon.* Pal. 1. et 3. *Si quem esse:* Pal. 2. *Sed nullum esse virtuti Romanæ locum inexpugnabilem.* Sigonius non male, si a libris, *Ecquem este jam virtuti Romanæ*. Gebh. Lege inquit Sigonius, *Ecquem esse*. Libri nulli subscribunt: et hoc loco nescio quid peregrinum sonat. Justinus XVIII. 6. 'Regem aliquem poscere, qui cultiores victus eum Afrosque perdoceat; sed quem inveniri posse, qui ad barbaros transire velit?' *J. F. Gron.* Nullus etiam meorum codd. Sigonii conjecturæ favet, licet tamen non omnes vulgatum probent. Certe *Si quem esse jam virtuti Romanæ* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. *Sed quem esse virtuti Romanæ* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Sed quem esset virtuti Romanæ* Port. a m. pr. *Sed quæ esse virtuti Romanæ* a m. sec. *Sed nullum esse jam virtuti Romanæ* Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. et L. 2. *Sed nullum esse virtuti Romanæ* Hav. et Hearnii B. *Sed quem nullum esse jam virtuti Romanæ*, duplici lectione juncta, Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. Vulgatum, quod reliqui servant, cum Gronovio malo. Insuper *locum inexpugnabilem* Hav.

Ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur] *Ubicumque erat iniquo*

Digitized by Google

succ. loco Port. et Hav. Vox *loco* deest in Lov. 2. Deinde *memorabatur* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. et fragm. Hav. Utrumque ferri potest. Malo itaque receptam lectionem, pro qua stant optimi codd. *Memorabat* Hav. Vide ad x. 10. § 1. *Commemorabatur* Hav. et editi ante Aldum. Sed prima syllaba vel in codd. reliquis ab ultima vocis præced. intercepta, vel in eo, quem primi editores secuti sunt, ex ejusdem repetitione addita est: quod posterius propter reliquorum codd. auctoritatem, syllabam *com* ignorantium, verius puto; quamvis tamen nec *commemorabantur* incommodum foret. Paullo ante *Oranaque*, pro *Soranaque*, Flor. a m. pr.

§ 14 *His accensus miles, omnium inmemor difficultatum*] *His accensis* Port. Originem hujus erroris indicavi ad VI. 3. § 8. Præterea *difficultatium* Flor. Quod recepi. Vide ad VII. 38. § 5.

Vadit adversus imminentem hostium aciem, ubi paullulum laboris fuit] *Imminentium hostium aciem* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Hinc *ibi*, pro *ubi*, iidem illi codd. quibus consentiunt omnes edd. Basileensi 1539. priores. Sæpius hæ voculæ in Mss. confundi solent. Vide ad Livii XXVII. 5. § 2. Hic tamen, mutata distinctione, veterem lectionem revocavi. Eamdem distinctionem autem non modo præferunt antiquiores edd. quæ *ibi* servant; verum insuper illæ etiam, quæ *ubi* receperunt, usque ad Gronovium; qui, hac lectione recepta, eam vix ferri posse animadvertit, ideoque inmutavit. Unde, τὸ *ubi* potius operarum errore invaluisse, credibile fit. Veterem lectionem etiam Sigonius restituerat, sed neminem habuit, qui præeuntem sequeretur. Deinde *paullum* est in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Similiter etiam Frobenius 1535. edidit, eumque secuti sunt recentiores usque ad Gruter. qui in postrema ed. *paululum* substituit, ut Frobeniana modo memorata antiquiores exhibuerant. Sæpius ita variasse librarios, videbimus ad XXXVI. 9. § 8. Verum hic etiam codd. sequi malui. Mox *exigitur*, pro *erigitur*, Hav. quæ lectionis diversitas etiam alibi in Mss. obvia est. Vide ad VI. 2. § 1. De ipsa locutione vide ad X. 26. § 8.

§ 15 *Versus extemplo est terror in insidiatores*] *Versus extemplo terror est* Port. et Hav. Tum præpositio *in* abest a Leid. 1. et Lov. 3. sed intercepta est a syllaba initiali vocis seq. Vide ad VIII. 33. § 6. Paullo ante *summam planiciem*, et *jam se*, transpositis vocibus, est in Lov. 2. Præterea *instetisse*, pro *institisse*, edd. Rom. 1472. et Parm.

Easdemque latebras] *Easdem latebras* Gaertn. *easdem quippe latebras* Flor. Mox verbis seqq. *palati et inermes*, pro *atque inermes*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

§ 16 *Sed loca difficilia, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant*] Vet. lib. *sed loca diff. ab hoste quæsita ipsos cum sua fraude imp.* Sigon. *Loca difficilia hosti quæsita* probe vetustissima ed. Andreæ: cujus scripturæ elegantiam non assecuti scribæ fecerunt in Pall. tribus *loca difficilia ab hoste quæsita*. Campanus edidit *sed loca difficilia hosti exquisita*. Gebh. *Loca difficilia hostiæ quæsita* Flor. *loca difficilia ab hoste quæsita* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses N. L. 2. B. ac C. nisi quod codex posterior præferat *loco difficilliora*. Et hanc scripturam Sigonius in contextum recepit, nullo recentiorum lectionem ejus probante. Et sane ea potius, quam vulgata, ex interpolatione vel interpretis expositione nata videtur. Adi, quæ notantur ad VI. 11. § 4. Præterea *ipsos cum sua fraude* est quo-

Digitized by Google

que a Sigonii emendatione, quomodo etiam ante eum Mediolanenses 1505. ediderant. Neque aliter est in Voss. utroque, Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii N. L. 2. B. ac C. Vocula *tum* et *cum* sæpe in Mss. confunduntur. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Utrumque commode ferri posse existimo. Et quidem a Sigonio plures, a prisca scriptura integriores stant Mss. *Ipsos tum sua fraude* habet Lov. 3. *ipsos tum fraude sua* Lov. 2.

Itaque ergo perpaucis effugium petuit: cæsa ad viginti millia hominum] Vox *ergo* exsulat a Lov. 4. Male: *itaque ergo* enim Livius jungere solitus est. Vide ad I. 25. § 2. et III. 31. § 5. quibus etiam locis nonnulli scribæ locutione ea obfensi particulam *ergo* neglexerant. Tum *paucis effugium patuit* fragm. Hav. Non sequor. Vide ad XXXVII. 11. § 3. Deinde *cæsi* Voss. 2. Ita Livium sæpius locutum esse, videbimus ad XXXVII. 39. § 12. Hic tamen, invitis reliquis codd. unum audire iniquum puto.

Victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit] *Victoque Romanus* Flor. Vox *ultro* deficit in Harl. et edd. Aldina prioribus. Supra I. 17. 'Obferendum ultro rati, quod amissuri erant.' XXXII. 21. 'Nolite, si, quod omnibus votis petendum erat, ultro obfertur, fastidire.' XL. 23. 'In omnia ultro suam obferens operam.' Hinc *prædam pecudum* Hearnii Oxoniensis L. 2. et N. *Pecorum* tamen in posterioris margine adparet. Vide ad XXXVII. 39. § 4.

CAP. XXXII. § 1 *Omnes Etruriæ populi præter Aretinos ad arma ierant*] Pall. 1. et 3. *ad armæ se contulerant*. Amplius Camp. *ad arma ierant, ad oppugnandum Sutrium*. Gebh. Quid alibi volunt Voss. 2. et duo Pall. *ad arma se contulerant*? J. F. Gronov. Quædam edd. apud Hearnium *Arretinos*. 'Arretium,' ait Aldus in Orthographia, 'duplici *r* libri veteres et lapides.' De lapidibus credo verius esse, quod dicit, quam de libris: nam, in his non semper ita scribi, certum est. Sed illi haud dubie præferendi sunt. Adde Græviam ad Suet. Domit. c. 11. *Duk. Ad arma se contulerant* etiam Lov. 3. quæ lectio ex interpretis expositione, margini vel inter versus olim adscripta, in contextum inrepsisse videtur. 'Ad arma ire' Livius sæpius usurpavit. XXI. 48. 'Contactosque eo scelere, velut injecta rabie, ad arma ituros.' XXXIII. 26. 'Tum primum suo nomine ad arma ierant.' XLII. 2. 'Facile tamen adparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum.' c. 21. 'Ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt.' Tum *Aviciños* Hearnii Oxoniensis L. 2. *Arretinos* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 4. et Flor. neque aliter pleræque edd. Parisina 1573. antiquiores hoc loco et c. 37. ut et X. 3. Reliquis vero locis, ubi hujus populi mentio fit, etiam illæ edd. quæ nunc dissentiunt, literam duplicem caninam servant. Hæc inconstantia displicet; quare hic et alibi *Arretinos* reposui, præsertim quum ita supersit in inscriptionibus antiquis, ut jam monuit Claver. Ital. Antiq. l. II. c. 3. p. 571. Deinde *ad oppugnando Sutrio* est in Flor. manifesto scribæ lapsu, quem emendaturi alii longe pejus dederunt *ad oppugnandum Sutrium*, quomodo est in Lov. 2. Harl. Hearnii Oxoniensi C. et Neapol. Latinii.

Ab oppugnando Sutrio, quæ urbs, &c.] Sutrium coloniam deductam a Romanis post annos VII. quam Roma a Gallis capta est, scribit Velleius I. 14. Eamdem ἔτους hoc anno vocat Diodorus lib. XX. p. 750. Præterea Livius XXVII. 9. inter colonias numerat. *Sigon.*

Quæ urbs, socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens ovsi bellum]

Digitized by Google

Optimi membranæ *quæ urbis socia Romanis*. Modius. Quis sit sensus lectionis, quam e membranis produxit suis Modius, non assequor. *Gebh.* Librarius cod. quo Modius usus est, eodem modo aberrans *urbis* dedit pro *urbe*, quæ habuimus *stirpis* pro *stirpe*, l. 1. § 11. Tum vox *Romanis* exulat ab Hav. Deinde *velut claustrum Etruriæ* Lov. 2. Verum hoc sensu numero plurali apud Livium usurpatur. Infra XXXII. 21. 'Cur excessit faucibus Epiri claustrisque illis inexpugnabilibus super Aoum amnem.' XLII. 67. Oppidum 'ante ipsa Tempe in faucibus situm, Macedoniæ claustra tutissima præbet.' Lib. XLV. cap. 11. 'Pelusii validum relictum erat præsidium: adparebat claustra Ægypti teneri.' At *velut castra Etruriæ* Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum aberratione. Vide Burmann. ad Ovid. ex Pont. Ep. II. 9. 37. Oudendorp. ad Lucani VI. 118. et quæ notavi ad Silii X. 643. Ceterum Doujatius Sutrium, quam Vellei. septimo anno post Romam a Gallis captam coloniam Romanorum factam scribit, et Diodorus circa hoc tempus coloniam vocat, hic tamen a Livio 'sociam Romanis urbem' vocari conjicit, quia non optimo jure, sed sine civitate, coloni erant. Verisimilius tamen esse, Sutrinos nondum hoc tempore colonos fuisse, dictum est ad VI. 3. § 2. Ad testimonium Diodori tanto minus adtendimus, quod Sutrium jam proximo post Romam ex manibus Gallorum liberatam anno ἀτρούλῳ vocet lib. XIV. p. 456. apud Vellei. autem forte *Satricum*, pro *Sutrium*, legendam est. Vide ad d. l. Livii notata. Tandem *ingens orsa bellum* Lov. 2. *ingens orsum bellum* Hari.

§ 2 *Eo alter consul Æmilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit*] E tribus Mss. lege *Eo alter consulum Æmilius*. Gebh. Quinque alii cum Thuan. *Eo alter consulum Æmilius*. J. F. Gron. Per quinque codd. Gronovius tres Pall. et duos Voss. intellexisse videtur. Et ita tantum non omnes mei, ut et omnes Hearnii Oxonienses, præter unum B. qui *alter consul* servat. Passim apud Livium 'alter consulum' obcurrit. Quædam loca Jac. Gronovius notavit XXIV. 47. § 12. Adde II. 11. § 8. III. 38. § 4. VIII. 12. § 4. XXIV. 21. § 1. et XXVII. 25. § 6. Alia insuper passim obcurrunt. Error facillime nasci potuit, quia pro *consulum* librarii per compendium vel *cos.* vel *cons.* vel *coss.* vel *consul*, linea per ultimas literas cornu traducta, scribere soliti sunt. Vide ad X. 10. § 2. Deinde *ad Ab. obsid. venit socios* fragm. Hav. in quo etiam prima vox *Eo* a m. pr. omissa erat. Sed ejus loco *Et* exhibet Lov. 2.

Commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere] Pal. 2. *adduxere*. Gebh. *Commeatus benignos* Flor. sed vox *benigne* non adparet in Leid. 2. et Lov. 1. Melius eam ceteri servant, quæ hic eleganter pro 'largiter,' 'copiose' accipi potest; ut XXXVI. 22. 'Ager Heracleensis benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat.' Ita contra 'maligne' est parce. l. VIII. c. 12. 'Materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus.' Lib. XXXIX. cap. 9. 'Maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur.' Hinc *aduxere*, una litera omissa, Port. a m. pr. in qualem cod. incidens scriba Hav. substituit *adduxere*. Alibi sæpius ita variare codd. videbimus ad XXVII. 38. § 12. Paullo ante *Et advenientibus*, addita prima vocula, præferunt Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxonienses N. L. 2. ac B.

§ 3 *Consultando, maturarent, traherentne bellum*] *Cum consultando* Port. in margine a m. sec. *consilia dum maturarent* Lov. 4. Præterea *traherentve* Hav. Vide ad V. 28. § 5. Tota vox

Digitized by Google

truberentne omittitur in Port.

Celeriora, quam tutiora, consilia] Duæ mediæ voces exulant a Flor. et Hearnii Oxoniensi L. 1. At similiter ad XXII. 38. 'Id sua sponte adparebat, tuta celeribus consiliis præpositurum.' Neque multum differt, quod habuimus II. 51. 'Quamvis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia.' Mox *signum pugnæ positum* Gaertn. 'Proponere' in hac re proprium verbum est. Supra hoc lib. c. 23. 'Signum repente pugnæ proposuit.' XXII. 45. 'Nihil consulto collega, signum pugnæ proposuit.' Et sæpe alibi. Per compendium scriptum erat *ꝓ positum*; idque errandi caussa librario fuit, eodem fere modo, quo *per* pro *propter* datum est sæpe: de quo vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIV. Tandem *armati*, pro *armatique*, est in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 4 *Tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat*] Duplicis generis tesseræ in re militari notæ fuerunt: alteræ, quibus milites se internoscerent; alteræ, quibus imperator militibus, quid agendum foret, indicabat. Vide quæ notavi ad Silii Ital. VII. 347. Posterioris generis tesseram hic intelligi, nullus non videt: excipio tamen professorum regiorum primicerium J. Doujatium, qui ad hunc locum monuit, per *tesseram* se intelligere symbolum, quod sub ipsam pugnam uno aut altero verbo ab imperatore datur, ut eo indicio commilitones inter se norint. Ceterum *et prandeat miles* Leid. 2. et Lov. 1. in contextu, pro quo *ut* emendatur in ejus margine. Vide ad XXI. 28. § 8. et mox § seq. *Ut plaudeat* Voss. 1. cujus margini recte *prandeat* adscriptum est. Insuper *fumatisque cibo viribus* sine sensu inepte Hav. Paullo ante *post*, pro *postquam*, erat in Lov. 3.

§ 5 *Ubi armatos paratosque vidit*] Lego *pransos paratosque*. Vide Lipsium Var. Lect. II. 9. Vidi enim librum veterem, qui habet *ubi exitos paratosque*. Klock. *Armatos paratosque* Lov. 3. sollemni scribarum errore. Vide Burm. ad Nason. Ep. Her. V. 41. *Parates armatosque* Gaertn. Reliqui nihil mutant: quare et mihi a vulgato discedere religio est. Supra VI. 26. 'Ita armati paratique obviam imperatoribus legionibusque vestris processimus.'

Proferri jussit, et haud procul hoste instruxit aciem] Pal. 1. et 3. *procul hostem*, sec. *procul ab hoste*. Gebh. *Procul ab hoste* Lov. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. C. *procul hostem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. De hac locutione vide ad XXI. 61. § 8. Potius nihil muto, atque existimo, ultimam literam *τῷ hostem* adhæsisse ex prima syllaba vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. De constructione autem vocis *procul* cum casu sexto vide ad XXIV. 28. § 1. Deinde *proferri jubet* Gaertn. Paullo ante vox *consul* non adparebat in Lov. 4.

Ut ab adversariis clamor et pugna inciperet] *Et ab advers.* Hav. Vide modo ad § præc. *Ut adversarius clamor* Lov. 3. Insuper *clamor et pugna inciperent* edd. Rom. 1472. et Parm. Utrumque genus loquendi Livio familiare fuit. De altero vide ad I. 31. § 7. de altero ad XXXVII. 29. § 6. Sana igitur ratio suadet, ut scriptis vulgatum pertinaciter tuentibus adhæreamus. In verbis præcedd. *utrimque intenti*, inmutato ordine dictionum, Harl. Port. Hav. et edd. Aldina priores. *Intenti utrique* Lov. 3. Vide ad VI. 31. § 8.

§ 6 *Telum hinc aut illinc emissum est*] *Hinc atque illinc dimissum* Gaertn.

§ 7 *Nec segnius ab Romanis pugna initur*] Præpositionem omittunt Harl. et edd. primæ. Vide ad VI. 11. § 4. Quum tamen reliqui scripti eamdem servent, ego ei controversiam a me motam nolim. Omnia autem hæc verba exulant a Voss. 2. Leid. 1. Lov.

Digitized by Google

2. 3. 4. et fragm. Hav.

Virtute Romanus superat] Pali. 1. et 2. *supererat*. Gebh. *Superat* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. et Hav. *supererat* Lov. 3. et fragm. Hav. Vide ad VI. 4. § 2.

§ 8 *Ancepe prælium multos utrimque; et fortissimum quemque, absumit*] *Et multos utrimque, et fortiss. quemque* Port. et Hav. Sed levioris auctoritatis sunt, quam ut eos solos, invitis reliquis, audirem. Tum *adsumit* Flor. *aesumit* Leid. 2. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad hujus lib. c. 17. § 17.

Secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis, successerunt] *Romana acies secunda* Leid. 2. et Lov. 1. *secunda acies, Romani* Leid. 1. *secunda acies Romanos* Flor. Tum *integra fessis successerunt* Gaertn. *integri fessi successerunt* Voss. 1. et Leid. 2. Sed ultima litera vocis *fessis* intercidit ob initialem sequentis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. *Fessis integri successerunt* Harl. et edd. vett. usque ad Frobenianam a. 1535. Deinde *acies Romana ad prima acies fuit, ante signa*, reliquis mediis omnibus omissis, Lov. 4. neque aliter Leid. 1. nisi quod *a prima* præferat. *Acies Romana ad primam accessit, ante signa* Lov. 3. Causa erroris fuit repetitio vocis *prima*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11.

§ 9 *Ante signa circaque omnes ceciderunt*] *Ante signaque* Hav. Tum *ceciderant* Voss. 2. et Lov. 3.

Ni obstinatos mori Tuscos nox texisset] Contusus et hic locus in Mss. Pali. nam 1. et 3. *obstinatos morituros coss.* Pal. 2. *obstinatos morti Etruscos*. Gebh. *Obstinatos mori Etruscos* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Solent voces 'Tuscus' et 'Etruscus' confundi. Vide ad II. 47. § 6. Et quidem tanto magis pro *Tuscos* substituerunt hoc loco *Etruscos*, quia ita etiam in verbis præcedd. vocati erant. At Livium in hac variatione elegantiam captasse, docet Jac. Gronov. ad Liv. II. 7. § 2. Ceterum *obstinatos morituros cos.* Leid. 1. et Lov. 4. *obstinatos morituros consules* Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii C. *obstinatos morituroseque consules* Lov. 2. Similes librariorum lapsus videbimus ad XXXVII. 2. § 9. *Obstinatos morituros*, omissa sequenti voce, Hearnii Oxon. N. Ferre non potuisse videntur librarii genus loquendi, ad imitationem Græcorum formatum, 'obstinatos mori.' Ita tamen Liv. loquitur XXVIII. 22. 'Ut neminem cedere, atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit.' XLII. 65. 'Quum ex insperato jam obstinatis mori spes adfulsit.' 'Obstinatus ad moriendum' dixit Curtius VIII. 2. 'Quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt.' Mox *ita haut victores prius, quam vita, pugnandi finem facerent* Klockian.

§ 10 *Post occasum solis*] In Pal. 2. ambigue scriptum est, ut possis etiam legere *post occasum solem*. Plinius, 'post mediam noctem, post solem meridiem, et post solem occasum agunt.' Plautus in Epid. I. 2. 41. 'Nam ni ante solem occasum hoc argentum eloces, Meam domum ne imbitas.' *Gebh.* Vide viros doctos ad d. l. Plauti, ubi et Plinii illud laudatur; et Laurent. in Antiquar. voce 'Occasus sol.' Verum omnes codd. quibus utor, uno ore vulgatum defendunt. Et passim etiam Livius 'occasum solis' memorat; vide Gronov. Observ. I. IV. c. 4. p. 58. numquam vero 'solem occasum;' quod nimis antiquatum videtur, quam ut Nostro convenire queat.

Nocte ab utroque in castra reditum] Præpositio *in* deficit in Gaertn. Ne 'redire castra' alicui placeat, videnda sunt quæ notantur ad II. 44. § 11.

§ 11 *Quidquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est*] Vet. lib. *memoria dignum*. Sigon. Ita et

Digitized by Google

Lov. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Harl. a m. sec. et Hearnii Oxonienses. Sed optimi rectius nihil mutandum evincant. Tum *est* deficit in Lovel. 4. *gestum est* in Voss. 2. et Lov. 3. *est gestum* legit Hav.

Quia et ex hostium exercitu prima tota acies delata] *Qui et ex host.* Gaertn. Vide ad XXXVI. 33. § 5. *Quia ex hostium* Voss. 2. Lov. 2. et Hav. Vide ad II. 44. § 3. Tum vox *tota* omittitur in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo post *subsidiaris*, pro *subsidiariis*, Lov. 1. Vide ad XXXII. 6. § 6. *Subsidianis* Lov. 4. Vide ad III. 30. § 3.

Subsidiariis modo relictis] Hæc parum videntur convenire cum iis quæ paullo ante dixit: 'quia nullis recentibus subsidiis fulta prima acies fuit.' 'Subsidiarii' opponuntur 'primæ aciei' VI. 8. IX. 27. et XXXIV. 15. Si ergo subsidiarii relicti fuerunt, quomodo prima acies non fulta fuit subsidiis? Hoc non possum expedire. *Duk.*

Vix quod satis esset ad castrorum præsidium] *Vixque satis esset* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. *Quod vix satis esset* Lov. 4. Vide ad XXVIII. 12. § 13. *Ad castrorum ad præsid.* Leid. 1. *ad castrorum subsidium præs.* Lov. 2. Sed additis notis librarius postea indicavit, vocem *subsidium* delendam esse.

§ 12 *Ut plures post prælium auxili decesserint, quam ceciderant in acie*] Vox *auxili* deficit in Harl. Tum *decess., quam ceciderint* est in Voss. 2. et Hav. quod si plures aut certiores servassent, in contextum recepissem. Ni quis hæc referre malit ad enallagen modorum, de qua videbimus ad XLI. 24. § 5. Præterea *ceciderant acie* Leid. 1. quod eodem modo dictum esse potest, quo XXIII. 21. 'Qui ceciderant pugna Cannensi:' ubi Gronov. vulgatum contra Sigonium, *in pugna* substituentem, defendit. Nepos in Paus. c. 1. 'Eoque ipse dux cecidit prælio.' Ovid. Epist. Her. I. 21. 'Denique quisquis erat castris jugulatus Achivis.' Florus III. 16. 'Occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus.' Curtius VII. 7. 'Cecidere eo prælio peditum duo millia.' Quum tamen reliqui codd. stent pro vulgata scriptura, ei adversari nolo. Paullo ante *tantum vulneris*, pro *vulnerum*, erat in Lov. 4.

CAP. XXXIII. § 1 *Q. Fabius insequentis anni consul*] Hic addendum *iterum*. Nam primum fuit a. CDXXXII. (I. VIII. c. 38.) postea vero adhuc ter Maximi nomen ad finem hujus libri meruit, quamquam in prioribus sæpe huic appositum est, sed perperam, meo quidem judicio, ut antea etiam admonuimus ad VIII. 18. *Glar.* Prænomen hujus consulis abest a Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. N. B. ac C. Omisit etiam Aldus, sed inter errata addendum monuit. Deinde, neglegentia librariorum factum esse, ut Fabio iterati consulatus nota non adscribatur, existimavit etiam Pighius in Annal. ad a. CDXLIII. p. 368. Sed vide quæ dicta sunt ad II. 16. § 7. De prolepsi, qua Fabio cognomen 'Maximi' ante censuram tribuitur, vide ad VIII. 18. § 4. Mox *bellum* deficit in Leid. 2.

Collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est] *Fabio C. Martio Rutilius* Voss. 1. et Lov. 1. in quo tamen a m. sec. *Martius* emendatur. *Fabio C. Martius Rutilius* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Harl. et Gaertn. *Fabio C. Marcius Rutilius* Leid. 1. fragm. Hav. aliique. *Fabio C. Martius Rutillus* Port. *Fabio C. Marcius Rutullius* Hav. a m. pr. in quo manus altera *Rutillius* emendavit. Vide ad VII. 17. § 6.

§ 2 *Et Fabius supplementum ab Roma adduxit*] Pall. duo *abduxit*. Gebh. *Abduxit* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Klockian. Eamdem lectionem quum etiam Salvinius in Flor. invenisset, adjecta nota indicavit,

Digitized by Google

sibi illam non displicere. Sæpe quidem 'abducere' et 'adducere' in Mss. commutantur, ut dicendum erit ad XXVII. 29. § 1. Hic tamen vulgatam præstare puto, licet alterum malint præstantissimi codd. Vide ad XXXVI. 40. § 8. Codd. obpono auctoritatem Prisciani, qui hunc locum laudans Gramm. l. XV. p. 1008. exhibet *adduxit*. Ceterum *et* non adparet in Hearnii Oxon. L. 2. Male. Vide ad II. 44. § 3. *A Roma* legit Gaertn. utrumque dissentiente Prisciano loco laudato. In verbis etiam proximis *et* ignorant Leid. 2. et Lov. 1.

§ 3 *Permulti jam anni erant, quum inter patricios magistratus tribunosque*] Vet. lib. *tribunosque plebis*. Sigon. Pall. duo cum Andrea et Campani editis ejiciunt τὸ *plebis* intrusum ab Sigonio, et comparens in Pal. 2. *Gebh.* Vocem *plebis*, si bonos auctores haberet, facile ferrem: nunc, quia non modo editi veteres, sed et Flor. Rott. uterque Voss. Helm. Thuan. refutant, ex uno Sigoniano admittere non possum. *J. F. Gron.* Vocem *plebis* ex nostris, præter memoratos a Gronovio, ignorant etiam Leid. duo, Harl. Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. et fragm. Hav. ut et Hearnii Oxon. N. ac C. ut non inveniatur nisi in meis minimæ fidei Port. Gaertn. et Hav. atque in Hearnii L. 1. 2. et B. Recte itaque Gronovio displicuit: hinc iteram ex contextu ejeci. Alibi vero sæpe tribuni plebis simpliciter 'tribuni' vocantur. Vide ad II. 56. § 1. Præterea *Permulti anni jam erant*, in alium ordinem digestis vocibus, Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum consensui obtemperandum esse arbitratus sum.

Quæ velut fatalis cum tribunis ac plebe erat] Non cum tribunis ac plebe erat Appiana familia, sed contra tribunos ac plebem: ergo cum tribunis aut 'contendens,' aut 'bellatrix' intelligendum. Alii legunt *tum tribunis ac plebi*, eodem sensu, sed luculentioribus verbis. *Glar. Fatalis tum tribunis ac plebi erat* Frobeniani correctoris commentum. Ante illum ab Andrea ad Juntam omnes *fatalis cum tribunis ac plebe*. Nec secus illi, quos appellavi modo, scripti codd. nisi quod Rott. et Helm. defecti, *fatalis cum tribunis erat*, Flor. *fatalve*. Suspicor fuisse *cum ex ea familia, quæ velut natalitibus cum tribunis ac plebe erat, certamen oritur*. Et genus hoc loquendi amat Livius. *J. F. Gron. Fatalis cum tribunis ac plebe* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Klockian. *Fatales cum tribunis ac plebe* Leid. 1. *fatalis cum tribunis ac plebi* Voss. 1. et Hearnii Oxon. N. ac C. Gronovii conjectura non displicet. De locutione 'natus alicui rei' vide ad IV. 13. § 11. Præterea vox *erat* non conspicitur in Leid. 2.

§ 4 *Circumactis decem et octo mensibus*] Pall. duo *actis decem et octo mensibus*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Pariter fere Phædr. Fab. I. 18. 2. 'Instante parta muller, actis mensibus, Humi jacebat:' ubi vide viros doctos, et præcipue Burmann. Mihi tamen recepta scriptura hoc loco non displicet, partim quia eam servant reliqui omnes codd. partim quia Livius verbum 'circumagere' hoc sensu sæpe usurpavit. Ita III. 8. 'Graviore tempore anni jam circumacto.' VI. 1. 'Neque eum abdicare se dictatura, nisi anno circumacto, passi sunt.' c. 38. 'Prius circumactus est annus, quam a Velitris reducerentur legiones.' XXIII. 30. 'Circumacto tertio anno Punici belli.' XXIV. 8. 'Nobis autem in adparatu ipso ac tantum inchoantibus res annus circumagitur.' XXVI. 40. 'Magna parte anni circumacta.' XXVII. 30. 'Vixdum inducierum tempore circumacto.' Deinde *XVIII. mensibus* Lov. 2. et Port. Mox *finitum censura*,

Digitized by Google

pro *censuræ*, Voss. 2. et fragm. Hav. *censuere* Lov. 3. et *temporis spatium* Lov. 4.

C. Plautius collega ejus] *P. Plautius* Hearnii Oxon. C. Prænomen deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *compelli, ut se abdicaret, potuit*, addita media voce, Lov. 2. 4. et Hav.

§ 5 *Non popularem magis, quam justam*] *Non tam pop., quam justam* Lov. 4. Mox *quam optime cuique*, pro *optimo*, Gaertn. Vox *cuique* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mam. Æmilium*] *Legem civiliam recit.* Hav. *legem Æmiliam irritaret* Lov. 4. Tò *ejus* autem deficit in fragm. Hav. a m. pr.

Longinquitate potestatem dominantem, intra sex mensium et anni coëgisset spatium] Pal. 2. *egisset*, hoc est, 'constrinxisset,' et 'coarctasset.' Sic dicitur 'agere in gyrum.' At reliqui duo: *qui quinq. ante cens., et longinq. potest. dominantem, moratus sex mensium et anni coëgisset spatio.* Utra elegantior, utra Livio dignior, non definio. *Gebh. Longinq. domin. potest.* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *egisset* Port. Non placet. Cic. pro C. Rabir. c. 2. 'Meque, ex comparato et constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum coëgisti.' Sed *mora sex mensium et anni coëgisset spatio* etiam Voss. 2. et Lov. 3. quam scripturam, licet veri incertus dubitet Gebhardus, utra præferenda sit, alteri cedere existimo. *Sex mensum* est in Flor. a m. pr. Vide ad XXIX. 3. § 5. Ex eo postea *mensium* factum est, sed a manu satis antiqua.

§ 7 *Dic, agedum, inquit, Ap. Claudi, quidnam facturus fueris*] *Agendum* Voss. 2. facillimo lapsu scribæ, qui se *agēdum* exaratum invenisse credebat. Alibi sæpe ita peccatur. Vide ad VIII. 9. § 4. hoc lib. c. 16. § 18. et pluribus locis. Tum *quidni facturus fueris* Harl. *quidnam futurus fueris* Lov. 1. Vide ad XXXI. 45. § 2. *Quidnam facturus fueras* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn.

Quo C. Furius et M. Geganius censores fuerunt, censor fuisses] *C. M. Furius* Harl. Deinde *M. Gregannius* Port. Vulgatum verum est. Vide ad IV. 22. § 7. Deinde *censor factus fuisses* Harl.

§ 8 *Magno opere ad causam pertinere suam*] Ita præfert sola Jac. Gronovii editio, eamque secuta Amstelædam. quæ tamen se contextum Livii ad mentem J. F. Gronovii exhibere jactat. Mutationis causam non subjecit vir celeberr. sed codd. auctores habuisse non dubito. Certe ita ex meis præferunt Flor. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Harl. Vide ad XXVIII. 18. § 4.

Etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, &c.] Nisi hæc cavillatio revera est, non video, quomodo hic locus intelligendus: nisi forte quis aliquid ei deesse suspicetur, quod equidem nescio: id tamen etiam in oratione decemviri accidit lib. III. *Glar.* Hæc cavillatio hanc habet vim: legem Æmiliam de annua et semestri censura tenuisse tantum censores eos, quorum in magistratu lata est, quia bis de eorum magistratu scivit populus, primum comitiis censoriis, ut censuram in quinquennium obtinerent; deinde legem ferente Æmilio dictatore, ut obtinerent in XVIII. menses. Itaque videri latam legem illam in eos tantum censores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc sensum non percipiens Glareanus hic aliquot verba intercidisse sine causa existimat. *Sigon. Si tenuerit* Lov. 2. Deinde *quorum magistratu* fragm. Hav. a m. pr. Vide Burm. ad Suet. Cæs. c. 50. Præpositio autem hic intercepta est, vel ab ultima præced. vel a prima litera seq. vocis. Prioris erroris alia exempla vide ad X. 13. § 3. posterioris ad XXXVII. 1. § 2.

Digitized by Google

Insuper *lata est* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Port. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac C.

§ 9 *Quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset*] *Qua post illos censores* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XL. 29. § 8. *Quia si post illos censores* Hav. Mox *populum jussisset* Flor. et Leid. 1. Ceterum verba *quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores* desunt in Gaertn. cujus neglegentiæ caussa fuit repetitio vocis *censores*. Vide hoc ipso lib. ad c. 11. § 11.

Quodque postremum jussisset, id jus ratumque esset] Tres priores voces desunt in Gaertn. Tum *adjuratumque esset* Flor. *ad jus ratumque esset* Leid. 1. et Hav. *id jus ratum esset* Port. et Hav. Vide ad l. VII. c. 17. § 12.

Aut eorum quemquam, qui post eam legem latam] *Aut quemquam* Leid. 2. et Lov. 1. *aut suorum quemquam* Gaertn. a m. pr. Tum *qui postea legem latam* Flor. omissa virgula, qua ultima litera vocis *eam* indicatur. Mox *ea lege teneri* Lov. 2. alio ordine.

CAP. XXXIV. § 1 *En, inquit, Quirites, illius Appii progenies*] Pall. 1. 3. et Camp. ed. *Est, inquit, Quirites.* Andreæ ed. *Et hic est, inquit, Quirites.* Gebh. *Est, inquit, Quirites* præferunt etiam Flor. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Port. et Gaertn. *Et, inquit, Quirites* Harl. Vide ad II. 12. § 13. *Et hic est, inquit, Quirites* pr. edd. usque ad Aldum, qui primus ei vulgatum substituit, quod in reliquis codd. superest. Paullo ante *Hoc sine ullius*, pro *Hæc*, Voss. 2.

Qui decemvir in annum creatus] Per notas scriptum fuerat *qui Xvir.* Hinc *qui IIvir*, vel *duumvir*, factum est in Lov. 3. *qui A virū* in Leid. 1. *quia vir* in Lov. 4. Literas *A* et *X* in Mss. confundi, videbimus ad XL. 59. § 8. inde iterum, utraque lectione quasi juncta, *qui ante decemvirum* datum est in Hearnii Oxon. L. 2. *qui decemvirum* habet fragm. Hav.

Tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit] Hic quintus poterat esse locus ad ostendendum, decemviros tribus regnasse annis, quemadmodum lib. III. ostendimus: sed satis est probationum. *Glar.* Vide ad III. 38. § 1. Ceterum voces *altero anno se ipse creavit: tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus* desunt in Voss. 2. Caussa erroris est repetitio vocis *creatus*. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11. Insuper *nec a se* habent Lov. 2. 3. et Gaertn. Deinde *privatus* deficit in Harl. Tandem *imperium accepit* ostentant Voss. 2. et Lov. 3. Nihil muto. 'Obtinere' hic non est consequi, sed perseverare in tenendo, obstinate tenere; quomodo hoc verbum supra accipiendum, docuit Gronov. ad Livii III. 36. § 9. Eo sensu nunc poni, docet sequens 'continuando;' ut et, quod deinde vocet 'retenta imperia.' Id non intelligentes interpretes 'obtinere' pro consequi positum existimarunt, et ideo per 'accipere' in margine exposuerunt, quod deinde in contextum admissum est.

§ 2 *Quam obruerunt eum male parta, male gesta, male retenta imperia*] *Obruerunt* primus vulgavit Gruter. in ultima, quæ ejus nomen præfert, ed. Omnes priores exhibent *obrurent*, quod etiam superest in Flor. Leid. utroque, Lov. 4. Port. Klockian. Hav. et fragm. Hav. Quod recepi. Deinde *male gesta et retenta* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed in ter iterata voce *male* emphasis est. Quare nihil muto. Paullo ante *nec aut continuando*, pro *nec ante*, Harl. quæ vocula etiam alibi commutabantur. Vide ad X. 35. § 19. *Ne ante continuando* Flor. Vide ad III. 47. § 7. et hoc cap. ad § 15. Tum *obstitit*, pro *abstitit*, Gaertn. Solent verba cum *ob* et *ab* composita confundi. Vide ad II. 37. § 9.

Digitized by Google

§ 3 *Cujus vi atque injuriis compulsi, exterres patria, Sacrum montem cepistis*] *Cui vi atque injuriis* Hav. *cujus vi atque imperiis* Lov. 4. Sed quatuor hæ voces omittuntur in Gaertn. Tum *compulsi atque exterres* Lov. 1. 2. et Voss. 1. inter versus. *Compulsi et exterres* Hearnii Oxon. C. Mox voces *hæc adv. quam trib. aur. vobis comp.* desunt in Lov. 2. *adversus quem* habet Leid. 2. *comparatis* Gaertn.

§ 4 *Duo exercitus Aventinum insedistis*] Donjatius ante conjecerat *duobus exercitibus Aventinum insedistis*. Sed recte postea eamdem conjecturam repudiavit. De locutione 'exercitus insedistis' vide ad XXXII. 21. § 16. *Insidistis* est in Gaertn. *consedistis* in Port. et Hav.

Hæc, quæ funebres leges; hæc, quæ agrarias semper impugnavit] *Funebres leges* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. a m. pr. Harl. Pert. a m. pr. Gaertn. et Hav. Voces quatuor priores deerant in Flor. Tum *impugnavit semper* Port. et Hav. *semper impugnavit*, id est *impugnaverit*, Gaertn. Mox *irrupit*, pro *interrupit*, idem Gaertn. *interrumpit* fragm. Hav.

§ 5 *Hoc est nomen multo, quam Turquiniorum, infestius vestræ libertati*] *Hæc est nomen* Voss. 2. et Lov. 2. Tum *quam in Turq.* Gaertn. Deinde *nostræ libertati* Voss. 1. Lov. 1. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Sæpius hæc pronomina in Mss. confunduntur. Vide ad XXXIV. 2. § 2. Quamvis autem, ea lectione recepta, Sempronius se unum ex plebe, ad quam gens ejus pertinebat, agnoscet, malo tamen vulgatum, quia eadem forma supra dixit *cepistis, vobis comparastis, insedistis*, non *cepimus, nobis comparavimus, insedimus*.

§ 6 *Quum centesimus jam annus sit*] Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus sæpius fieri solet. Æmylius enim hanc legem tulit A. U. C. CCCXXII. hic autem est annus quadringentesimus quinquagesimus quintus. *Glar.* Vox illa *jam* habet hanc vim, ut centesimum annum jam præteriisse significet: sic enim res habet. Quod intelliget, qui summam annorum concipiet. *Sigon.* Vocula *jam* deficit male in Voss. 2. et Lov. 2. Deinde verbum *sit* exsulat a Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Mox a *Mam. Æmilio* Gaertn. Tum *nobilissimi fortissimi viri* Hav. *nobilissimique fortissimi viri* Lov. 2. 3. Voss. 2. et Leid. 1. *nobilissimique fortissimique viri* fragm. Hav. a m. pr.

Nemo id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit] *Nemo id jus esset* Lov. 1. *nemo id jussisse* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *nemo id jussus* Gaertn. Deinde *scit* Leid. 1. Lov. 2. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *sciit* Harl. et edd. vett. usque ad Aldum, qui *scivit* substituit. *Sciere*, pro *scisse*, obvenit l. II. c. 11. § 6.

§ 7 *Immo vero omnes sciverunt; et ideo Æmilia potius legi parverunt*] *Omnis sciverit* Voss. 2. et fragm. Hav. *omnes sciverint* Leid. 1. et Lov. 3. Deinde voculam *et*, quæ a prioribus omnibus edd. deerat, primus in contextum recepit J. F. Gronovius: cui consentiunt omnes scripti præter Lov. 4. Harl. et forte Flor. in cujus excerptis nihil notari video. Tum *legi parvenit* Gaertn. *legi paruerit* fragm. Hav. *legi paruerint* Leid. 1. In verbis seqq. *qui primi censores* Leid. 2. in margine, pro *primum*. Sed vulgatum præstat. Non tantum enim primi censores, sed illi etiam, in quorum magistratu lex Æmilia lata est, antiqua illa lege creati sunt.

Quia hanc postremum jusserat] Scribe ex Flor. Voss. utroque, Thuan. Mureti, *hanc postremam*. J. F. Gron. *Hanc postremam* etiam omnes mei et Oxonienses Hearnii codd. Deinde *jusserat populus*, addita ultima voce, non tantum idem omnes Mss. sed insuper etiam omnes typis excusi ne-

Digitized by Google

que ad Gruterum, qui in ultima ed. primus eam omisit, lectionem illius servantibus posterioribus editoribus. Sed priorem in contextum revocavi.

Et quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat nova] Alii in Mss. libris legi aiunt, ut Ferrarius ad Cic. Orat. Philipp. I. 9. *antiquam abrogat nova*. At ego legi *antiquæ abrogat nova*. Est autem 'obrogare legi' non tollere legem latam; id enim 'abrogare' dicitur; sed novam legem ferre veteris infirmandæ causa. *Sigon.* *Obrogat* ex vetustissimo exemplari Pithœus legit in lib. Collat. Leg. Jud. et Rom. tit. IV. verbis 'Prioribus legibus pluribus abrogat.' Sic etiam Sigonius de conjectura restituit. *Klock.* Non est hujus lectionis auctor Sigonius, quam exhibuit seculo ante natum eum in ed. sua Andreas. Vulgo *abrogat*. Pal. 2. *semper antiquæ abrogaret nova*. Gebh. Non nunc judicium interponam, utrum antiqui ac probatæ auctoritatis scriptores dixerint *abrogare legi*, ut contendunt Pithœus loco, quem Klockius laudavit, Gifanius in Observ. Ling. Lat. in voce 'abrogare,' ubi etiam Sigonii emendationem sibi displicere testatur, et Parœus in Lexic. Crit. voc. 'Abrogare,' aliique; licet tamen plerisque testimoniis, quibus id evincere viri docti conantur, controversia moveatur. Id tantum dicam, verius videri, hoc loco legendum esse *obrogat*: quamvis enim *antiquæ abrogat nova* supersit in Voss. 1. a m. sec. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. *antiquæ abrogaret nova* in Port. et Hav. *antiquæ abrogat novam* in Lov. 2. *antiquam abrogat nova* in Gaertn. attamen *antiquæ obrogat nova* defendunt optimi Flor. Leid. 1. Voss. 1. a m. pr. Klockian. et forte Harl. ex quo nihil in excerptis notatum invenio; etiam edd. Rom. a. 1472. et Parm. Neque aliter se in Oxoniensibus obfendisse, Hearnius testatus est. His testibus fidem derogare, durum videtur. Accedit, alibi numquam Livium hac locutione 'abrogare legi' usum esse, sed alibi 'abrogare legem' dixisse. Ita XXXIX. 36. 'Leges vetustissimas abrogatas, incilitamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam.' Et ea forma semper dixit 'abrogare alicui magistratum,' non 'alicujus magistratui.' At, dicent, 'lex abrogatur,' quum tollitur; 'legi' autem 'obrogatur,' quum mutatur aliquid ex prima lege. Vide Ulpian. tit. 1. § 3. de priori autem hic agi videtur, ideoque *obrogat* ferri nequit, quamdiu nondum ideneis testimoniis probatum sit, optimos scriptores dixisse 'obrogare legi,' pro totam legem tollere, eamque infirmare. Verum dari mihi volo, id quod nemo negare posse videtur; 'legem contrariam' esse non modo quæ omnia antiquioris capita abrogat, sed etiam quæ tantum partem ejus immutat. Jam autem idee potius Livius hic *obrogat* dixisse contendo, quam *abrogat*, quia Sempronius, qui hic verba facit, talem 'legem contrariam' intelligit, quæ legi antiquiori obrogat, non eam plane abrogat. Lex antiqua erat illa, qua censores constituti, eorum munus descriptum, et insuper definitum erat, ut quinquennium honore fungerentur: hujus antiquæ legis uni capiti, quod erat de tempore quo censores magistratum gererent, lex Æmilia obrogavit; de reliquis capitibus nihil novi statuit.

§ 8 *Te unum extra legem esse*] Ms. Fuld. *te unum exlegem esse*. Modius. Consentiunt Fuld. membranis Pall. tres, et Camp. ed. *te unum exlegem esse*. Gebh. Fuldenses, Thuan. Pall. tres, duo Voss. Helm. Campanus, *te unum exlegem esse*. Cicero pro Cluent. c. 34. 'Non quo illi aut exlegem esse Sullam, aut caussam pecuniæ publicæ contemtam atque abjectam putarent.' *J. F. Gron.* *Extra legem* tantum su-

Digitized by Google

perest in Lov. 4. Hearnii Oxon. N. et, ut videtur, Flor. ex quo nihil in excerptis notatum video. Sed *exlegem*, præter codd. Gronovio laudatos, præferunt Lov. 2. Harl. Klockian. fragm. Hav. a m. sec. et reliqui Oxonienses. Alii codd. haud multum in diversa abeunt, exhibentes *ex lege*. Ita est in Leid. utroque, Lov. 1. 3. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Plura exempla hujus vocis vide apud Nonium Marc. in voce 'Illex et Exlex,' et in primis hoc Varronis in Σεσαμαχία: 'Postremo quæro, parebis legibus, an non? Anne exlex solus vives?' Deinde vox *unum* deficit in Gaertn. vacuo tamen spatio relicto. Præterea in verbis præcedd. *An hæc dicis*, pro *hoc*, Voss. 2. et Lov. 3. *An hic dicis* Hav.

§ 9 *Tenuit Æmilia lex violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium*] *Lex Æmilia* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Tum *violentos illos censores* Flor. *violens* ex poëtis jam dudum inlustrarunt lexicographi; alibi tamen hujus vocis ita formatæ exemplum neque in Livio, neque in aliis orationis prosaicæ scriptoribus obvium fuit: nisi quod VIOLENS, cognomen Volumnii consulis, collegæ Appii Claudii, memoretur in tabulis Capitolinis ad a. CDXLVII. unde tamen id deductum sit, incompertum est. Supra vocabulum 'violens' Nostro ex cod. minimæ fidei restituere conabatur Gebhardus ad I. 46. § 5. verum, quamvis et ex meis unus, sed non melioris notæ, accedat, tamen vulgatum ibi servandum docui: 'violentus' enim alibi semper dixit Livius. Vide ad VI. 31. § 4. Pari modo *opulentus* potius, quam *opulens*, Livium dixisse, videbimus hoc lib. c. 36. § 11. Deinde *M. Furium* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. C. et edd. antiquæ pleræque; nisi quod in Rom. 1472. ac Parm. sit *Claudium Furium*. Sed passim *Caius* mutarunt librarii in *Claudius*. Vide ad v. 26. § 2. Ejus loco Ascens. in ed. 1513. substituit *Cn. Claudius*, et in margine *C. Claudius*: quomodo deinceps fere omnes editores vulgarunt. Recte. Vide ad IV. 22. § 7. Deinde *C. Geganium* Hav. *M. Greganium* Port.

Qui, quid iste magistratus in republica mali facere posset, iudicarunt] *Quidquid iste magist.* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. Hav. Klockian. Hearnii Oxon. N. R. C. et edd. antiqq. *quid iste magistratus* fragm. Hav. τῷ qui omisso, quod a sequenti voce interceptum est. Deinde *mala facere* Flor. *malefacere* Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. ante Jac. Gronov. qui *mali facere* vulgari curavit. Vellem, monuisset utrum ex Mss. Meorum nullus consentit, nisi forte Voss. ambo, unde in excerptis nihil notatum video. Doujatius etiam *mali facere* scribendum esse conjecit. Præterea *iudicarunt* Port. et ed. Mediol. 1505. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII.

Quum ira finitæ potestatis] *Ita finitæ potest.* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXIV. 16. § 1. *Ita futuræ potest.* Gaertn. *ira infinitæ potest.* ed. Mediol. 1505. cujus lectionis auctor id ita accepisse videtur, quomodo consulibus 'infinita potestas,' id est maxima, adscribitur III. 9. § 4. ubi vide. Sed reliqui omnes servant *finitæ potestatis*, id est, 'minori temporis spatio circumscriptæ.' De hoc usu verbi 'finire' vide Gronov. ad Epit. Liv. lib. XXXIV. Mox *belli domi*, pro *domique*, Voss. 2. et *herarium*, pro *ærarium*, Lov. 3.

§ 10 *Tenuit deinceps omnes censores intra centum annorum spatium*] *Tenuit deinde* Hearnii Oxon. N. in margine. Vide ad v. 17. § 4. et mox § 21. Hinc *intra certum annorum spatium* Flor. Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. Literarum *N* et *R*

Digitized by Google

similitudo erroris caussa est. Vide ad VIII. 21. § 5. Paullo ante hoc cap. dixerat 'Quum centesimus jam annus sit ab Mam. Æmilio dictatore.'

Tenet C. Plautium collegam tuum] Pal. 2. *tenuit*. Gebh. Omnes mei recte in vulgatum conspirant.

§ 11 *Tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare valeat*] Pronomen *tu* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. a m. pr. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Verum culpa librariorum excidit, interceptum partim ab ultima litera præced., partim a prima seq. vocis. Vide ad XXXIX. 6. § 2. Basileenses 1539. ediderant *ut unus*, transpositis literis: id servavit Curio, pro quo manus docta ad marginem ejus ed. conjecit *et unus*. Deinde *exemtus es* Lov. 2. quod ex interpretis glossa natum videtur. *Eximius* enim hic est 'exceptus,' 'exemtus.' Cic. Divin. in Cæcil. c. 16. 'Quum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse.' Verbum *es* deficit in Leid. 2. Præterea *in quo hic præcip. ac sing.* idem Leid. 2. *præcip. aut sing.* Lov. 2. *præcip. et sing.* Lov. 4. *præcip. an sing.* Gaertn. Tum *non valeat* Voss. 2. et Lov. 3. inserta negatione, quam contra in verbis præcedd. omittunt Lov. 4. et Port.

§ 12 *Quem tu regem sacrificiorum crees, amplexus regni nomen*] Hoc mihi non magis usquam alibi lectum est, quam Drakenborchio. Vide eum ad II. 2. 'Regem sacrificulum' præter eos, qui ibi laudantur, dicunt Servius ad Virg. Æn. II. 2. et VIII. 654. Gell. X. 15. et Macrob. Saturn. I. 15. 'Regem sacrorum' Servius ad Æn. VIII. 646. Æn. X. 228. Ovid. Fast. I. 333. Plinius Hist. Nat. XI. 37. et Inscript. apud Fabrett. CCCCLX. 89. *Duk. Quin tu regem* margo Oxon. N. apud Hearnium. *Quem tu legem* Flor. De hoc errore vide ad Epit. Liv. lib. LXXXIX. Tum *complexus regni nomen* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B.

Ut qui optimo jure rex Romæ creatus sit, creatum se dicet] Locus obscurior, quia omisit eam partem orationis Appianæ, quam hæc verba coarguunt, et in vulgatis etiam interpunctione perturbatus est. Festus in 'Opima:' 'Ut qui optima lege fuerint, adjici solet, cum quidam magistratus creantur:' ea verba librariorum vitio transposita sunt, et ad paginam proximam sequentem pertinent. Non enim tam futilis Festus, ut 'opimam legem' fingeret: quod Scaliger miratur. Cicero Agrar. II. 11. 'Tum ii decemviri eodem jure sint, quo qui optima lege.' Philipp. V. 16. 'Demus igitur imperium Cæsari: sit pro prætore eo jure, quo qui optimo.' Philipp. XI. 12. 'C. Cassium proconsulem provinciam Syriam obtinere, uti qui eam optimo jure provinciam obtinuerit.' Seneca in Ludo: 'Censeo, ut D. Claudius ex hac die Deus fiat, ita uti ante eum quis optimo jure factus sit.' Formula virginis Vestalis capiundæ apud A. Gellium I. 12. 'utei. quæ. optuma. lege. fuat. ita. te. Amata. capio.' Formula, quæ vulgo adhibebatur in creatione omnium magistratuum et sacerdotum, abutebatur ad libidinem suam Appius. Aiebat, se censorem creatum, ut qui optima lege fuisset: ex ea formula quinquennalem sibi censuram deberi: eam enim de censura optimam legem esse, non legem Æmiliam. Respondet vere tribunus, post legem Æmiliam promulgatam nihil extra mensium sex et anni spatium largiri eam formulam censoribus: perinde facere Appium, ac si rex sacrorum, captans argutias ex vocabulo regni, quod et ipse ut qui optimo jure creatus sit, Romuli et cæterorum de septem imperium sibi arrogare velit; dicendo eam optimam legem de rege Romano esse, quæ de imperio Romuli rogata sit atque accepta initio urbis conditæ. Item si

Digitized by Google

hæc interpretatio valeret, interreges quoque ac dictatores maxime clavi figendi aut ludorum causa dictos, quippe qui omnes, ut qui optimo jure, eadem clausuros ad potestatem sibi augendam. Quare videndum, an cum his conciliari possit, quod habetur apud Festum: ' Optima lex: bis verbis in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset, jus esse ejus significabatur, ut fuit Manli Valerii, M. F. Volusi Nepotis, qui primus magister populi creatus est. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est adjici, ut qui optima lege, utpote imminuto jure priorum magistratuum.' Utebantur et in aliis rebus. Lex Thoria: ' is. ager. locus. omnis. privatus. ita. uti. qui. optuma. lege. privatus. est. esto.' Sic et lex Rulli apud Cicer. nem in Agrar. III. 2. Ulpianus tit. XXIV. ' Ut quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset.' *J. F. Gron.* De formula *ut qui optimo jure* vide Brisson. de Formul. lib. II. p. 134. Recte autem Gronovius monet, ut videamus, an cum his conciliari possint verba Festi in ' Optima lex.' Si enim in dictatore creando omissa sunt verba, *ut qui optima lege*, quia postea ab hoc magistratu data est provocatio, eoque ipsius jus ac potestas imminuta est, sequi videtur, eadem etiam omitti debuisse in creandis censoribus, postquam quinquennalis ante censura intra sex mensium et anni spatium coacta est; adeoque Appium ex adjectis verbis nullum cavillationi suæ colorem petere potuisse. Verum de hac difficultate aliorum potius judicium audire malo, quam meum interponere audeo. Videant igitur peritiores quid dicendum sit. Ceterum *Romæ rex creatus* alio verborum ordine Port. et Hav. Insuper *creatum se dicat* Lov. 2. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. sec. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Creatum se diceret* Lov. 3.

Quem interregno quinque diebus contentum fore putes] Vet. lib. *quinque dierum*. Sigon. Nolui introducere lectionem restantem in Pall. tribus et Camp. ed. *quinque dierum*, quoniam vulgata nititur auctoritate vetustissimæ ed. *Gebh.* *Interr. quinque dierum*, ut Sigonianus, et tres Pall. Sunt tamen qui servent *diebus*, ut possis cogitare *interregni quinque diebus*. J. F. Gron. *Diebus* in nullo apud me cod. extat, nisi in Harl. et forte in Flor. unde nulla adfertur varians lectio in excerptis meis. Verum *interrege* est in Voss. 2. *interregni* in fragm. Hav. Posterior hæc lectio favere posset Gronovii conjecturæ; prior inducere, ut legamus *quem interregem quinque diebus contentum fore putes*. At *quem ex interregno quinque dierum contentum esse putes* præfert Lov. 2. Mox *an ludorum*, pro *aut ludorum*, est in Harl.

§ 13 *Quam isti stolidos ac socordes videri creditis esse*] *Quam istos stolidos* Harl. et Hav. *Qui cum isti stolidos* Klocklan. *O quam isti solidos* Gaertn. Vox *isti* deerat in Lov. 2. Deinde *aut socordes* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *ac socordes* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. ac quædam ex antiqq. edd. Vide ad VI. 37. § 8. et XXII. 14. § 5. Tum *videri credis* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Mox *dictatura e se abdicaverunt* Lov. 3. Hinc *initio creati*, pro *vitio*, Lov. 4. Tum *abieret magistratu* Voss. 1. a m. pr. *abiere* a m. sec. ut et Leid. 2. *abiret magistratu* Lov. 3. *magistratu abierunt* Port. et Hav.

§ 14 *Quid ego antiqua repetam*] *Sed quid ergo* fragm. Hav. sollemni scribarum aberratione. Vide ad XXXVII. 53. § 11. et mox h. cap. § 15.

Nuper intra decem annos C. Menius dictator] Hic quintus est annus. Nam Menius dictator fuit A. U. C.

Digitized by Google

CDXLI. hic autem, ut jam diximus, CDXLV. quare locus haud dubie corruptus est. Nec obstat, quod jam diximus, numeros non ubique esse rotundos: duplo enim hic auctum numerum quis ferat? nisi diversos sit authores secutus Livius. *Menius* autem, sive *Mænius*, trisyllabon legendum. *Glar.* Heim! *annos?* imo *dies.* Rationes non addam. *Faber.* Apparet scriptum fuisse nota numerali *X*, quæ perperam ita crevit ex *V*. Legendum enim *quinque*. Jac. Gronov. Supra hoc lib. ad c. 26. § 7. vidimus, Fastos Capitolinos dissentire ab annalibus illis, quibus Livius in digerenda historia usus est. Secundum Livium enim C. Mænium semel tantum fuisse dictatorem, et quidem quæstionum exercendarum caussa; idque ante quinquennium, si et annum quo dictaturam gessit, et hunc quo Sempronius orationem illam in Appium habuisse dicitur, simul comprehendamus eo numero: at secundum marmora Capitolina eum bis magistratum hunc summum gessisse; primum anno proximo post cladem Caudinam, ut quæstiones exerceret; iterum eo anno quo Livius eum quæstiones exercuisse narrat, idque ut bello præesset. Jam autem veriorem esse sententiam, quam Fasti Capitolini proponunt, sibi persuadet Pighius in Annal. ad a. CDXXXIII. p. 350. idque etiam ex hoc loco patere, in quo Livius, non annales, ex quibus historiam condidit, sed ipsam P. Sempronii tribuni plebis orationem secutus, ab anno, quo C. Mænius dictator quæstiones exercuit, usque ad hunc annum decem annorum spatium interfuisse scribit: quod præcise anni intersunt, si secundum Fastos Capitolinos C. Mænium dictatorem quæstionibus exercendis dictum statuimus proximo post cladem Caudinam anno. Nihil igitur hoc loco mutandum, sed tantum credendum esse, existimat Pighius (quod jam antea Glareanus suspicatus est) alios auctores secutum esse Livium in definienda dictatura Mænii, alios in concipienda hac P. Sempronii oratione. Opinionem hanc Pighii probarunt etiam Jac. Perizonius in Animadv. Histor. cap. 8. pag. 356. et Dodwell. de Cyclis Dissert. x. 71: Sigonius Comment. in Fast. Rom. ad a. CDXXXIII. conjicit, Mænium eo anno dictatorem rei gerendæ caussa dictum esse, quod minus placet: ita enim contra fidem omnium codicum, qui uno ore in *decem annos* consentiunt, locus hic emendatione indigeret, quem sanam esse Pighii sententia statuit. Ingeniosa etiam est Jac. Gronov. conjectura, eaque honori Livii optime consulitur. Eadem etiam Klockio in mentem venit; qui, deleta in contextu voce *decem*, inter versus adscripsit notam numeri quinarii *V*. Solent autem notæ numerales *X* et *V* in Mss. sæpe confundi. Vide ad XXXIX. 29. § 7. Ea admissa, Livius in concipiendo numero annorum rationem habebit utriusque extremi; at secundum Pighium alterius tantum. Utriusque autem rei exempla apud Livium obcurrunt. Vide ad IV. 20. § 9. Faber, *decem dies*, pro *decem annos*, scribendum conjiciens, existimat indicari tempus, per quod Mænius dictaturam gessit: eum in sex menses dictatorem creatum intra decimum diem honore se abdicasse. Sed ad mentem Livii non adtendit. Quæ etiam Livius de dictatura Mælii refert c. 26. ejusmodi sunt, ut decem dierum spatio peragi non potuisse videantur. Insuper Glareanus, monens *Menius* vel *Mænius* trisyllabon legendum esse, indicare voluit, male in multis edd. antiqq. *Menenius* tetrasyllabon legi: quam eamdem scripturam perperam etiam servant Lov. 2. et Harl. *Merius* vocatur in Voss. 2. et Lov. 3. *Mevius* in Gaertn. *Memmius* in Lov. 4. Præterea *Nuper ante decem annos* est in

Digitized by Google

eodem Lov. 4.

Quia, quum quæstiones severius, &c. exerceret, contagio ejus, quod quærebat, ipsi criminis objectata] Pall. duo, et Andreas *quo quærebat*. Gebh. Mss. fere *quo quærebat*. Non tamen est mutandum. Cicero in Verr. II. 30. 'Quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem quæsiturus non esset.' Sallustius Jugurth. cap. 31. 'Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios.' Seneca Herc. Fur. vs. 579. 'Et qui fronte nimis crimina tetrica Quærunt.' Deinde Pighius in Annal. ad a. CDXXXIII. p. 350. correctius verba lectum iri putat, si scribamus *quod quærebat, criminis ipsi*. Sed Voss. posterior *ipsa*, prior *ipse*: quod admittere possis, si et superius 'dictator, cui quum.' *J. F. Gron. Quo quærebat* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. a m. sec. Gaertn. fragm. Hav. a m. pr. Hearnii Oxon. N. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Sed recte Gronovius vulgatum servat. Infra XXXII. 26. 'Proficisci ad eam conjurationem quærendam atque obprimendam jussus.' XXXIII. 36. 'Etruriam infestam prope conjuratio servorum fecit: ad quærendam obprimendamque eam M'. Acilius prætor missus.' XXXIX. 34. 'Negare Appius, rem evidentem pro dubia quærendam.' XLV. 16. 'Ad res capitales quærendas ex senatusconsulto retentus.' Plinius Epist. II. 11. 'Ne quid ultra repetundarum legem quæreretur.' Deinde *quod quærebat, criminis ipsi* scribendum conjicit etiam Klockius: *quod quærebat, ipsi criminis objectata* manus docta ad marginem edit. Curionis. Verum *quærebat ipsa criminis* præferunt Leid. 1. Lov. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *quærebat ipse, criminis* Flor. Lov. 1. et Klockius. quod admitti posse Gronovius judicat, si superius legamus *dictator, cui, quum quæstiones*, pro *quia quum quæstiones*. Favere potest huic conjecturæ, quod *qui quum quæstiones* legant Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Passim enim voculæ *cui* et *qui* in Mss. commutantur. Vide ad II. 33. § 8. c. 44. § 5. III. 41. § 4. hoc cap. § 18. XXII. 61. § 15. XXVII. 28. § 4. XXXVI. 7. § 6. c. 9. § 12. XLII. 28. § 1. Epit. Liv. lib. XLVIII. et ad Silii XII. 379. Vide etiam Cortium ad Sallust. Catil. c. 47. Hunc eumdem errorem commissum existimo in Msto Mediceo Plinii Ep. IV. 12. ubi vulgo editur, 'Cum in provinciam quæstor exisset, scribamque, qui sorte obtigerat, ante legitimum salarii tempus amisisset.' Medic. autem exhibet *cui sorti obtigerat*; unde Corte ferri posse existimavit *cui sorte obtigerat*; ego vero legendum puto *qui sorti obtigerat*. Quamvis enim concederetur, æque bene dici 'quæstori sortem obtingere,' ac 'quæstorem sorti obtingere,' non tamen ferri posset 'quæstorem sorte obtingere scribæ,' quem sortitione accipit; nisi simul admitteretur, consulem sorte obtingere lictoribus suis. *Sorti* tamen, quod Corte rejecit, ex Medic. pro *sorte* recipiendum puto. Vide ad XXVIII. 45. § 11. Mihi codd. *ipse* præferentes, non neglegendi videntur; eorumque auctoritate hanc lectionem in contextum admisi. Non tamen necessarium duco, ut propterea *quia* in *cui* mutetur. Facile enim pronomen demonstrativum intelligi potest. Mænius dictatura se abdicavit, quia contagio ejus, quod quærebat ipse, criminis objecta est, scil. ipsi. Et ita *qui*, quod nonnulli codd. præferunt, natum puto ex aberratione scribarum, qui etiam alibi sæpe hoc modo lapsi sunt. Vide ad XXXVI. 33. § 5. Insuper *quæstiones s'aius*, id est *servius*, Lov. 1. a m. pr. *quæstiones s'ius*, id est *serius*, a m. sec. et Leid. 2. Tum *exercet* Gaertn. Vide ad XL. 14. § 2. Tandem *objecta* Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. a m. pr. codex Memmianus apud Donjatium,

Digitized by Google

et quædam ex priscis edd. pro quo tamen recte jam Aldus *objectata* recepit, quemadmodum non tantum reliqui codd. sed etiam edd. Rom. 1472. ac Parm. præferunt. Infra x. 15. 'Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum Ap. Claudium collegam.' Justin. xii. 16. § 4. 'Mortuo patrocinium Philippi laudemque paternæ militiæ objectabat.' Ovidius Epist. Her. viii. vs. 59. 'Hermione coram quidquamne objectet Orestæ?' Vide ad eum locum Nic. Heinsium, ut et Gudium ad Phædri Fab. ii. 9. 10. Error ortus est ex neglecta ultimæ syllabæ geminatione. Vide ad x. 37. § 2. Mox *iret obviam crimini* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1.

§ 15 *Nolo ego istam in te modestiam*] *Nolo ergo* Lov. 3. a m. pr. et Gaertn. Vide ad § præc. Deinde, trajectis vocibus, *in te istam modestiam* fragm. Hav. Mox, *nec degeneraveris*, pro *ne degeneraveris*, edd. Rom. a. 1472. et Parm. Vide modo hoc cap. ad § 2. Voces autem *imperiosissima et* deficiunt in Lov. 2.

Non die, non hora citius, quam necesse est] Duæ priores voces neglegentia librarii exsulant a Flor. sed *non diem, non hora* legit Lov. 2. Deinde *non hora cujusquam necesse est* Lov. 4.

§ 16 *Satis est, aut diem, aut mensem censuræ adjicere*] *Aut mensem censuræ dicere* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *aut mensem censuram eam diceret* Voss. 2. et Lov. 3. *aut mensem cessura ea diceret* Leid. 1. *aut mensem censura ea duceret* Lov. 4. Præcipua horum errorum origo est, quod more antiquo *adicere*, pro *adjicere*, scriptum fuerit; ut in Flor. Gaertn. aliisque codd. superest. Vide ad i. 30. § 3. Deinde prima litera præcedentibus juncta, et ita τῷ *dicere* adjuncta est litera vocis seq. initialis *t:* alii etiam ex *diceret* fecerunt *duceret*, millies obvio errore. *Aut mens. censuram geras* Lov. 2. Ceterum his verbis addidi interrogationem, quam sensum requirere puto.

Triennium, inquit, et sex menses ultra, quam licet Æmilia lege] *Triennium, inquit ei, sex menses* fragm. Hav. et Lov. 4. Vide ad xli. 15. § 6. *Triennium, inquit ei, sex mensibus* Voss. 2. et Lov. 3. *Triennium, inquit eis, ex mensē* Leid. 1. Tum *id*, pro *ultra*, Klockian. Hinc *Æmiliam legem* Lov. 3. Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. In verbis seqq. omittuntur τὰ *et solue geram* in Gaertn. At sola vox *geram* in Harl. et edd. Aldina vetustioribus. Insuper etiam τὸ *jam* in eodem Harl.

§ 17 *Quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est*] *Quem ne inde mortui quidem*, perperam in voces divisis literis, quæ olim continua serie scribi solebant, Port. Hav. et fragm. Hav. *quem ne in mortui quidem* Lov. 1. Male. Vide ad v. 21. § 7. et hoc cap. § 20. *Quem ne in demortui quidem loco* dedit ultima Gruteri ed. pro quo Gronov. *locum* reposuit; ejusque mutationis lectorem in prima notarum ed. monuit; quod in posterioribus omissum est. *Quem in demortui quidem loco nec subrogari fas est* Lov. 2. *subrogare* Flor.

§ 18 *Antiquissimum sollemne, et solum ab ipso, cui fit, institutum Deo*] *Antiq. sacrum ne, et solum* Lov. 4. Non adsecutus est librarius vocem *sollemne*, quæ tamen in hac re usitatissima est. Vide ad i. 5. § 3. c. 7. § 14. et Duker. ad i. 21. § 8. Supra hoc lib. c. 29. 'Servos publicos sollemnia ejus sacri docuerat.' Tum *ab ipso, qui fit, institutum Deo* Klockian. Vide hoc cap. § 14. *Ab ipso, cui sit institutum Deo* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad v. 3. § 8. *Ab ipso cum sit institutum Deo* Lov. 2. Mox *a nobilissimis* Lov. 4. et Gaertn. Tum *antistibus* Flor. Port. Lov. 2. 4. et Gaertn. *antestibus* Leid. 1. Deinde *ad versorum ministerium*, transpositis literis, idem Leid. 1. Præpositio *ad* deest in Port. a m. pr.

§ 19 *Gens antiquior originibus urbis*

Digitized by Google

hujus] 'Potitium' intelligit, quæ ante adventum Æneæ Herculis sacrum faciebat, ut ait I. 7. *Sigon.* A. Perizonius in margine Livii monuit, ante vocem *gens* excidisse videri quod, *et*, vel simile. Verum *τὸ quod* mox § præc. præcessit, unde satis commode hic repeti potest. Ceterum *ingens antiquior* Voss. 2. Tum *originibus hujus urbis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Hospitio Deorum immortalium sancta] *Sacra* Pall. tres. *Gebh.* Ita et Voss. 2. Lov. 3. et Hearnii Oxon. N. Insuper *auspicio Deorum* Klockian. Mox *propter ac tuam cens.* Flor. pro quo manu sec. *propter hanc tuam cens.* emendatur: *propter te acta in cens.* habet Lov. 4. *propter te aut tuam cens.* Gaertn.

Intra annum ab stirpe exstincta est] *A stirpe exstincta est* fragm. Hav. *extracta est*, omissis vocibus *ab stirpe*, Gaertn. Ceterum 'ab stirpe exstingui,' est funditus interire, ita ut soboles non supersit. 'Ab stirpe tolli' dixit XXXIV. 2. 'Virorum omne genus in aliqua insula conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse.' 'Ab stirpe interire' Sallust. in Cat. c. 10. 'Karthago æmula imperii Romani ab stirpe interiit.' 'Cum stirpe exstingui,' eamdem historiam referens, Livius dixit hoc lib. c. 29. 'Omnes intra annum cum stirpe exstinctos.' Ex quo loco etiam *intra annum* servandum patet. Nam ita etiam Valer. Max. I. 1. ex. 7. 'Omnes, qui erant numero super triginta puberes, intra annum exstincti sunt:' ubi videndus est Colerus. Omnia autem hæc verba ut et duo sequentia *nisi universam* desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4.

Nisi universam rempublicam eo nefario obstrinxeris] In Pal. 2. a m. interpolatoris comparet vel *obstruxeris*, vel *destruxeris crimine*. Camp. *eo nefario adstrinxeris crimine, quod ominari.* Gebh. *Ubi universam remp.* Lov. 2. Tum *eo nefario obstinxeris* Flor. *strinxeris* Hav. 'Obstringere' in hac re usitatum esse, docuit Jac. Gronov. ad IX. 11. § 10. Ita XXVI. 48. 'Obstringere perjurio non se solum suumque caput, sed signa militaria et aquilas, sacramentique religionem.' Præterea *crimine* addunt etiam Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Sed, quin vox hæc, quam Livium lectoribus subintelligendam reliquisse optimorum codd. eam ignorantium consensus evincit, ex interpolatione librariorum nata sit, non dubito. Mox *quo dominari*, pro *quod ominari*, inperite in voces contributis literis, Leid. 2. *quo domari* Klockian. *quod dominari* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. Hinc *te formidat*, pro *reformidat*, Port. additis tamen notis, quibus *τὸ te* expungendum esse librarius indicare voluit.

§ 20 *Urbe eo lustro capta est, quo, demortuo collega C. Julio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret*] Pal. 2. *Urbe eo lustro capta, quo dem. collega C. Jullio censore L. Pap. censor.* Gebh. Verbum *est* non adparet in Hav. et Hearnii Oxon. B. Tum *emortuo collega* exhibet Lov. 2. *præmortuo collega* Lov. 4. *de mortuo collega* Port. additis notis, quæ docuant, librarium *νὶ de* deleri voluisse. Non recte. Vide etiam hoc cap. § 17. Deinde *L. Papirius censor* idem Port. Ceterum verba *C. Julio censore, &c. Mutug. collegam* desunt in Hav. at verba *L. Papirius Cursor, &c. finitum lege tempus* in Lov. 4. Mox, *M. Mutug. collegam subrogavit* est in Hearnii Oxon. I. 1. *M. Cornelius Mutug. subrogatus* in Lov. 2.

§ 21 *Et quanto modestior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi*] Prima vocula non est in Voss. 2. et Lov. 3. *fuit* defit in Leid. 2. et Lov. 1. *fuit illius cupiditas*, transpositis vocabulis, legit fragm. Hav. *illius cupiditas fuit* Port. Vide ad VI. 3. § 8. Deinde *quam tu, Appi* Leid. 1. Gaertn. et

Digitized by Google

Hav. Sed ultima littera pronominis tui intercepta est a prima vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. Mox *finitum tempus*, omissa media voce, Leid. 2.

Tamen neminem invenit, qui se postea auctorem sequeretur] *Tum neminem* Lov. 2. Vide ad XXII. 17. § 5. Tum *auctorem sequatur* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 56. § 7. *Sequeretur auctorem* Gaertn.

Omnes deinceps censores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt] Pall. 1. et 2. *censores post mortem censoris collegæ*. Pal. 3. *post mortem censorii collegæ*. Gebh. *Omnes deinde censores* Gaertn. Vide paullo ante hoc cap. ad § 10. Tum *post mortem censoris collegæ* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. *post mortem censoris collegæ* Port. *post mortem collegæ censoris* Harl. Verum addita vox, quam neque Flor. et Klockian. neque editi agnoscunt, est ex interpolatione interpretis. Insuper *abdicaverunt* Voss. 1. Leid. 2. Port. Hav. et fragm. Hav. *abdicavere* Harl. *magistratu se abdicarunt* Gaertn.

§ 22 *Te, nec quod dies exiit censuræ, nec quod collega magistratu abiit*] Prima vox abest ab Hav. Tum *nec quod dies erit censuræ* idem Hav. Male. Vide ad Livii VII. 38. § 1. *Nec quod dies exit censuræ* Flor. Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 4. Harl. Port. a m. pr. Klockian. fragm. Hav. et edd. Moguntina priores. In similibus passim variasse librarios, vide ad XXXVI. 20. § 3. Illis tamen, qui hoc loco *exiit* substituerunt, partim displicuisse videntur *τὸ exit* et *abiit* juncta; partim credidisse, jam diu exiisse censuræ Appianæ diem, quia collega ejus se jam ante magistratu abdicarat. Sed priori respondeo, eadem tempora sæpe juncta obcurrere. Vide ad III. 46. § 9. Deinde alteri, jam ante quidem collegam Appii se magistratu abdicasse, non tamen quod dies censuræ exisset, sed quod *ob infamem atque invidiosam senatus lectionem verecundia victus* esset, ut docet ipse Livius hoc lib. c. 29. *neque dies exit* præfert Lov. 3. q, sive *que*, et φ, sive *quod*, sæpius in Mss. confundi, vidimus ad II. 41. § 8. Tum *nec collega* Leid. 2. *ne collegæ* Lov. 1. *ne quod collega* Voss. ambo, Leid. 1. et Gaertn. *neq; collega* Lov. 3. Mox *coëreret* deficit in Harl.

Virtutem in superbia, audaciam in contemtu Deorum hominumque ponis] Antiqua lectio *virt. in sup., in audacia, in contemtu Deor. hominumque ponis.* Gelen. Antiquiores edd. *audaciam in contemptum Deorum*. Sed, ut vulgatum est, edidit Gelenius, habentque Pall. duo, ut et Campani ed. Pal. 2. *virtutem in superbiam, in audaciam, in contemptum Deorum hominumque ponis.* Gebh. Pal. 2. Gebhardi consentiunt Hav. et Harl. nisi quod posterior servet *hominumque*. Particulam *que* ignorat etiam Port. *virtutem in superbia, in audacia contemtum Deorum hominumque ponis* legit Lov. 4.

§ 23 *Pro istius magistratus majestate ac verecundia, quam gessisti*] Duæ priores voces exsulant ab Hav. Deinde *verecundia, quam gessisti* Leid. 2. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad VI. 3. § 8. *Verecundia, quem egisti* Lov. 2. quomodo fere loquutus est VIII. 26. 'Prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.' Sed aliorum in vulgatum consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Simili modo variasse librarium cod. Fuld. modo observavit Modius hoc cap. ad § 25. Vide ad XXII. 28. § 1.

Ne verbo quidem inclementiori a me adpellatum vellem] *Nec verbo quidem inclem.* Harl. Vide ad I. 10. § 3. *Ne verbo quidem inclementiore* Lov. 2. 4. Tum *adpellatum a me* Lov. 4. Voces *a me* exsulant a Gaertn.

§ 24 *Sed et hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua et superbia coëgit me loqui*] *Sed hæc, quæ adhuc egi* Harl. *sed hoc, quæ adhuc egi* fragm. Hav. a m. pr.

Digitized by Google

sed et hoc, quæ adhuc egi a m. sec. *sed et hæc, quæ egi* Leid. 2. Tum *pertinacia tua* Port. Harl. et Hav. quod ex interpretis glossa receptum puto; qui indicare voluisse videtur, 'pervicaciam' hic malo sensu pro pertinacia sumi. Nam, teste Nonio, 'Pervicacia et Pertinacia hoc distant; Pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia; Pertinacia semper malarum.' Certe 'pervicax' malo sensu etiam obcurrit XLII. 62. 'Quod si Romani tum quoque insita pertinacia æqua adspernarentur, Deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiæ futuros testes.' *Pervicacia tuta* est in Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 23. § 11. Tum *cogit me loqui* idem Lov. 2.

In vincula duci jubebo] Vet. lib. *te in vincula.* Sigon. *Τὸ te* spernunt Pall. duo, totidemque vetusti editi. *Gebh. Te* non superest apud me, nisi in Harl. Port. Gaertn. et Hav. neque id Hearne in Oxoniensibus, nisi in uno B. invenit. Deinde *duci jubeo* Lov. 1. 2. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad III. 56. § 4. Hic tamen conspiratio optimorum codd. in vulgatam lectionem efficit, ut eam servandam judicem.

§ 25 *Nec quum ita comparatum a majoribus sit, ut comitiis censoriis*] *Nam quum ita* Hav. *Neque quum ita* edd. principes. Deinde *a majoribus compertum sit* Hav. Vide ad XXXIX. 29. § 5. *A majoribus comparatum sit* Port. *comparatum a moribus sit.* Alibi etiam 'mores' et 'majores' commutantur. Vide viros doctos ad Tacit. Annal. II. 2. Hinc *comitiis censoribus* idem Port. Vide ad XXII. 8. § 7.

Nisi duo confecerint legitima suffragia, non renunciato altero] *Ubi duo* Lov. 2. Vide hoc lib. ad c. 5. § 3. *Nisi duos* Port. a m. sec. Tum *confic. legitima suffr.* Flor. et Leid. 1. *Conficerent legitima suffr.* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *conficerent ut legitima suffr.* Hav. *confecerint ut legitima suffragia* Harl. et Port. in quibus τὸ ut perperam repetitum videtur ex vocis præced. literis finalibus. Vide ad VII. 41. § 8. *Fecerint legitima suffr.* Klockian. *conflerint legitima suffragia* edd. antiquiores, pro quo Ascens. *confecerint* recepit, altero in marginem rejecto. Hinc *non renunciatio altero* Leid. 1. *non renunciate altero* Hav. *non renunciante altero* Lov. 2. et 3.

Ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar] Ms. Fuldensis, inducta interrogationis nota, et addita negativa, *ego te, qui solus censor creari non possis, solum cens. agere non patiar.* Modius. Aut figendi nota interrogationis post τὸ *patiar*? aut legendum ex Pall. omnibus cascisque impressionibus, *solum censuram gerere non patiar.* Gebh. *Censuram gerere non patiar* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et priores edd. Verum licet interrogandi nota, quæ male in quibusdam edd. post *patiar* reperitur, tollatur, non tamen necesse est, ex codd. modo laudatorum auctoritate negandi particulam interponi. Præcessit enim in princ. § τὸ *Nec*, unde hæc pendent. Ita autem cohæret oratio: 'Nec ego te solum censuram gerere patiar.' Id animadvertit Ascens. quare, quum ederetur *neque, &c. gerere non patiar*, in prima ed. 1510. substituit *neque gerere nunc patiar*: sed triennio postea *atque gerere non patiar.* Verum, quum neutra lectio ullius codicis fide nitatur, præstat, ut præferamus lectionem vulgo exstantem *nec gerere patiar*, cujus Aldus auctor exstitit: ea enim auctoritate optimi Flor. et Voss. 1. firmatur. Ceterum *qui solum censor creari non possis, solum censuram gerere* Gaertn. *qui censor creari non possis solus, censuram gerere* Port. *qui censor creari non possis, solum censuram gerere* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Hav. Quod autem *censuram agere* præferat Ful-

Digitized by Google

dem. apud Modium, quum nullus præterea consentiat, id potius librariis adscribam, qui alibi sæpe ita variare soliti sunt. Vide modo hoc cap. ad § 23.

§ 26 *Hæc taliaque quum dixisset*] *Hæcque quum dixisset* Leid. 1. *Hæc talia quum dixisset* Lov. 4. sed ibi *τὸ que* interceptum est a voce sequenti. Vide ad XXXVIII. 40. § 7. *Hæc et talia* Port. Gaertn. et fragm. Hav. a m. sec. *Hæc et alia* Hav. et Harl. Ita etiam variasse librarios vidimus ad V. 2. § 13. Hic vero nihil mutandum puto, quia optimi consentiunt in vulgatum. Prima litera vocis *talia* hausta est a finali particulæ *et*. Vide ad II. 44. § 6.

Prehendi censorem, et in vincula duci jussit] Lege ex Pall. *prendi censorem*. Sic mox ex iisdem c. 36. 'Ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprendi possent.' Vide II. 56. et VIII. 33. Infra XXV. 4. restitui ex Pall. binis Mss. *Ac, ni vades daret, prendi a viatore, atque in carcerem duci jusserunt.* XXIX. 21. *Ut, quod suum quisque cognosceret,* (princ. *cognosset*) *prenderet:* ita Pall. tres. *Gebhard. Prendi censorem* in contextum recepit Gronovius. Et ita præferunt omnes scripti, præter Voss. 2. Harl. et Hav. in quibus solis *prehendi* obcurrit. Vide ad II. 56. § 11. Tum *in vincla duci* Voss. 1. Vide ad III. 56. § 11. Mox *auxilio fuerant*, pro *fuerunt*, Flor. Deinde *τὸ solus* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

CAP. XXXV. § 1 *Consulique Fabio inis montibus ducenti ad ferendam opem sociis*] Pal. 2. *inviis montibus:* reliqui *in hiis montibus*. Gebh. *Inviis montibus* etiam Harl. Port. et Hav. Idem etiam placuisse videtur librario Gaertn. qui tamen *inviis* per errorem dedit: *iitiis montibus* Lov. 2. *in hiis montibus* Voss. 2. *in his montibus* Lov. 3. *in iis montibus* ed. Rom. 1472. Paullo ante *Cum ea Romæ geruntur*, pro *Dum*, Harl. Sæpissime ita variant scribæ. Vide ad I. 40. § 7.

Tentandasque munitiones, si qua posset, acies hostium instructa obcurrit] Pall. 1. ac 3. *concurrit.* Campan. *occurrerit.* Gebh. *Si quas posset* Leid. 1. et Lov. 4. Male: *si qua* enim est 'si aliqua parte,' 'si aliqua ratione,' ut notum. *Signa posset* Voss. 2. et Lov. 3. Post has voces perperam vox *agmini* inseritur in Gaertn. et fragm. Hav. Tandem *concurrit* Voss. 2. et Lov. 3.

§ 2 *Flectit paullulum in clivos agmen*] Pall. 1. 3. et Campan. *deflectit.* Pal. 2. *conflectit paullum in clivos agmen.* Gebh. *Et flectit paullulum* Flor. et Leid. 1. Sed vocula *et* perperam repetita est ex præced. dictionis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Deflectit paullulum* Voss. 2. Lov. 3. Port. fragm. Hav. et Gaertn. *Conflectit paullum* Hav. Vide ad XXXVI. 9. § 8. *Flectit in clivos paullulum* Harl. In præcedentibus *τὸ quum* exsulat a Lov. 2.

(*Aspreta erant strata saxis*) *inde signa in hostem obvertit*] Male Pal. 2. *aspera.* Supra c. 24. 'Ad hæc saxa erant, et temere jacentia (ut fit) in aspretis.' XXVII. 18. 'Per aspreta primum nihil aliud, quam via impediti iere:' sic enim ibidem legendum, licet habeant Mss. omnes *aspera.* Lib. XXXVI. c. 15. 'Ea aspreta rupesque interjectas habet.' XXXV. 28. 'Tabernacula statuere in aspretis et inæquabili solo difficile erat.' *Gebh. Aspera erant* Harl. et Hav. *cuncta erant* Hearnii Oxon. L. 2. Vide hoc lib. ad c. 24. § 6. *Asperta erant* Flor. *et aspreta erant* Leid. 2. *aspreta erat* fragm. Hav. *flectit paullulum agmen in clivosa, aspera, tuta saxis: inde signa* præfert Klockian. Deinde *in hostem vertit* Harl. Male. Vide ad VI. 24. § 7.

§ 3 *Omnium, præterquam multitudinis suæ, qua sola freti erant, immemores*] *Præterquam multitudinem suæ* Hav. Tum *qua sola freta erant* Gaertn.

Digitized by Google

Mox *adeunt raptim*, pro *adeo raptim*, Lov. 4. *adeo ruptim* Klockian. Eodem modo 'ruptus' et 'raptus' commutari solent. Vide ad VIII. 39. § 13. Deinde *adjectis missilibus*, pro *objectis*, Harl. Vide ad III. 37. § 4.

Quo celerius manus consererent, stringerent gladios, vadentes in hostem] *Manus conferrent* Harl. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Locutiones 'conserere' et 'conferre manus' sæpe commutantur. Exempla vide ad IX. 5. § 10. Tum *stringerentque gladios* Voss. 1. a m. sec. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *in hostes* Harl. et Hearnii Oxon. L. 2. Vide ad V. 50. § 2.

§ 4 *Romanus contra, nunc tela nunc saxa, quibus eos adfatim locus ipse armabat*] Pall. 1. et 3. *Romanos*. Forte ἀρχαῖος. Pal. 2. *Romani nunc tela*. Gebh. *Romanos contra* Voss. duo, Leid. duo, et Lov. 1. 3. ac 4. quod ἀρχαῖος pro *Romanus* positum esse, nulla est verisimilitudo; sed potius inde ortum est, quod errantes librarii crederent, *contra* hic esse præpositionem, quæ, licet postposita, regeret tamen vocem præcedentem *Romanos*. Sed *Romani contra* Harl. Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. neque inde differunt Port. Hav. et Oxon. B. nisi quod etiam vocem *contra* omittant. His autem librariis inmerito nnmerum singularem displicuisse, patet ex illis quæ notantur ad III. 2. § 11. Vocem *contra* ignorat etiam Hearnii L. 1. licet *Romanus* servet. Deinde *non tela, non saxa* Leid. 2. et a m. sec. Lov. 1. ex scribarum errore. Vide ad IX. 6. § 5. Prius *nunc* exsulabat a Voss. 2. Hinc *locus adfatim ipse* Leid. 1. *adfatim ipse locus* Lov. 2. Ceterum A. Perizonius ad verba *nunc saxa, quibus eos, &c.* in margine Livii notavit, ulcus latere, ac locum medicinæ indigere, cujus suspicionis causam non video. Mox *gerere*, pro *ingerere*, Gaertn. Sed 'ingerere' in hac re proprium verbum Livio. II. 65. 'Saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes.' XXXVI. 18. 'Glandes et sagittas, simul et jacula ingerebant:' et alibi.

§ 5 *Scuta galeæque ictæ quum etiam, quos non vulneraverant, turbarent*] *Scuta galeæque ictæ* Voss. 1. Leid. 2. Harl. Hearnii Oxon. N. et edd. principes, nisi quod Parm. dederit *ictæ*. Id deinde Aldina, eamque secutæ recentiores omnes servarunt. Neque aliter præferunt reliqui calamo exarati. Utrumque dici potest. Vulgatum defendit locus Sallust. in Catil. c. 10. 'Otium, divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere:' alterum locus in Jugurth. c. 17. 'Quæ loca et nationes minus frequentata sunt.' Vide quæ Cortius hic et illic variisque aliis ad Sallust. locis notavit. Unde præstantiorum codd. fide nixus nihil muto. Hinc *ita ut etiam quos* Gaertn. et fragm. Hav. *nam etiam quos* Hav. *et jam quos* Harl.

Quibus eminus rem gererent] *Res gererent* Gaertn. a m. pr. Utrumque 'gerere rem,' et 'res,' Livio in usu fuit. Vide ad III. 70. § 10. ubi similiter variabant codd. Eadem etiam varietas obcurrit VIII. 9. § 3. Melius itaque est, ut et plurium et meliorum codd. scripturam servemus. Paullo ante *facilis*, pro *facile*, est in Harl.

§ 6 *Stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegeret*] Pall. 1. et 3. *ad jactus*. Gebh. Ita et Voss. 2. a m. pr. et Lov. 3. Vide ad XXVI. 40. § 10. *Expositos adjectus* aberrans Harl. Vocem *stantes* omisit librarius Lov. 3. Præterea *quum satis nihil tegeret*, alia voce omissa, Voss. 2. *quum jam nihil satis nihil tegeret* Leid. 2. et Lov. 1. *quum jam satis tegeret nihil* fragm. Hav.

Fluctuantesque et instabilem aciem] Vet. lib. *fluctuantemque et inst. aciem*. Sigon. Pall. tres, et Campan. *fluctuantemque et inst. aciem*. Gebh. Similiter et omnes mei, nisi quod *fluctuantemque instabilem aciem* præferat Lov. 1. Paullo ante in verbis proxi-

Digitized by Google

mis et pedem referentes, pro *etiam ped. ref.* Haverk. Vide ad XXII. 47. § 9.

§ 7 *Eum impetum non tulerunt Etrusci*] *Tum impetum non tul.* Voss. 2. et Lov. 3. quomodo etiam alibi aberrarunt librarii. Vide ad V. 33. § 11. X. 7. § 3. c. 11. § 4. XXI. 22. § 8. XXII. 22. § 10. et alibi. *Cum impetum non tul.* Hav. Vide ad Epit. Liv. l. XLVIII. circa finem. *Impetum enim non tul.* edd. Rom. 1472. et Parm. In verbis seqq. *effusa fuga*, trajectis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *Pene fuga effusa*, addita voce, Kleckian. *versisque signis pugnæ, fuga effusa* edd. Rom. 1472. et Parm.

Prævecti per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent] *Præfecti per obliqua campi* Gaertn. cum edd. Rom. 1472. et Parm. Sed error hic ortus videtur ex vitiosa pronunciatione verba præeuntis, qua eadem ratione etiam 'provectus' et 'profectus' confundi solent. Vide ad XXI. 2. § 4. *Præventis per obliqua campi, quum se fug. obtul.* Kleckian. Male. *Prævecti* est 'prætervecti.' Infra XXIV. 44. 'Præter undecim fasces equo prævectus senex:' ubi vide. *Per oblica* etiam Voss. 1. a m. pr. Literas *C* et *QU* commutari passim, dictum est hac lib. c. 2. § 15.

§ 8 *In silvam Ciminiam penetrant*] Antiqua lectio *in silvam Cimin. penetratum.* Gelen. Ita non tantum etiam omnes scripti mei, sed ex edd. quoque Rom. 1472. ac Parm. Ceterum hæc verba cum tribus seqq. desiderantur in Leid. 2.

Romanus, multis millibus Etruscorum cæsis, duodequadraginta signis] *Multis militibus Etrusc. cæsis* Lov. 2. 3. 4. Harl. Kleckian. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *multis militibus cæsis Etr.* Leid. 1. *multis cæsis militibus Etr.* Gaertn. Vide ad XXIII. 41. § 10. Tum *duodecim signis* Lov. 4. Mox *potitum*, pro *potitur*, Lov. 2.

De persequendo hoste agitari] *De sequendo hoste* Lov. 2. *de persequenti hoste* Leid. 1.

CAP. XXXVI. § 1 *Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda*] *Ciminia* fragm. Hav. a m. pr. Et ita passim varii alii codd. præferunt infra hoc et cap. seq. *Cuminiam* Port. hic et smpe infra. Vide Oudendorp. ad Front. Strateg. I. 2. ex. 2. Deinde *magis tunc invia* fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *Magis tŭ invia* Port. a m. pr. et Hav. Vide ad XXII. 17. § 5. Hinc *at horrenda* Lov. 1. a m. pr. *ac horrenda* a m. sec.

Quam nuper fuere Germanici saltus] Sylvam Herciniam, opinor, velit dicere, cujus magnitudinem si Ciminiæ sylvæ comparat, impar erit, ne dicam inepta comparatio: si densitatem; qui id scire potuit Livius? Id vero haud immerito optimo cuique mirum videri potest, qua via Galli tam cito a Clusio Romam venire potuerint, si hæc tam horrenda silva penetranda erat. Quod si aliud iter ex Hetruria Romam ducebat; qua de caussa Q. Fabius consul eo non est usus? Longius erat, inquies: quid tum postea? Veturius Posthumiusque non erant in oculis? sed hoc est historiam scribere. Quid autem sibi vult, quod ait, 'Neminem præter ducem ipsum intrare ausum,' qui hic non intravit? deinde 'omnibus aliis cladis Caudinæ nondum memoriam abolevisse:' statim autem consulis fratrem speculatum se iturum professum? Hæc qui cavillari volet, nonne habet, quo se tueatur? *Glar.* Cæsarem intelligit, qui, ut ait Florus III. 10. § 14. 'Germanos hostes Hercyniis quæsivit in silvis; sed in saltus et paludines genus omne diffugerat.' Et de Bello Etrusco I. 17. § 8. 'Ciminius interim saltus in medio, ante invios, plane quasi Calydonius vel Hercynius.' *Sigon.* Disputat heic mirifice Glareanus. Locum egregie explicat Florus I. 17. 'Ciminius interim saltus in medio, ante invius, (plane quasi Calidonius vel Hercynius) adeo

Digitized by Google

tunc terrori erat, ut senatus consuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi anderet.' Comparatur res Romana ejus sæculi cum sequentibus sæculis. *Grut.*

Nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita] Pall. 1. ac 3. *nulli ad eam ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere quisq. præter ducem ipsum aud.* Pal. 2. *nullus ad eam diem ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere, &c.* Vulgatum expressit Campan. *Gebh. Nullus ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare* Hav. Et ita Harl. etiam, nisi quod *mercatorum* servet. *Nulli ad eam diem ne mercator quidem abdita ea intrare* fragm. Hav. *nullus ad eam ne mercat. quidem abdita ea intrare aut fere quisq. præter ducem ipsum aud.* Voss. 2. et Lov. 3. *abdita ea intrare aut fere quisq.* etiam Lov. 2. et Gaertn. *addita ea intrare haud fere quisq.* Leid. 1. et Pert. a m. pr. Adparet, pleraque hæc lectionum monstra inde nata esse, quod librariis displiceret locutio 'nulli adita' pro a nullo. Sed vide quæ notantur ad VI. 11. § 4. *Nulli ne mercat. quidem ad eam diem adita* Lov. 4.

Eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, audebat] De Ciminia silva sermo est, tum ad huc invia Romanis; ceterum membranæ habent *ea intrare.* Modius. *Ea intrare* non modo præferunt codd. in his verbis aperte vitiosi, quorum scripturam ad proxime præcedentia retnli, verum insuper etiam Flor. Lov. 4. et Klockian. quod eodem modo accipi potest, quo 'ingressi via' X. 35. ubi vide quæ ad § 4. notantur: et ita 'intrare porta' XLI. 9. 'Lupus etiam quum Collina porta intrasset.' Præfero tamen *eam intrare.* Nam 'intrare porta Collina' est per portam Collinam intrare urbem, quomodo 'porta Collina urbem intravere' dixit Liv. II. 51. Et ita 'intrare silva Ciminia' foret per silvam illam intrare in aliam regionem, quod hic a mente Livii alienum est. Puto igitur in multis illis codd. ultimam literam *τοῦ eam* haustam esse a prima syllaba seq. vocis. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Deinde *audebant* Gronov. ex Mss. probat ad XXXVI. 16. § 6. ut et VII. 19. § 2. Illa tamen lectio apud me non superest, nisi in corruptis Voss. 2. et Lov. 3. Et sane, *quisque* verbo plurali jungi, multis exemplis probatum est ad locum posteriorem Livii; at, *quisquam* etiam eodem modo construi, nondum inveni. Ratio etiam differentiæ aperta est: *quisque* enim plurium, at *quisquam* tantum unius significationem habet. Vulgatum itaque servandum puto.

Cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat] Salvinius ad marginem ed. cum qua cod. Flor. contulit, conjecit legendum esse *obsoleverat.* Ita XXI. 52. 'Suspectaque ei gens erat, ut alia vetustate obsolevisset, ob recentem Boiorum perfidiam.' XXXVIII. 43. 'Veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses dixit.' Sed, nisi quod *aboleverat* præferat Lov. 4. *aboleverat* superest in omnibus scriptis et editis, eaque lectio Livio indigna censeri nequit. Sæpe enim 'abolescere,' forma activa, posuit significatione passiva, pro 'aboleri.' Supra I. 23. 'Donec cum re nomen quoque vetustate abolevit:' ad quem locum vide quæ notantur.

§ 2 *Tum ex iis, qui aderant, consulis fratrem M. Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt speculatum se iturum professum*] Vetus scriptura, *Tum ex iis, qui ader., cons. frater (M. Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem qua consulem genitum tradunt) specul. se it. professus.* Gelen. *Tum ex iis, qui ader., cons. frater (M. Fabium Cæsonem alii* Gelenius, *ἀντὶ τοῦ fratrem,* et mox *professus,* ubi antea *professum.* De posteriori consentit Th. et alii nobis visi, non de priore. Nec sane apparet ex

Digitized by Google

sequentibus, magis extra dubium ponere Livium, frater fuerit, necne, quam quo nomine fuerit. *Ex iis, qui aderant*, ait; quasi diceret, non convenit inter auctores de persona, non de nomine: quidam hoc tantum, unum narrant e comitibus consulis fuisse, alii amplius consulis fratrem; et sic quoque diversum nomen et gradum faciunt: nam quomodo *professus* dicatur, cum quis non fuerit nominatus, ostendimus Observat. IV. 4. Simillimum Sallustii Jugurth. c. 93. 'Marius cum Ligure, promissa ejus cognitum, ex præsentibus misit: quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere.' Is autem error Gelenii est, quod aut uni homini duo facit prænomina, aut *Cæsonem* cognomen; quorum neutrum patitur Romana ratio: nam 'Cæso Fabius,' 'Cæso Quinctius' prænominibus a Livio appellantur: nec duplici prænomine simul usi Romani exemplum est ullum, præterquam, quod fingunt Servii Sulpicii. Sed de hoc alias disputabimus. Itaque resecandum putavi olim τὸ *M*: sed mitius rem expediri distinctione: *consulis fratrem Marcum Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam.* Primum dicitur intellectu vocis 'quidam' vel 'alii:' quod genus loquendi liberavimus insolentiæ crimine ad illud III. 37. 'Virgis cæsi, alii securi subjici.' Foret Integrum: Consulis fratrem, et quidem Marcum Fabium tradunt fuisse nomen, (est enim id idem quod 'sunt qui tradant') alii Cæsonem Fabium, quidam C. Claudium, &c. Florus I. 17. § 4. *fratrem*, Frontinus I. 2. ex. 2. *fratrem Fabium Cæsonem* appellant, non quasi aliquid certius, aut aliunde acceperint, sed brevitatis ergo. *J. F. Gron.* Verum est, plerosque codd. lectionem a Gronovio restitutam probare. Si tamen excerptis optimi Flor. cura Salvinii cum editis collati, fidem habere possim, is codex stat a parte Gelenii. Pauci in quibusdam mutant, *consulis frater, M. Fabium*, ut Gelenius volebat, quodque se in nullo cod. vidisse Gronovius indicabat, præfert etiam Port. a m. sec. licet cum Hav. mox servet *professum*. Singularis lectio, *Tum ex his, qui aderant, consulis frater M. Fabius Cæsonus, alii C. Claudium, quidam matre eadem, qua consulem, genitum eum tradunt, speculatum se iturum professus* obcurrit in Lov. 4. J. Perizonius ad marginem Livii notavit, sibi legendum videri, *Tum ex iis, qui ad., cons. frater, eum Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* vel certe, prænomine *M.* deleto, *Tum ex iis, qui ad., cons. frater, Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* adscripto etiam hoc loco ex X. 41. 'Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat:' vel denique se adsentiri Gronov. Obs. lib. IV. c. 4. p. 51. emendanti *Tum ex iis, qui aderant, (consulis fratrem Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam, &c.* Verum sententiam ibi propositam Gronovius hoc loco revocavit, ut nimis a lectione codicum discedentem: in omnibus enim Mss. prænomen *M.* constanter superest. Mihi itaque emendatio vel Gronovii, notis ejus ad hunc locum expressa, vel Gelenji præcipue probatur; hanc unici codicis auctoritas, illam plurium Mss. consensus tuentur. Penes lectorem itaque eligendi arbitrium esto. Gronovium autem, credentem Gelenium aut uni homini duo fecisse prænomina, aut *Cæsonem* cognomen, et hinc præsertim emendationem ejus rejicientem, deceperunt operæ typographorum, interpunctionem Gelenii vitiantes. Is enim locum ita distinxerat, quemadmodum nunc in nota ejus restitui, ac distinctionem illam Frobenius tum in contextu Liviano, tum in notis ejus, ut et postea plures alii receperunt. Secundum eam Livius adfirmat, omnino fuisse

Digitized by Google

fratrem consulis, qui se speculatum iturum professus est, non convenire tamen inter scriptores rerum de ejus nomine: quosdam enim velle, fuisse consulis fratrem germanum, vel M. Fabium, vel Kæsonem Fabium dictum; alios, fuisse ejus fratrem uterinum C. Claudium. Primus deinde Modius in ed. Francof. 1588. distinctionem Golenii inter voces *Fabium*, *Cæsonem* omisit in ejus notis; idem deinde Graterus fecit in contextu Liviano. Eandem etiam errorem in contextu edd. Gronovii operæ typographorum commiserunt, sine interpunctione *M. Fabium Cæsonem alii* exhibentes: quod ne ullus quidem recentiorum editorum emendavit. Quod autem ad Sulpicios, quibus duo prænomina hic adficta esse Gronovius uno tantum verbo addit, eorum ita sententiam, in primis autem And. Schotti sententiæ se pluribus opposuerat in addendis ad primam notarum ed. p. 748. verum omnem hanc disputationem in posteriori, quam hic secutus sum, omisit, quasi de ea re latius alias acturus. Causa forte est, quod scrupulum injecerit Rupertus, qui per occasionem se eum hac de re moniturum scribit ad Reines. Vid. Epist. Reines. ad Rupert. p. 604. Et recte. Quibusdam enim Sulpiciis revera duplex prænomen in nummis et apud scriptores tributum esse, et quidem prænomen *Servius* cum alio prænisso, (ita tamen, ut Servius locum nominis gentilitii obtineat,) et duo hæc prænomina numquam cum gentilitio *Sulpicius* simul jungantur, docuit Ezech. Spanhem. de Usu et Præst. Numism. dissert. x. p. 27. Vide etiam Epist. Reines. ad Rupert. p. 584. (ubi tamen Rupert. in quibusdam errat, quæ ex Spanhem. refelli possunt maximam partem) et Bosium ad Corn. Nep. in Vit. Att. c. 2. Calculum tamen adjicere nequeo sententiæ Schotti ad d. l. Nepotis, qui existimat, ex duplici hoc Sulpiciorum prænomine conciliari posse dissensum Livii et Dion. Hal. quorum ille Sulpicium Camerinum, qui legatus cum duobus collegis in Græciam missus est, ut leges Solonis describerent, 'Publium' vocat; hic 'Servium.' Vide ad Livii l. III. c. 31. § 8. Quum enim ideo prænomen 'Servii,' alio ei superinducto, pro gentilitio usurpatum esse viri docti contendant, (quod nimis multi gentis Sulpiciæ eo uterentur,) id primis illis reipublicæ Romanæ temporibus convenire posse non videtur, quo nondum ex eadem gente orti tantopere aucti sunt. Sulpicius autem, in Græciam missus, fere circa reges ejectos, aut paucis annis post, natus esse debuit; quippe qui ante annum quinquagesimum post reges ejectos Romæ consulatum obtinuit, et anno quinquagesimo quinto a Tarquinio exacto hanc legationem obiit. Cæterum *Tunc ex his* insuper est in fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 16. *Tum ex ipsis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *spectaculum se iturum* Hav. *speculatum se iterum* Flor. In verbis seqq. vox *certa* deficit in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2.

§ 3 *Cære educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat*] Vide Fontanin. de Antiquitat. Hortæ I. 7. *Duk. Apud hostes* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 41. § 6. Vox autem *inde* deficit in antiquioribus excusis. Eam primus addidit Aldus, quam servant etiam omnes scripti. Mox *prope noverat*, pro *probe*, Leid. 1. et ed. Rom. 1472. ac quædam alia. Vide ad lib. XXXVII. c. 49. § 2. Cæterum verba *eruditus erat, &c. ita Etruscis literis* desunt in Lov. 4. omissa negligentia librarii propter vocis *literis* repetitionem. Vide hoc lib. ad c. 11. § 11.

Vulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Etruscis literis eruditi] Cicero de Divin. I. 41. 'Quocirca bene apud majores nostros senatus

Digitized by Google

tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum.' *J. F. Gron.* Valer. Max. I. 1. ex. 1. 'Tantum autem studium antiquis non solum observandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit, ut, e florentissima tum et opulentissima civitate, decem principum filii senatusconsulto singulis Etruriæ populis, percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia, traderentur.' Ceterum *vulgatum Romanos* legit Leid. 1. *vulgo enim Romanes* Harl. Port. et Hav. Tum *ita tunc Etruscis* Gaertn. reliquis recte dissentientibus: *tum* enim præcessit. Paullo ante *Abeo*, pro *Habeo*, Voss. 2. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXII. 59. § 19.

§ 4 *Sed propius est vero, præcipuum aliquid fuisse in eo*] Vocula prima deficit in fragm. Hav. a m. pr. in quo etiam *proprius* legitur itidem a m. pr. Vide ad IV. 17. § 5. Deinde *principium aliquid* Lov. 4. Alibi ita peccarunt librarii. Vide ad III. 14. § 4. *Præceptum aliquid* Voss. 2. qui mox etiam obfert *miscuerit*, pro *immiscuerit*: at Port. *immiscuerat* a m. pr.

Servus ei dicitur comes unus fuisse] *Servus ei dicitur unus comes fuisse* Lov. 4. Sed vocem *comes* ignorat Hearnii Oxon. C. sequentem *unus* Lov. 2. Mox *eo quod haud*, pro *eoque*, Gaertn. Vide ad II. 41. § 8. et mox ad § 6.

§ 5 *Regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere*] *Naturam ignominiæ principum* Klockian. *naturam agnomina principum* Voss. 1. Leid. nterque, et Lov. 1. ac 4. Tum *accipere* Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Paullo ante *nequiequam aliud*, pro *nec quidquam*, Leid. 1. et Lov. 4. Vide hoc lib. ad c. 18. § 5. *nec quidquam alius* ed. Rom. 1472.

Ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent] *Neque inter colloquia* Flor. Infra hoc lib. c. 43. 'Saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent.' XXXVIII. 4. 'Periculosum ceptum ratus, ne qua sentirent Romani.' XLIII. 18. 'Egredi Macedoniæ finibus non ausus, ne qua in regnum vacuum inrumperent Romani.' Similiter peccarunt librarii IV. 56. § 12. Tum *deprendi possent* Flor. Leid. 1. Lov. 3. et Port. quomodo Gebhardus se etiam in Pall. invenisse testatus est hoc lib. c. 34. § 26. Ita passim 'prendere' et 'prehendere' commutantur. Vide ad II. 56. § 11. Similiter 'deprendere' et 'deprehendere:' vide ad VIII. 18. § 6. et 'comprendere' ac 'comprehendere.' Vide ibid. § 10.

§ 6 *Iere pastorali habitu, agrestibus telis, gæsisque binis armati*] Lege addendo *agrest. telis, falcibus gesisque*. Gelen. Additam vocem *falcibus* agnoscunt omnes mei. Eamdem etiam Aldus in contextum receperat; sed deinde, mutata sententia, inter errata iterum ejici jusserat. Insuper *falcibusque binis cesis armati* Gaertn. *falcibusque cesis binis armati* Harl. *cæsis* etiam vel *cesis* Flor. Voss. 1. a m. pr. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. 4. Hav. et fragm. Hav. Similiter peccatur XXVI. 6. § 5. Origo erroris est similitudo literarum *C* et *G*. Vide ad VI. 25. § 6. De *gæso* vide quæ notavi ad Silii Ital. II. 444. Ceterum *Ierunt* Gaertn. *Inde* Lov. 4. Vide ad XLV. 2. § 7.

Abhorrebat a fide, quemquam externum Ciminios saltus intraturum] *Abhorrebat ab fide* Flor. Leid. 1. Lov. 2. 4. et fragm. Hav. *quamquam abhorrebat a fide* Gaertn. Vide ad V. 51. § 1. *Quamq; abhorrebat ab fide* Lov. 3. Vide modo ad § 4. Tum *quemquam hesternum*. Vide ad XL. 14. § 2. Hinc *Ciminos saltus* Port. a m. pr. et Hav. *Cuminos saltus* Port. a m. sec. Vide ad cap. præc. § 8. Tandem *intratu-*

Digitized by Google

ros fragm. Hav. a m. pr. quomodo non dedit librarius, quod *quemquam intraturos* dici posse existimaret; (vide hoc cap. § 1.) sed quod perperam *intraturos* referret ad proxime præcedens *Ciminios saltus*. Vide ad VI. 3. § 8.

§ 7 *Usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur*] *Camertes umbras* Leid. 1. Lov. 4. et Harl. *Usque ad Camertes ut penetrasse* Klockian. *Usque ad Camertes Umbros pervenisse* Port. quod ex interpretis glossa receptum puto.

Ibi, qui essent, fateri Romanum ausum] Vide unde pendeat hoc participium *ausum:* non enim a verbo *dicuntur;* sed supplendum 'fama est,' aut quid simile. *Glar.* Et cur non penderet a verbo *dicuntur?* 'dicitur' enim non tantum adjunctum habet casum rectum, verum et quartum. Vide ad I. 31. § 8. Ex præcedenti igitur *dicuntur* ad τὸ *ausum* repetendum est 'dicitur:' quod itidem repetendum foret, si scripsisset Livius *Romanus ausus.* Ceterum *sibi, qui essent* Voss. 2. Vide ad I. 55. § 4. *Sibi qui esset* Lov. 3. quasi *essent* ferri non posset ob sequens *Romanum ausum.* At Romanus fateri ausus est, qui ipse et servus comes essent. *Ubi, qui essent* Leid. 2. Harl. Port. Hav. et Hearnii L. 2. B. ac C. Vide ad XXVII. 5. § 2.

§ 8 *Hospitio acceptum nunciare Romanis jussum*] *Renunciare* Harl. quod in hac re proprium esse, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVII. Quum tamen alii omnes vulgatum tueantur, an unius, et quidem hujus, codicis auctoritate mutari par sit, dubito. Mox *triginta dierum,* alio ordine, Lov. 4.

Si ea loca intrasset; juventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio] Vox *loca* deficit in Lov. 3. Deinde *intrassent* præfert Leid. 2. ut referatur ad 'exercitui;' quam vocem, utpote collectivam, cum verbo plurali interdum construi, vidimus ad III. 28. § 3. At unius cod. auctoritas mutandæ receptæ lectioni levior est. Tum *juventutemque Camertem* Lov. 4. *juventutemque Camertum* Port. Male. *Camertium* enim etiam Cic. dixit pro Balbo c. 21. et c. 22. Eodem modo ut 'Veientium.' Vide ad V. 15. § 11. Hinc præpositio *in* exsulat ab fragm. Hav. Sed intercepta est a vocis præced. litera finali. Vide ad X. 13. § 3.

§ 9 *Ipse substitit cum equitatu*] *Subsistit* Gaertn. Paullo ante *celata,* pro *relata,* est in Lov. 3.

§ 10 *Quæ extra saltum dispositæ erant*] Superius ait, in sylvam fugos confugisse hostes, et consulem Fabium potitum hostium castris: hic vero ait, extra saltum dispositas hostium stationes. Præterea, quid opus erat hac consulis simulatione, cum ipse hostes fuderat, castrisque exuerat? Deinde quo pacto hostes ludere poterat, cum ipsi per sylvam eundum esset, in quam illi confugerant? *Glar.* Nullum non sponte videre existimo, qua ratione tollendæ sint difficultates, quas Glareanus adversus narrationem Livii movit; quare iis respondere abstineo. Mox *tenuissent,* pro *tenuisset,* obfert fragm. Hav.

§ 11 *Contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit*] *Opulentia Etr. arva* Klockian. et edd. Rom. 1472. et Parm. Quosdam veterum *opulens* pro *opulentus* dixisse, jam lexicographi monuerunt. Vide etiam viros doctos ad Nepot. Chabr. c. 3. et Cort. ad Sall. Jug. c. 69. Hac voce ea forma etiam usum esse Livium existimat Gebhard. ad d. l. Nep. atque in eam rem laudat locum ex XLIII. 1. 'Legatus, in Illyricum a consule missus, opulentia duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem:' verum omnes edd. ibi servant *opulenta duo oppida.* Quum autem hic reliqui codd. ab uno illo et ab edd. vett. dissentiant, et Livius pluribus aliis

Digitized by Google

locis potius *opulentus*, quam *opulens*, dixerit, vulgatum etiam præferre non dubito. Pari modo *violentus* potius, quam *violens*, Livium dixisse, vidimus hoc lib. c. 34. § 9. Vox *opulenta* omittitur in Leid. 2. et Lov. 1. Male. Infra XXII. 3. 'Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rerum opulenti.' II. 14. 'Castra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu, Romanis dono dedisse.' Deinde *Etruriæ arma* Port. a m. pr. sollemni scribarum lapsu. Vide quæ notavi ad Silii Ital. IV. 296. Præterea *militem emittit* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *militē mittit*, prima litera *rō emittit* ab ultima voeis præced. elisa, Leid. 2. Lov. 1. 2. Harl. Gaertn. et fragm. Hav. *militem emittit* admitti posset, si certiores codd. consentirent. Vide ad VII. 35. § 2. *Milites mittit* Voss. 1. Port. a m. pr. et Hav. *prædatum milites emittit* Neapol. Latinii. Priorem vocem *prædatum* interponit etiam Gaertn. sed ex interpretis expositione adscita videtur. Paullo ante *Criminii montis* Leid. 1. *Cimini montis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. et Port. a m. pr. in quo *Cumini* emendatur a manu sec. Vide ad cap. præc. § 8. Ceterum verba *milites emittit*. *Ingenti jam abacta* culpa ac negligentia librariorum exsulant a Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. eadem et insuper sequens *præda* a Lov. 3.

§ 12 *Abacta præda, tumultuariæ agrestium Etruscorum cohortes, &c. obcurrunt*] *Abacta ipsa præda* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. et fragm. Hav. a m. pr. *abuota præda* Klockian. *abacta prædatum tumult.* Voss. 2. *abacta prædatum multuariæ* Leid. 1. *abacta præda multuariæ* Harl. *tumultu acie*, pro *tumultuariæ*, Leid. 2. *tumultuarie* Hav. Verum quum passim simplex *e* pro diphthongo *æ* in illo codice usurpetur, dubium est, utrum librarius eam vocem pro adverbio, an pro adjectivo acceperit. Verum 'tumultuariæ cohortes,' ut 'tumultuariæ legiones' XL. 26. 'tumultuarius miles' I. 37. XXXV. 2. 'tumoltuarius exercitus' V. 37. XXV. 1. c. 19. XXIX. 28. et XLI. 10. Tum *agrestium Etruscorum* Port. a m. pr. Male. Vide ad II. 63. § 2. Postea *occurrerunt* Port. et Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4. *Occurrerent* Hav. Insuper *principibus ejus regionis* alio ordine edd. ante Aldum, cui ordinem, qui nunc obtinet, substituenti consentiunt scripti.

Adeo incompositæ, ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint] *Compositæ* Leid. 2. Vir doctus ad marginem ed. Curionis scribendum conjecit *incomposite*: quod quemadmodum mutandum non censerem, si in id eodd. omnes consentirent; ita nunc, dissentientibus iisdem, minime recipiendum existimo. Passim enim adjectiva pro adverbiis poni, notum est. Vide ad XXII. 12. § 7. Tum *ut indices prædarum* Lov. 4. Vide ad Epit. Liv. lib. LXIII. *Ut vindices prædatum* Leid. 2.

§ 13 *Late depopulato agro victor Romanus*] Prima vox non adparet in Leid. 1. Supra II. 60. 'Nec ulle ante bello latius inde actæ prædæ.' XXV. 9. 'Populari agros, terroremque late agrestibus injecisse.' Tum *Romanus victor* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Opulentusque rerum omnium copia in castra rediit] Pall. 1. et 3. excuso vocabulo *copia*, *opulentiusque rerum omnium in castra rediit*, mire delicato Hellenismo. Sic 'dives agri.' Infra XXXV. 1. exhibent libri omnes Mss. et vet. editio, 'Eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelius reduxit.' *Gebh.* Duo meliores Pall. et Voss. alter *opulentusque rerum omnium in castra rediit*, sine *τῷ copia*. Videtur et recidendum *τὸ que*. Adi notas ad XXXV. 1. *J. F. Gron.* Non displicet locutio 'opulentus rerum

Digitized by Google

omnium,' qua Livium usum fuisse ex Mss. XXXV. 1. verisimile fit. Hic tamen Gebhardo et Gronovio eam probantibus favere nequeo, quod præter Voss. 2. omnes mei vulgatum tueantur. Sed nec recidenda videtur particula *que*, quæ in nullo etiam cod. deficit. Supra l. IV. c. 34. 'Exercitum victorem opulentumque præda triumphans Romam reduxit.' VII. 24. 'Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit.'

§ 14 *Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant*] *Et forte quinque* Port. *Eo forte quoque* fragm. Hav. a m. pr. Deinde vox *plebis* non adest in Hearnii Oxoniensi L. 1. Vide ad II. 56. § 1. Quum tamen omnes eam servent, ego ei quæstionem unius fide movendam non censeo. Mox *Ciminum* Hav. et Port. a m. in quo ab altera manu *Cuminum* repositum. *Cimininum* Leid. 2. et Lov. 1.

Lætati serius se, quam ut inpedire bellum possent, venisse] *Legati serius* Lov. 2. et Harl. *lætati seri jusse*, male in voces contributis literis. Flor. unde nullo sensu factum a m. sec. *lætati seriuisse*. Tum *inpedire bellum potuissent* Lov. 4. Mox in verbis seqq. *nuncii victoriæ Romanam revertuntur* Flor. unde altera quidem manu factum *Romam*, in margine tamen conjicitur legendum *nuncii victoriæ Romanæ revertuntur*. Ego tamen a vulgato, omnium reliquorum cod. auctoritate defenso, non discedo.

CAP. XXXVII. § 1 *Motum latius erat, quam profligatum, bellum*] *Quam profugatum* Voss. 2. et Lov. 2. literæ *li* inperita manu male effictæ in *u* facile commutari possunt. Mox *Cuminii montis* Port. a m. sec. *Cimini montis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad c. 35. § 8.

Conciveratque indignatione non Etruriæ modo populos] Pal. 2. binæque vetustæ edd. *concitaveratque*. Gebh. *Concitaveratque* Voss. 1. in margine, Leid. 2. Lov. 1. Harl. et principes edd. Ita II. 44. 'Quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Veientium gratia concitata.' c. 58. 'Bellum cum finitimo populo et potentissimo parari, qui omnem Etruriam sit concitaturus.' VII. 17. 'Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt.' Insuper *concitaveratque indignationem non Etruriæ modo populo* Hav. Sed vulgatum, quod primus Aldus in contextum admisit, recte plerique reliqui codd. defendunt. Vide ad III. 53. § 4. 'Concire' et 'concitare' passim in Mss. confundi solent. Quædam exempla vide ad I. 60. § 2. Et ita variatur X. 18. § 1. Adde similes scribarum errores obcurrere IV. 48. § 12. V. 30. § 4. VIII. 29. § 3. X. 21. § 2. c. 28. § 6. et alibi. *Concitosque atque indignatos non Etruriæ modo populos* est in Lov. 2. sine commodo sensu.

§ 2 *Itaque, quantus numquam antea, exercitus ad Sutrium venit*] Quod quidam pro *nunquam* reposuerunt *non unquam*, res est non magni momenti. Illud mihi magis considerandum videtur, quonam in loco hæc subsequens pugna, quod etiam apud veteres dubium fuisse ipse author fatetur, facta sit: et amphibolon de industria fecisse credimus Livium. Exercitus enim jam venisse ad Sutrium videtur, cum Fabii tamen reditus nusquam hic describatur, nisi quis hæc verba ita torqueat, ad Fabium ultra Ciminiam sylvam tantum venisse exercitum, quantus antea nunquam ad Sutrium venisse memoretur. Nam ad Perusiam paulo post ad finem hujus anni c. 40. depugnat. *Glar.* Si quis verba Livii ita accipere vellet, ad Fabium obpugnandum ultra silvam Ciminiam tantum exercitum venisse, quantus numquam antea ad Sutrium venit, a vero Livii sensu aberraret, qui pugnam hoc loco relatam ad Sutrium decertatam esse

Digitized by Google

credidit; quod ex eo constare puto, quia, non se, sed quosdam auctores esse hoc cap. subdat, tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam esse. Frustra etiam Glareanus obtendit, Fabii reditum nusquam hic describi. Non modo enim ex ipsa Livii narratione patet eo tantum animo Fabium, cæsis Etruscis, copias ultra silvam Ciminiam promovisse, ut bello intactam regionem depopularetur; quo peracto, ut in castra reverteretur, consequens erat; verum etiam Livium admodum properanter consuluisse, neque ad verba ejus adtendisse debuit, quum diserte c. præc. dicat, 'Cæsis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit.' Ceterum *Itaque tantus* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed nihil muto. Infra XXIV. 35. 'Quinque et viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit. Ne quaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem:' ubi vide. Deinde *numquam* Lov. 3. Harl. et edd. antiqq. *non numquam* Gaertn. Recte reliqui codd. *non unquam*, quod et Aldus contextui primus restituit. Pari modo etiam variant scripti hoc lib. c. 18. § 12. Tandem *exercitus antea* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Neque in silvis tantummodo promota castra] Non placet: lego *neque silvis tant. obmota castra.* T. Faber. Gronovius ad Senec. de Ira III. 8. hæc citans habet *e silvis.* Quid sit *in silvis promota castra* æque intelligo, ac *silvis obmota castra;* hoc est, neutrum intelligo. Livius VIII. 38. 'Neque signa loco promota.' *Duk.* Vellem addidisset Faber, quo sensu verba Livii, ex sua sententia emendata, accipienda credidisset. Sed nec præscripta notis lectio placere potest, quam demum edd. Gronovianæ exhibuerunt, sine dubio operarum errore, quum non modo excusi priores, sed etiam omnes scripti mei, et Hearnii Oxonienses B. C. et N. recte præferant *e silvis tantummodo promota,* nisi quod *ex silvis* sit in Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. *exiluis* in Lov. 4. Victi Etrusci se receperant in silvam Ciminiam, ut c. 35. refertur, ex quibus nunc, copiis auctis, castra promovent: unde, cum victi essent, 'ad castra,' 'ad silvas' diversos tetendisse hoc cap. refert. Quisque sentit *silvis obmota* ferri non posse. 'Obmovere' enim antiquos pro 'admovere' dixisse, Festus auctor est. Cujus exempla ex Catone laudat Falster. in Supplem. Ling. Lat. ea voce. Caveant itaque tirones, ne magistros difficultatem vel legem 'obmoventes' imitentur. Ea voce Livium usum esse nondum reperi.

Sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies] *Sed tam avid. dimic. quam* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *in campum delata* Voss. 2. *in campos est delata* Lov. 2.

§ 3 *Deinde instructa primo suo stare loco*] Rursus Pal. 2. *primo suo substare loco.* Gebh. Ita et Port. Gaertn. et Hav. Sed prima syllaba *τοῦ substare* nata videtur ex similitudine vocis præced. *suo.* Insuper *deinde primo instructa* alio ordine Gaertn.

Relicto hostibus ad instruendam contra spatio] [Vid. Lectt. Varr.] Si qui Mss. haberent *hostibus,* conjicerem *relicto hostibus ad instruendum contra spatio. Ad instruendum;* id est, 'ad instruendam aciem.' Ut X. 19. 'Et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit.' Et XXX. 21. 'Sed vix spatium instruendi fuit.' *Duk.* Nihil hic Frobenius mutavit: sed tantum lectionem ab aliis mutatam secutus est. Primæ edd. præferunt, ut Gronovius monuit, *relicto hostium ad instruendum contra spatio.* Hinc Ascens. 1513. *hostibus ad instruendum* substituit, quod proximæ edd. et cum illis,

Digitized by Google

etiam Frobenianæ ambæ servarunt. Gruterus demum *instruendum* mutavit in *instruendam*. Ex scriptis *hostium ad instruendum* præferant Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *hostium ad instruendam* Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *hostibus ad instruendum* Voss. 1. certe, quamvis cum ed. quæ hanc scripturam præfert, collatus sit, in excerptis tamen nihil varietatis adfertur. *Hostibus ad instruendum* Flor. et Lov. 2. quod recte a Dukero inlustratum revocavi. Præterea *dein*, præter Flor. et Voss. 2. a Gronovio laudatos, præferunt insuper Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. Mox etiam *destructare* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. Harl. Gaertn. et ed. Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9.

§ 4 *Ut eo sibi e castris cibaria ejus diei deferri juberent*] Membranæ *cibaria ejus die*. Antiquc. *Modius*. Modius *ἀρχαϊκῶς ejus die*: secus est in nostris libris. *Gebh.* Vox *dici* deficit in Gaertn. *ejus die* præferunt Voss. 1. in contextu, Leid. 1. et Klockian. Sæpe genitivum hujus aliarumque similium vocum, ad quintam nominum declinationem pertinentium, eo modo efferunt librarii in Mss. Ita *die* in quibusdam obcurrit v. 23. § 4. VI. 24. § 7. VII. 8. § 5. hoc ipso cap. § seq. XXXVII. 29. § 2. *fide* VIII. 31. § 9. *spe* XXI. 40. § 7. Ita et alii apud alios scriptum invenerunt. Vide Cortium ad Sall. Jug. c. 52. § 3. et inprimis, quos etiam laudavit, Servium ac Pierium ad Virgil. Æn. II. 208. Id tamen quam inter antiquata habeatur, utrum Livio conveniat dubitari potest. Verum quia *pernicie* pro *perniciei*, quamvis casu potius tertio, constanter in omnibus Mss. uno Neapol. Latinii excepto, sit v. 13. § 5. Livio plane indignum esse, pronunciare non audeo. Ita igitur existimo, Livium eo uti potuisse, et forte etiam usum fuisse, non tamen admittendum, ubi unus vel alter codex obgerit: sed vel plurium in hac re, vel certe optimorum fide standum esse. Hic itaque quia pauci tantum ita præferant, licet inter eos etiam aint quidam ex optimis, tamen potius vulgato adhærebo. Ceterum *ut eo ibi*, male in voces divisis literis, quæ olim continua serie scriptæ erant, Leid. ambo, et Lov. 1. ex quo deinde, ut aliquem sensum efficeret, datum est *ut eis ibi* in Port. et fragm. Hav. a m. sec. *ut eis ubi* Hav. qui etiam *ab aris*, pro *cibaria*, ostentat. Verum non hic tantum in duas voces divisa sunt, quæ cohærere debebant, verum etiam literæ *ci* coaluerunt in literam *a*. Paullo ante vox *quoque* deficit in Leid. 1. Tum *exceptas intra mun.* pro *receptas*, præfert Harl. *senserunt*, pro *senserc*, Gaertn.

Manuros se sub armis] Pronomen *se*, quod a m. pr. aberat, a m. altera, quamvis satis antiqua, adscriptum est in Flor. Id sæpe omitti vidimus ad I. 23. § 5. et IV. 10. § 1. Nullus tamen reliquorum vel manu vel typis descriptorum adsentitur. Nota autem locutionem 'sub armis,' pro armatus, armis indutus; ex qua, quod ævo Theodosiano inprimis usitata sit, efficere volnisse videtur Ez. Spanhem. de Præst. et Usu Numism. diss. XI. p. 518. Manilium poëtam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum, non eo tantum, sed et optimo ævo, in communi usu fuisse, docet hic locus Livii. Id insuper patet ex loco XLIV. 34. 'Aptare corpori arma, experirique sub his membrorum agilitatem.' Adde Virgil. Æn. v. 440. 'Aut montana sedet circum castella sub armis.' Alia ex Virgil. eodem et Ovidio exempla subpeditabit Burmann. ad Ovid. Metam. VIII. 318. Mox vox *certe* abest a Port. et Hav. Deinde trajectis vocibus *prima luce* præfert fragm. Hav.

§ 5 *Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur*] Pall.

Digitized by Google

tres *nihilo quietus*. Gebh. Ita et Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *nihil quietius* Gaertn. Sed, passim adjectiva pro adverbiis usurpari, dictum est ad XXII. 12. § 7. Corruptius *Nihilo qui etiam Rom.* præfert Leid. 1. *Nihilo quin etiam Rom.* Lov. 2.

Decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet] Pall. duo *quum cibum capere commilitones jubet*. Gebh. Ita et Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. Insuper *quum simul capere commilitones jubet* Gaertn. Adparet per epitomen scriptum fuisse *cons.* vel *con. milites jubet;* librarios autem duas voces diversas in unam junxisse. Similis itaque error est, atque ille, qui *congratulatione*, pro *cum gratulatione*, ejusque generis plura alia, sæpius in Mss. obcurrere vidimus ad IV. 24. § 7. Præterea *decuma erat fere diei hora* Flor. et Leid. 1. Vide ad II. 59. § 11. VI. 42. § 2. et alibi. *Decima erat fere die hora.* Vide modo ad § præc.

Præcipit, ut in armis sint] Pal. 1. *præcipitur, ut in armis sint.* Pal. 2. *et præcipit, in armis sint.* Gebh. *Et præcipit* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sæpius particulam hanc fulciendæ orationi Livianæ a mala manu additam esse, videbimus ad XXXVI. 31. § 11. et quidem hoc loco nata esse videtur ex prioris vocis literis finalibus. Vide ad XXXIX. 18. § 8. *Præcepit* Lov. 2. *præcipit, in armis sint*, omissa vocula *ut*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Sæpe eam omitti post verba *jubendi*, dicetur ad X. 41. § 8. Potius tamen videtur, ut excidisse hic dicamus ob similitudinem vel vocis seq. vel ultimarum literarum vocis præced. (vide ad I. 51. § 2.) in optimis enim constanter superest. *In armis sint*, ut II. 30. 'Quum Volsci, Æquique et Sabini forte una omnes in armis essent.' XXXIII. 21. 'Colcam et Luscinum regulos in armis esse.' Vide Burmann. ad Ovid. Metam. VIII. 313. In verbis seqq. vox *hora* deficit in Leid. 2. et Lov. 1.

§ 6 *Milites adloquitur, Samnitium bellum extollit, elevat Etruscos*] Lege *Samnitium bella.* Gelen. Ita etiam omnes mei. Præterea *militem adloquitur* Lov. 1. Vide ad VII. 35. § 2. Reliquorum tamen in vulgatum consensus efficit, ut eam lectionem veriorem existimem. Deinde *levat* Harl. *et levat* edd. antiqq. pro quo jam Tarvisii substitutum *elevat;* quod in scriptis aliis omnibus recte superest. 'Levare' pro minuere in Livio obvium esse, vidimus ad III. 72. § 7. Longe tamen frequentius est 'elevare.' VI. 23. 'Milites instigabat, elevando ætate auctoritatem collegæ.' XXVI. 27. 'Elevabatur index indiciumque.' c. 51. 'Famam captæ Karthaginis elevabant verbis.' l. XXVIII. c. 43. et 44. 'elevare res gestas.' XXXII. 21. 'Elevabat Romanum bellum.' XLIII. 11. 'Ignominiam acceptam elevare eos Patres acceperunt.' XLIV. 44. 'Simul elevat famam adversæ pugnæ.' XLV. 10. 'Multitudinis noxam elevabat.' Vide Burmann. ad Phædr. Fab. III. 10. 7. 'Aggravare' et 'elevare' eo sensu obponit Livius VI. 27. *Et levat* eodem modo per errorem datum erat pro *elevat*, quo *et quidem* pro *equidem* v. 53. § 3. Vide etiam quæ notantur ad XXVIII. 19. § 6. Mox *ait comparandam esse* Harl. et edd. vett. ante Aldum. *Comparandum esse ait* Hav.

Præterea telum aliud occultum scituros] *Præterea dein aliud* fragm. Hav. a m. pr. *Præterea telum dein aliud* a m. sec. Vox *telum* non adparet etiam in ed. Mediol. 1505. Male. Vide ad VI. 35. § 8. Etiam vox *occultum* deficit in Harl.

§ 7 *Et, quod sine munimento consederant, verisimilius erat, quod simulabatur*] Flor. *munitione:* omnes vero *consiederant.* J. F. Gron. *Munimentum* et *munitio* etiam confunduntur X. 11. §

Digitized by Google

6. Verum excerpta cod. Flor. quæ possideo, nullam hic varietatem ostentant: ut forte Gronovius scripturam illam in alio cod. invenerit. Omnes etiam mei *munimento* defendunt; sed *quod si non mun.* est in Voss. 2. et Lov. 3. Deinde *considerant* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. Flor. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Vide ad II. 29. § 6. Hanc scripturam defendere etiam potest, quamvis vitiosa, aliorum codd. scriptura *consideraret*, ut præfert Port. *considerarent*, ut Hav. *constiterat*, ut Harl. et edd. Aldo antiquiores. 'Considere' autem et 'consistere,' unde hic 'constiterat,' solent alibi commutari. Vide ad Epit. Liv. lib. LXV. Tum *quod simulabant* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad II. 26. § 4. Paullo ante *animis . . . territis*, pro *animus . . . territus* Gaertn.

Curati cibo corpora quieti dant] *Curata cibo corpora* Lov. 4. quod eadem ratione dictum esse videri posset, quo v. 45. 'Nuda corpora et soluta somno trucidantur:' ubi quædam dicta sunt. Præterea *quieti corpora dant* Lov. 2. Port. et Hav.

§ 8 *Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum subruendum*] *Colonibus* Lov. 2. Gaertn. et Hav. *canonibus* Leid. 2. et Lov. 1. *Dola dona p̄ calonibus* Klockian. Tum *ad vallum prorumpendum* Gaertn. Vide mox ad § seq. *Ad vallum promerendum* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *ad fossasque inplendas*, addita prima voce, Lov. 1. *fossaque inplendas* Port. a m. pr.

Intra munimenta instruitur acies] *Instructa acies* Lov. 4. *metiuntur acies* sine sensu Hearnii Oxon. C. Hinc *deletæ cohortes*, pro *delectæ*, Lov. 3. sæpius obvio errore. Vide ad IV. 25. § 8. VI. 2. § 9. VII. 6. § 11. c. 19. § 2. VIII. 24. § 7. IX. 25. § 9. X. 4. § 1. c. 26. § 14. et alibi. Deinde *ad portarum exitum* Gaertn. Tandem *locantur*, pro *collocantur*, Leid. 1.

§ 9 *Proruto vallo erupit acies*] *Prorupto vallo* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 4. Port. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. sollemni scribarum errore. Vide ad IV. 29. § 3. Adde paullo ante § 8. et quæ notavit J. F. Gronovius ad Tacit. Ann. I. 68. et XV. 40. Similiter etiam commutantur 'diratus' et 'diruptus.' Vide hoc lib. ad c. 45. § 17. *Promto vallo* est in Lov. 3. quomodo vel *prorupto* se quoque in libris invenisse, testatur Gebhardus supra dicto lib. IV. c. 29. § 3. Deinde *erumpit acies* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Vide hoc lib. ad c. 12. § 8. c. 39. § 9. c. 43. § 15. *Eripit acies* Klockian. Vide ad Epit. Liv. lib. VII.

Strates passim invadit hostes] Pall. 1. et 3. *constratos*. Gebh. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 3. *et stratos* Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. *est stratos* Leid. 1. *statos* Gaertn.

Alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, cædes obpressit] *Alios semisomnes* Vpss. 1. a m. sec. Lov. 1. 2. Harl. fragm. Hav. a m. sec. et edd. antiqq. pro quo Frobenius 1535. *semisomnos* restituit, quod in reliquis scriptis et posterioribus editis superest. Vide ad XXV. 39. § 3. et quæ notantur ad VII. 21. § 5. Tum *maxima parte* Lov. 4. Male. Vide ad XLI. 6. § 6. Hinc *cæde obpressit* idem Lov. 4. Infra XXV. 39. 'Effusique, qua iter est, nisi quos cædes obpressit, exuuntur castris.' XXX. 6. 'Quos non obpresserat ignis, ferro absumti.' Mox *paucis armandi est datum spatium* idem Lov. 4. *armandi se spatium datum est* Gaertn.

§ 10 *Fundit Romanus, fugatosque persequitur*] Vet. lib. *fugatos eques pers.* Sigon. Consentiunt Sigonio Pall. tres, et Campan. *fugatos eques pers.* Gebh. Ita etiam plerique meorum codd. Præterea *fudit Romanus* fragm. Hav. Vide ad I. 56. § 12. Paullo ante *non signum certum, aut*

Digitized by Google

ducem sequentes Harl. Male. Vide ad VIII. 34. § 10.

Ad castra, ad silvas diversi tendebant] *Ad castra, silvas* Flor. Sed vide ad XXXVIII. 18. § 12. *Tenebant* Lov. 4. et 5. Sæpius hæc verba librarii commutarunt. Vide ad XXIV. 28. § 1. Indicat Livius, in fugam conjectos in varia loca abiisse, hos in castra, illos in silvas. Ea enim est vis vocis 'diversi.' Vide ad X. 33. § 10. Castra autem Etruscorum e silvis promota fuisse, et insuper aviditate pugnandi aciem in campos delatam esse, supra hoc cap. retulit Livius. Mox *refugium dedere* alio ordine Port. et Hav. Tum *in campis castra sita* Leid. 1.

Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cetera præda militis fuit] Tò *jussum* deest in Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *ad consules* Lov. 3. et Gaertn. *ad conss.* Lov. 1. et 4. Sed indicatur tantum Fabius, qui bellum ad Sutrium excepit; quum interim alter consul C. Marcius in Samnio res gereret: ut ex præcedentibus et sequentibus colligitur. Sæpius ita peccasse librarios, videbimus ad X. 10. § 2. Præterea *ad consulem referri* Voss. 1. Leid. 2. Port. et Hav. quo ordine voces etiam digessit Lov. 1. Deinde *militibus fuit* Voss. 2. et Lov. 3. Supra IV. 49. 'Quum inter oppugnationem prædam militis fore edixisset.' XXI. 11. 'Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore.' XXX. 14. 'Quidquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani est.' *Militis fore* ponitur, pro *militum fore*, (vide ad VII. 35. § 2.) quod non adsecuti librarii in *militibus* mutarunt; quamvis tamen similis erroris exempla sæpius obcurrant. Vide ad XXII. 8. § 7.

§ 11 *Hostium millia ad sexaginta*] Prima vox deficit in Gaertn. *millia sexaginta*, omissa media particula, Flor. Sed eam servant reliqui omnes. Forte scriptum fuerat a. CD. *LX*. Et ita litera *a* pro *ad* intercipi potuit a vocis præced. litera finali, (vide ad v. 52. § 10.) quamquam et alibi omittitur, ubi tamen eadem ratio dari nequit. Vide ad X. 46. § 5. *Millia ad quadraginta* Hav. invitis reliquis. Forte igitur transpositio notarum, quibus numerus *LX* indicari solet, erroris causa fuit.

Tam claram pugnam trans Ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam] *Trans Ciminam* Voss. 1. et Lov. 1. idque voluit librarius Leid. 2. qui tamen corruptius *tranciminam* unica voce dedit. Vide ad c. 35. § 8. Tum *ad Perusium* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. Denique *pugnatum* Lov. 2. Port. Hav. et Neapol. Latinii.

Coortis undique Tuscis Umbrisque obprimeretur] Vet. lib. *undique ab Tuscis*. Sigon. Pall. 1. et 3. *cohortis undique a Tuscis*. Pal. 2. *cohortis undique ab Tuscis*; ne divortio offendat Sigonianum codicem. *Gebh. Undique ab Tuscis* Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. *undique a Tuscis* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. et Gaertn. *undique Hetruscis* Lov. 4. Tò *undique* deest in Harl. Tum *coortis, &c. opprimerentur* Gaertn. *cohortis, &c. opprimeretur* Lov. 2. *cohortis, &c. opprimerentur* Leid. 1. et Lov. 3. *cohortes, &c. opprimerentur* Port. Vide ad II. 30. § 12. *Opprimerent* Voss. 2. Vide ad II. 26. § 4. Paullo ante *interclausus*, pro *interclusus*, fragm. Hav. a m. pr.

§ 12 *Ubicumque pugnatum est, res Romana superior fuit*] *Pugnatum, res* Leid. 2. *pugnatum fuit est, res* Lov. 1. *A Perusia, et Cortona, et Aretio*] Pall. tres, ut et Andreæ ed. medio in oppido appellando scriptum habent *Crotone*. In ultimo vero Pall. 1. ac 3. referunt *Aterio*. Camp. *Artio*. Gebh. *Perusina* Flor. *Parusia* Port. Tum *Cortone* fragm. Hav. a m. sec. et Harl. *Cratone* Port. et Hearnii Oxon. B. *Crottone* ejusdem L. 2. *Crotone* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klockian. Hav. Hearnii

Digitized by Google

Oxon. N. et edd. vett. pro quo Moguntini *Cortona* substituerunt. Deinde *Aretis* Leid. 2. *Arecie* Gaertn. *Arrecio* Port. *Arrectio* Leid. 1. *Arretio* in contextum recepi. Vide ad x. 37. § 4. Et ita præferunt vetustissimæ edd.

Quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant] *Cupita et turmæ pop.* Lov. 3. *Etruriæ capita pop.* Port. et Hav. Tum *erant* deficit in Lov. 2.

Fœdusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt] *A Rom.* Gaertn. quæ voces deficiunt in Voss. 2. et Lov. 3. Tum *in XX annos* Leid. 1. Tandem *impetrassent* Lov. 4.

CAP. XXXVIII. § 1 *Cum hæc in Etruria gerantur*] Vet. lib. *Dum hæc.* Sigon. Ita non modo omnes scripti; verum etiam, quoscumque vidi, edd. priores.

C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit] Prænomen deest in Lov. 4. *Cæsarius*, pro *C. Marcius*, præfert Klockian. Tum plerique codd. *Rutilius*, vel *Ruptilius*. Vide ad VII. 17. § 6. Hinc *Alifas*, vel *Aliphas*, Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 4. Harl. Hav. fragm. Hav. et plures ex vett. edd. *Aliphias* Port. et Hearnii Oxon. B. Sed male. Vide ad VIII. 25. § 4. Ceterum Allifas, quam urbem Romani hoc loco expugnant, etiam supra expugnasse dicuntur laud. loc. et tamen Livius alibi monere omisit qua occasione iterum in manus Samnitium pervenerit. Vide Perizonii Animadv. Hist. c. 4. p. 164. Paullo ante *consulatus*, pro *consul alter*, Hav. *consulum alter* fragm. Hav. Varietas lectionis ex compendio *cos.* vel *cons.* nata est. Vide ad x. 10. § 2.

Multa alia castella vicisque, aut deleta hostiliter] Diversam plane ab hac lectionem servat Lov. 4. Obfert enim *multaque alia cast. vicit, quæ aut debellata host.* Sed nullis adstipulantibus eum audiendum non existimo. *Castella vicique* sæpe junguntur. Infra XXXI. 30. 'Delubra ibi fuisse, quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrata.' XXXIII. 36. 'Boii in castella sua vicosque dilapsi sunt.' Non probanda itaque est etiam lectio Lov. 2. *multa alia castella utique.* Pejus *castella vique* habet Klockian. Præterea *ea*, sive *ante, deleta hostilia* Leid. 2. *hostilia* etiam Lov. 1. Ita scripsisse videntur librarii, quia illud *hostiliter* nullius emphasis esse videbatur, quum urbes vix aliter quam *hostiliter* deleri possint. At similiter auctor Epit. Liv. lib. LXXX. 'Quam rempublicam armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit:' ubi etiam ante Sigonium vox *hostiliter* omissa erat. Mox *in potestate venerunt* Gaertn. *venerunt* etiam Port. et Hav. Vide etiam hoc lib. c. 25. § 3.

§ 2 *Per idem tempus et classis Romana, &c. in Campaniam acta, quum adpulsa Pompeios esset*] Mutum *in Campaniæ acta.* Sicut *Athenæ in acta.* Vide Bon. Vulcanium in Apulei. Mund. c. 1. p. 18. Scaliger. in Virgil. Culic. p. 288. et Palmer. in Spicileg. p. 61. a. et 93. b. *Klock.* Vocula *et* deest in Hav. Tum *Campaniam alia* sine præpositione Port. Sed eam librarii negligentia, non Livii voluntate, omissam puto. Vide ad III. 6. § 7. *In Campania acta* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Verum errantis hujus scripturæ illam caussam puto, quam dedi ad VI. 3. § 8. Infra XXII. 19. 'In littus passim naves egerunt.' Deinde *quum adpulsa Puteolos esset* Lov. 4.

Ad depopulandum agrum Nucerinum] *Ad populandum* Lov. 4. Harl. et edd. ante Aldum. Sæpe hæ voces commutari solent. Vide ad II. 62. § 2. Tum *agrum Lucerinum* Port. Gaertn. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. Vide ad XXIII. 33. § 5. *Agrum Luceri* m. *profecti* Hav. Mox *statim*, pro *raptim*,

Digitized by Google

Lov. 4. inde *vastio*, pro *vastatis*, Leid. 1. Vide ad XXIII. 20. § 7.

Unde reditus tutus ad naves esset] Pal. 2. *cum tutus reditus ad naves esset.* Gebh. *Unde cum tutus reditus ad naves esset* Gaertn. *inde cum tutus reditus ad valles esset* Port. a m. pr. in quo *unde* emendatur a m. sec. *inde cum tutus reditus ad vales esset* Hav. *inde cum reditus tutus ad naves esset* fragm. Hav. a m. sec. unum, pro *unde*, edd. Rom. 1472. et Parm. Mox *exciverunt*, pro *excivere*, Lov. 4. et Gaertn.

§ 3 *Quum occidione occidi possent*] Pall. duo *excidione.* Livius III. 28. 'Tum, ancipiti malo urgente, a prælio ad preces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent.' cap. 44. 'Occidione occisi hostes.' X. 39. 'Aueam olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occidione occisam.' XXVIII. 43. 'Cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent.' XXX. 32. 'Tot exercitus occidione occisos.' *Gebh. Excidione* etiam Voss. 2. et Lov. 3. Supra II. 51. 'Inter duas acies Etrusci occidione occisi:' ubi plura vide. Hoc lib. c. 44. 'Occidione occisi hostes.' XXII. 54. 'Occidione occisos cum duobus exercitibus consules.' *Ocisione occidi* Hav. Vide ad III. 10. § 11.

Exuerunt præda, partem etiam occiderunt: quæ superfuit cædi] Pal. 2. *et partem etiam occiderunt. Quæ vero sup. cædi.* Gebh. Eamdem lectionem apud me servant Port. et Hav. qui insuper, at prior tantum a m. pr. præferunt *exuerunt prædam.* Sed *exuerunt prædæ, partem etiam occiderunt* Leid. 1. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *exuerunt prædæ parte, etiam occiderunt* Voss. 1. a m. pr. pro quo a m. sec. *exuerunt prædæ partem, et multos occiderunt* emendabatur; et ita præferunt Leid. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *exuerunt prædæ partem, et multos etiam occid.* Voss. 2. *exuerunt prædæ parte, et multos etiam occid.* Lov. 1. *exuerunt prædæ parte, multosque occid.* Lov. 2. *exuerunt prædæ partem et ut occidere* Lov. 3. *exuerunt prædæ partem et ut occidere* Lov. 4. Tum *cæde trepida multitudo* Leid. 1. *multitudo cædi trepida* Lov. 4. *cædi* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Mox voces *ad naves compulsa est* exsulabant a Gaertn.

§ 4 *Tum latam famam in Samnium ad hostes tulerat*] Pall. duo *tum latem.* Sed melior est vulgata lectio: opponit quippe terrorem Romanorum et lætitiam Samnitium. *Gebh. Tum latam* Lov. 1. et 3. Vide ad VI. 1. § 3. Similis varietas etiam obcurrit X. 21. § 6. *Tum lætam fama* Harl. sed ultima litera vocis *famam* hausta esta voce seq. Vide ad XXXVII. 29. § 5. Voces *in Samnium* omittuntur in Flor.

Cladisque imaginem Furculas Caudinas memorabant] *Cladis imag.* Leid. 1. *cladisque imagines* Hav. Tum *Furculasque Caudinas* Leid. 2.

§ 5 *Eadem temeritate avidam ulteriorum semper gentem*] *Eadem temer. avida ulter. semper gentem* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *ulteriorem* etiam Leid. 1. et Gaertn. Caussam errandi indicavi ad VI. 3. § 8. *Avidam ultionum* Lov. 2. et ita a m. sec. exstat in Flor. Mox *in saltus invidos*, pro *invios*, Lov. 1.

§ 6 *Belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset*] *Bellum Rom. decus* inepte Lov. 4. *a Samnitibus* Leid. 2. Lov. 1. 4. Gaertn. Port. et Hav. Tum *fortunam* Port. Tandem *vertisset* Lov. 2. *advertisset* Harl. et fragm. Hav. Vide ad I. 12. § 10. Cæterum voces *ad Etruscos avertisset: itaque armis* desunt in Voss. 2. et Lov. 3. Paullo ante *miscebat*, pro *miscebatur*, Voss. 1. Vide ad X. 10. § 1.

§ 7 *Itaque armis virisque ad obterendum C. Marcium consulem concurrunt*] *His accensi Samnites undique coorti armis virisque* Klockian. reliquis dissentientibus, quorum potior est auc-

Digitized by Google

toritas. Deinde *obtenendum* Port. *obtinendum*, vel *optinendum* Voss. ambo, Leid. 1. Lov. 1. 3. 4. Gaertn. Klockian. et fragm. Hav. *oppugnandum* Leid. 2. *opprimendum* Lov. 2. et Hav. Nihil muto. Infra XXVII. 41. 'Ut sterni obteriqne, priusquam instruantur, possint:' ubi vide quæ notantur. 'Premere,' 'tenere,' ac 'terere' in Mss. sæpius commutari, docuit Burmann. ad Rutil. Itin. 1. 621.

Protinus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri] *Protinus inde Etruria per Marsos Sabinos petitur* Voss. 2. *protinus inde Etruria per Marsos ac Sabinos petitur* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *petitur* etiam Lovel. 4. *petitum* Gaertn. *per Marsos et Sabinos* Port. et Hav. Mox negandi particula *non* deficit in Lov. 2.

§ 8 *Obvius iis consul fuit. Dimicatum prælio utrimque atroci*] *Obvius his cons. fuit* Leid. 1. Sed *consulibus* ex eo natum fuit, quod librarii nescierint, quemadmodum compendium *cons.* efferendum foret. Vide ad X. 10. § 2. *His* autem vel *hiis* etiam præferunt Flor. et plerique reliqui, nisi quod *is* ejus loco sit in uno fragm. Hav. Hinc *fuit* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Mox *utrimque prælio* Port. et Hav. Sed *dim. prælium atroci atque incerto eventu* quædam ex vett. edd. Male. Prœlium fuit atrox, non tamen atrocem eventum, sed tantum incertum, fuisse indicant sequentia. Mox *incerto evento* Harl. Verum quamvis æque *eventum*, atque *eventus*, in usu fuerit, malim tamen *evento* librariorum peccatum existimare. Vide ad I. 15. § 7.

Adversæ tamen rei fama in Romanos vertit] Pall. duo codd. Mss. *adversa tamen rei fama in Rom. restitit*. Quo velim involvulos quosdam acrius penetrare, ut exterebrent dignum auribus doctiorum. *Gebh.* Ita et meorum unus Lov. 3. Nescio, quid alii exterebrare conaturi sint: mihi vero lectio illa ex lapsu scribarum nata videtur. Et forte ejus auctores dare voluerunt *adversa tamen rei fama in Rom. vertitur*, quomodo in Lov. 2. superest: quod et ipsum vel librarii est commentum, vel interpretis expositio, quo *vertit* hic pro *vertitur* poni inperitiorem lectorem docere voluit. Vide ad II. 62. § 2. *Adversa tamen rei fama* etiam præferunt Flor. a m. sec. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Non placet: minus scriptura, quæ in Gaertn. obvia erat *adversa tu rei fama*. Mox *ab amicissos quosdam equestris ordinis* Lov. 3. Præterea sequens *et* deerat in Lov. 4.

§ 9 *Ob hæc etiam aucta fama, et (ut solet) ingens terror Patres invasit*] *Et* redundat. *Gelen.* Meorum nulli, præter Harl. solum, id agnoscunt. *Ob hoc* præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad XXI. 52. § 10. Tum *etiam acta fama* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXI. 61. § 4. *Etiam aveeta fama* Gaertn. *aucta etiam fama* Lov. 2. Mox *dictatorem dici*, omissa copula, Voss. 2. et Lov. 3.

Nec, quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat] *Ne, quin Cursor Pap. dic.* Lov. 2. et 3. *nec quin igitur Pap. Cursor dic.* Voss. 2. Displicuit librario cognomen nomini gentili præpositum, quod tamen Livio frequens est. Vide ad XXX. 1. § 9. *Dicerentur* male Port. Deinde *in quo tum fama rei publ. ponebatur* Leid. 2. et Lov. 1. *in quo tum summa reip. ponebatur* Lov. 4. in contexta, pro quo *bellicæ* in margine subponitur. *Exponebatur* Hav. Tum *cuiquam dubium erat* idem Lov. 4. *dubium cuique erat* Leid. 2. 'Quisque' et 'quisquam' sæpe commutantur. Vide ad V. 29. § 6. VI. 4. § 5. X. 18. § 13. c. 36. § 3. et alibi. Verbum *erat* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 10 *Sed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infestis, tuto posse*] Pall. duo *si nec in Samn. nuncium perf.*

Digitized by Google

omn. *infensis*. Gebh. Vocula *sed* deficit in Lov. 3. et a m. pr. in fragm. Hav. *tamen*, vel *tñ*, pro *in*, præferunt Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *Samnitium nuncium* Leid. 1. Gaertn. et Hav. Deinde *preferri* Voss. 2. Vide ad XXXVIII. 28. § 8. *Proferri* Hav. Vide ad v. 4. § 12. Denique *omnibus infensis* Voss. 2. Lov. 2. 3. et 4. Vide mox ad § seq.

Nec vivere Marcium consulem satis fidebant] *C. Marcium satis fid.* Port. et Hav. *C. Marcium consulem satis fid.* fragm. Hav. a m. sec. *Marcium et satis fid.* Leid. 2.

§ 11 *Infestus privatim Papirio erat*] Vet. lib. *infensus*. Sigon. Hanc lectionem, quam Sigonius in contextum recepit, servant etiam Lov. 4. et fragm. Hav. a m. sec. Ne tamen probem, obstat tot codicum, et inter eos etiam optimorum, alteram præferentium consensus. Ita 'infestus sanguini civium' III. 57. 'infestus superbiæ' c. 58. ubi etiam quædam vide: 'familia infestissima Patribus' IV. 54. 'infestus plebei' XXII. 35. 'infesta senatui plebs' XXIII. 2. 'infestissimus populo Romano' XXXIX. 51. 'infestissimus Romanis' XLII. 11. 'infestus Karthaginiensibus' Auctor Epit. Liv. lib. XLVIII. Passim autem 'infensus' et 'infestus' commutari solent. Exemplum paullo ante habuimus § præc. Plura vide ad Livii II. 46. § 7. Mox verba *ex cons. numero mitt. ad eum* exsulant a Voss. 2. et Lov. 3.

§ 12 *Non publica solum auctoritate moverent*] Hæc constans est lectio omnium meorum codd. neque aliter præferunt excusi antiqui usque ad Sigonium, qui primus, sive quod ita legendum censeret, sive operarum errore, substitnit *auctoritate monerent*, a quo id accepernnt reliqui omnes usque ad Jac. Gronovium: quum tamen mutationis causam non addiderit, eam lectionem veriorem esse Hearnio persuadere non potuit; qui, servata ea, quam Sigonius substitnit, lectorem monuisse satis habnit, Jac. Gronovium *moverent* edidisse. At codd. Oxonienses et ed. Rom. quibus niti solet, etiam hic diligentius consuluisse oportuerat. Typographos *movere* et *monere* in ed. Sigonii commutasse, mirum non est; quum infinitis locis id etiam scribæ fecerint. Vide ad XXXV. 35. § 5.

Ut memoriam simultatum patriæ remitteret] Pal. 1. *ut memoria simultatium patriæ demitteret*. Pal. 3. quoque et Camp. ed. *simultatium*. Vide II. 14. Sic XXIV. 1. 'Permista omnium ætatium ordinumque multitude:' ut et XXVI. 9. 'Pluresque omnium generum atque ætatium capiebantur:' ut præit Pal. 1. Sic reperi in vet. cod. XXIV. 40. 'Neque sustinere ultra vim Macedonum posse.' *Gebh. Sed ut memoriam* Port. et Gaertn. *sed ut memoria* Hav. *ut memoria* Lov. 3. Tum *simultatium* Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. 3. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quorum auctoritate recepi. Eodem modo optimi codd. etiam exhibent I. 60. § 2. et III. 66. § 4. Et hac forma elatum nomen probare videtur Vossius Gramm. IV. 14. Plura similia vide ad XLV. 3. § 6. Sed altera forma *simultatum* exstat XLI. 22. Deinde *patriæ mitteret* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 4. Gaertn. et fragm. Hav. *patriæ dimitteret* Lov. 3. Nihil mutandum. Infra XXXIX. 5. 'Ejusdem collegii alterum e duobus tribunis plebis suas inimicitias remisisse reipublicæ.'

§ 13 *Profecti legati ad Fabium consulem*] Ita præferunt omnes typis exarati usque ad Jac. Gronovium, qui ultimam vocem omisit: cujus exemplum J. Clericus secutus est. Eamdem vocem omiserunt etiam omnes mei, nisi quod dubitem de Flor. et Klockian. ex quibus nihil notatum video. Contra Hearnius, lectore de scriptura edit. Gronovianæ monito, nihil de consensu codd. Oxoniensi-

Digitized by Google

um subjungit; ut, si diligenter partibus suis functus est, illi potius τὸ *consulem* servare debeant. Forte existimari posset, vocem illam sive ejus compendium *cons.* excidisse ob similitudinem vocis seq. *cum*; de quo vidimus ad II. 59. § 9. Mihi tamen potius videtur, ut omittatur. Modo enim præcessit 'Alter consul Fabius,' et mox sequetur 'consul, demissis in terram oculis.'

Demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam esset acturus] *Demissisque oculis* Voss. 2. et Lov. 3. *demissis in terra oculis* Leid. 1. Curtius VI. 2. 'Demisso in terram vultu, adeunto stupentique similis stetit.' IX. 2. 'Quumque illi in terram demissis capitibus tacere perseverarent.' Tum *tacitus* deficit in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *quidnam acturus esset* Flor. Leid. ambo, Voss. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. quorum auctoritatem secutus sum.

§ 14 *Nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papirium dictatorem dixit*] *Nocte deinde silenti* Port. a m. sec. Male. Sollemne enim in hac locutione esse *nocte silentio*, constat ex loco Livii VIII. 23. 'Neque facile fuisse id vitium nosci, quum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem.' Quod ita accipiendum videtur: dictum fuisse 'nocte,' et quidem 'silentio.' Certe hoc sensu duo illa vocabula accipiuntur apud Cæsar. Bell. Gall. VII. 28. 'Quos ille, multa jam nocte, silentio ex fuga excepit.' Deinde *Papirius dictatorem dixit*, omisso etiam prænomine, Lov. 4.

Sine responso ac mentione facta sui] Haud dubium mihi est, quin legendum sit, *facti sui*, non *facta sui*. Modius. Bonus augur Modius esse poterat, cum sic compareat in libris omnibus *facti sui*. Pall. 1. et 3. *sine responso ac monitione facti sui*. Pal. 2. *mentione facti sui ita legatos dimisit*. Herodianus VI. 4. § 7. Τοὺς πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους. *Gebh. Facta* servant non tantum Harl. sed et primis edd. proximæ Mediolan. a. 1480. Tarvis. utraque, easque secutæ reliquæ usque ad Modium. Verum reliqui scripti et edd. priores recte legunt *facti*. Deinde τὸ *sui* deficit in Port. et Hav. Præterea *sine responsione* Leid. 2. et Lov. 1. *sine responsu* Leid. 1. Multa nomina, quæ nunc secundæ declinationis sunt, olim ad quartam pertinuisse, dictum est ad IV. 9. § 6. hic tamen reliquos potius, *responso* servantes, quam unum *responsu* præferentem, audio. Tum *monitione* Voss. 2. et Lov. 3.

Legatos dimisit, ut adpareret] Vet. lib. *ita legatos dimisit, ut appareret*. Sigon. Similiter Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. L. 2. ac B. At optimi constanter particulam, quam Sigonius in contextum recepit, repudiant. Neque etiam ulli editores Sigonii exemplum secuti sunt.

§ 15 *Papyrius D. Junium Bubulcum*] Pro *D.* quidam emendarunt *C. Junium*, qui ter consul fuit: sed poterat et alius esse. *Gier. D. Junium* legunt Lov. 1. a m. pr. et Harl. Prænomen omittitur in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. a m. sec. Lov. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. Similiter, quum priores edd. *D. Junium* exhibuissent, Aldus etiam prænomen expunxit, ejusque exemplo reliqui usque ad Frobenium, qui a. 1530. substituit *C. Junium*; quod prænomen ipsi etiam tribuunt Fasti Capitolini, qui in eo ab annalibus, ques Livius secutus est, in diversa discesserunt, quod proximo post Q. Fabium et C. Marcium consules anno L. Papirium dictatorem et C. Junium magistrum equitum sine consulibus fuisse tradant.

Ei, legem curiatam de imperio ferenti,

Digitized by Google

triste omen diem diffudit, quod Faucia curia fuit principium] Hæc verba in codice Aldino egregie corrupta habebantur. Nam, pro *diem diffudit, diem diffidit* in eo legitur, fortassis ex Angeli Politiani eximia ista scilicet emendatione c. 41. Miscellaneorum; de qua jure enim increpat Guil. Budæus Annotat. in Pandectas, (ad l. 2. ' Si quis cautionib.') apud quem Budæum, quid sit ' diem diffundere,' copiose explicatum reperies. Admonuit nos ejus loci eximius vir D. G. Amelius Marcomannus, compater meus, doctæ lectionis ac veræ eruditionis columen. In eodem Aldi codice, pro his verbis *quod saucia*, positum erat *qua id efficiat*. At Budæus legit *Faucia curia;* quod cur faciat nescio. Porro, quæ proxime sequuntur verba, varie leguntur, sed ex quibus nullum elicere potui sensum. Si, quid *curiæ* vocabulum hoc loco significaret, planum esset, facilius ea intelligerentur. Denique ' legis curiatæ ' aliquoties mentionem facit Livius, at, quæ ea sit, nusquam explicat. ' Curiata comitia ' erant, quando viritim inibantur suffragia per tribuum curias, ut ex Dionysio colligitur, quibus Camillus de exilio revocatus dicitur apud Livium v. 46. Et ' lex ' ibidem ' curiata lata est, dictatorque absens dictus.' *Glar.* Curiatis comitiis mandari consuevisse imperium, ex eo intelligi potest, quod Livius ait v. 52. ' Curiata comitia rem militarem continent:' et ' curiatam legem ' latam de imperio Camillo absenti tradendo. Et Cicero contra Rullum Orat. II. 12. ' Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.' Et ad Lentulum (ad Fam. I. 9.) ' Appius legem curiatam ferre vult.' Erant autem ' comitia curiata,' cum populus descriptus in curias suffragabatur. Nomina XXX. curiarum interciderunt. Festus ' Tifatæ ' et ' Titiæ ' meminit; Livius nunc ' Fauciæ,' quam prærogativam fuisse significat in imperio mandando. Me, ut hæc dicerem, coëgit Glareanus, qui se non satis intelligere hunc locum inquit. [' Non veretur dicere Glareanus, se non omnia intelligere: Sigonio vero omnia invia sunt pervia scilicet.'] *Sigon.* Pal. 2. *triste omen diffudit, quod saucia cura afuit, principium duabus insignibus, captæ urbis et Caudinæ pacis.* Andreæ editio *triste omen diem diffidit.* Gebh. Scribendum esse *Faucia curia,* (et ita dedit Andreas Romæ, sed mox vitiarunt); dein ' quo utroque anno eadem curia fuerat principium,' diximus Observ. IV. 1. *J. F. Gron.* De lege curiata magna fuit contentio inter Sigonium et Gruchium, quorum de illa scripta in Antiq. Rom. tom. I. contulit Græv. Quid sit ' diffindere diem,' multi docuerunt, quorum plerosque nominat Jac. Gronov. ad Gellii XIV. 2. Adde Victorium et Scaligerum ad Varr. de Re Rust. I. 2. Sigonium de Judic. I. 28. Interpretes Legum XII. Tab. et Bentl. ad Hor. Serm. II. 1. 79. qui bilem Gronovii non effugisset, si ante editum ab hoc Gellium Horatium publicasset. Nam non dubium est, quin eum plagii accusaturus fuisset, in Gellio pro *rerum diffissionibus* legentem *dierum diffissionibus:* quod dudum ita legi voluerant Politianus Miscell. c. 41. et post eum Lambinus ad Horat. l. d. Ceterum Gruchius de Comit. III. 1. *fuit principium* recte exponit ' prima ad suffragium sorte vocata est,' et docet, servatum fuisse, ut curia prærogativa boni ominis esset; atque ideo Papirium postero die auspicia repetisse, quia prima exierat Faucia curia, quæ mali ominis erat. Eodem modo in comitiis tributis tribum prærogativam ' principium ' vocatam, ostendit in Observ. d. l. Gronovius. Quod hic Sigonius significat, nomina XXX. curiarum intercidisse præter tria, de eo aliter scribit de Ant. Jur.

Digitized by Google

Civ. Rom. I. 3. nam ibi apud Festum in 'Novæ Curiæ' præterea quatuor aliarum nomina legi adnotat. *Duk. Triste omen diffudit* Port. et Hav. quorum prior *triste omen diem distulit* præfert in margine. *Triste omen diem diffundit* Gaertn. *triste omen diem diffinit* Harl. *triste omen diem defidit* Lov. 3. *triste omen diem difidit* Lov. 4. *dfinit, difidit, diffudit* est in quibusdam ex vetustioribus edd. at in Rom. 1472. et Parm. *diffidit*, quomodo et reliqui servant Mss. Recte. Plura de hac locutione vide apud Jac. Gronov. ad Gellii XIV. 2. et quos ibi laudavit. Deinde *qua id faciat curia fuit principium* Leid. 1. *qua idem faciat cura fuit principium* Lov. 4. *quia idem faciat curia fuit principium* Voss. 2. et Lov. 3. *qua id effecerat curia fuit principum* Leid. 2. pro quo *effeciat* est inter versus adscriptum: neque aliter habent Lov. 1. et 2. nisi quod posterior *efficiat* præferat. *Idem quod Saucia cura fuit principium* Gaertn. *quod Saucia cura fuit principum* Hav. *quod Saucia curia fuit principium* Hearnii Oxon. N. B. et C. *quod Faucia curia fuit quia inde Faucia curia principium* Neapol. Latinii: *quo Faucia curia fuit principium* fragm. Hav. a m. sec. priori scriptura penitus erasa. *Quod Faucia curia fuit principium* Flor. Voss. 1. Klockian. Port. et Harl. quomodo etiam est in edd. Rom. 1472. ac Parm. Ejus loco proxime secutæ dederunt *Saucia curia*, quod Sigon. probare videtur de Antiq. Jur. Civ. Rom. I. 3. et de Ant. Jur. Prov. II. 1. Ei deinde *Faucia curiæ* substituit ed. Froben. 1531. quod usque ad Gronov. recte *Faucia curia* emendantem, et ex Fragmentis legum superstitibus inlustrantem Observ. IV. 1. obtinuit. Auctoritatem sequor Gronovii. Mox *duabus insignibus cladibus* Port. Gaertn. Hav. et quædam ex vett. edd. eodem errore, quo *penatibus*, pro *penatis* vel *penates*, et similia plura ejus generis data esse in Mss. videbimus ad XXII. 8. § 7. Vel etiam origo erroris esse potest illa, quam dedi ad VI. 3. § 8.

Quod utroque anno ejusdem curiæ fuerat principium] Recte etiam hic Gronovius legendum conjecit *eadem curia fuerat principium*; quod tamen, quia nullum codicem auctorem habebat, in contextum recipere ausus non est. Verum quum partim eo ducant vestigia quorundam Mss. (nam *ejusdem curia fuerat principium* est in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. *ejusdem curia fuerit principium* in Gaertn.) partim idem illud obvium fuerit in Lov. 4. ei in contextu locum dare, et alteri substituere non dubitavi.

§ 16 *Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam*] Pall. 1. ac 3. *Macer Licinus tertiæ etiam cladis, quæ ad Crem. accepta est, abhominandam eam curiam fecit.* Gebh. Pall. duo *tertiæ etiam cladis.* Quod forte haud spernendum. Potest enim intelligi 'nomine,' vel 'crimine.' *J. F. Gron.* Pall. consentiunt Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. quod, ut Gronovius monuit, suppleri potest 'nomine,' 'crimine,' vel 'caussa' subintellectis. Vide Sanctium in Minerv. IV. 4. p. 561. ubi laudat haud dissimile ex Virgil. Æn. XI. 126. 'Justitiæne prius mirer, belline laborum?' ubi videndi sunt docti interpretes. Quædam etiam similia videri possunt apud Vechner. Hellenol. I. part. 2. c. 18. num. 8. *Tertiæ etiam clade* est in Leid. 1. *tertia etiam clades* in Leid. 2. et Lov. 1. Præterea *Macer Licinus* Voss. 2. *Marcellinus*, una voce pro duabus, Klockian.

CAP. XXXIX. § 1 *Legionibus ad terrorem traducti silvam Ciminiam exercitus nuper scriptis*] *Traductis* Voss. 2. Lov. 3. et Gaertn. *traductus* Lov. 2. *traditus* Lov. 4. Tum *silvam Comminiam* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *nuper scripti* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Hav. fragm. Hav. cum quibusdam ex anti-

Digitized by Google

quis edd. *nuper scriptus* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et Gaertn. Mox verbum *pervenit* non adparet in Leid. 1.

§ 2 *Acceptisque a Marcio consule veteribus militibus*] *Acceptisque ab M. consule* Hav. · *acceptisque armatis ab consulibus* Port. in contextu, recepta lectione margini adscripta. Tò *militibus* deficit in Lov. 4. Mox *in acie copias eduxit*, pro *in aciem*, Voss. 2. et Lov. 3.

Nec hostes detrectare visi pugnam] *Detractare* Flor. Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad XXXIV. 15. § 9. *Detractavere pugnam*, media voce omissa, Lov. 2. *detrectavere pugnam* Hearnii Oxon. C. *Nisi*, pro *visi*, ejusdem codex N. et Gaertn. Ita quoque præfert ed. Mediol. 1505. Quæ lectio non displiceret, si plures ac fide digniores codd. eam probarent. Solent autem hæ voces in Mss. commutari. Vide ad IV. 40. § 2.

Quum ab neutris prœlium inciperetur] Vet. lib. *inciperet*. Sigon. Pall. tres, et Camp. ed. *inciperet*. Gebh. *Inciperet* etiam omnes mei, nisi quod *inciperetur* sit in solo Harl. et ex uno Flor. nihil moneatur, ut is quoque ita legere videatur. Contra Hearnius ex solo Oxon. L. 1. *inciperetur* proferendo reliquos *inciperet* tueri, tacitus agnoscit. Ultimæ literæ *ur* sæpe in Mss. perperam vel adduntur, vel omittuntur. Vide ad XXXIX. 22. § 8.

§ 3 *Nec suis diffidentes viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere*] *Nec sui diffidentes viribus* Voss. 2. et Lov. 3. *nec suis defidentes viribus* fragm. Hav. *nec suis fidentes viribus* Leid. 2. *nec suis Fidenates viribus* Lov. 1. Tum *in propinqua habuerunt* Gaertn.

§ 4 *Nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est*] Non est dubium, quin præcedd. verba de dictatore in Samnio res agente sint dicta; et nunc de Umbris sine ulla digressionis nota loquitur, eosque fusos ait, de quibus postea dicturus est: 'Tranquillas res jam Hetruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integræ a cladibus belli.' Quare suspicor, pro 'Umbris' populum hic aliquem Samnitium legendum; etiamsi mihi non liquet, quis substituendus: deinde novam digressionem incipiendam: 'Et ad Vadimonis lacum,' &c. quomodo Livius sæpius orditur. *Glar.* Transit a bello Samnitium ad res in Etruria cum Umbris et Etruscis gestas, adhibita particula *Nam*; quod mirabile mihi cum videretur, inspexi veteres libros diligentius, quorum alios ita habere inveni, ut vulgo legitur; alios ita: *Nam et cum Umbr. exercitu acie dep. est, fusi tamen magis, quam cæsi hostes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria gestæ: et ad Vadimonis lacum Etrusci.* Tum intellexi, caussam admirationis meæ probabilem esse. Deesse enim huic transitioni hæc verba, *Interea res in Etruria gestæ*, quæ in veteribus libris luxata erant. Itaque ita lege: *Interea res in Etruria gestæ: nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est, &c. Et ad Vadimonis lacum Etrusci.* Conjungit enim Umbrorum Etruscorumque, ut ante, bellum. Hinc temere Glareanus mendum esse putavit in voce *Umbrorum*; quos Samnitium populos esse voluit, et ad Samnitium bellum referenda hæc esse. ['Glareanus non est geographiæ tam imperitus, ut Umbros Samnites credat; nec hoc dixit: sed hoc loco putat aliud nomen substituendum.'] *Sigon.* Pal. 2. *Nam et Umbr. exercitu acie dep. est. Fusi tamen magis, quam cæsi hostes, qui inceptam acriter non tol. pugnam. Interea res in Etr. gestæ, et ad Vad. lacum.* Quam lectionem et Campanus obicit nobis, sed alio ordine: *Interea res in Etr. gestæ. Nam et cum Umbr. exercitu acie dep. est. Fusi tamen magis, quam cæsi hostes, &c.* Quod dum profert Sigonius, quasi a se inventum, nimium ambitiose suo solemni facit.

Digitized by Google

Gebh. Voces *Interea res in Etruria gestæ* post voces *non tolerarunt pugnam* rejiciuntur etiam in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Ibidem etiam interponuntur in Klockian. sed paullo auctiores hoc modo: *Interim ab Fabio consule in Etruria res feliciter gestæ.* In reliqnis codd. illa omnia non adparent; nisi quod in uno Florent. ante illa *nam et cum Umbrorum exercitu* adscripta sit vox *Etruriæ* a m. sec. Locum ex conjectura recte restituit Sigenius, cui insignem injuriam fecisse existimo Gebhardum, insimulando quasi restitutionem hujus loci deberet editioni Campani: quod crimen ut verisimile fieret, illam ab eo visam falsæ antea probandum fuerat. Ceterum *cum Umbrorum acie depugnatum est*, omisso τῷ *exercitu*, quosdam ex edd. vett. invitis tamen scriptis et Rom. 1472. ac Parm. qui recte servant. Vide ad Epit. Liv. lib. LXXIII. *Aciem depugnatum est* Flor.

Quia captam acriter non tolerarunt pugnam] *Qui acceptam* Leid. 1. et Lov. 2. ac 3. *quia acceptam* Lov. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *quia inceptam* Hav. Tum *toleraverunt pugnam* Lov. 3. *tolerarunt pugnam aliter* Port.

§ 5 *Et ad Vadimonis lacum*] Polybius II. 29. Ὀδδῶνα λίμνην vocat. *Sigon.* Locum Polybii corruptum, et Ὀδαδῶνα scribendum esse, conjicit Claverius Ital. Antiq. II. 3. p. 552. ubi plura de hoc lacu videnda. Mendose *et ad vanum nonis latum* legit Lov. 3. *Vademonis* Gaertn. De 'lege sacrata,' qua Etrusci exercitum coëgerunt, vide ad IV. 26. § 3.

Coacto exercitu] Pal. 1. *coapto exercitu.* Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. sollemni errore scribarum, qui sæpe *actus* et *aptus* in Mss. commutarunt. Vide ad XL. 13. § 6.

Quum vir virum legisset] Quid sit apud veteres auctores 'vir virum legit,' declarant Petr. Victorius Var. Lect. XVIII. 19. Turaeb. Advers. XXV. 7. et Dodwell. Prælect. Camden. ad Spart. Hadr. XVIII. § 4. Vox *quum* deficit in Voss. 2.

Quantis nunquam alias ante simul copiis] *Umquam alias* Leid. 2. Deinde *alias antea* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XL. 12. § 3.

§ 6 *Res gesta est, ut ab neutra parte emissa sint tela*] *Gesta res est* Voss. uterque, Leid. uterque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Hav. fragm. Hav. et edd. vett. quem ordinem Basileenses demum a. 1539. mutarunt. Deinde *emissas in tela* Flor. literis male in suas voces contributis, et finali vocis *sint* elisa ob initialem vocis seq. *A neutra parte* etiam Leid. 1. Lov. 1. Gaertn. et fragm. Hav. Mox *commissa est in ipso certamine* Lov. 4. in quo *est* a m. altera deletum est. Deinde *in aliqua nova gente*, pro *cum aliqua*, Lov. 3.

§ 7 *Cadunt antesignani: et, ne nudentur pugnatoribus signa*] Legendum *propugnatoribus.* Gelen. De 'antesignanis' vide Lipsium de Milit. Rom. IV. 3. Schel. ad Hygin. p. 1032. seq. et Gronov. ad Livii XXIII. 29. *Duk.* Ita etiam legunt omnes mei. Infra XXXVII. 11. 'Navis rostris icta subprimitur: telis obruuntur propugnatores.' Insuper *cadunt ante signa* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 1. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. *cadunt ante insigna* Lov. 3. Deinde *ne videntur* Gaertn. et Port. a m. pr. *ne viderentur* a m. sec. quomodo etiam præferunt Lov. 4. et Hav. Sed quatuor postremæ voces exsulant ab Hearnii Oxon. L. 1. Paullo ante *moveretur*, pro *movetur*, Flor. Vide ad XXXIX. 52. § 6.

§ 8 *Cietur miles*] *Citetur miles* Voss. 1. et Lov. 1. Mox *lab. ac per. eventum*, pro *ventum*, Leid. 2.

Omissis equis, ad primos peditum per arma, per corpora evaserint] [Vid.

Digitized by Google

Lectt. Varr.] Cæsar Bell. Gall. VII. 62. 'Ab sinistro, quem locum duodecima legio tenebat, quum primi ordines hostium transfixi pilis concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugæ quisquam.' Curtius VII. 4. 'Satibarzanes in primos ordines adequitavit, demtaque galea,' &c. *J. F. Gron. Ad proximos ordines peditum* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. fragm. Hav. Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in margine. *Ad primos ordines equitum* Hearnii L. 2. *ad primos ordines peditum* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. Hav. et Hearnii I,. 1. B. et C. *Ad primos proximos ordines pedtium* Gaertn. utraque lectione simul juncta; quod hujus codicis librario familiare esse, sæpius vidimus. Probum esse *ad primos ordines peditum*, Gronovio adsentior; eaque lectio verior videtur illa, quam etiam ferri posse putabat, et in pr. ed. notarum unice probabat *ad primos ordines per arma, per corpora evaserint*. Vox enim *peditum*, exceptis duobus scriptis unoque edito, omnium reliquorum testimonio firmatur, et 'primi ordines' simpliciter plerumque notant centuriones primorum ordinum. Vide Gronov. ipsum ad Liv. XXX. 4. § 1. At *primi ordines peditum* sunt pedites in prima acie pugnantes. Ad hos usque penetrarunt equites, eorumque locum subiere; et ita nova velut acies exorta est. 'Primus' autem et 'proximus' sæpissime in Mss. confunduntur. Vide ad v. 47. § 5. Mox *inter fusos*, pro *inter fessos*, Leid. 2.

§ 9 *Secuta deinde impetum eorum, utcumque adfecta fuerat*] Pal. 2. *ut tum affecta erat*. Pal. 3. *utcumque affecta erat*. Campanus *ut quocunque affecta erat*. Gebh. Commodius *erat*, ut Flor, Rott. Helm. duo Voss. Thuan. tres Pall. Mureti codd. *J. F. Gron. Erat* etiam superest in Hearnii Oxoniensibus, et omnibus nostris, nisi quod ea vox exsulet ab uno Leid. 2. Verum insuper *ut tum affecta* Hav. *ut cum affecta* Port. *utcumque effecta* Gaertn. Vide ad v. 18. § 4. Præterea *Secuta deinde inpetu eorum* Flor. Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. *Secura deinde inpetu eorum* Gaertn.

Tandem perrumpit ordines hostium] *Perrupit* Voss. 2. et Gaertn. Vide ad hujus lib. c. 37. § 9. *Prorumpit* Hav. Vide ad IX. 39. § 4. *Prorupit* Lov. 2. Hinc *hostium ordines* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 10 *Tunc vinci pertinacia cæpta, et averti manipuli*] *Tum vinci pertinacia cæpta* Leid. 1. et Lov. 4. Vide ad II. 12. § 15. *Tunc vinci a pertinacia cæpta* Gaertn. *Tunc vinci pertinacia cæpti* Voss. 2. et Lov. 3. Hinc *adverti manipuli* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Male. Vide ad I. 37. § 3. Verba hæc sæpissime confundi, monitum est ad VI. 23. § 8. Mox τὸ *et* deficit in Hav.

§ 11 *Fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes*] *Fortuna vetere* Leid. 2. Port. Hav. et Lov. 2. ac 3. Vide ad X. 18. § 8. *Fortunā v'tari*, seu *fortunam verteri*, Gaertn. *fortuna vertere* Voss. 2. *fortuna vertente* fragm. Hav. Tum *fregerit* Leid. 2. Vide ad XL. 14. § 10. Tandem *cæsum in acie id, quod roboris fuit* idem Leid. 2. Sed pronomen *id* melius abest a reliquis scriptis.

CAP. XL. § 1 *Pari subinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat*] *Pari deinde periculo* Harl. cui nullus consensit. Hinc *periculo, gloriaque et eventu* Lov. 2. *periculo gloriæque eventum* Port. Deinde *bellum* deerat in fragm. Hav. a m. pr. Tum *in Samnitum erat* Hav. Mox *fecere*, pro *fecerunt*, Lov. 4.

§ 2 *Forma erat scuti*] Athenæus lib. VI. in fine auctor est, Romanos a Samnitibus usum scuti didicisse. Scaliger in Conjectan. ad Varr. p. 61. scribit, eum sequi opinionem Livii. Sed neque hic, neque alibi in Livio

Digitized by Google

quidquam de ea re legitur, et Lipsius de Milit. Rom. III. 2. firmis argumentis refellit hanc opinionem. Itanum Samnitem primum scutum fabricasse, tradit Clemens Alex. Strom. l. I. p. 307. et ex eo Euseb. Præpar. X. 6. In collectaneis ad Clementem adnotatur, Janum Parrhasium in Reb. Quæs. per Epist. p. 129. in utroque legere Τρίτανον e Plinio, qui Hist. Nat. VII. 20. 'Tritanum in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem fuisse' dicit. Videtur quidem Clemens de eodem loqui, quem Plinius memorat; sed simul putasse, Samnitem natione fuisse, quem Plinius ex eo genere gladiatorum, qui 'Samnites' vocabantur, fuisse significat. Quod porro dicit, hunc primum scutum fabricasse, id Parrhasius et Scaliger de scuto gladiatorum Samnitium interpretantur. Si usquam a Latinis scriptoribus proditum est, Tritanum hujus inventorem fuisse, tamen mihi probabile videtur, Clementem, rerum Græcarum, quam Romanarum, peritiorem, verba eorum perperam de scuto in universum accepisse. De Tritano, sive Tritanno, gladiatore Samnite, agit etiam Salmas. ad Vopisci Firm. c. 4. et in Exercit. Plin. pag. 26. ed. Traj. *Duk.*

Summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali] Arma Samnitium inlustravit Lipsius Saturn. II. 11. Ceterum *ad summum lata* Lov. 2. Male. Livius indicat, summum scutum latius fuisse, quam imum. 'Summum scutum' est summa pars scuti. Ita II. 7. 'Ædificabat in summa Velia.' IX. 2. 'Præsidium etiam in summo saltu conspicitur.' Ita 'extremus annus' est extrema pars anni; 'prima urbs' prima pars urbis. Vide ad III. 30. § 8. *Ad summum lata* librario placuisse videtur, ut referatur ad præcedens 'forma,' quia mox sequitur 'ad imum cuneatior.' Sed *summum latius* superest in omnibus reliquis, nisi quod *latus* sit in Port. a m. sec. et in Hav. Sed hæc mutatio constructionis quam maxime Liviana esse videtur, cui orationem omnibus modis variare admodum est familiare. Tum *quo pectus* Voss. 2. *quam pectus* Leid. uterque, Lov. 1. 4. et Gaertn. Deinde *umeri* Flor. quomodo etiam in antiquissimo Msto Virgilii, in bibliotheca Medicæa servato, scriptum obcurrere, Salvinius ad oram edit. Livianæ, in quam variantes cod. Florent. conjecit, monuit. Vide ad VIII. 8. § 10. Insuper *fastidio æquali* Flor. Leid. 1. et Klockian. Paullo ante *cælaverant*, pro *cælaverunt*, fragm. Hav. a m. sec.

Id imum cuneatior, mobilitatis causa] *Ad unum* Lov. 1. et 2. solito scribarum errore, de quo vide ad VIII. 6. § 2. Tum *cuneato* Harl. *cunctatior* Voss. 2. Lov. 3. 4. et Hav. Infra XLIV. 4. 'Jugum montis, in angustum dorsum cuneatum, vix ternis ordinibus armatorum in fronte patuit.' Et eo sensu 'cuneus' XXXVII. 31. 'Coit deinde ex utraque parte in artiorem velut cuneum, Lamptera ipsi adpellant.' Errori causa exstitit similitudo literarum *c* et *e* in scriptura Longobardica, de qua re vide ad XXXIX. 35. § 8.

§ 3 *Spongia pectori tegumentum*] Vide Lips. Saturnal. Serm. II. 11. ubi ait, 'spongiam' esse, quam in nota feminei sexus, qui gladiatoriam exercebat, vocet Juvenalis 'balthеum' Sat. VI. 255. 'Quale decus, rerum si conjugis auctio fiat, Balthеus, et manicæ, et cristæ, crurisque sinistri Dimidium tegmen.' *Klock. Tegimentum* Lovel. 2. *tegmentum* Lov. 4. Vide ad XXXVI. 32. § 6.

Galeatæ cristæ, quæ speciem magnitudini corporum adderent] Ridiculum erratum, pro *galeæ cristatæ*. Gelen. Quidam emendarunt *galeatæ cristæ*: temere, meo quidem judicio. Videndum est etiam, quam bene habeant, quæ præcedunt, verba, 'Spongia pectori tegumentum:' neutrum enim

Digitized by Google

intelligo. *Glar. Galeatæ cristæ* primum vidi in ed. Mediol. 1480. Ante eam Rom. ed. 1472. et eo ipso anno 1480. publicata Parm. recte præferunt *galeæ cristatæ*. Neque aliter est in Mss. omnibus, nisi quod *galea cristaque speciem magnitudini corporum addiderunt* sit in Lov. 2. *galeæ crista*, sc. tectæ, quod ex præcedenti repetendum, in Leid. 1. *galeæque cristatæ* in Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *et galeæ cristatæ* in Harl. et Hav. *addiderunt* etiam idem Hav. præfert; sed ea vox exsulat a Gaertn.

Tunicæ auratis militibus versicolores, argentatis linteæ candidæ] *Aureatis militibus* Voss. 2. et Leid. 2. *auratis monilibus* Lov. 2. Tum *colores*, duabus prioribus syllabis omissis, Voss. 2. et Lov. 8. Deinde *argentate lineate candide* Lov. 2. *argentatis linteæ Caudinæ* Hav.

Illi in sinistro consistunt] *Illi sinistro consistunt* Hearnii Oxon. B. Mox hoc ipso capite: 'Dextro ipse cornu consistit: sinistro præfecit magistrum equitum.' At reliqui omnes vulgatum tuentur. Supra VII. 34. 'Et ipse in summo constitit vertice:' ubi perperam etiam ab uno cod. aberat præpositio: alia ad enm locum dicta sunt. Hic vero præpositio, per compendium hoc modo i notata, excidit ob vocis præced. literam finalem. Vide ad Livii XXXV. 8. § 9.

§ 4 *Doctique a ducibus erant, horridum militem esse debere*] *Docti a ducibus erant* Leid. 2. et Lov. 1. *doctique a duce erant* Lov. 2. et Harl. Tum *horridum Romanum militem esse debere* Lov. 2.

Non cælatum auro et argento, sed ferro et animis fretum] Ita edidit Jac. Gronovius, cum antea circumferretur *auro argentoque*. Sed Gronovio adsentiuntur plerique meorum. Nam *cælatum aurove argento* tantum, ab illis in diversa abeuntes, præferunt Leid. 1. et Lov. 2. *auro vel argento* Harl. at voces *auro et argento, sed ferro et animis fretum* non comparent in Voss. 2. et Lov. 3. Contra Hearnius, ex solo Oxon. L. 2. laudans *auro vel argento*, et in contextu servans *auro argentoque*, etiam reliquos codd. ita exhibere tacite indicat. Præterea *ferro et armis* Hav. Vide ad XXII. 5. § 8.

§ 5 *Quippe illa prædam verius, quam arma, esse*] *Quippe illam prædam* Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. *quippe illa præda* Leid. 1. et Gaertn. Ex quo fonte utraque vitiosa scriptura profluxerit, dictum est ad VI. 3. § 8. Vide etiam mox ad § seq. Deinde *et verius*, priori vocula male inserta, Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *esse* deficit in Lov. 4. cujus loco *est* legit Hav. Mox *defortia*, pro *deformia*, Leid. 1.

§ 6 *Virtutem esse militis decus*] *Et virtutem* Leid. 2. Tum *esse militibus decus* Hav. Mox *ditem hostem quemvis* Gaertn. Etiam *omnia illam victoriam sequi*, pro *omnia illa*, Flor. Et hic etiam error ex eodem fonte promanavit, ex quo duo § præc. indicati.

§ 7 *His Cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit*] *Instructos milites* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Neque aliter in Pall. tribus sibi obvium fuisse, Gebhardus testatur ad Livii v. 15. § 10. qui inde *instrictos* legendum esse conjicit. Mihi vulgatum minime mutandum videtur; et potius existimo, *instructos* ortum esse ex errore scribarum, qui eam vocem et *instinctus* passim commutarunt. Exempla vide ad Livii IV. 32. § 2. d. lib. v. c. 15. § 10. VI. 14. § 9. et X. 14. § 6. Adde Burmann. ad Nason. Fast. IV. 597. ad Suet. Cæs. c. 19. Oudendorp. ad Lucani v. 149, et quæ notavi ad Silii VIII. 244. Mox *præficit*, pro *præfecit*, Leid. 2. et Lov. 4. quomodo forte dederunt librarii, quod præcedat 'consistit.' Verum ad III. 46. § 9. præ-

Digitized by Google

sens et perfectum sæpe conjungi, dictum est.

§ 8 *Non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet*] *Num segnius* Hav. *non signius* Lov. 2. qui etiam mox vocem *equitum*, aut certe majorem ejus partem, omisit, ultima tantum syllaba *tum* superstite. Deinde *ab utraque parte* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. a m. pr. Lov. 4. Harl. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad VIII. 6. § 13. Insuper *inceperat* Port. a m. sec. qui paullo ante etiam præfert itidem a m. sec. *Simul concursum*, omisso verbo intermedio. *Simul est concursurum* Flor. a m. pr.

§ 9 *Lævo dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste*] *Lævo cornu dextrum* Leid. 2. et Lov. 1. *lævo dextro cornu* Lov. 4. Tum *sacerdos more Samnitium* idem Lov. 4. qui etiam obfert *eoque candida veste*. Mox *passibus candore*, pro *paribus*, Voss. 2. et Lov. 3. *patribus candore armis* Leid. 1. *paribus ardore animis* Lov. 4. a m. pr. *armis* a m. sec.

Eos se Orco mactare Junius dictitans, quum intulisset signa] *Eos se corto mactare* Lov. 1. *eos se corco mactare* Leid. 2. et Voss. 1. in contextu, in cujus margine pro varia lectione adscriptum erat *eos seorsum aptare;* quod idem etiam a m. sec. in Flor. adscriptum est: sed *eos seorsum actare* legunt Voss. 2. Lov. 3. 4. Leid. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *eos seorsum artare* Lov. 2. *seorsum* etiam præferunt Harl. Hav. et Port. in contextu. Deinde *indictitans* Hav. *dicitans* Lov. 1. a m. pr. Tum *inpulissent ordines* Leid. 1. fragm. Hav. et edd. Rom. 1472. ac Parm.

§ 10 *Ab lævone cornu victoria incipiet, inquit*] *Ab lævo cornu* Leid. 1. a m. sec. et fragm. Hav. *Alienone cornu* Gaertn. *Ab lævo cornune* Lov. 1. Tum *victoria inciperet* Harl. Gaertn. et Port. a m. pr. in quo *incipiat* interpolavit manus altera. Verba autem *victoria incipiet, inquit, et dextrum cornu* deficiunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. ac 4. culpa scribarum, quibus fraudi fuit repetitio vocis *cornu*. Vide h. lib. c. 11. § 11. Mox *et per dextrum cornu*, addita præpositione, est in Lov. 2.

Alienam pugnam sequetur, non partem maximam victoriæ trahet] *Alienam pugnam sequitur* Lov. 4. et Gaertn. *alienam sequetur pugnam* Port. et Hav. *sequentur* Mediol. ed. 1480. et quædam aliæ, scriptis et editis vetustioribus invitis. Tum *ut partem maximam victoria trahet* Lov. 2. *victoria* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harl. et Gaertn. *non partam maximam victoriam trahet* Lov. 4.

§ 11 *Nec peditum virtuti equites*] *Eques* Leid. 2. Lov. 1. Port. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. quod probari posset exemplo eorum quæ dicentur ad XXXV. 40. § 6. quo minus tamen genuinum judicem, optimorum codicum dissensus efficit. Paullo ante *Concita*, pro *Concitat*, Lov. 4. et Gaertn. *Concitati* Lov. 2.

§ 12 *M. Valerius a dextro, P. Decius ab lævo cornu, &c. ad equites, &c. evehuntur*] Valerii prænomen exsulat a Voss. 1. Leid. utroque, Lov. 1. 2. et Hearnii Oxon. C. Verum cur minus eo adpellaretur, quam sequens P. Decius? Tum *a dextro cornu*, ultima voce addita, Harl. quam ex glossa receptam esse, sponte patet. Hinc *a lævo* Leid. 2. Lov. 1. Port. Harl. Gaertn. et Hav. Deinde *vehuntur* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. (in cujus posterioris margine tamen *evehuntur* adscriptum legitur) et editi ante Aldum: *invehuntur* fragm. Hav. a m. pr. Male. 'Evehere' in his proprium verbum. Supra IV. 33. 'Calcaribus subditis evectus effreno equo in medios ignes infertur.' V. 36. 'Evectus extra aciem equo ducem Gallorum occidit.' XXII. 45. 'In stationem quo-

Digitized by Google

que pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt.' XXIX. 34. 'Incaute se evehentes Masinissa excipiebat.' XXXI. 35. 'Equites ut semel in hostem evecti sunt.' Et quidem 'evehuntur ad equites,' nempe ex ordine, in quo antea consisterant. Eadem forma in re navali dixit XXXVII. 17. 'Placuit tamen Regillum tota classe evehi ad portum Ephesi.' Et ita 'evocare ad conloquium' ejusque generis alia Livio familiaria sunt, de quibus vide ad IV. 10. § 1.

Ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt] *Caperent* Leid. 2. Male. Infra XXXI. 28. 'Ad Rhodios quoque missi legati, ut capesserent partem belli.' II. 6. 'Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus:' et alibi sæpe. Confunduntur hæc verba etiam hoc lib. c. 43. § 13. *Partem secum capesserent dictatoris* Lov. 4. Tum vox *latera* exsulat a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 13 *Is novus additus terror*] *Hic novus additus terror* Voss. 2. *His novus additus terror* Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Hav. fragm. Hav. et ed. Parm. Vide ad II. 14. § 9. *Terror additus* edd. antiqq. usque ad Froben. 1535. Mox etiam *ex utraque parte*, transpositis dictionibus, eædem edd.

Et ad terrorem hostium legiones Romanæ, redintegrato clamore, intulissent gradum] Se in Oxon. B. ac C. *et ad terrendos host.* invenisse, testatur Hearnius. Verum mihi *et ad terrendas hostium legiones Romani* obvium fuit in Port. et Hav. neque inde dissentit Harl. nisi quod præferat *Romano redintegrato clamore* sine sensu. Utraque lectione juncta *et ad terr. ac terrendas hostium legiones Romano red. clamore int. gradum* est in Gaertn. quod hujus codicis librario frequens esse, vidimus ad IV. 55. § 5. et mox hoc cap. § 15. Nihil muto. Indicat enim Livius, eodem tempore, quo equites latera invadebant, etiam pedites, quos nomine 'legionum Romanarum' indicat, a fronte terrendis hostibus clamorem redintegrasse, ac gradum intulisse. Eo sensu 'legiones' pro peditibus exercitus est III. 27. 'Legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit:' et XXIX. 2. 'Id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent vias.' Tum *redintegrato clamorem tulissent* Flor. pro quo *clamore tulissent* a m. sec. emendatum est. Deinde *gradum* omittit Lov. 3. cujus loco *gladium* præfert Klockian. In verbis seqq. *tunc fuga*, pro *tum*, Voss. 2. et fragm. Hav. Vide ad II. 12. § 15. *Cum fuga* Lov. 1. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. Hinc *a Samnitibus* Leid. 2. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav.

§ 14 *Campi repleri, ac primo pavidos Samnites castra sua accepere*] *Quampi repleri* Klockian. litera *c* in *qu* mutata, de quo vide ad IX. 2. § 15. *Campum repleri* fragm. Hav. quasi hunc casum requireret infinitum verbum, et non per ellipsin diceretur, pro *campi repleri cœpti:* quod verbum modo præcessit, et huc revocari potest. Vide Sanctium Min. III. 6. in fine. *Campi repleti* Leid. 2. et Hav. quomodo dedisse videntur scribæ, quia mox sequitur verbum finitum *accepere*, quo animo librarius fragm. Hav. qui hic *repleri* servat, mox a m. pr. dedit *accipere*. Perperam. Præterquam enim quod, ut modo dictum est, ad præcedens *repleri* subintelligatur *cœpti*, non insolens etiam est, infinito verbo finitum ac finito infinitum subjungi. Vide ad v. 47. § 5. *Sua castra accepere* Lov. 4. *castra sua acceperunt* Gaertn. *castra sua cepere* Harl. sed prima syllaba *τοῦ accepere* hausta est partim a vocis præced. litera finali, partim a prima *τοῦ cepere*. Vide ad XXXIX. 6. § 2. 'Accipere' in hac re Livio sollemne est. Vide ad v. 21. § 3.

Captis direptisque ante noctem ignis injectus] *Captisque ante noctem* Voss. 1. Voss. 2. a m. pr. Leid. uterque,

Digitized by Google

Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. et Hav. *captioque vi ante noctem* Voss. 2. a m. sec. et fragm. Hav. a m. pr. *captis direptisque vi ante noctem* a m. sec. Sæpius 'capti' simul et 'direpti' oppidi vel castrorum meminit Livius, quorum multis locis alterum omittunt librarii. Supra II. 25. 'Mox ipsa castra capta direptaque.' IV. 47. 'Captis direptisque castris, quum prædam dictator militi concessisset.' Eodem cap. 'Oppidum, corona circumdatum, scalis captum ac direptum est.' X. 44. 'Captum oppidum diripiendum militi dedit.' XXIV. 35. 'Megara vi capta diruit ac diripuit.' XXIX. 17. 'Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur:' et alibi sæpe. Deinde *invectus ignis* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. sollemni scribarum errore. Vide exempla I. 30. § 10. V. 27. § 10. IX. 13. § 10. XXXI. 27. § 8. et XXXII. 30. § 11. Adde quæ notantur ad XXXII. 6. § 1.

§ 15 *Dictator ex senatusconsulto triumphavit: cujus triumpho*] *Ex senatu o* Lov. 1. *ex senatu consulto* Leid. 2. *ex Samnitibus triumphavit* Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. *ex senatusconsulto de Samnitibus triumphavit* Gaertn. duplici lectione juncta; quod codicis hujus librario frequens esse, modo vidimus ad § 13. Tum *cui triumpho* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Mox *præbuerunt*, pro *præbuere*, Lov. 4.

§ 16 *Dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur*] Leg. *argentariarum*. Subintellige 'tabernarum.' *Muretus*. Scribendum omnino *argentariarum*, quia subauditur 'tabernarum.' Vide XXVI. 27. et XL. 51. *G. Cuperus*. *Argentariorum* omnes mei præferunt constanter, nisi quod ex Voss. 1. nihil notari viderim in excerptis, ut forte is conjecturam virorum doctorum exhibeat, quæ mihi etiam vera esse videtur. *Ad ornandum forum* est in Lov. 4. Tum *viderentur* in Hav. omissa prima syllaba *di*, quæ forte intercepta est a præced. vocis syllaba finali *dū*.

Inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum thensæ ducerentur] *Inditium* Lov. 1. et 4. *inditum* Leid. 2. Deinde *cum censæ ducerentur* Leid. 2. *cēnsæ ducerentur* Hav. *cum tensæ ducerentur* Flor. Voss. 1. et Leid. 1. Vide de hac vocis ejus orthographia ad v. 41. § 2. et ita etiam Voss. 2. nisi quod præferat *dicerentur*. Vide ad XXVIII. 43. § 1. Omnia autem hæc verba deficiunt in Harl. et Gaertn.

§ 17 *Campani, ab superbia et odio Samnitium, gladiatores, &c. eo ornatu, &c.*] Hinc Cic. dixit pro Sextio cap. 64. 'Ex ergastulis emtos nominibus gladiatoriis ornavit, et sortito alios Samnites, alios Provocatores fecit.' Et Lucil. Sat. l. IV. ut est apud Marcellum, voce 'Spurcum:' 'Æserninus fuit flacco ore, una equidem Samnis, spurcus homo, vita illa dignus locoque Cum Pacidiano componier, optimus multo Post homines natos gladiator qui fuit unus.' Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut 'Thrax,' 'Mirmillo,' 'Retiarius;' de quibus alii. *Sigon*. De gladiatoribus Samnitibus vide Scalig. ad Varr. de Ling. Lat. lib. IV. p. 34. Lipsium Saturn. II. 11. et Salmas. ad Solin. pag. 26. Ceterum *sed Campani, ab superbia et odio*, addita prima vocula, Lov. 2. et Hearnii Oxon. C. Verum, particulam hanc adversativam, quam Livius sæpe subpressam voluit, librarios de suo addere solitos fuisse, vidimus ad VI. 32. § 8. quod et hic factum esse, veroslmile fit, quia constanter reliqui non agnoscunt. *A superbia et odio* Gaertn. Lov. 1. et Leid. 2. *ea superbia et odio* Voss. 2. *ad superbiam et odio* Lov. 3. *superbia et odio* Lov. 4. *ab superbia odioque* Hav. Paullo ante *quod*, pro *quidem*, idem Hav. Tum *ad honorem diu*, pro *Deûm*, sive *Deûm*, Lov. 1. a m. pr. Hinc *hostium armis* Lov. 4. Tandem *usi*, pro *usi sunt*, Lov. 2.

Eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine adpellarunt] Flor. Rott. Helm. Voss. duo *compellarunt*. J. F. Gron.

Digitized by Google

'Ornare,' 'ornatus,' et 'ornamenta' de armis dici, notum est. Vide quæ adnotantur ad Flor. 1. 16. § 7. Livius I. 43. 'Ita pedestri exercitu ornato distributoque:' ubi *ornato* ad arma pertinet, quæ sua cuique classi data dixerat. Hinc 'armare' et 'ornare' sæpe conjunguntur. Lib. VII. c. 10. 'Armatum adornatumque adversus Gallum producunt.' Et quod hic 'ornatu armare,' VII. 14. est 'armis ornare:' 'Agasones partim captivis, partim ægrorum armis ornatos imponit.' Nec video cur Buchner. ut puto, in thesauro Fabri, et Græv. in Suetonii Tito c. 9. scripturam paucorum librorum *ferramenta pugnantium* gladiatorum præferre voluerint receptæ, et plerorumque Mss. et vett. edd. auctoritate stabilitæ *ornamenta pugnantium*, quam Casaubonus, Torrentius, Salmasius, Lipsius ad Taciti Ann. III. Exc. G. et Saturnal. II. 17. et ante eos omnes Beroaldus probarunt. Nam, quod Lipsius dicit, Beroaldum ibi substituisse *instrumenta*, errorem esse Beroaldum pro Sabellico scribentis, constat ex Beroaldi edit. Suetonii Mediolanensi CIↃCCCCXCIIII. et ex edita ab eo interpretatione. Salmasius ad Solinum et ad Florum eadem significatione 'ornaturam' dici putat, et pro eo quod in Solino c. 4. vulgatur, 'Tritanum gladiatorem natura Samnitem fuisse,' emendat *ornatura*. Sed primo non ostendit, 'ornatura' esse vocem Latinis scriptoribus usitatam. Deinde, quum Plinius, e quo hoc descripsit Solinus, Tritanum 'in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem' fuisse dicat, potius sequendos puto Parrhasium l. d. et Lipsium Saturn. II. 11. sed sine mentione Parrhasii, in Solino quoque legentes *armatura*. Duker. *Compellarunt* etiam omnes mei præter unum Gaertn. omnesque Hearnii Oxonienses præter solum L. 1. Ceterum *eo ornatu armarunt Samnitium, gladiatorisque nomine compellarunt* Lov. 4.

§ 18 *Ad Perusiam, quæ et ipsa induciarum fidem ruperat*] Legendum *quæ ipsa*, non *quæ et ipsa*. Gelen. In Aldina, Juntæ, et Frobeniana video *quæ et ipsa*. Vetuit Gelenius. Legendum *quæ ipsa*, inquit; non *quæ et ipsa*. Et sane Andreas et cæteri ante Aldum, ut ille voluit. Sed Flor. Rott. Helm. Voss. 1. Mureti *quæ et ipsa*. J. F. Gron. Nulli meorum τὸ *et* abjiciunt, nisi Voss. 2. Lov. 3. Harl. et forte Klockian. ex quo nihil notatum video. Reliqui constanter servant; quod de suis etiam Oxoniensibus Hearne testatur. Contra præcedens *quæ* deficit in Lov. 2. ut dare voluerit librarius *ad Perusiam (et ipsa induciarum fidem ruperat) Fabius consul*. Vide ad v. 32. § 8. Sed *quæ* in reliquis omnibus constanter superest: quare servandum arbitror. *Induciarum fœdera* habet Gaertn. Male. Differunt enim 'fœdus' et 'induciæ.' Supra IV. 30. 'Fœdus ab senatu cum petissent, et pro fœdere deditio ostentaretur, indutias annorum octo impetravere.' Mox hoc cap. 'Tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne Etruscum fœdus ab consule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. Induciæ annuæ datæ.' At 'fides induciarum' apud Livium sæpe obcurrit. Vide ad Livii VIII. 37. § 2. 'Fides' et 'fœdus' commutari a librariis, vidimus ad Epit. Liv. hoc lib. Ceterum paullo ante *Eodem anno dum cum reliquis*, media voce addita, Hav. *cum reliquiis* Klockian. et edd. Rom. 1472. ac Parm. quod, si plures codd. firmarent, non displiceret, ut intelligerentur reliquiæ exercitus, qui cap. præc. devictus fuisse narratur. Ita etiam alibi peccatur. Vide ad XL. 57. § 8. In verbis seqq. *dimicavit*, pro *dimicat*, Lov. 4.

§ 19 (*Nam ad mœnia victor accessit*) *cepisset, ni legati dedentes urbem*] *Nam mœnia victor accessit* Voss. 2. Ita Plin. XVI. 40. 'Quæ proxime ebenum accedere videtur.' Tacit. Ann. XII. 31. 'Quia societatem nostram

Digitized by Google

volentes accesserant.' Auson. Epist. VIII. 3. 'Santonicamque urbem vicino accessimus agro.' Vide Burmann. ad Phædri Fab. I. 25. 6. Hic tamen nihil muto, partim quia reliqui codd. constanter præpositionem tuentur, partim quia alibi Livius ita locutus esse non reperitur. *Nam ad mœnia victoria accessit* Leid. 2. et Lov. 1. a m. pr. Præterea *cum cepisset, inde legati* Voss. 2. et Lov. 3. sine sensu.

§ 20 *Præstantiore, quam dictator, victoria triumphans, urbem est invectus*] Vet. lib. *præstantiore etiam, quam.* ['Ita Badius.'] *Sigon.* Particulam *etiam* non modo servant omnes scripti, sed et edd. quas videre datum est; ut nesciam quam caussam huic scholio addendo Sigonius habuerit. *Præstantiore etiam victoria, quam dictator, triumphans* Lov. 4. *præst. etiam, quam dictator, tr. victoria* Port. et Hav. Præterea *in urbem est invectus* Lov. 4. Vide ad IV. 29. § 4. Paullo ante *per se*, loco *τοῦ præ se*, Hav. solito scribarum errore. Vide ad X. 13. § 9.

§ 21 *Consulem alterum, alterum prætorem declaravit*] Vox *alterum* semel omittitur in Flor. Hav. et Lov. 4. de quo lapsu scribarum vide ad XXXIII. 27. § 4. *Alterum consulem, alterum prætorem* præferunt Voss. 2. Lov. 2. et 3. Paullo ante *de victoria*, pro *devictorum*, Gaertn.

CAP. XLI. § 1 *Fabio ob egregie perdomitam Hetruriam*] *Perdomitam* ait, quæ nondum domita erat, quippe in quam nunc mittitur exercitus consularis. Cæterum Decio hic addendum *iterum*, Fabio *III.* Valerio prætori hic additur *quartum*, quod de prætoribus rarum est. *Glar.* Præpositio *ob* deficit in Leid. 1. ejus loco *ab* dedit librarius Hav. sollemni lapsu. *Perdomitam* dicit, quia vincendo ad pacem petendam Etruscos adegerat, quamvis tamen data ea uti noluerint. Licet autem hic Fabii tertius, Decii alter consulatus fuerit, non tamen alterutri numerus addendus est. Vide ad II. 16. § 7.

Decio collega datur] [Vid. Lectt. Varr.] *Decio college datur* Leid. 1. *Decio collega datur*, præter utrumque Voss. a Gronovio laudatum, etiam Leid. 2. Lov. 1. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. fragm. Hav. a m. pr. et edd. Frobeniana 1531. priores. Ea vero prima dedit, ut nunc circumfertur: quod in reliquis scriptis superfuit. Posses, si vulgatum displiceat, omniaque uno ambitu orationis complecti velis, aut Gronovii conjecturam probare, aut minori mutatione legere *Decio collega dato*. Mox etiam *creatur*, pro *creatus*, præferunt Port. Hav. et fragm. Hav. a m. sec.

§ 2 *Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit*] Lege *Consulibus partitis provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.* J. F. Gron. Omnes codd. in receptam scripturam conspirant. Quid igitur de hac similibusque Gronovii conjecturis censeam, sententiam dixi ad III. 22. § 3.

§ 3 *Profectus ad Nuceriam Allifates*] Vide num legendum *ad Luceriam*, quæ Romanorum colonia jam erat. Nam Nuceria longius abest in Picentibus: etiamsi tres Nuceriæ a Ptolemæo III. 1. referantur. Sed, quam ipse Appulorum facit, eam puto 'Luceriam' dici, cujus et Horatius in Odis III. 15. 14. Hoc autem de Allifa ac Allifatibus mirum. Capitur Allifa A. U. C. CDXXVIII. (VIII. 25.) et A. U. C. CDXLV. (IX. 42.) Hic Allifates subiguntur, cum de eorum defectione vix ullum habeamus verbum. *Glar.* Vet. lib. *Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, jam tum pacem petentes, quod uti ea, cum daretur, noluissent, asperna tus, eam oppugnando subegit:* ita autem legendum esse, aperte etiam docet Diodorus l. XIX. p. 707. qui scribit, Sp. Nautio et M. Popillio consulibus, ita: *Οἱ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην καλουμένην οἰκοῦντες, πεισθέντες ὑπό τινων τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν.* Id est: Qui Nuceriam Alphaternam incolunt, a Romanis defecerunt. Ita-

Digitized by Google

que paullo ante Livius dixit cap. 38. 'Classis Romana, a P. Cornelio in Campaniam acta, cum appulsa Pompeios esset, socii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti.' Est autem 'Nuceria' in Campania, IX. millia passuum distans a mari, auctore Plinio III. 5. qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neque vero hic 'Alifæ' locum habent, quas supra captas tradidit, neque postea defecisse adscripsit. Glareanus tamen *Luceriam* sine causa emendat. *Sigon.* Membranæ Fuldenses melius et auctius, *Nuceriam Alfaternamque jam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluissent, adspernatus, oppugnando ad deditionem subegit.* Ita enim Diodorus *Οἱ καὶ Νουκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην οἰκοῦντες*, &c. *Modius.* Recte Sigonius sic pro eo, quod edebatur jam ab Andrea, *Alifates.* Confirmant nostri: sed præterea Thuan. duo Voss. Helm. ignorant *τὸ jam.* Igitur sequens particula mutanda, ut sit, *Alfaternam, jam pacem petentes.* Ut Naso Met. III. 717. 'Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem.' Quod vero *aspernatus, eam oppugnando* vult Sigonius, nec meliores codd. habet subscriptores, et perinde peccat, ut Cluverius, cum legit *Alfaternos,* quo scilicet oratio et sensus constet, Ital. Antiq. l. IV. c. 5. p. 1186. Is vero et sic constat. Intelligimus enim ejus urbis incolas. Sic X. 2. 'Hæc ubi Patavium sunt nuntiata, (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dirigunt.' XXIV. 35. 'Helornum atque Erbessum, dedentibus ipsis, recipit.' Et eodem lib. c. 36. 'Murgantiam primum, prodito ab ipsis præsidio Romano, recipit.' XXVI. 19. 'Emporiis, urbe Græca, (oriundi et ipsi a Phocæa sunt) copias exponit.' XXXI. 16. 'Elæunta et Alopeconesum, tradentibus ipsis, recipit.' XLIV. 7. 'Postero die progressus, Agassam urbem, tradentibus sese ipsis, recepit.' Vide ad VIII. 11. *J. F. Gron.* Vocula *is,* quam ab initio addidit Sigonius, et sensus requirere videtur, omiserunt concordi consensu omnes mei, et cum illis Hearnii Oxon. B. et C. in cujus L. 2. pro eo *Fabius profectus* exstabat. Tum *ad Nuceriam Alfates* Harl. *in Luceriam Falaternam* Klockian. *Nuceria* et *Luceria* etiam alibi confundi, docet Burm. ad Suet. Vitell. c. 1. *ad Miceriam Alifates* edd. Rom. 1472. et Parm. *ad Maceriam Alfaternam* Voss. 2. et Lov. 3. reliqui omnes *ad Nuceriam Alfaternam,* ut Sigonius, probante Gronovio, scribendum docuit. Male de hujus lectionis veritate dubitabat Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. c. 32. Sed vide quæ ibi notat Arntz. Hinc voculæ *jam tum* desunt in contextu Port. in Hav. et in Hearnii Oxon. B. Pro utraque illa unam *tum* servant Lov. 3. 4. et Harl. cui iterum *quam* substituit Gaertn. *cum* Voss. duo, Leid. duo, Flor. Lov. 1. 2. Port. in margine, Klockian. et fragm. Hav. Ex quibus Klockian. insuper habet *Falaternam cum pace petentis,* Lov. 2. *Alfaternam cum pacem petentem.* Sed librarius ejus non intellexit locutionem 'Nuceriam petentes,' pro incolas ejus petentes, quam recte Gronov. hoc loco inlustravit. De eadem etiam vide ad XXXVIII. 29. § 11. Vocem *petentes,* in eodem luto hærens, omisit scriba Hav. Deinde voces *quod uti ea, quum daretur, noluissent,* desunt in Hearnii Oxon. B. etiam in contextu Port. sed ibi ad marginem adscribuntur. *Uti eam* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Tum *noluisset* Lov. 2. ex eodem, qui modo notatus est, erroris fonte. *Voluissent* Leid. 2. Hinc *aspernatus est, oppugnando* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Klockian. et Hav. *aspernatus, eam oppugnando* Voss. 2. Leid. ambo, Lov. 2. 3. 4. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Denique *ad deditionem,* quas voces Modius in membranis Fuld. invenit, et Gruterus in contextum recepit, supersunt etiam in omnibus meis, solo

Digitized by Google

excepto Harl. qui, antiquioribus edd. adsensus, omittit. Sed 'subigere ad deditionem,' est 'cogere in deditionem,' ut Livius loquitur XLIII. 1. 'Duo oppida vi atque armis coëgit in deditionem.' 'Subigere' autem passim pro cogere poni, olim docui ad Silii Ital. I. 635. Eodem sensu etiam Livius ea voce utitur mox hoc cap. 'Tarquiniensem metu subegerat, frumentum exercitui præbere.' Supra I. 5. 'Metu subactus Romulo rem aperit.' c. 22. 'Se invitos quidquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, sed imperio subigi.' VII. 5. 'Præ se deinde tulit, ea vi subactum se incepto destitisse.' XLV. 8. 'Qua subactus injuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset.'

§ 4 *Neque ejus pugnæ memoria tradita foret*] An non *prodita?* Istud enim *tradita* sine ullo adjuncto, (puta 'veterum monumentis,' 'annalibus,' &c.) non placet. *T. Faber.* Satis commode. Sed optimus Flor. *ei pugnæ.* Ut liceat suspicari, *neque ea pugna memoriæ tradita foret.* Cicero Parad. III. 'Non istum doctum et sapientem virum fuisse memoriæ traditum est.' *J. F. Gron.* 'Tradere posteris, memoriæ' apud Livium aliosque sæpe obcurrit. Vide ad v. 21. § 16. et VIII. 10. § 8. Quin et 'prodere' ac 'tradere' sæpe in Mss. commutantur. Vide ad VIII. 26. § 6. Ut tamen 'tradere' sine ullo adjuncto, quod Fabio displicebat, Livio non insolens esse evinceret, Perizonius ad marginem ejus adscripsit locum hoc lib. c. 28. 'Sive a Pœtelio dictatore, sive ab C. Junio consule (nam utrumque traditur) Nola est capta.' c. 36. 'Consulis fratrem M. Fabium, Kæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum, tradunt.' Adde I. 31. 'Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse:' et II. 8. 'Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis.' VIII. 10. 'Qui ejus pugnæ memoriam tradiderunt.' Etiam Dukerus Fabrum argutari adnotavit; eadem enim supplenda esse, si dicas *prodita.* Quum itaque omnes mei constanter vulgatum servent, nihil mutandum arbitror. Paullo ante *dimicatum, et haud magno certamine,* addita copula, Leid. 2. et Lov. 1. In verbis seqq. *eamdem defensionem habuerunt,* pro *eamdem fortunam,* Gaertn.

§ 5 *Tarquiniensem metu subegerat*] *Tarquinienses* Portug. Gaertn. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxonienses. Male. Vide ad III. 2. § 11. Paullo post *frumentum exercitu,* pro *exercitui,* Flor. Vide ad XXIV. 19. § 6. et mox § 7. hujus cap. Præterea *in XL. annos,* pro *LX.* ed. Rom. 1472.

§ 6 *Volsiniensium castella aliquot ei cepit*] *Vulsiniensium* ex Capitolinis triumphis. *Sigon. Vulnesinensium* Port. *Volsinensium* Hav. *Vulsinensium* Leid. ambo, et Lov. 1. ac 4. *Vulsiniensium* Flor. Voss. uterque, Lov. 2. 3. Kloekian. fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. C. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Vide ad v. 31. § 5. Præterea *castella via cepit aliquot* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav.

Quædam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent] *Ex his,* vel *hiis,* Flor. Lov. 3. 4. Voss. duo, Leid. duo, Gaertn. et fragm. Hav. *ex ipsis* Port. Tum *ne certaculo hostibus essent* Lov. 4. *ne receptaculo hostibus esset* Gaertn. *ne receptacula hostibus essent* Leid. 1. Utraque lectio commodo sensu ferri potest. Vide ad v. 54. § 5. Reliquis igitur vulgatum defendentibus adsentiri præstat, quam unum testem audire.

Circumferendoque passim bello, tantum terrorem sui fecit] *Circumferundoque passim bello* Port. *circumferendoque passim bellum* Hav. Vide ad XL. 49. § 1. Deinde vox *tantum* deficit in Flor.

Ut nomen omne Etruscum fœdus ab consule peteret] *Ut omne nomen Etr.* Lov. 2. *ut omne fecit nomen Etr.* Hav.

Digitized by Google

Tum *cum fœdus ab consuli peteret* Leid. 1. Sed illud *cum* repetitum est ex vocis præced. literis ultimis. Vide hoc lib. ad c. 17. § 9. *Fœdus ab consulibus peteret* Port. Vide ad x. 10. § 2. *Fœdus ab consulibus peterent* Hearnii Oxon. B. *fœdus a consule peterent* Gaerto. a m. pr. et Hav. Supra VII. 17. 'Concitatur deinde omne nomen Etruscum, et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad Salinas perveniunt.' Verum optimi adhærent vulgato.

§ 7 *Ac de eo quidem nihil inpetratum*] *Ac de eo nihil quidem* Voss. 1. et Hav. *At de eo nihil quidem* Port. Vide ad III. 61. § 4. Mox voces *annuæ datæ* exsulant a Flor.

Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum] *Exercitu Romano* Flor. Vide modo ad § 5. Tum *in eum annum provisum* Lov. 4. Male. Supra II. 9. 'Pauperes satis stipendii pendere, si liberos educarent.'

§ 8 *Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio*] *Tranq. jam res Etr.* Voss. 2. et Lov. 4. *Tranquillis jam res Etr.* Lov. 3. Utrumque commodo sensu dici potest. 'Tranquilli Etrusci,' ut II. 63. 'Educta ex urbe juventute, tranquilliorem ceteram plebem fecerunt.' 'Tranquillæ res,' ut XXXVIII. 28. 'In ceteris provinciis tranquillæ res fuerunt.' Plurium itaque et meliorum, receptam lectionem servantium, auctoritati cedere convenit. Deinde *repentina refectio* Leid. 1. Ita et peccatur x. 20. § 11. Vide hoc lib. ad c. 10. § 6. *Repentina defectione* Gaertn.

Integræ a cladibus belli, nisi quod transitum exercitus ager senserat] *Integræ ac laudibus* Leid. 1. *integræ ab cladibus* Voss. 2. Lov. 3. Port. et Hav. Tum *nisiq; transitum* Lov. 3. Vide ad II. 41. § 8. Hinc *ager censerat* Hav.

§ 9 *Contemtim de Romanis loquentes jactarent*] *Contemtum* Leid. 1. Gaertn. Hav. et paucæ edd. antiqq. Tum *jactitarent* Port. et Hearnii Oxoniensis B. Solent hæc verba inter se commutari. Vide ad VII. 2. § 11. Paullo ante *ad oppugnandum inde Romam*, pro *oppugnandam*, Lov. 3. et quædam ex edd. vett. Vide ad XL. § 1.

§ 10 *Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est*] *Quod in contemptum eorum* Lov. 4. *Quod inceptum ad Decium* Voss. 2. Mox *ab Etruria*, pro *ex Etruria*, Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. *ad Etruriam* Lov. 4.

Et in agro Pipiniensi ad famam intentus hostium consedit] Quidam *Pupiniensi* restituerunt; sed nihil certi adferre possum. *Glar.* Scribe *Pupiniensi*, id est, qui erat in Pupinia; de qua dicam post; quod, quid ea sit, se dicat Glareanus ignorare. *Sigon. Pupiniensi* Aldus eumque secuti pauci ediderunt: quod mox iterum ejectum Sigonio revocandi occasionem dedit. Et recte. Sigonio enim favent omnes mei, et Neapol. Latinii. Ita autem legendum, Sigonio consentit Turneb. ad Cic. Orat. Agrar. II. 35. ubi etiam quædam de hoc agro vide. Sed plura dabunt Sigonius ad Livii XXVI. 9. § 12. et præsertim Cluverius lib. Ital. Antiq. l. III. c. 4. p. 966. Vocula *et* deerat in Harl. et edd. Aldina prioribus. At eam hausisse videntur ultimæ literæ vocis præced. *pergit*; quod et alibi evenisse observatur. Vide VI. 38. § 6. VII. 11. § 4. X. 3. § 5. et alibi. Tum *sedit* Lov. 2. Utrumque verbum in hac re Livio frequens est. Nihil itaque mutandum sana ratio jubet.

§ 11 *Nec Romæ spernebatur Umbrorum bellum: et ipsæ minæ metum fecerant*] *Nec umbre sper.* Leid. 2. *Nec Romæ spernabatur* Voss. 2. Tum *bellum Umbrorum* Leid. 1. Vox *bellum* deficit in Port. Deinde *metu fecere* Hav. *metum fecere* Port.

Expertis a Gallica clade, quam intutam urbem incolerent] Præpositionem abjiciunt Flor. Thuan. Helm. Voss. Mureti codd. Et quid ea opus? *J. F.*

Digitized by Google

Gron. Ex parte Gallica clade Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *expertæ Gallicam cladem* Port. *expertis Gallicam cladem* Flor. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Neapol. Latinii. Omnia autem hæc verba desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Ex his patet, quamvis præpositio in nullo exstet scripto, attamen nullum ex meis codicem esse, qui, quemadmodum Gronovius legendum censet, *expertis Gallica clade* præferat: hinc, licet lectionem eam veriorem esse putem, illam tamen in contextum admittere nondum sustinui. Sane non experti sunt 'a clade Gallica,' sed per ipsam illam cladem. Ita XXI. 1. 'Haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conserebant bello.' Insuper *quamvis tutam urbem* Neapol. Latinii.

§ 12 *Ut, si quid laxamenti a bello Samnitium esset*] *Uti* Gaertn. Vide ad XXXVII. 46. § 10. Tum *quod laxamenti* Gaertn. idem: *ut quicquid laxamenti* Lov. 4. Mox *prope exercitum duceret*, pro *propere*, Leid. 2. et Lov. 3. Vide ad XXXIX. 31. § 4.

§ 13 *Magnisque itineribus ad Mevaniam*] Nomen hoc, quod editi ita recte exhibent, in plerisque scriptis corruptum exstat. *Mavaniam* habet Flor. *Menaniam* Voss. 1. et Port. *Meliam* Lov. 3. *Meneniam* Lov. 4. Gaertn. Hav. et Oxoniensis L. 1. apud Hearnium, qui se *Memmiam* in L. 1. *Meteniam* in B. invenisse refert. Præterea *magnis itineribus*, sine conjunctione *que*, Voss. 2.

§ 14 *Quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant*] Tò *quem* exsulat a Port. quod etiam abesse posset, si aliorum, et quidem melioris notæ, codd. auctoritas firmaret: ita enim verba hæc per parenthesin interjecta videri possent. Vide ad XL. 57. § 3. Tum *procul Umbriam in Samnio* Port. et Hav. Vide ad XXI. 39. § 7. *Procul Umbri Samnio* Voss. 2. et Lov. 3. *procul Umbria in Samnitio* Lov. 2. Mox vocula *ita* deficit in Lov. 3.

Recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent] *Decedendum ad urbes* Gaertn. Ita solitos esse peccare librarios, videbimus ad XXXV. 10. § 2. *Ad umbras munitas* Lov. 4. Et ita etiam interdum variant scribæ. Vide Bentl. ad Horat. Od. III. 4. 46. Deinde *omittendum bellum* primus vulgavit Jac. Gronovius, quum antea ederetur *bellum omittendum*. Quamvis autem causam non exposuerit, videtur tamen librorum auctoritatem secutus esse. Certe ita plerique meorum codd. Priorum autem edd. scripturam tantum inveni in Harl. et forte in Flor. et Klockian. ex quibus nihil notari video. *Committendum bellum* præferunt Voss. 2. et Lov. 2. 3. ac 4. a m. pr.

§ 15 *Plaga una* (*Materinam ipsi adpellant*) *non continuit modo ceteros*] *Plaga* hic haud dubie militiæ nomen, et fortassis quod πλαγίαν vocant Græci, aciem quadratam, altera parte longiorem. Certe vox hæc a Livio ita ponitur quasi omnibus nota, cum ipse nusquam antea, quod sciam, ea usus sit. *Glar.* Longe petitum est, quod hic scribit Glareanus, nec credo unquam ita Latinis dici 'plagam.' Nihil melius scio; sed suspicor, 'plagam' hic esse eos, qui e plaga, id est, tractu sive parte Umbriæ, quam ipsi Materinam appellabant, venerant. Nec tamen quemquam alium hujus mentionem fecisse, ex Cluverii et Interpretum Livii silentio colligo, qui itidem de 'Circo Maritimo,' quem in Hernicis fuisse ostendit Livius cap. seq. tacent. *Duk.* Expositio Glareani merito displicuit Doujatio, qui 'plagam' interpretatur pagum, regiunculam, oppidi territorium. Similiter etiam Jac. Gronovius, quum Livium discipulis in scholis domesticis exponeret, 'plaga' accipiebat pro regione, et insuper suspicabatur, usum istius vocis hoc sensu ad Romanos ex Umbria venisse; et, sicut Etruria in duodecim

Digitized by Google

populos, ita Umbriam in suas plagas divisam fuisse: monet etiam, 'plagam' hic sumi pro corpore militum ex ista plaga conscripto, quemadmodum 'civitates' dicuntur milites navesque, qui ab certis civitatibus in classem Themistoclis erant contributi, apud Justin. II. 12. 'Quod si civitates, quæ jam abire vellent, dissipentur; majore labore ei singulas consectandas.' Sane eodem modo nomina regionum et urbium sæpe pro earum incolis ponuntur. Ita XXXIX. 48. 'Messene desciverat a concilio Achaico:' ubi vide Gronov. Et VIII. 11. 'Latium Capuaque agro multati:' ubi iterum vide: et ita passim alibi. Præterea *Matinam* est in Port. et Hav. *Macerinam* in Lov. 2. *Maternam* in Lov. 4. Doujatius legendum conjicit *Matilicam*, vel *Matelicinam*, quod Umbriæ oppidum ad radices Apennini supra Æsim fluvium in finibus Piceni fuisse docet. De eo vide Cluverii Ital. Antiq. lib. II. c. 6. p. 613. et Harduin. ad Plinii l. III. c. 14. p. 171. ed. poster. Alioqui etiam *Maritimam* vel *Tydertinam* scribi posse existimat. Verum si omnia locorum, quorum tantum semel mentio fit, nomina in notiora mutanda forent, quanta audacissimis conjecturis fenestra aperta foret? Præterea *non obtinuit modo* Harl. vox autem *modo* deficit in Leid. 2.

§ 16 *Quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit*] *Quo ubi effusos* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ruere in monumenta* Voss. 2. et Lov. 3. frequenti lapsu. Vide ad IV. 10. § 6.

Prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruit: cohortatus prædicatione vera] Pal. 1. *instruxit: cohortusque.* Ceteri libri omnes *instruxit; cohortatusque.* Gebh. Nostri *instruit, cohortatusque prædicatione.* J. F. Gron. Principes edd. *instruxit, cohortatusque.* Primus deinde Curio dedit *instruxit, cohortatus.* Basileenses autem 1555. *instruit, cohortatus.* Eo respiciens, nulla tamen *τοῦ instruit* ratione habita, Gronovius monet, omnes suos præferre *instruit, cohortatusque*, eamque lectionem in contextum recepit. Secutus deinde Jac. Gronovius edidit *instruxit, cohortatusque*, sed inter errata *instruit* emendandum monnit. At omnes mei calamo exarati non tantum firmant *cohortatusque*, (nisi quod *cohortus quod* sit in Voss. 2. *cohortatus quod* in Lov. 3. de quo errore vide ad II. 41. § 8.) verum etiam *instruxit* vindicant, quod eorum auctoritate revocavi. Neque scrupulum injicere debet, quod sequatur 'jubet.' Eadem enim tempora etiam junguntur III. 46. 'Domum se recepit, collegisque in castris scribit.' c. 51. 'Porta Collina urbem intravere sub signis, mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt.' Hoc lib. c. 40. 'Dextro ipse cornu consistit: sinistro præfecit magistrum equitum.' Vide Cortium ad Plinii Ep. v. 5. § 1. et quæ ad primum Livii locum notavi. Ceterum *prout natura loci* Hav. Tum *prædatione vera* Gaertn.

Qua in Tuscis, qua in Samnio partorum decorum exiguam adpendicem Etrusci belli] *Quam in Tuscis* Leid. 2. Sed ultima litera *τοῦ quam* adsumta est ex similitudine vocis seq. Vide ad III. 48. § 5. *Qua in Truscis* Hav. ut forte librarius dare voluerit *in Etruscis.* Hinc *in Samnio parcorum Deorum* idem Hav. Vocem autem *exiguam* ignorant Lov. 1. 4. et Leid. 2. quam omnes reliqui recte agnoscunt: convenit enim consilio consulis, hostium vires extenuantis, ut militum animos augeret.

Qua se urbem Romanam obpugnaturos minati sint] Vet. lib. *expugnaturos.* Sigonius. Ita et Harl. Port. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. atque edd. Rom. 1472. et Parm. Similiter se in Pal. 2. invenisse, Gebhard. testatur hoc lib. ad c. 45. § 17. ubi recte vulgatum tuetur. Præcessit enim hoc cap. 'Ad obpugnandam inde Romam ituros jactarent.' Sæpe autem ita turbant scripti. Vide ad XXI. 57.

Digitized by Google

§ 6. Tum *minati sunt* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. et B. atque edd. principes usque ad Modium, quod loco restitui.

§ 17 *Ante imperium deinde concentu tubarum ac cornuum*] Plenius aptiusque Flor. et Mureti, *ante imp., ante concentum tub. ac corn.* Neque enim signa canebant ante imperium. *J. F. Gron.* Interdum tamen in magno ardore militum aliter factum legimus. Vide Flor. IV. 2. § 66. et quem ibi citat Freinshemius, Hirtium de Bello Afric. c. 82. Nec dissimile est, quod paullo post c. 43. scribit Livius. *Duk.* Gronovio credo adfirmanti eam cod. Flor. lectionem fuisse. In excerptis tamen ejusdem codicis, quæ ante oculos habeo, nihil inde notari video. Contra vero Latinius ex Neapolit. profert *ante imperium deinde, ante concentum tubarum et cornuum:* qua forma multa alia, passim apud Livium obvia, vide ad XXXVIII. 18. §. 12. Nullus tamen meorum adsentitur. *In concentu turbarum* est in Hav. *turbarum* præfert etiam Port. *conventu tubarum* Voss. 1. a m. pr. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo ante *interpolaverit*, pro *interpellaverit*, Lov. 2. Ejusdem erroris exemplum erat VI. 27. § 4. etiam cap. seq. § 3.

§ 18 *Non tamquam in viros aut armatos incurrunt*] *Nec tamq. in viros* Lov. 4. Tum *percurrunt* Hearnii Oxon. C.

(*Mirabilia dictu!*) *signa primo eripi cæpta signiferis*] Vet. lib. *mirabile dictu.* Sigon. Quæ hic de Umbrorum ignavia leguntur, Paulo Benio Iguvino ex Umbria caussam odii et conviciorum in Livium fuisse, quidam tradiderunt apud Pignorium Symbol. Epist. 44. *Duk.* Ita et Lov. 4. Port. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. eamque scripturam et ipse in textum recepit Sigonius, et plerisque editoribus veram esse persuasit; donec Jac. Gronovius priorem revocaret, quam codd. reliqui cum prioribus omnibus editis tuentur, nisi quod *mirabilia ductu* sit in Lov. 1. (vide ad XXXVIII. 43. § 1.) *mirabilia dictus* in Leid. 1. ubi ultima litera vocis *dictus* adcrevit ex prima vocis seq. (vide ad XXVIII. 25. § 2.) *mirabilia dicta* in Lov. 3. Præterea *signa primo impetu eripi cæpta signiferis* Port. Gaertn. et Hav. *signo primo eripi cæpta signiferis* Lov. 3.

Deinde ipsi signiferi trahi ad consulem] *Signiferi ipsi* Lov. 4. Tum *trahi ad consules* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 2. 3. et Hearnii Oxon. C. Sed unus tantum Fabius cum Umbris bellum gessit. Compendium itaque scribendi iterum librariis frandi fuit, ut innumeris aliis locis. Vide ad X. 10. § 2. Mox *ex acie transferri in aciem* alio ordine Lov. 4. Deinde *res geritur*, iterum trajectis vocabulis, Leid. 1. *geruntur res*, pro *geritur*, edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad III. 70. § 10. Quia autem omnes scripti hic præferunt *geritur*, eam lectionem probandam arbitror.

§ 19 *Umbonibus incussaque ala sternuntur hostes*] Vet. lib. *Umbonibus incussa ala.* Sigon. Sigonius auctoritate suorum delet copulativam, immemor, sic loquntum esse Nostrum XXX. 34. 'Movere loco hostium aciem Romani, ala deinde et umbonibus pulsantes, in summotos gradu illato, aliquantum spatii velut nullo resistente incessere.' Nec deerat in illis, quos vidimus. Lib. IV. c. 19. 'Adsurgentem ibi regem umbone resupinat.' *J. F. Gron.* Voculam *que*, quam Sigonius delevit, et Gronovius in contextum revocavit, meorum unus ignorat Gaertn. Ea transposita, *Umbonibusque incussa ala* præfert Hav. *Umbonibusque incussaque ala* Voss. 2. Reliqui omnes edd. Sigonio priorum scripturam tuentur. Per 'alam' autem Lipsius de Milit. Rom. III. 2. intelligit partem illam humeri brachiique, qua adjutrice in conflictu et pugna cominus clipeus in hostem in-

Digitized by Google

pellitur. Ceterum *sternunt hostes* est in Harl. et edd. Aldina prioribus. Vide ad X. 10. § 1.

Una vox ponere arma jubentium] Vox *arma* deficit in Hav. Tum *viventium* Klockian. Similitudo partim literarum *in* et *ui*, partim *b* et *v* errori ansam dedit.

§ 20 *Itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli: postero*] Pall. 1. ac 3. *inter ipsum certamen facta deditione a primis auctoribus belli.* Gebh. Duo Pall. et alter Voss. *inter ipsum certamen facta deditione a primis auctoribus belli, postero insequentibusque.* J. F. Gron. *Facta deditione* præferunt etiam ex meis Lov. 2. 3. et fragm. Hav. a m. pr. Puto tamen hanc scripturam ortam esse ex incuria scribarum, qui per compendium notatum *deditio ē* acceperunt pro *deditioē*. Qui error facillimus fuit, quo tempore, nulla vocum distinctione facta, literæ perpetua serie scribi solebant. Similem errorem jam habuimus hoc lib. c. 8. § 13. Hic erat eventus clamoris, arma ponenda esse, ut inter ipsum certamen deditio fieret; quod docet vox *Itaque*. Si vero *facta deditione* legamus, ea potius referenda esset ad sequens 'ceteri Umbrorum populi deduntur' contra mentem Livii. Insuper *actoribus belli* est in fragm. Hav. a m. pr. vel centies obvio errore. Vide ad I. 26. § 5.

Postero insequentibusque diebus et ceteri Umbrorum populi deduntur] *Postero insequentibus diebus* Port. Gaertn. et Hav. Tum *populi ceduntur* Lov. 3. Hinc *Otriculani*, pro *Ocriculani*, Voss. 2. Lov. 3. 4. et Port. *Otriculam sponsione in amicitiam accepit* Gaertn. et Hav.

Cap. XLII. § 2 *Populus continuaverat consulatum*] Ita præferunt priores edd. usque ad Froben. qui a. 1535. reposuit *continuarat*, reliquis ejus lectionem adoptantibus usque ad Jac. Gronovium, qui priorem revocavit; eam autem firmant omnes, nisi quod *continuerat* sit in Leid. 2. et Gaertn. Paullo ante vocula *tam* deficit in Lov. 2. Etiam § præc. *Fabius aliena victor sortis belli*, transpositis vocibus, præferunt Lov. 2. et 4.

Ita senatus in insequentem annum, &c.] Pal. 2. *senatus insequenti anno.* Pal. 3. *in insequente anno.* Gebh. Id est, populus interveniente decreto senatus. Populus ei priore anno comitiis centuriatis continuaverat consulatum sine senatusconsulto: hoc anno ei prorogavit imperium comitiis tributis decreto senatus. Nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; sed sæpe ex SCto. Vide VIII. 23. X. 22. XXVII. 22. *Dukerus.* Gronov. In priori ed. notarum testatus, duos Pall. præferre *insequenti anno*, in contextum admisit *insequente anno:* quam scripturam posteriorem ex meis probasse videntur Lov. 1. 3. 4. Voss. duo, et Leid. 2. At *insequenti anno* inveni in Port. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *in insequente anno* in Leid. 1. *in sequentem annum* in fragm. Hav. a m. sec. Harl. Gaertn. et ed. Parm. *in insequentem annum* in reliquis ante Gronovium excusis. Et ita fuisse videtur in optimis Flor. et Klockian. ex quibus nihil adfertur in excerptis, licet conlati sint cum edd. ita legentibus. Et nescio caussam cur hæc lectio displicere debeat. Primo excidisse videtur partim præpositio *in*, partim vocis seq. syllaba initialis, indeque factum esse vel *in sequentem annum*, vel *insequentem annum;* pro quo iterum substitutum *in sequente anno, insequente anno* et *insequenti anno.* Vide ad l. IV. c. 30. § 12. Neque proprie imperium Fabio prorogatum est *anno insequente* post gestum consulatum, sed ipso illo anno, quo consul fuerat, idque *in insequentem annum.* Locutio autem 'prorogare in sex menses,' 'in annum' Livio est frequentissima. Infra XXII. 34. 'Consulibus prorogatum in annum imperium.' XXVI. 28. 'In Etruriam C. Calpurnius post prætu-

Digitized by Google

ram, prorogato in annum imperio, missus:' et ita passim in gestis cujuslibet anni. Quum autem ubique operam det Livius, ut orationem variet, id etiam hoc loco captasse, ideoque potius dedisse videtur, 'Priore anno populus continuaverat consulatum, senatus in insequentem annum prorogavit imperium,' quam *insequente anno*. Ceterum singularis est lectio, quam unus obfert Lov. 2. *ita senatus insequente, quo Ap. Claudius*, omissa voce *anno*; quæ forte placere posset, nisi quis mallet *ita senatus in insequentem, quo Ap. Claudius*; ne vox *anno*, quæ modo præcessit, repetatur. Quomodo fere Gronov. emendat XXXI. 34. *Cum viginti millibus peditum, quatuor equitum*, pro *quatuor millibus equitum*: ubi plura vide. Verum partim alii codd. vocem hanc tuentur, partim, in similibus locutionibus Livium non abhorruisse ab ejusdem vocis repetitione, patet ex illis quæ notantur ad VI. 1. § 1. Lectionem itaque, quæ ante Gronovium recepta erat, revocavi.

Quo Ap. Claudius, L. Voluminius consules fuerunt, prorogavit, &c. imperium] Copulativam *et* inter utriusque consulis nomina interponunt Port. et Hav. Vide ad II. 17. § 1. Tum *Volumilius* Voss. 2. *Voluminius* Leid. 2. *Volumirius* Lov. 3. *Voluminus* fragm. Hav. Similes varietates etiam mox hoc cap. § 5. obcurrunt, ut et X. 16. § 2. Vide ad III. 10. § 5. Tum *fuere* Lov. 4. *fuerant* Voss. 2. et Lov. 3. *fuerunt designati* fragm. Hav.

§ 3 *Comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata*] Tribunus intercessit, ne quid comitiis consularibus a populo peragi posset: nam tribuni plebis non poterant intercedendo efficere, ut consules comitia centuriata convocare non possent. Ita Gruchius de Comit. lib. I. c. 4. p. 102. ed. Ven. Thes. Græv. tom. I. p. 597. qui hoc putat ostendi ex Liv. VII. 17. Dionys. Halic. VIII. 90. et Epit. Liv. lib. CV. Et duobus quidem prioribus locis agitur de comitiis jam convocatis; tertius ex Epit. CV. 'Quum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur,' anceps est. Est tamen ratio nonnulla dubitandi de eo, quod adfirmat Gruchius, intercessiones tribunorum plebis non valuisse ad id, ne consules comitia centuriata convocare possent, ex iis, quæ leguntur in Livio VI. 35. 'Comitia præter ædilium tribunorumque plebis nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refecti nullos curules magistratus creari passi sunt, eaque solitudo magistratuum, et plebe reficiente duos tribunos, et his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium Urbem tenuit.' Nam quum dicit, eo anno, quo Licinius Sextiusque primum tribuni plebis refecti sunt, 'comitia nulla fuisse habita,' quid hoc, si quis propriam significationem verborum urgere velit, aliud est, quam tribunos militum, qui tum magistratus curules erant, intercessione tribunorum plebis prohibitos fuisse comitia centuriata creandis successoribus convocare? Si vera est Gruchii sententia, hoc ita accipiendum est, convocata quidem fuisse comitia centuriata, verum sine effectu, propter intercessionem tribunorum plebis: quod in re idem erat, ac si plane nulla habita fuissent. Idque ex eo probabilius fit, quod in comitiis, quæ legum ferendarum caussa habebantur, tribuni plebis non intercedebant, nisi quo die populus legis jubendæ caussa convocabatur, ut docet idem Gruchius, et e Livio VI. 35. intelligi potest. Et, eamdem rationem in mulctarum certationibus ad populum obtinuisse, e XXV. 5. colligitur. *Duk.* Jac. Perizon. ad Livii marginem legendum conjecit *ab L. Furnio*. Gentem Furniam plebeiam fuisse, indicat C. Furnius, quem tribunum plebis memorat Dion. Halic. Antiq. lib. XI. p. 730. Quod autem ita conjecerit,

Digitized by Google

an fuisse causa videtur, quod gentem Furiam patriciam existimaret; at quasdam ejus familias plebeias fuisse, hinc colligi potest, quod 'M. Furius Luscus ædilis plebeius' memoretur XXXIX. 7. Præterea L. Furium, qui, teste Cic. de Offic. III. 30. legem ex senatusconsulto tulit, Mancinum Numantinis dedendum esse, tribunum plebis fuisse, existimat Pighius in Annal. ad a. DCXVII. p. 500. Quum itaque in omnibus scriptis constanter *L. Furio* supersit, iis invitis, nihil tentandum censeo. *Præterea interpolata* Lov. 2. et quædam ex vett. edd. Vide ad cap. præc. § 17. Paullo ante *petiisse*, pro *petisse*, Lov. 4. Vide ad XXXVII. 45. § 2.

§ 4 *Quum collegæ novam belli, Sulentini hostes decernerentur*] *Cui collegæ* Voss. 2. et Lov. 3. Insuper *Sulentini* Lov. 1. Et, ita scribendum esse, monuit Sigonius ad X. 2. § 1. et ad XXV. 1. § 1. sed in primis ad Epit. *Liv.* lib. XV. cujus auctoritatem propter Fastos Capitol. Triumph. et Græcos scriptores, quos ibi laudat, sequor. Vide tamen quæ ibi notantur. Miror autem inconstantiam virorum doctorum, qui, alibi orthographia Sigonii receptâ, hic tamen et X. 1. eam vocem unica *l* scripserunt. Eamdem scribendi rationem ubique recipi curavi.

Ut urbanis artibus opes augeret] 'Urbanæ artes' opponuntur 'militaribus:' sequitur enim statim, 'quando belli decus penes alios esset.' X. 15. 'Fugisse enim Ap. Claudium collegam, eloquentiæ civilibusque artibus haud dubie præstantem.' Quare dubito de lectione Pal. 3. *urbanis actibus*. Gebh. Lectio Pal. 3. referenda est inter errata scribarum. Per 'artes' autem 'urbanas' intelligit Livius juris et eloquentiæ peritiam, quam Ap. Claudio tribuit, et peritiæ militari opponit X. 22. 'Esse præterea viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes. Ea ingenia consularia esse: callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset, urbi ac foro præsides habendos.' Alibi sæpe eo sensu inter 'belli pacisque artes' distinguitur. Per 'opes' autem hic intelligitur auctoritas, potentia, amplitudo. Supra IV. 8. 'Ut mox opes eorum, qui præessent, ipsi honori jus majestatemque adjicerent:' ubi plura notavi. V. 36. 'Ubi tanto plus gratiæ atque opes valuere.' L. 50. 'Hisce artibus opes domi nactus.' XXII. 34. 'Ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur.' Cic. de Amic. c. 6. 'Ceterarum rerum opportunæ sunt singulæ rebus fere singulis: divitiæ, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudere.'

§ 5 *Benignitatem per se gratam comitate adjuvabat*] *Per se grata comitate adjuv.* Flor. Male. Paullo ante *aliquot hostium urbes*, transpositis vocibus, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 6 *Q. Fabius proconsul ad urbem Alifas cum Samnitium exercitu*] Prænomen deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Tum *Fabiusque consul* Lov. 2. *Fabius consul* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Fabius per consul* Lov. 3. Deinde *Alifas* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Gaertn. Hav. ejusdem Hearnii N. B. C. atque edd. antiqq. Vide ad VIII. 25. § 4. Vox *Samnitium* deficit in Port. Mox *conflixit*, pro *confligit*, se in Oxon. C. reperisse, Hearnius testatur.

Nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei] *Ne castra forent retenta* Leid. 2. ubi ultimam literam vocula *ne* intercepit initialis vocis seq. Vide ad XXIII. 8. § 9. *Nec castra fuissent retenta* Leid. 1. et Neapol.

Digitized by Google

Latinii. Sed sequens *superfuisset* lectionem hanc repudiandam docet, quam etiam reliqui codd. refellunt. Vox *retenta* deficit in Lov. 4. at voces *compulsi: nec castra* in Lov. 3. ob repetitionem vocis *castra*. Tum *nisi exiguum* legunt Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad XXIII. 1. § 8.

Ne quis elabi posset] Ita Aldus edidit, consentientibus omnibus scriptis, quum antea vulgatum foret *labi*. Supra 1. 53. 'Se quidem inter tela ac gladios patris elapsum.' XLIV. 40. 'Jumentum, e manibus curantium elapsum, in ulteriorem ripam effugit.' XLV. 2. 'Neque terra, neque mari elabi posse.' Eodem modo peccatur apud Oros. v. 19. 'Deinde, lapsus e vinculis, in Africam transfugit:' ubi legendum videtur *elapsus*. Primam autem literam interceperat ultima vocis præced. Præterea *posset* perperam exsulat a Port.

§ 7 *Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri capta*] *Postero* (omissa voce *die*, quasi ea ex præcedenti *diei* commode repeti posset) *necdum certa luce* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B.

§ 8 *Hi omnes sub jugum missi: sociis Samnitium nihil cautum*] Vocula prima deficit in Lov. 4. Dein *nihil tantum* Lov. 3. Vide ad II. 37. § 3. Mox *septem millia* constanter scripti. Et ita primus Aldus edidit, quum priores dedissent *quatuor millia*. Hinc *venere*, pro *veniere*, Voss. duo, Leid. 2. Lov. 3. 4. et Hav. *venire* Leid. 1. et Gaertn. *venierunt* Lov. 2.

Qui se civem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus] *Qui secutus Hernicum* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Tum *seorsus* Flor. Leid. 1. et fragm. Hav.

§ 9 *Et, quum quæsitum esset, delectu, an voluntarii*] *Et quod quum* Harl. Tum *dilectu, an voluntarii* Flor. Leid. duo, et Lov. 1. Vide ad XXXVII. 51. § 7. *Delectu, aut voluntarii* Harl. Male. Vide ad V. 3. § 7.

§ 10 *Q. Marcius Tremulus*] Prænomen exsulat a Voss. 2. Leid. ambobus, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. Deinde *M.* pro *Marcius*, Voss. 2. Lov. 4. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. Tum *Tremulius* Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. pr. *Æmilius* Hearnii idem L. 1. *Remulus* Flor. *Tremurus* Klockian. Sed *Tremuli* cognomen in fragm. Fastor. Capitolin. hoc anno superest. Mox *hiems jam creati erant*, pro *hi enim*, Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Consilium populorum omnium habentibus Anagninis*] *Consilium pop. omnium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Gaertn. Male. Vide Gronov. ad Livii XLIV. 2. § 5. Tum *Agnenunis* Voss. 1. *Anagninis* Leid. 1. *Anaminis* Lov. 1. *Agnaminis* Leid. 2. a m. pr. *Agnominis* a m. sec.

In circo, quem Maritimum vocant] *In circo, qui est ita Marit. vocant* Hav. *quem ita Mar. vocant* Voss. 1. et Leid. 2. *quem ita Mar. vocant* Lov. 1. *quem ita Matentinum vocant* Gaertn. *quem ita Viarentinum vocant* Port. *quem Maventinum vocant* fragm. Hav. a m. sec.

Præter Alatrinatem, Ferentinatemque, et Verulanum] *Aletrinatem* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Oppidum Latinis *Alatrium* et *Aletrium*, Græcis Ἀλάτριον et Ἀλέτριον dici, testatur Claver. Ital. Antiq. III. 6. p. 983. *Alerinatem* Flor. et Port. *Allatrinatem* Lov. 4. *Aderinatem* Leid. 2. et Lov. 1. *Aderinatæ* Voss. 1. *Aberitatem* Leid. 1. Tum *Ferrentinatemque* Flor. Sed vox illa deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. sola tantum copulativa *que* in Harl. Male. Vide ad II. 31. § 1.

Omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt] Cluverius Ital. Antiq. III. 6. pag. 981. conjicit, Livium omnino scripsisse, *Omnes Hernici nominis populi Romanis bellum in-*

Digitized by Google

dixerunt. Nisi enim ita legamus, superius dicendum fuisse opinatur *præter Alatrinates, Ferentinatesque, et Verulanos*. Cujus tamen rei causam nondum video. Cuique enim patet, *omnes Hernici nominis* poni pro 'omnes populi Hernici nominis.' Ceterum *induxerunt* Leid. 2. Lov. 1. et Port. Vide ad x. 38. § 4. *Indixere* Lov. 4.

Cap. xliii. § 1 *Quia decesserat inde Fabius*] *Qui decesserat* Gaertn. *quia dicesserat* Lov. 3. *quia discesserat* Voss. 2. Lov. 4. et fragm. Hav. a m. pr. At veteres 'decedere præsidio,' provincia,' vel 'de præsidio,' 'de provincia,' non 'discedere,' dixisse, et passim 'decedere' ac 'discedere' a librariis confundi, vidimus ad iv. 29. § 5. Tum *M. Fabius*, pro *inde Fabius*, Harl. *inde M. Fabius* Port. Gaertn. et Hav. Posset videri lectio illa vera esse, et prænomen *M.* excidisse ob similitudinem præcedentis *iñ*, sive *inde*; potius tamen arbitror, vocem illam iñ neglegentia scribarum in *M.* abiisse; sæpe enim commutari in vicem, vidimus ad iv. 52. § 4. alios deinde, quum alterum in contextu, alterum margini adscriptum invenissent, utrumque junxisse: quod innumeris locis accidisse, dictum est ad iii. 44. § 4. Prænomen hic non requirimus ob morem Livii jam supra memoratum; ejus enim, ubi alicujus mentionem facere incipit, meminisse contentus, postea id subinde omittere solitus est.

Calatia et Sora, præsidiaque, quæ in iis Romana erant, expugnata] *Colatia* Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Callatia* Lov. 4. et Gaertn. Deinde *præsidiaque in iis*, vel *his*, Voss. 2. Lov. 3. et Hav. Unde legendum esse existimari posset *præsidiaque in iis Romana expugnata*. At verius est, pronomen *quæ* a præcedenti conjunctione *que* interceptum esse. Vide ad xxix. 6. § 8. Deinde *fere sævitum*, pro *fœde*, Leid. 2. Mox etiam τὸ *eo* deest in Port. a m. pr.

§ 2 *Jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat*] *Jamjam enim Agnaninis* Leid. 2. Tum *missum erat* Hav. errore sæpius in Mss. obvio. Vide ad iii. 4. § 11. viii. 9. § 10. c. 11. § 15. c. 14. § 5. x. 29. § 9. c. 33. § 8. xxi. 52. § 5. et alibi. De locutione 'jubere alicui bellum' vide ad xxvii. 24. § 3. Vox *aliis* deerat in Harl.

§ 3 *Primo ita omnia opportuna loca*] *Primo itaque* Leid. 2. Harl. Gaertn. fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. C. et, teste eodem Hearnio, ed. Aleriensis Rom. quum tamen Rom. 1472. et omnes, quas vidi, *ita* servent. Vide ad xxi. 53. § 7.

§ 4 *Et per aliquot dies, &c.*] Non celari meretur scriptura codicis Rottend. quæ hæc est: *ut pervadere expeditus nuncius non posset. Per aliquot dies incerti rerum omnium suspensique de statu alterius uterque consul agere: Romamque is metus manarat.* J. F. Gron. *Perque aliquot dies* edd. vett. usque ad Aldum: *ℓ per aliquot dies* Lov. 3. Mox *suspensique cum de statu alterius* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4.

Romamque is metus manaret: adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur] *Is metus maneret* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harl. et edd. Rom. 1472. ac Parm. Tum *sacramento adigerent* Oxon. C. apud Hearnium, eoque teste ed. Aleriens. Romana. Vide ad x. 10. § 1.

§ 5 *Hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore ac vetustate gentis gloriæ fuit*] Pall. 1. et 3. *Hernicum bellum neq. properassent: id terr. ac vet. gloriæ fuit nihil usquam dictu dignum: ausi trinis castris.* Pal. 2. *Hernici cum bellum nequicq. properassent: id ter. ac vet. gloriæ fecit.* Gebh. Lego *vetustæ gentis gloria.* Klock. Flor. *gloria.* Forte *ac vetusta gentis gloria fuit.* J. F. Gron. *Hernici cum bellum neq. properassent, id ter. ac vet. gloriæ fecit* Port. et Hav. *Hernici cum bellum neq.*

Digitized by Google

properassent, id ter. ac vet. gentis gloriæ fuit fragm. Hav. a m. sec. et Gaerta. Neque aliter Harl. nisi quod servet *nequaquam*, omittat autem *gentis*. *Hernicum bellum neq. properassent: id ter. ac vet. gloriæ fuit* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *Hernicum bellum neq. properassent: id ter. ac vet. gentis gloriæ fuit* Voss. 1. Leid. 1. Lov. 1. et fragm. Hav. a m. pr. *Hernicum bellum neq. properassent: ter. ac vet. gentis gloriæ fuit* Leid. 2. *Hernicum bellum neq. properasse ad id. ter. ac vet. gloriæ fuit* Lov. 2. Mihi quoque Gronovii conjectura non displicet. Infra XXXI. 1. 'Pacem Punicam bellum Macedonicum excepit, claritate regum antiquorum, vetustaque fama gentis prope nobilius:' ubi plura vide. Indicat Livius, bellum Hernicum vetustæ gloriæ gentis non respondisse, non tantum fuisse, quanta fuit gloria vetusta gentis.

§ 6 *Trinis castris intra paucos dies exuti*] Ita v. 2. 'Antea' (inquit) 'trina loca cum contentione summa patricios explere solitos.' Laur. Valla, de lingua Latina meritissimus, de hoc nomine dubitare visus est Elegantiarum l. III. c. 5. quasi non ex eorum numero, quæ nominibus tantum pluralis numeri addantur. At hic locus de *trinis castris* satis convincit, esse de eorum classe. Addam exemplum aliud ex Cæsare de Bello Gall. v. 51. 'Ipse cum tribus' (inquit) 'legionibus circum Samarobrinam trinis hibernis hiemare constituit.' *Glar. Ternis castris* unus Leid. 2. Sed vide quæ notantur ad XXIII. 49. § 6. ubi etiam alia ejusdem erroris exempla videbimus. Vox *castris* deficit in Voss. 2.

Ita ut ad senatum Romam legatos mitterent] Pall. 1. et 3. *ita ut senatum Romam legatos mitterent*. Gebh. Ita et Voss. 2. ac Lov. 3. Tum *ad senatum Romani* Hav. Hinc *legatum mitterent* Leid. 2. et Lov. 1. Mox copulativa *que* deficit in Hav. at sequens *et* in Voss. 2. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr.

§ 7 *Cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat*] Edidit Andreas *cui S. C. præmissum de Hernicis erat*. Gebh. *Cui senatusconsultum de Hernicis erat* Lov. 2. et Gaerta. Error ortus est ex nota. Vide ad XXXVIII. 60. § 1. Ita simpliciter 'permittere alicui de aliquo' XXXIII. 13. 'Quæ priore colloquio aut imperata a Romanis, aut postulata ab sociis essent, omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum dixit.' XXXVI. 35. 'Ut mittere legates Romam possitis, per quos senatui de vobis permittatis.' Insuper *cui senatusconsultum premissum de Hernicis erat* edd. Rom. 1472. et Parm. Vide ad VIII. 20. § 6. *Cui se permissum de Hernicis erat* Lov. 3. *cui sicut permissum de Hernicis erat* Lov. 4. Vide ad XXII. 10. § 1. Paullo ante voces *Ab senatu* deficiunt in Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. ac C.

Isque eam gentem in deditionem accepit] Vox *eam* deficit in prioribus edd. quam primus addidit Gronovius, sine dubio auctoritate Mstorum, licet ejus in notis nullam mentionem fecerit. Certe superest in omnibus meis. Hearnius, monens se eam in edd. Aler. ac Sigon. non reperisse, neque tamen aliquid de Oxoniensibus addens, eam in omnibus similiter superfuisse tacitus indicat. Mox alio ordine *consul alter* Port. Gaerta. et Hav. *alter consulum* Leid. 2. Vide ad XX. 32. § 2. At reliqui non accedunt.

§ 8 *Omnia itinera obsepserant hostes*] Pall. 1. et 3. *obsederant*. Pall. 2. alludit ad vulgatam lectionem *obsesserunt*. Gebh. *Obsesserant* etiam Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 4. Hav. et fragm. Hav. *obsiderant* Voss. 2. *obsederunt* Lov. 3. quod ex alterius lectionis glossa ortum videtur. Vide ad Epit. Liv. lib. XVII. De locutione 'obsepire iter' vide ad XXXIX. 1. § 5. Ce-

Digitized by Google

terum *obsepserant* Flor. Vide ad VIII. 8. § 10. Mox *ne subvehi*, pro *ne qua subvehi*, Lov. 2. Sed vocula illa in omnibus scriptis reliquis superest. Vide ad IX. 36. § 5.

Quum quotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat] *Signum in aciem consul proferret* Gaertn. Tum *edicere ad certamen* Voss. 1. a m. pr. *dicere ad certamen* Voss. 2. a m. sec. sed literæ *ei* perperam in *d* coaluerunt. Vide ad XL. 28. § 2. *Ducere ad certamen* fragm. Hav. a m. pr.

§ 9 *Nec Romanum dilationem belli laturum*] Vox *belli*, quam omnes, qua scripti, qua editi, agnoscunt, a solo exsulat Port.

§ 11 *Nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares*] Gronovio in prima ed. notarum displicuit constructio *nam crederent*: nulla enim cum alia particula posse hoc verbum conjungi, quum τὰ *ut qui* habeant suum proprium *credidissent*. Omnino itaque scribi jubebat, *quum, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei; advenientem incomposito agmine Marcium adgrediuntur*. Alio modo quidam librarii loco subvenire conati sunt. *Nam, ut qui, quum ne alteri quidem exercitui se credidissent pares* præferunt Port. Gaertn. et Hav. ita *quum* pertinet ad *credidissent; ut qui* ad *crederent; nam* ad *adgrediuntur*. Verum Gronovius repetitis curis rectius conjecturam omisit, aliique omnes codd. insertam particulam ignorant. Nam τὰ *ut qui* referenda ad utrumque verbum *credidissent* et *crederent*. Samnites Marcium adgrediuntur; ut qui credidissent, se uni exercitui inpares esse; utique crederent, adversus duos nihil spei superesse. Id ut tanto manifestius fiat, Harl. interposita alia particula, legit *credidissent pares, at conjungi utique*. Verum, aliis omnibus dissentientibus, neque hoc tibicine opus esse puto. Ceterum *ut qui alteri quidem exercitui*, omissa negandi particula, ed. Mediol. 1480. et quædam aliæ eam secutæ contra mentem Livii, qui consulem Cornelium viribus superiorem dixerat, et Samnitem jam ante Marcii adventum certamen præsens non laturum. *Ne altero quidem exercitu* Gaertn. Vide ad XXIV. 19. § 6. Præterea *se* deficit in fragm. Hav. a m. pr.

Conjungi utique passi duo consulares exercitus nihil crederent superesse spei] *Conjungi itaque* Voss. 2. sollemni aberratione scribarum. Vide ad VII. 28. § 3. Deinde *duo consulares exercitus* edidit Jac. Gronovius, sed facti rationem addere neglexit. Eum tamen ita in codd. invenisse, non dubito, si quidem ex meis ita præferant Voss. 1. et Lov. 1. Plura vide ad l. XXXV. c. 21. § 5. Quum tamen reliqui, et cum illis præstantissimi, *duos* servent, Hearnius etiam, memorata Gronovii lectione, nullius suorum Oxoniensium consensum testetur, vulgatum revocavi. Insuper *nil crederent* Voss. 1. et Lov. 1. Vide ad VI. 40. § 3. Iidem etiam codd. cum Leid. 2. *esse*, pro *superesse*, præferunt. Mox *aggrediuntur Marcium* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. et Hav.

§ 12 *Dein conspectus procul pulvis*] Ita primus edidit Jac. Gronovius, et adsentientes habet Flor. Voss. duos, Leid. 1. Lov. 3. 4. Harl. Port. et fragm. Hav. Priores edd. cum reliquis codd. præferunt *deiŭ*, vel *deinde*. Vide ad III. 3. § 6. Paullo ante *Sed raptim collatæ*, adscita prima voce, quæ in aliis omnibus deest, Voss. 2.

§ 13 *Confestim arma capere jussis*] *Capessere arma jussis* Lov. 4. Sed locutionem 'capere arma' inlustravimus ad VI. 12. § 7. *Capere* autem et *capessere* commutantur hoc lib. c. 40. § 12.

Transversam hostium aciem, atque alio certamine] Vox *aciem* deficit in edd. vett. quasi ea ex præcedenti

Digitized by Google

commode repeti posset. Eam postea primus addidit Aldus. Et recte. Omnes enim agnoscunt eamdem codd. scripti.

§ 15 *Qua inpetum dederat, perrumpit ; aciemque per mediam*] *Qua inpetus ded.* Lov. 2. *Qua inpetum declarat* Voss. 2. et Lov. 3. qui error inde commissus est, quod litera *d* dissolveretur in *cl*, quibus in scriptura Longobardica simillima est. Vide ad x. 24. § 2. Tum *prorumpit* Leid. 2. Lov. 1. Harl. Port. et Hav. perpetua scribarum aberratione. Exempla habemus VIII. 10. § 6. c. 30. § 6. hoc lib. c. 39. § 9. x. 14. § 16. c. 41. § 9. XXI. 28. § 2. c. 56. § 2. aliisque locis. Sed plura vide ad IV. 39. § 4. *Perrupit* fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 37. § 9. *Prorupit* Gaertn. Deinde *aciem per mediam* Leid. 2. Lov. 1. Port. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Aciemque in medium* Gaertn. Mox *in hostium castra*, transpositis vocibus, Harl. Insuper *cepit atque incendit* Port. Hav. et Gaertn.

§ 16 *Et hostes respexere, tum passim fuga cœpta Samnitium fieri*] *Conspexere* Voss. 2. Lov. 2. 3. et fragm. Hav. *conspexerunt* Lov. 4. Sed verbum illud modo præcessit. Deinde *fuga capta* Voss. 2. et Lov. 3. Vide ad VI. 27. § 4.

Nec in ullam partem tutum perfugium] *Nec in nullam partem* Voss. 2. Leid. ambo, et Lov. 1. ac 2. ubi prima litera vocis *nullam* adscita est ex ultima vocis præced. Eo modo *en numquam*, pro *en umquam*, datum esse, vidimus hoc lib. c. 10. § 5. Plura vide ad XXXVII. 29. § 8. Tum *profugium* Lov. 2. Male. Vide ad XXXVII. 57. § 2.

§ 17 *In vicem inter se gratantes*] *Gratulantes* Harl. Gaertn. Hav. fragm. Hav. a m. sec. et Hearnii Oxon. N. ac B. quod ex alterius expositione natum existimo. Supra VII. 13. 'Tum sequentes currum Jovis Optimi Maximi templum gratantes ovantesque adire:' ubi similiter codd. quidam turbant. Ovid. Epist. Her. VI. 119. 'Nunc etiam peperi: gratare ambobus, Iason.' Epist. Her. XI. 65. 'Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula.' Paullo ante *dederunt*, pro *dederant*, Harl. Tum *collegebantque*, pro *colligebantque*, Lov. 1. et Port.

Cohortes, quæ in supplementum scriptæ fuerant, integravere eædem] *In supplemento* Harl. Infra XXXVII. 2. 'Placuit, in supplementum scribere ex ipsa provincia, si vellet, peditum duo millia et centum equites.' XXXVIII. 36. 'Ut terna millia peditum, docenos equites ambo prætores in supplementum sociis imperarent:' et ita sæpe alibi. Deinde *inter gravare eædem* Lov. 4. *interrogaverunt eædem* Hav. *integraverunt eædem* Port. Sed 'integrare' inlustravi ad III. 70. § 6. Vide etiam ad XXVIII. 15. § 10. Paullo ante *tum repente visæ*, pro *cum*, Voss. 2. Vide ad Epit. Liv. lib. XLVIII. circa finem. *Cum repente in se* Leid. 2. Port. et Hav. Error ortus ex similitudine literarum ui et in in scriptura Longobardica. Alia exempla vide ad III. 39. § 6.

§ 18 *In quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt*] *In quos* Leid. 2. et Lov. 1. quæ lectio defendi posset ex illis quæ notantur ad lib. XXXVII. c. 39. § 12. nisi consensus reliquorum codd. doceret, eam ex aberratione scribarum potius originem habuisse. *Nec signum acceptum victores* Port. *nec signum acceptum scriptores* Hav. Deinde *invadunt* Lov. 1. a m. pr. quam locutionem inlustravi ad II. 47. § 6. Sed et hic omnium aliorum Mstorum in vulgatam scripturam consensus eam veriorem esse evincit. Et ita Livius VII. 24. 'Inferenda sunt signa et vadendum in hostem.' Eodem sensu 'ire' Livius dixit II. 6. 'Sensit in se iri Brutus.' Ovid. Epist. Her. I. 13. 'In te fingebam violentos Troas ituros.'

Malo tirocinio inbuendum Samnitem, clamitantes] *Malo tiranico inbuendum*

Digitized by Google

Klockian. *malo tirocinio intuendum Samnitem* Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 4. *malo tirocinio instruendum Samnitem* Lov. 2. quod ex glossa interpretis natum existimo. *Malo tirocinio imbuendum Samnites* Hav. Sed quatuor hæ voces deficiunt in Lov. 3.

§ 19 *Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent*] *Indulgent consul legiones adoriri* Lov. 3. a m. sec. in quo *ardori* manus sec. reposuit. *Indulgent consules legionum adoriri* Harl. Dein *ut qui prosternerent novum militem hostium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ut qui probe scirent prosternerentur novum militem hostium* Harl.

Inter perculsos fuga veteranos ne tentando quidem satis certamini fore] *Inter periculosos fuga vet.* Lov. 1. a m. pr. Tum *nec tentando* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Livii III. 47. § 7. et mox § seq. hoc cap. Hinc *certaminis* Port. a m. sec. ubi ultima litera repetita est ex similitudine initialis in voce seq. Vide ad IV. 33. § 10. *Certamine* quædam ex antiquioribus edd. Vulgatum probum est.

§ 20 *Nec eos opinio fefellit*] *Ne* fragm. Hav. a m. pr. Vide ad § præc. Tum *eos opinio refellit* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Infra XXVIII. 27. 'Quantum me opinio fefellit!' Ita et 'spes aliquem fallere' dicitur, de quo vide ad II. 39. § 2. Mox *omnes Samnitium copiæ, veteres, novæ*, pro *novæque*, Port. quod Livio frequens esse, monet Jac. Gronov. ad Livii XXIV. 16. § 9. *Omnes Samnitium copiæ veteres atque novæ* Gaertn. et Hav. Sed vulgatum satis defendit consensus reliquorum codd.

Eo et Romana erigitur acies] Prima vocula exsulat ab Gaertn. secunda ab Lov. 2. Sed altera alteram intercepit. Tum *dirigitur acies* idem Lov. 2. Male. Locutionem inlustrant exempla laudata ad X. 26. § 8.

Nec quidquam satis tuti loci victis est] *Nequidquam* Leid. 1. et fragm. Hav. Sæpius has voces perperam a scribis commutari, vidimus hoc lib. ad c. 18. § 5. *Satis tuti locis victis est* Gaertn. *satis tuti loci visum est* Hearnii Oxon. L. 2. *satis tuti loci victis visum est*, juncta duplici lectione, Harl. Sed vulgatum verius est. Nam non tantum victi existimarunt, nihil satis tuti loci sibi esse; sed insuper, id verum esse, re experti sunt. Mox vocem *omnes* ignorat Lov. 2. sed, ea transposita, *pacem omnes petebant* præferunt Port. Gaertn. et Hav.

§ 21 *Tum, trium mensium frumento imperato*] *Dum, trium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. sollemni scribarum permutatione. Vide ad XL. 42. § 7. Deinde *trium mensum frumento* Flor. et Leid. 1. Vide ad XXIX. 3. § 5. Insuper *frumento imposito* Port. Harl. et Hearnii Oxon. B. quod ex glossa interpretis natum videtur. 'Imperare' in hac re frequens ac sollemne est, et passim occurrit 'imperare milites,' 'pecunias,' 'frumentum.' Supra IV. 26. 'Hernicis Latinisque milites imperati.' XXIII. 5. 'Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus.' XXIX. 15. 'Stipendium præterea iis coloniis in millia æris asses singulos imperari.' Et mox, 'Consules quum militem stipendiumque inperassent.' XXXVIII. 13. 'Quinque et viginti talenta argenti, et decem millia medimnum tritici imperata.' c. 35. 'Ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum imperarent.' XLII. 31. 'Mandari placuit, ut alteras decumas Siculis Sardisque imperarent.' XLIII. 4. 'Quum centum millia denarium et tritici quinquaginta millia modium imperaret:' et alibi sæpe.

§ 22 *Statuaque equestris in foro decreta est, quæ ante templum Castoris posita est*] Livio adstipulatur alia occasione Cicero Philipp. VI. cap. 5. non eodem merito L. Antonii eques-

Digitized by Google

trem statuam in foro positam asserens, quo 'Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris.' Sed mendose in vulgatis exemplaribus appellatur *Q. Trebellius*, vel *Tremellius*, pro *Q. Tremulus*. Item Plinius XXXIV. 6. 'Et ante ædem' (inquit) 'Castorum fuit Q. Marcii Tremuli equestris togata, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia populum stipendio liberaverat.' Hæc approbare videtur Livius, scribens, Hernicos devictos stipendio frumentoque et singulis in militem tunicis pepigisse inducias, ut legatos pacis exorandæ caussa Romam mittere possent. Qua ratione populus Romanus, stipendio hostibus, ubi potuit, imperato, exercitum alere et hostium sumtibus cœpit. Quod et postea sæpius contigit. Ex iisdem Pliniii verbis colligere est, statuam dictam Q. Tremuli in foro ante Castorum non exstitisse suo tempore: 'fuisse' enim dicit: quæ tamen Ciceronis tempore videtur adhuc exstitisse. *Pighius* in Annal. ad a. CDXLVII. p. 375. Forte *decreta ei*. J. F. Gron. *Statua equestris*, sine copulativa *que*, Harl. *staturaque equestris* inepte Hav.

§ 23 *Hernicorum tribus populis*] Hernicis jam olim in ipsis initiis nascentis reipublicæ Romanæ a Sp. Cassio tertium consule, cui senatus arbitrium de legibus fœderis cum iis ineundi permiserat, civitatem datam, e Dionys. Halic. VIII. 69. observarunt Sigonius de Ant. Jur. Ital. I. 6. et Spanhem. Orb. Rom. I. 7. Sed ex eodem liquet, Cassium mandatum senatus latius, quam is voluerat, interpretatum fuisse, senatumque ac populum Romanum graviter tulisse hunc honorem Hernicis ab eo habitum; præsertim quod suspicio erat, id a Cassio per ambitionem et dominationis parandæ caussa factum. Nec ullum satis certum argumentum est, Hernicos deinde jure illo usos fuisse. Dionysius quidem XI. 2. scribens Romanos, qui impatientes tyrannidis decemvirorum relicta Roma ad Hernicos se contulerant, ab his ob jus civitatis sibi nuper, id est, ante XL. circiter annos, a Romanis datum receptos, id ratum fuisse significat: sed tamen eos post civitatem a Cassio acceptam συμμάχους vocat, et inter socios militasse ostendit l. IX. capp. 5. 35. et 67. Idem constat ex Livio II. 64. III. 4. et 22. ubi Hernicos et Latinos 'militem ex fœdere dare' jusses scribit. Adde quod nusquam ante hoc tempus ullum oppidum Hernicorum jure municipii donatum legitur. Unde suspicari licet, Hernicis jus civitatis, invito senatu populoque Romano a Cassio datum, deinde ademtum fuisse; vel eos, quum auctor illius non ita multo post supplicio adfectus fuisset, et res in magna invidia esset, sua voluntate eo abstinuisse. Atque ea caussa esse potest, cur Livius, quum II. 41. Sp. Cassio et Proculo Virginio consulibus fœdus cum Hernicis ictum scribat, tamen nullam civitatis tum iis datæ mentionem faciat. *Duk.*

Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ] Hunc locum tractarunt viri antiquitatis Romanæ peritissimi, Sigonius de Ant. Jur. Ital. II. 7. et Spanhemius Orb. Rom. Exercit. I. 12. Ille scribit, municipiis, quibus suffragium non dabatur, suas leges permissas; quæ suffragio ornabantur, suis legibus spoliata, et Romanis obstricta fuisse: idque ex hoc loco Livii, et eo qui infra c. 45. legitur, intelligi. Et hoc probat Auctor libri de Ædilibus Coloniar. et Municipior. c. 1. § 4. Spanhemius, auctoribus Cicerone et Gellio, qui municipia non aliis legibus Romanorum obstricta fuisse tradunt, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, negat, municipia cum jure suffragii continuo suis legibus spoliata fuisse; et deinde, post quædam de populis fun-

Digitized by Google

dis disputata, addit, negari non posse, eam fuisse municipiorum aliquot conditionem, ut cum Romana civitate Romanorum legibus, amisso legum suarum arbitrio, deinceps obstricta forent: id enim haud obscure innuere adducta a Sigonio ejus rei e Livio de Hernicis testimonia. Ex his disputationibus summorum virorum nondum hactenus proficere potui, ut plane intelligerem, quodnam fuerit vetus jus municipiorum illius temporis, de quo hic agit Livius: quem locum lubricum esse, vere dicunt viri docti. Nam mihi de jure municipiorum sine suffragio omnia alia, atque illi voluerunt, ex Livio colligi videntur. Quum dicunt, municipia, quibus civitas Romana cum suffragio dabatur, simul cum illa leges Romanas accepisse, eo ipso pro certo ponunt, Alatrinatibus, Verulanis, et Ferentinatibus civitatem cum suffragio oblatam fuisse. Hoc non diserte quidem tradit Livius; sed tamen plane probabile est. Nam ratio suadet, ut credamus, Romanos, quum Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui ab iis defecerant, victis civitatem sine suffragio dederint, eorum, qui se a contagione defectionis ac belli adversus Romanos removerant, fidem praemio aliquo remunerandam, iisque plus, quam rebellibus, tribuendum existimasse. Hoc autem quid aliud esse potuit, quam datio civitatis Romanae cum suffragio? (nam Cellario Geogr. II. 9. quasi auctore Livio scribenti Alatrinates civitatem sine suffragio tulisse, haud dubie error obrepsit.) Sed hi, ne leges suas amitterent, munere illo uti non voluerunt. Unde consequens est, eos, qui civitatem Romanam cum suffragio accipiebant, etiam leges Romanas una cum civitate accepisse. Sed qua ratione putaverint ex hoc loco Livii intelligi, eos, quibus civitas sine suffragio dabatur, leges suas retinuisse, non assequor, et contrarium potius ex eo confici existimo, quod Livius Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui defecerant, cum civitate sine suffragio data 'magistratibus interdictum' scribit. Cur enim, si leges suae illis relictae erant, magistratus adimebantur? An enim, ubi leges sunt, magistratus non debent esse, qui ex iis jus dicant? Et Sigonius ipse sibi in hac re non satis constat. Nam quum de Ant. Jur. Ital. II. 7. tradat, Anagninos, quibus civitas Romana sine suffragio concessa erat, leges suas retinuisse, ejusdem libri c. 13. et ad hunc locum Livii ex verbis Livii 'magistratibus interdictum,' et ex Festo docet, Anagniam in praefecturae formam redactam; in praefecturas autem quotannis Roma praefectos, qui ibi ex legibus Romanis jus dicerent, missos fuisse, ex eodem Festo ostendit. Hoc si verum est, cur credemus, ceteros Hernicorum populos, qui in eadem causa erant, quibus itidem, ut Anagninis, 'magistratibus interdictum' dicit Livius, leges suas retinuisse? aut quomodo hinc quasi regulam conficiemus, omnibus municipiis, quae civitate Romana sine suffragio donabantur, leges suas relictas fuisse? Nec confirmatur, quod viri docti putant, huc sententia ex iis, quae c. 45. leguntur. Dicunt ibi Aequi, quum feciales Romani ad eos res repetitum venissent, 'Tentationem esse, ut, terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse: quum, quibus licuerit, suas leges Romanae civitati praeoptaverint: quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro poena necessariam civitatem fore.' Hic Aequi civitatem sine suffragio Hernicis datam poenam interpretantur. Jam vero quum in ea re per se nihil poenae sit, quippe quum interdum bene meritis honoris causa civitatem sine suffragio datam legamus, poena illa in hoc solo sita esse potuit,

Digitized by Google

quod civitatem ita datam legum suarum amissio sequebatur; quas multos civitati Romanæ etiam cum suffragio datæ præposuisse, ex his locis cognosci potest. Nam, quod alibi Livius aliique Latinos et Italicos jus civitatis Romanæ cupidissime adpetiisse tradunt, id ad posteriora tempora pertinet. Et ad eadem referenda sunt, quæ Spanhemius adversus Sigonium de populis fundis disputat; quorum quum in vetere historia Romana nulla mentio fiat, ex iis quæ de his prodita sunt, non possunt definiri jura municipiorum antiqui temporis. Verum quemadmodum non puto ex his duobus locis Livii ostendi posse, olim municipia omnia, quibus civitas Romana sine jure suffragii data erat, leges suas retinuisse, ita neque adfirmare velim, ea omnia leges suas cum civitate Romana amisisse. Nam fortassis aliquid discriminis fuit inter populos, quibus Romani hoc honoris causa tribuebant, ut Cæritibus apud Strabonem lib. v. p. 220. et Gellium XVI. 13. et Fundanis Formianisque apud Livium VIII. 14. et eos qui, quum a societate eorum descivissent, deinde ab illis victi subactique fuerant, ut hic Hernici. Quando autem primum inductum sit, ut municipia non aliis legibus Romanis tenerentur, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, nusquam, quod sciam, traditum est; sed verum esse potest, quod Otto putat, id cœpisse obtinere post bellum sociale. Ceterum 'redditas' interpretor 'relictas.' VIII. 14. 'Lanuvinis civitas data, sacraque sua reddita.' Cæsar B. G. VII. 76. 'Pro quibus meritis civitatem ejus immunem esse jusserat; jura legesque reddiderat.' Curtius VI. 6. § 34. 'Rex data venia non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit.' *Duk.* *Aletrinati* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. 3. Gaertn. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *Alerinato* Port. et Hav. *Alerinano* Harl. *Allatrinati* Lov. 4. Vide ad cap. præc. § 11. Tum *Verulisno* Hav. *Vetulano* fragm. Hav. a m. pr. *Verilano* Harl. *Vesulano* Gaertn. *Venilisno* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 3. Deinde *Ferentinatique* fragm. Hav. Hinc τὸ *quia* deest in Port. et fragm. Hav. sed in eorum priori ad marginem adscriptum legitur. Insuper *nihil maluerunt, quam civitatem*, addita priori voce, contra mentem Livii, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Hearnii Oxon. C. et Neapol. Latinii. Infra c. 45. 'Quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse; quum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint: quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore.' *Id maluerunt, quam civitatem* Hearnii Oxon. N. Mox *connubiumque*, et § seq. *connubiaque* Flor. vetustissimus. Vide Dausquei. Orthogr. parte II. voce 'Conubium.' Sed, duplici n scribendum esse, docet vocis origo. Tum vox *soli* deficit in Port. sed *soli Hernicorum*, transpositis vocibus, præferunt Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Gaertn. Klockian. Hav. fragm. Hav. et edd. antiqq. usque ad Basil. a. 1539. quæ, nescio qua auctoritate, ordinem mutavit. Eum itaque, quem codd. veriorem esse clamant, revocavi.

§ 24 *Anagninis, quique arma Romanis intulerant*] *Anagninis, qui quoque* Harl. Port. Gaertn. et Hav. solito errore. Vide ad v. 27. § 1. *Anagninis, quia arma* Lov. 2. Sed Livius cap. præc. narravit, 'præter Alatrinatem, Ferentinatemque, et Verulanum omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixisse, concilium populorum omnium habentibus Anagninis:' etiam hoc cap. 'Anagninis Herniciaque aliis bellum jussum esse dixit.' Nunc itaque indicat, non solis Anagninis civitatem sine suffragii latione datam, sed etiam reliquis Hernicis, qui eorum exemplo Roma-

Digitized by Google

nis arma intulerant. Patet itaque nihil mutandum esse. Mox *consilia*, pro *concilia*, Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. Indicat enim Livius interdictum fuisse, ne variis Hernici nominis populis convenire et in commune consulere liceret: cui rei vocem *concilium*, non *consilium*, convenire, docuit Gronovius ad XLIV. 2. § 5.

Magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum] Videri posset, pugnare inter se, 'civitate donari,' et 'magistratibus interdici:' verum hæc neutiquam inter se pugnant, cum alterum ad municipii, alterum ad præfecturæ jus pertineat: quorum hoc inter conditiones Italicarum civitatum durissimum fuit, cum formula præfecturæ non longe a provinciæ formula videatur abfuisse. Ut enim quotannis in provincias prætores Roma mitti soliti; sic in præfecturas præfecti, qui eas administrarent, ac jus dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, duumviros, ædiles, &c. haberent. *Sigon.* Hoc ideo videtur dicere, quod non Romæ tantum, verum etiam in aliis urbibus, multi, qui magistratus gerebant, sacerdotiis quoque fungebantur. Hi igitur sacerdotia, non magistratus, retinere voluerunt: nam alioqui sacerdotia proprie non sunt magistratus. *Duk.* In nulla ed. notarum Sigonii hoc scholion adparet, nisi apud Gronov. in edd. quæ cum notis variorum prodierunt annis 1665. et 1679. qui, unde hausisset quum inquirerem, tandem inveni totidem verbis exstare inter notas Godelevæi, eum vero excerpsisse ex Sigon. de Ant. Jur. Ital. II. 10. et 12. Ceterum non quidem Hernicis eripiuntur magistratus antiqui, sed illis interdicitur aliud curare, quam sacra: quibus rite peragendis nulli præesse posse existimabantur, quam qui titulo illo magistratuum veterum gaudebant: ex qua eadem superstitione Romanos regem sacrificulum creasse post reges ejectos, ut publica sacra, olim per ipsos reges factitata, curaret, auctor est Livius II. 2. Ceterum *magistratibus, præterquam sacrorum curatione, jus interdictum creandis* interpolate præferunt Port. Gaertn. et Hav. Sed, in hac lectione quid velit librarius, probe video; at structura verborum vitiosa est. Nihil muto.

§ 25 *Ædes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est*] Vox *ædes* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. cujus loco *ea res* præfert Leid. 1. *ædes Salutis ac Junio* habet Flor. censoris prænomine *C.* priori voci adcrescente; (vide ad XXXIX. 3. § 1.) in eodem postea cod. litera *c* a m. sec. expuncta est, quia illud *ac* sensum commodum non efficere animadvertit, qui recognovit. *A Cons. Junio* erat in Lov. 4. Sed et ibi, additis notis τὸ *Cons.* delendum esse, librarius indicavit. *Ab C. Junio* Port. Gaertn. et Hav. Tum *censore lata est* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Paullo post *bello Samnitio*, pro *Samnitium*, Port. et Gaertn. et *noverat*, pro *voverat*, idem Gaertn. atque Hav. Vide ad X. 37. § 15.

Viæ per agros publica impensa factæ] *Vige per agros* Leid. 1. *rugæ per agros* Voss. 2. pro varia lectione in margine, et Lov. 3. *virgæ per agros* Lov. 4. Tum *impensa publica factæ* Harl. Paullo ante copula *que* deficit in Hav.

§ 26 *Et cum Karthaginiensibus eodem anno fœdus tertio renovatum: legatisque eorum*] Polyb. III. 22. ait, primum fœdus cum Carthaginensibus ictum sub primis consulibus, quod Livius omisit. Tertium autem ictum eo tempore, quo Pyrrhus rex in Italiam trajecerit. Livius hoc anno tertio ictum. Antea etiam a. CDVII. (VII. 27.) Sed, primumne an secundum, incertum. *Glar. Tertium renovatum* edd. principes; pro quo Aldus quidem *tertio* substituit, sed inter er-

Digitized by Google

rata *tertium* revocavit; donec Frobeniana 1531. iterum *tertio* reciperet, quod post eum reliqui servarunt, et tantum non omnes scripti retinent. Vide ad v. 16. § 1. *Tertio novatum* Voss. 2. et Lov. 3. Mox *legationique eorum* Hearnii Oxon. B. *legatisque eo* Lov. 4.

Cap. xliv. § 1 *Cum magistro equitum P. Decio Mure*] Pal. 2. *Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, magistrum equitum P. Decium Murenam.* Gebh. *Cum magistro equitum P. Decio Murena* Flor. a m. sec. Harl. Gaertn. Port. Hav. a m. pr. (qui habet *P. Decisio Murena* a m. sec.) et Hearnii Oxon. B. *P. Decio Mitre* Leid. 2. *P. Decio inire* Lov. 3.

§ 2 *Quia neuter consulum potuerat bello abesse*] Ita primus edidit Curio, quum priores edd. præferant *potuerant*; quod firmant Flor. Leid. 1. et Lov. 1. ac 2. An id eodem modo dici potuit, quo 'nemo crederent?' de quo dictum est ad v. 39. § 4. Præterea *neuter consul* Port. a m. pr. et Gaertn. Paullo ante *quæ propter creati erant* alio ordine fragm. Hav. *propter quæ creati erant* Harl. Tum *habitaq; uentur consulum* Lov. 3. Voces *creati erant, comitia consularia habita, quia* desunt in Hav.

L. Postumius, T. Minutius] *Ti. Minucius* tum ex fragmento consulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro lib. xx. p. 774. qui Τιβέριον Μινούκιον edit. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Caium* vocant, ut et Camp. Sigonius vero pertendit legendum *Tiberius Minucius.* Gebh. Vide etiam Pighium in Annal. ad a. cdxlviii. p. 375. Posteriori consuli perperam *T.* prænomen additur in Leid. 2. Lov. 1. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. *C.* prænomen in Voss. 2. Lov. 3. et Port. Deest vero in Leid. 1. Lov. 2. 4. et Hearnii Oxon. L. 1. ac 2. Olim in Flor. scriptum fuerat *T. Minucius*, sed postea, prænomine eraso, altera manu scriptum est *et Minucius.* Etiam Lov. 2. qui prænomen similiter omiserat, legit *Minuciusque*; quod et præfert Harl. licet de prænomine nihil moneatur. *Munitius*, pro *Minucius*, est in Lov. 1. literis perperam transpositis.

§ 3 *Hos consules Piso Q. Fabio et P. Decio subgerit*] Si quis dubitet, curæne fuerit Livio, ut consulum nomina diligenter describeret, habet hic, opiner, satis luculentum exemplum. Quare trium annorum consules omissos ab urbe condita, lib. ii. puto injuria temporum, non Livii negligentia, accidisse. *Glar.* De his consulibus a Livio omissis vide ad lib. ii. in initio, et ad loca ibi laudata. Ceterum *Piso Fabio et P. Decio* præferunt Lov. 2. Port. Hav. et Hearnii Oxon. B. *Piso*q; *Fabio et P. Decio* Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. *Piso a Fabio et P. Decio* Gaertn. *Piso et Fabio et P. Decio* Harl.

Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules] *Claudium Voluminiumque* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. *Claudium Volumniumque* fragm. Hav. Vide hoc lib. c. 42. § 2. *Claudium Volumnium et Cornelium* Port. et Hav. *Claudium Volumnium et Q. Cornelium* Lov. 4. Verum haud magis Cornelio prænomen addendum est, quam Claudio, Volumnioque et Marcio; et insuper non Q. sed *P.* dictus est. Mox *tradimus*, pro *tradidimus*, Port. a m. pr. Vide ad xxxiv. 29. § 13.

§ 4 *Memoriane fugerit in annalibus digerendis*] Libri omnes cusi et calame picti *memoriæne fugerit.* Gebh. *Memoriene* etiam apud me Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Klockian. tum Neapol. Latinii, et Hearnii Oxon. B. præterea omnes edd. usque ad Frobenianam 1531. quæ dedit *memoriane*, quomodo a m. pr. legebatur in fragm. Hav. in quo deinceps alius substituit *memoriæne*, tertius *memorianne*, quæ postrema lectio etiam visitur in

Digitized by Google

Gaertn. Quomodo fere Cic. loquitur ad Att. VII. 18. 'De Dionysio fugit me ad te antea scribere.' Sed nec vulgatum displicet. 'Fugerit memoria,' pro e memoria: quomodo 'fugere sinu alicujus' in Propert. Eleg. I. 8. 38. ex conjectura emendat, et inlustrat Broekhus. notis ad illum locum. Tum *fugerat* Gaertn. *fuerit* Lov. 2. Vide ad XXVII. 32. § 6. Voces *tradidimus: memoriane, &c. binos consules* desunt in Hav. Mox *certum est*, pro *incertum est*, legit Lov. 3. Tò *est* exulat ab Hav.

§ 5 *In campum Stellatem agri Campani*] *In campum Stellätem* Hav. et fragm. Hav. a m. pr. et ita pauci codd. X. 31. § 5. et XXII. 13. § 6. Campum Stellatem, partem agri Campani, inlustrat Camill. Peregrinus in Campan. Fel. Diss. II. 38.

§ 6 *Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petiissent*] Cum ambo consules in Samnium missi sint, necesse est, Tifernum in Samnio oppidum esse; cum omnes authores Umbrorum esse oppidum, diverso cœli tractu, fateantur. Fieri tamen potest, ut duorum oppidorum hoc sit nomen. Libro etiam sequente c. 20. Livius montem in Samnio Tifernum perhibet. Est et apud Plinium III. 11. Tiferni amnis mentio, cujus meminit et Ptolemæus apud Garganum III. 1. si codd. non errant. *Glar. Tifernum* cum sit in Umbris oppidum, miratur Glareanus, hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam sequenti libro c. 14. Ego vero utroque in libro *Trifernum* in omnibus veteribus libris legi reperio. *Sigon.* Pall. 1. et 3. *Tifernium*, Pal. 2. binæque edd. *Trifernum*. Gebh. *Trifernum* etiam Port. Gaertn. Hav. Hearnii Oxon. B. N. et ed. Rom. 1472. *Tifernium* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. et fragm. Hav. *Tifinum*, vel *Tifinium*, Hearnii Oxon. C. Et quidem Ortel. in Thes. Geogr. voce 'Trifernum' hoc loco *Trifernum* legisse videtur, atque oppidum in Pelignis fuisse dicit. Cluver. autem in Ital. Antiq. l. IV. c. 7. p. 1194. *Tifernum* vulgatum probat, decens hujus nominis oppidum situm fuisse circa Tiferanum flumen; quod exiguum, supra Bovianum exortum, per Samnites primum, mox Frentanos in superum mare evolvitur, vulgari nunc vocabulo *Biferno* dictum, atque illud oppidum esse, quod nunc *Molise* vocatur. Adde Cellar. Geogr. Ant. lib. II. c. 9. p. 550. Vide etiam ad X. 14. § 6. Hinc *Bovinum* quædam ex antiqq. edd. Tum *Munitius* Lov. 1. Vide ad § 2. Tandem *petisset* Voss. duo, Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. *petivisset* Gaertn.

Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum] *Cum Post. prius ductu* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *ad Trifernum* Port. Gaertn. et Hav. ad *Trifanum* Leid. 2. *ad Tiferinum* Harl. *ad Tifernium* Lov. 2. 4. ac fragm. Hav. Insuper *pugnant* Leid. 2. et Lov. 1. *pugnatur* Harl.

§ 7 *Alii haud dubie Samnites victos, ac triginta millia inde hominum capta tradunt*] Malim in dubia inter auctores victoria *duo millia*, quam *triginta*, ut Diodorus l. XX. p. 779. scribit: Στρατιώτας δὲ ἐξήγρησαν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους. *Sigon.* Sigonius reponit ex Diodoro *ac duo millia inde hominum capta tradunt*. Sed nostræ membranæ etiam disertim habent, *Alii haud dubie Samnites victos, ad triginta millia hominum capta tradunt*. Modius. Locus controversus inter criticos et Livii emendatores: e quibus Sigonius mavult *duo millia*, quam *triginta*, e Diodoro. Pal. 1. *alii haud dubie Samnites victos a consulibus, XX. millia hominum capta tradunt*. Pal. 2. *alii haud dubie Samnites victos, ad triginta millia hominum capta tradunt*. Pal. 3. *alii haud dubie Samnites victos a consulibus, XX. milia hominum capta Samnites capta tradunt*. Mihi Pal. 2. scriptura, quam et Modius e mem-

Digitized by Google

branis Fuldensibus tradidit, non displicet. *Gebh.* Duo Pall. Thuan. duo Voss. Helm. *ac viginti millia hominum*, sine τῷ *inde*. Sigonius ex Diodoro *duo millia*. J. F. Gron. *Samnites victos a consule, ac viginti millia hominum* Voss. 2. *Samnites victos a consul̃, viginti millia hominum* Lov. 3. *victos Samnites, ad CXX. millia hominum* Lov. 4. *Samnites victos, ad viginti millia hominum* fragm. Hav. a m. sec. in quo *ac viginti* fuerat a m. pr. *Samnites victos, ac triginta millia hominum* Port. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Samnites victos, ad triginta millia hominum* Gaertn. et Hav. Reliqui codd. mei *Samnites victos, ac viginti millia hominum* præferunt, nisi quod solemni errore *omnium* fit in Leid. 1. Vide ad III. 54. § 6. Ex solo Flor. nihil variantis lectionis notari video, ut verisimile sit eum ita exhibere, quemadmodum notæ Sigonii præscriptum est. *Ad viginti* non displiceret, si meliorum codd. auctoritate firmaretur; *ad* enim pro 'circiter' Livio familiare est. Vide ad X. 46. § 5. Solent autem *ad* et *ac* a librariis permutari. Vide ad XXI. 32. § 2. *Ac viginti* tamen, quod Gronov. restituit, servavi, atque insuper *inde* ex contextu ejeci, quia id in nullo, nisi forte in Flor. supererat, et facile ĩñ, sive *inde*, ex numeri millenarii nota M̄ repeti potuit.

§ 8 *Metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias abduxisse*] Pal. 2. *deduxisse*. Andreæ ed. *adduxisse*. Gebh. *Victum simulantem* Hearnii Oxon. C. *incertum simulantem* Lov. 4. Tum *clam* non adparet in Lov. 4. Deinde *copias deduxit* Hav. *copias adduxisse* Gaertn. omnesque typis exarati usque ad Froben. qui a. 1535. *copias abduxisse* recte edidit. Vide ad XXVII. 29. § 1. Paullo ante copula *et* deerat in Hav.

Hostes secutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedisse] *Hostes insecutos duobus millibus passuum inde locis munitis et ipsis consedisse* præfert Lov. 4. reliquis invitis.

§ 9 *Ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur*] *Ut statim tuta* Leid. 2. *ut statuta tuta* Lov. 3. Hinc *et ita erat* Port. quæ lectio indicat, ideo præcipue Postumium copias in montem abduxisse, ut ibi stativa tuta et copiosa haberet. Sed præstat vulgatum. Primaria enim ratio, cur castra huc contulerit, erat, ut hostem strategemate fallendi occasio daretur; et hinc Postumius nocturno itinere metum simulavit, cum copias clam in montes abduceret, ne se id consilium animo agitare hostis suspicaretur, aut adtentius ad ea, quæ acturus esset, animadverteret. Tum *videtur* Port. Vide ad XL. 14. § 2. *Videntur* Voss. 2. Lov. 3. et Hav. *viderentur* Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr.

Et omni adparatu rerum utilium instruit] Pall. 1. et 3. *et omnia properatu rerum utilium instruxit*. Reliqui quoque *instruxit*. Gebh. Id est, ut puto, necessariarum victui, quæ l. III. c. 42. 'utensilia' vocat: nam stativa copiosa fuisse dicit. Hac significatione 'utilia' apud Aurelium Vict. et Ammianum legi, docent Pricæus ad Apul. lib. II. p. 108. et Gronov. de Pec. Vet. II. 7. et ad Tacit. Annal. I. 70. *Duk. Omnia pro paratu rerum utilium* Voss. 2. et Lov. 2. ac 3. *omnia properatu utilium rerum* fragm. Hav. a m. pr. *omnia apperatu* a m. sec. *omnia præparatu utilium rerum* Lov. 4. Sed error ortus est ex literis olim continua serie scriptis, et postea inperite in voces distributis. Prima enim litera *rοῦ apparatu* voci præcedenti *omni* juncta pro litera secunda *p* scriptam crediderunt ꝛ, vel p̄, et ita *pro paratu* ac *præparatu* dederunt. *Instruit* autem errore operarum receptum est in ed. Modianæ contextum; quod, a Grutero, Dan. Heinsio, et J. F. Gronovio servatum, Jac. Gronovius emendavit, substituens in-

Digitized by Google

struxit ; quomodo non modo edd. priores, sed et omnes codd. constanter legunt. A. Perizonius etiam, *instruxit* omnino legendum videri, ad marginem ed. Gronovianæ 1665. monuit.

§ 10 *Relicto firmo præsidio, vigilia tertia*] Ms. Fuld. *de tertia vigilia.* Modius. Pall. tres *de vigilia tertia.* Campan. *relicto firmo præsidio inde vigilia tertia, &c.* Gebh. Fuldenses et omnes scripti nostri *de vigilia tertia,* aut, quod malo, *de tertia vigilia:* ante tertiam vigiliam exactam. Lib. XXXIV. c. 61. ' Ipse de tertia vigilia navem conscendit, et profugit.' XL. 4. ' Sopitis omnibus de tertia vigilia conscendunt.' Cæsar Gall. I. 12. ' De tertia vigilia cum legionibus tribus e castris proficiscitur.' Iterum c. 21. ' De tertia vigilia T. Labienum legatum propere cum duobus legionibus summum jugum montis ascendere jubet.' *J. F. Gron. De vigilia tertia* etiam omnes mei et Hearnii Oxonienses. Similiter etiam Aldus edidit, sed inter errata præpositionem iterum ejecit. Non recte. Liv. XXVIII. 7. ' Quum ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus trepidos hostes Heracleam compulisset.' Cæsar B. Gall. I. 21. ' De quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit.' c. 40. ' Proxima nocte de quarta vigilia castra moturum.' c. 41. ' De quarta vigilia, uti dixerat, profectus est.' v. 9. ' De tertia vigilia ad hostes contendit.' B. Civ. I. 63. ' Quum de tertia vigilia Petreius atque Afranius castra movissent.' c. 64. ' Eos, qui de tertia vigilia exissent, consequerentur.' III. 75. ' Reliquas de quarta vigilia eodem itinere præmisit.' c. 77. ' De quarta vigilia ipse egreditur.' Hoc autem ' de tertia vigilia ' notat post tertiam vigiliam inceptam; sive, ut Gronovius recte exponit, ante tertiam vigiliam exactam. Ita tempus, quod mediæ nocti proximum est, ' de media nocte ;' quod meridiei, ' de meridie ' vocari, auctor est Censorin. de Die Natali c. 24. Ceterum *de tertia tessera* Leid. 2. Vox autem *firmo* in eodem cod. et in Lov. 1. non adparet. Mox *ducit* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 11 *Defessam jam aciem hostium improviso invadit*] Pal. 2. *defessum jam acie hostem improviso invadit.* Gebh. Ita etiam Port. Gaertn. et Hav. *defessam jam aciem* Leid. 2. et Lov. 1. ac 2. Paullo ante *ubi auctore Postumio,* pro *ibi,* Voss. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXVII. 5. § 2. Præterea *tum* exsulat a Gaertn.

§ 12. *Occidione occisi hostes, signa unum et viginti capta*] *Occidione occidi hostes* Lov. 4. *occidiose occidi hostes* Hav. Vox *occidione* omittitur in edd. vett. usque ad Aldum, qui primus contextui addidit. Consentiunt reliqui scripti. De locutione ' occidione occidere ' vide ad II. 51. § 9. Tum *signa militaria duo et viginti capta* Lov. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. *signa unum et triginta capta* edd. vett. pro quo Aldus primus *viginti* reposuit, idque codd. omnium auctoritate firmatur. Paullo ante *lassitudo ac vulnera,* pro *lassitudo,* Lov. 3. Sed, interdum ' lassus ' ac ' laxus ' culpa scribarum commutari, olim monui ad Silii VIII. 322. Vide etiam viros doctos ad Rutilii Itiner. I. 371. *Lassitudo et vulnera* Lov. 2. Tum *fuga quoque præpedissent* Port. Gaertn. et Hav. *fuga perpendissent* Harl. De verbo ' præpedire ' vide ad XXVIII. 1. § 6. Paullo post *porrectus,* pro *perrectum,* Gaertn.

§ 13 *Perculsum jam fama hostem adorti fundunt fugantque*] *Percussum jam fama* Port. Sæpius hæ voces commutantur. Vide ad XXXIV. 15. § 2. *Perculsum jam fame* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. et fragm. Hav. a m. pr. Neque aliter etiam Flor. a m. pr. in quo manus altera vocem *fame* deinde erasit. Tum *hostem* deest in Leid. 2. Deinde *fuderunt fu-*

Digitized by Google

gentque Lov. 1. a m. pr.

Signa militaria sex et viginti capta] Deleo τὸ *capta*. Sufficit enim mox poni *et castra utraque capta*. J. F. Gron. Si codd. Gronovio delenti adstipularentur, vocem *illam* non requirerem: nunc quum in ea servanda omnes consentiant, libris invitis non mutandum arbitror. Similiter x. 14. 'Tria millia et quadringenti cæsi, capti ad trecentos ferme et triginta, signa militaria capta tria et viginti.' c. 17. 'Ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia præda ingens capta est:' ubi iterum *capta est* Gronov. displicet. XXIV. 16. 'Alii omnes cæsi aut capti: capta et signa duodequadraginta.' XLI. 12. 'Plus septingenti aut in prælio, aut in castris capti: et signa militaria unum et quinquaginta capta.' Neque Livium a vocis, quæ præcessit modo, repetitione abhorrere, dictum est ad I. 3. § 9. Ceterum *militaria signa* alio ordine Leid. 2. et Lov. 1. etiam *sex enim et viginti* Harl.

Statius Gellius, multique alii mortales, et castra utraque capta] Diodorus l. XX. p. 779. vocat Γέλλιον Γάϊον. Sigon. Pall. 1. et 3. *Scatrus Cellius*: reliqui *Statius Cellius*. Gebh. *Scatius Tellius* Lov. 3. *Scatius Tellius* Voss. 2. *Statius Celius* Leid. 2. et Harl. *Statius Cælius* Hearnii Oxon. B. et C. *Statius Cellius* Flor. Voss. 1. Lov. 1. 2. 4. Leid. 1. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. Klockian. Oxon. N. et edd. antiqq. usque ad Sigonium, qui *Statius Gellius* substituit, quem Grater. et deinde recentiores reliqui secuti sunt. Et *Gellius* etiam præferendum videtur tum ob auctoritatem Diodori a Sigonio laudati, tum etiam quod nomen sit, alibi inter Samnites notum. Certe 'Gellius Egnatius ex Samnitibus' Auctor Belli Etrusci memorat x. 18. Pro *Statius* autem legendum videri posset *Status*; quod antiquorum prænomen esse, auctor est Valer. Max. Epit. lib. x. 'Status a stabilitate, Faustus a favore prænomina sumta erant.' Eadem ergo forma conceptum foret, qua 'Mettus,' 'Attus' et similia, de quibus vide ad I. 23. § 4. præsertim quum *Statius* potius nomen servile fuerit. Gellius l. IV. cap. ult. 'Statius autem servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comœdiarum poëta ineditus servus fuit, et propterea nomen habuit Statius, quod postea versum est quasi in cognomen; adpellatusque Cæcilius Statius.' Infra *Statium Minacium* ducem Samnitium Livius memorat X. 16. ubi Gronov. *Stajum* malebat; cod. Flor. *Statam* præfert, ut *Statum* forte et ibi reponendum sit, quod in Port. exstat. Verum ἐνέχυ. Nam 'Statius Metius' Campanus obcurrit XXIV. 19. 'Statius Statilius' Brutiorum et Lucanorum dux apud Valer. Max. I. 6. ex. 6. Aliam autem nominum apud Romanos, aliam apud reliquos Italiæ populos rationem esse, sæpius dictum est. Præterea *et multi alii mortales* Harl. Port. Gaertn. et Hav. *multique mortales* Lov. 2. Tum vocula *et* deficit in Voss. 2. et Lov. 3.

§ 14 *Et Bovianum, ubi postero die captum oppugnari, brevi capitur*] Hoc oppidum a. CDXLIV. (c. 31.) rursus postea a. CDLV. capitur (l. X. c. 12.). Ita Livius ter captum memorat, cum ne semel quidem defecisse usquam scribat. *Glar.* Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bovianum, quod CDXLIII. (c. 31.) supra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectionis mentione, captum a Livio scribi: ne miretur, Diodorus admonet, qui *Bolam*, non *Bovianum*, captum ait lib. vigesimo, p. 779. ubi res gestas his consulibus edit: Τῶν δ' ἐνιαύτων εἴδους ἑλόντων πόλιν Βόλαν Γέλλιος Γάϊος ὁ τῶν Σαυνίτων ἡγεμὼν ἐφόδῳ μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων. ['Glareanus hic tibi occasionem præbuit inspiciendi locum apud alios auctores. Quare pro gratia non erat red-

Digitized by Google

dendum convitium.'] *Sigon.* Jac. Perizonius in Animadv. Hist. c. 4. p. 164. *Bocianum* contra Sigonium defendit, quia ei, *Bolam* legendum ex Diod. Sic. conjicienti, refragantur omnes Mss. quod vix verisimile esse putat, ter (toties enim id oppidum hoc capite nominatur) eumdem plane in modum et tam graviter fuisse corruptos. Præterea addit, x. 12. idem oppidum denuo aliquot annis post a Cn. Fulvio vi captum narrari: et tamen postea iterum ita de eo loqui Livium c. 41. quasi semper Samnitium fuerit; quandoquidem, iis prælio victis a L. Papirio consule, nobilitatem eorum et equites Bovianum perfugisse tradit. Quod itaque Livius narret, Bovianum, de cujus expugnatione supra egit, hic iterum obsideri, ac capi, vel errori ejus adscribendum existimat, (dum imprudens alios aliis locis sequitur auctores, inter se in annis capti a Romanis oppidi variantes,) vel, si vere toties in Romanorum potestatem redactum fuit, id certe in diligentia ejus summo jure desiderari, quod nusquam, ad effugiendam incogitantiæ speciem, ne verbo quidem monuerit idemtidem ab hostibus fuisse recuperatum. Ceterum *Bovianum* etiam tribus locis hoc capite servant Mss. mel, nisi quod *Bebianum* sit hoc loco in Leid. 1. *Bodianum* in Harl. *Bobianum* in Flor. Voss. duobus, Leid. 2. et Lov. 1. ac 3. quod etiam Flor. loco tertio præfert. Vide de commutatione perpetua literarum *b* et *u* ad v. 24. § 5. Præterea rationibus Perizon. conjecturam Sigonii rejicientis addi potest, ideo etiam eam minus placere posse, quod hoc cap. ambo consules 'in Samnium' missi dicantur, quia Samnites in campum Stellatem agri Campani inpetum fecerant, scilicet ut eos inde ad sua defendenda revocarent. Urbs autem 'Bola' vel 'Bolæ' non in Samnio, sed in Æquis fuit, adeoque Minucius Bolam petendo in patriam redeundi necessitatem Samnitibus non inposuisset. Insuper Livius hoc oppidum semper numero plurali 'Bolas' vocat, ut IV. 49. et VI. 2. quamvis tamen ab aliis etiam *Bola* dicatur. Tandem intervallum locorum, quo Bolæ in Æquis a Tiferno in Samnitibus distat, vix convenire posse videtur strategemati, quo Postumius hostes hic decepit, quamvis meminerim alterius strategematis, quo Claudius Nero Hannibalem decepisse narratur XXVII. 48. et seqq. et apud alios. Deinde *capta obpugnari* Flor. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. et Hearnii Oxon. N. quibus et Thuan. consentire, Gronov. ad § seq. observat. Quod autem is inde patere putet, pro *Bovianum* olim *Bola* scriptum fuisse, mihi longe secus videtur. Quia enim rationes modo datæ efficiunt quo minus *Bola* probare possim, si tamen Livius, tot codd. optimis consentientibus, *capta* scripsisse existimari debeat, inde factum erit, quod quævis urbium nomina sæpissime genere feminino efferantur. Vide Heinsium ad Ovid. Ep. Her. I. 48. Hinc optime defendi potest vulgata lectio apud Statium Silv. I. 3. 86. 'cedant vitreæ juga perfida Circes Dulichiis ululata lupis, arcesque superbæ Anxuris:' ubi Cluver. in Ital. Antiq. lib. III. c. 7. p. 1010. et nuper Markland. in notis, nullis addicentibus libris, legendum censuerunt *superbi Anxuris:* licet tamen etiam cum Holsten. ad d. l. Cluver. jungi possit *arces superbæ*. Quin etiam hinc patrocinium parari potest vulgatæ scripturæ apud Spart. in Pescenn. Nigr. c. 1. 'Pescennius ergo Niger, ut alii tradunt, modicis parentibus, ut alii, nobilibus fuisse dicitur, patre Annio Fusco, matre Lampridia, avo curatore Aquini, ex qua familia originem ducebat:' ex qua, nempe Aquino, familia originem ducebat. Hic enim, invitis Mss. Casaub. et Salmas. *ex equestri familia* legendum opinantur. Ut tamen dicam quod sentiam, *captum* hoc loco

Digitized by Google

præferendum puto. *Captum oppugnari est* legunt Port. Gaertn. et Hav. Verum τὸ *est* librariorum esse puto; qui de suo addiderunt, quod Livius subintelligendum reliquerat.

§ 15 *Cum gravi vulnere relatum in castra, mortuum, quidam auctores sunt*] *Tum gravi vulnere* Lov. 2. Male. Livius XXXIII. 25. 'Tuditanum, latum cum gravi vulnere ex prœlio, haud ita multo post exspirasse.' 'Tum' et 'cum' in Mss. commutari, videbimus ad Epit. Liv. lib. XLVIII. in fine. Hinc *in castra relatum* Gaertn. Deinde vox *mortuum* deficit in Lov. 4. Tum *quidam auctores sunt* Lov. 1. Vide ad XXXIX. 17. § 5.

M. Fulvium in locum ejus consulem suffectum] Edd. principes *L. Fulvium*: pro quo Aldus recte *M. Fulvium* reposuit. In fastis enim Capitolinis, qui hoc anno lucri sunt, superest tamen Fulvii prænomen, et prima litera nominis M. F. :-:-:. in fastis vero triumphalibus integra nomina M. FVLVIVS. L. F. L. N. PAETIN. Harl. etiam male præfert *M. Fabium*. Nomina hæc pariter confunduntur hoc lib. c. 46. § 1. Similiter Cockman in duobus codd. Oxoniensibus *Cn. Fabius*, pro *Cn. Flavius*, invenit apud Cic. de Orat. I. 41.

Bolam captam] Omnes libri *Bovianum captum*. Miratur Glareanus, oppidum quod supra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, sine ulla defectionis mentione, captum a Livio dici. Sigonius, ut causa mirandi cesset, auctore Siculo scribit *Bolam captam*, non hic modo, sed præterea bis eodem capite, ubi *Boviani* mentio est. Modius ubique reddidit *Bovianum*, quod prioribus duobus locis reliquit Gruterus, hoc ultimo fecit *Bolam captam*. Flor. Thuan. Voss. medio loco, *et Bovianum, ubi postero die capta oppugnari*, non *captum*. Scio defendi posse, ut 'Eunuchum suam.' Non hoc tamen spectasse Livium puto: sed librarii, qui hoc retinuere, fatentur, fuisse aliquando, 'et Bolæ, ubi postero die capta oppugnari.' *J. F. Gron.* Sententiam dixi ad § præc.

§ 16 *Eodem anno Sora, Arpinum, Cesennia, recepta ab Samnitibus*] Quidam *Cesennia* restituerant, quod nescio quam bene: quidam *Consentia*, quod minime quadrat. Est enim Consentia Bruttiorum oppidum, longe a Samnitibus. Vide num *Esernia* legendum, cujus in Samnitibus meminit cum Ptolemæus III. 1. tum Plinius III. 12. *Glar.* Vet. lib. *Cesennia*. Diodorum *Serennium* edidit, libro vigesimo p. 779. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἀλούσας ἀνεκτήσαντο Σόρας, Ἀρπίνας, καὶ Σερεννίαν. *Consentia* certe locum non habet. Quæ de re laborat Glareanus. *Sigon. Cesennia* Sigonius, cum fecissent *Consentia*. Apud Diodorum est *Serennia*. Glareanus et Cluverius Ital. Antiq. I. III. c. 8. p. 1044. *Esernia*. Andreas *Cesennia*. Flor. *Cesennia*. Rott. et Helm. *Ceronnia*: ut credibile sit *Cerfennium*, vel *Cirfennium* esse, inter Corfinium et Albam Fucentiam in itinerario Antonini et tabula Pentingeri conspicuum; quæ conjectura est Alberti Rubenii. *J. F. Gron.* Eo anno Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. Sæpissime ita codd. variant. Vide ad X. 10. § 6. Deinde *Cæsa* Hav. *Cesentia* Hearnii Oxon. C. *Cesenna* ejusdem B. *Cesenia* Harl. *Cesennia* Lov. 4. *Cesennia* Flor. *Cesennia* edd. Rom. 1472. et Parm. *Cesentia* Mediol. 1480. et proxima. *Cesentia* Megunt. *Consentia* Cervicorn. *Cæsennia* Aldus cum plerisque recentioribus et codd. reliquis. *Serennia*, ut Sigon. edidit, probasse videtur Ortel. in Thes. Geogr. ea voce. De *Cerfennia*, quod nomen restituendum Gronov. existimavit, vide viros doctos ad Antonin. Itiner. p. 309. Memoratur in lapide apud Reines. Class. III. inscr. 80. AIAM. CLAVDIAM. AA-

Digitized by Google

LER. A. CERFENNIA. OSTIA. ATE:.:. MVNIT. &c. Præterea *a Samnitibus* Leid. 2. Lov. 1. 2. Port. Haverk. et fragm. Hav.

Herculis magnum simulacrum in Capitolio positum dedicatumque] Sic sane plerique codd. In nonnullis vero *magni:* recte, ut opinatur Montacutius in Diatr. ad P. I. Seldeni Hist. Decimarum pag. 440. nam hoc cognomen Herculis, ut satis liquet ex Arnobio aliisque. *Hearne.* Omnes mei, non tantum scripti, sed et excusi, *Herculis magnum simulacrum* constanter præferunt; neque ullum suorum codd. nominatim Hearne indicavit, qui aliter legerit. Mirari igitur subit, quinam codd. fuerint, in quibus *magni* invenerit. Per *magnum simulacrum* intelligi potest statua colossea. Talis colossus Herculis in Capitolio Romano exstitit, sed eo demum translatus ex urbe Tarento a Fabio Cunctatore, quum eam tempore belli Hannibalici vi expugnasset. Vide Strab. lib. VI. pag. 278. Plutarch. in vit. Fabii p. 187. et Plinium XXXIV. 7. ad quem posteriorem locum duo priora laudans J. Harduin. subjungere potuit, dedicatum hoc 'deinde' simulacrum esse, positumque in Capitolio, a. CCCCL. P. Sempronio Sopho, P. Sulpicio Saverrione consulibus, ut Livius refert lib. IX. Verum, si ad temporum rationem adtendisset, nullo negotio videre potuisset, Herculem, quem Fabius Verrucosus Tarento Romam transtulit, 'deinde' in Capitolio dedicatum non fuisse a. CCCCL. siquidem Fabius, qui transtulit, demum Tarentum expugnarit circa a. DXLIV. integro ferme seculo post, quam Herculis magnum simulacrum hoc anno in Capitolio positum dedicatumque fuisse referatur. Rectius itaque Just. Rycquius de Capit. Rom. cap. 25. putat, vel Livium de alio Herculis simulacro, quod a Fabiano illo diversum erat, loqui, vel in dedicatione ejus adnotanda μνημονικὸν ἁμάρτημα commisisse: certe Livium de Hercule Romam translato nihil narrasse XXVII. 16. ubi urbis expugnatæ historiam refert. Ceterum *positum, dedicatum*, omisso τῷ *que*, Lov. 4.

CAP. XLV. § 1 *P. Sulpicio Averrione*] *Saverrione* ex tabulis Capitolinis. *Sigon. L. Sulpicius* vocatur Plinio XXXIII. 1. Eam autem lectionem probat Harduin. ad d. loc. quia ita habent libri Mss. probatissimi et vetustissimæ edd. quibus merito obponimus primo omnes omnino codd. et edd. Livii, qui *Publii* prænomen ei tribuunt, nisi quod Oxon. C. apud Hearnium id omittat; deinde consensum Diodori lib. XX. pag. 779. et fastorum Capitolinorum tum consularium, tum triumphalium. Præterea *Supplicio* Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad III. 10. § 5. *Scipio* Harl. Tandem *Averrione* Voss. 1. Leid. 1. Flor. Lov. 2. Klockian. Gaertn. et Hearnii Oxon. *Avernone* Voss. 2. Hav. et fragm. Hav. literis *ri* in *n* male coalescentibus. Vide ad III. 30. § 3. *Averione* Lov. 4. et Port. *A. Verione* Harl. *Aveniorie* Lov. 3. ubi partim literæ *rr* in *n* coaluerunt: vide ad IV. 10. § 9. partim litera *n* in *ri* dissoluta est. *Avenone* Lov. 1. *Avenoõe* Leid. 2. Sed recte Sigonius substituit *Saverrione*. Vide eumdem ad X. 9. § 14. De causa hujus erroris dixi ad VI. 30. § 9.

P. Sempronio Sopho] 'P. Sempronius Longus' vocatur Plinio dicto XXXIII. 1. eamque scripturam fide Mstorum probatissimorum et vetustissimarum edd. Plinii defendit ibid. Harduinus. Verum et hic 'Sophi' cognomen ei tribuunt, quoscumque vidi, Livii codd. et excusi, nisi quod *Sypho* sit in Lov. 4. Neque aliter Fasti Capitolini consulares et triumphales. Quin et, vocem *Longo* in Plinii Msto Chifl. omitti, notatum est; quod præferendum censeo, eamque non consultis fastis a grammatico additam esse, quoniam id cognomen circa hæc tempora in gente Sempro-

Digitized by Google

nia frequens erat. Nisi potius dicendum sit, Sempronium hunc, 'quem populus Romanus Σοφὸν, id est Sapientem, adpellavit,' teste Pompon. l. 2. § 37. ff. de Orig. Jur. ex familia Longorum fuisse, idque cognomen ex hereditate paterna atque avita accepisse, eoque a Plinio vocitatum esse, nt existimat Rupert. ad d. loc. Mox *delectionem belli*, pro *dilationem*, Harl. qui et *miserunt*, pro *misere*.

§ 2 *Oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse*] Ms. Fuld. *oratione ultro citro habita*. Modius. Ita et Flor. Leid. ambo, Lov. 2. et Klockian. Eo modo præferunt optimus Memm. aliique codd. et edd. apud Suet. in Calig. c. 19. 'Per hunc pontem ultro citro commeavit:' ubi editur vulgo *ultro citroque*. Maluit tamen alibi Livius *ultro citroque:* ut v. 8. 'Per legatos ultro citroque missos jurejurando inter se obligati.' XXIX. 23. 'Data ultro citroque fide, eosdem amicos inimicosque habituros.' XLIV. 23. 'Obsides ultro citroque darentur.' Tum *pace transigi potuisse*, omissa præpositione, fragm. Hav. a m. pr. *de pace transigi potuisset* Flor. et Lov. 4. Paullo ante *ubi sæpe bellum spernentes*, pro *nisi sæpe bellum parantes*, Lov. 2. *ubi* et *nisi* sæpius in Mss. commutari, vidimus hoc lib. ad c. 5. § 3. *Parentes* Voss. 2. et Lov. 3.

Nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus standum esse] *Nunc ipsi verba vana* Harl. *nunc, quando verba varia* Lov. 4. sæpius obvio in Mss. errore. Vide ad XXII. 7. § 4. *Nunc, quando vana verba* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Port. et Hav. Vox *vana* deficit in Leid. utroque; cujus loco *varia* in margine secundi adscriptum exstat.

§ 3 *P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore*] Abest præpositio *in* a Pall. duobus: exin forte legendum *brevi Samnio adfore*. Gebh. Deest etiam in Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. Sed quum præpositio per compendium ĩ scripta foret, a præced. vocis litera finali intercepta est. Alia ejusdem erroris exempla vide ad XXXV. 8. § 9. Insuper *brevi cum exercitu*, trajectis vocibus, Port. Gaertn. et Hav. Sed voces *cum exercitu* exulant a Lov. 4. vox *brevi* a Leid. 1. Deinde *in Samnio forent* legunt Voss. 1. Leid. ambo, et Lov. 1.

Eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse] *Ad bellum pacemve inclinetur animi* Klockian. *ad bellum pacemve inclinet animi* Gaertn. *ad bellum pacemve inclinent animi* Leid. 2. Port. Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. C. et edd. vett. Primus Aldus, eumque secutus Froben. 1531. *pacemne* edideruut, quomodo etiam præferunt reliqui scripti. Alibi sæpe ita aberrasse scribas, dictum est ad v. 28. § 5.

Comperta omnia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur] *Comperata omnia senatui rel.* Hav. Vide ad XXXIX. 29. § 5. *Comperta omini senatui rel.* Lov. 3. *comperta omni senatu rel.* Leid. ambo. Tum *decedente ex Samnio consulem* Voss. 2. et Lov. 3. *decedente ex Samnio cons.* fragm. Hav. et Lov. 4. quorum posterior etiam *sequuntur*.

§ 4 *Quum pacatum Samnium exercitus Romanus, benigne præbito commeatu, peragrasset*] Pal. 2. *pacatum Samnitium agrum*. Mox reliqui duo *benigno præbito commeatu*. Gebh. *Pacatum Samnitum agrum exercitus Romanus, præbito benigne commeatu, cum peragrasset* Port. *pacatum Samnitum agrum* etiam Hav. *pacatum Samnitium agrum* Gaertn. Tum *præbito benigne commeatu* Leid. 2. Lov. 1. et Gaertn. *benigno præbito commeatu* Voss. 2. et Lov. 3. *benigne præberetur commeatus* Lov. 4. Deinde *peragrassent* Gaertn. quod placere posset, si alii codd. adsentirentur. Vide ad III. 28. § 2. Nunc, iis omnibus invitis, non probandum puto.

§ 5 *Sub specie infidæ pacis quietos*] *Sub spem infidæ pacis* Leid. 2. et Port. Sed patet, scriptum fuisse per com-

Digitized by Google

pendium *spē*, quod male redditum est *spem*, quum deberet *specie*. Vox *pacis* exulat a Voss. 2. 'Pax infida,' ut contra 'pax fida,' de quo vide ad v. 4. § 13. Paullo ante *deinde*, pro *inde*, Lov. 4. quæ voces et alibi commutantur. Vide ad XXXV. 24. § 10. Hic vero forte ex glossemate nata est lectionis varietas: nam *inde* nunc ponitur pro 'deinde.' Vide ad XLII. 55. § 6. Vox etiam *veteres* non adparet in plerisque edd. antiqq. Primi addiderunt Parm. et mox Aldus, consentientibus omnibus scriptis.

Missitaverant simul cum iis Samniti auxilia] *Statuerant* Leid. 2. et Lov. 1. *mitti statuerunt* Leid. 1. Lov. 2. Harl. et Hav. *missi statuerant* Voss. 1. in margine, Voss. 2. Lov. 3. 4. Port. a m. pr. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. *Musitaverant* Gaertn. *misitaverant* plerœque edd. antiqq. unde aliæ fecerunt *militaverant*; quod recte Mediol. 1505. in *missitaverant* mutarunt. Adparet librarios verbum minus frequens ferre non potuisse, et pro eo quævis alia notiora, etiam sine sensu, substituisse. Unum Plinium XXXI. 1. hoc verbo usum esse, lexicographi observarunt, neque aliud me exemplum observare memini, nisi apud Sallust. in Jugurth. c. 38. 'Jugurtha, cognita vanitate atque inperitia legati, subdolus augere amentiam, missitare supplicantis legatos:' ubi etiam Cortius in Mss. *musitare* et *mussitare* invenit.

§ 6 *Sine dissimulatione consilii publici ad hostes desciverat*] *Publici consilii* Port. et Hav. Tum *hostes deciverat*, omissa præpositione *ad*, Leid. 1. *ad hostes desciverant* Gaertn. Sed vide quæ dicta sunt ad I. 3. § 2. In verbis seqq. *repetitum res*, transpositis dictionibus, Harl. *tres repetitum* Leid. 2. Sed prima litera *τῷ tres* adcrevit ex ultima vocis præced. Vide ad XXXVII. 29. § 8.

§ 7 *Romanos se fieri paterentur*] *Se Romanos fieri* Lov. 4. *Romanos se ferri* Harl. Vide ad v. 54. § 6.

Quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse] Pall. duo meliores *quanto opere*, ut docui IV. 3. Dein Pal. 2. *peroptandum*. Gebh. *Quanto opere* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. et fragm. Hav. Vide Cortium ad Plinii Ep. v. 17. § 1. Plura dicentur ad Livii XXVIII. 18. § 4. Deinde *peroptandum* Port. et Gaertn. *peroptatum* Hav. Tum *Hernicos decuisse* Voss. 2. manifesta scribarum aberratione; quos ita etiam alibi lapsos esse, vidimus hoc lib. c. 15. § 4.

Quum, quibus licuerit, suas leges Romanæ civitati præoptaverint] *Quibus licuerat* Gaertn. Deinde *præoptaverunt* Harl. *præoptaverit* Leid. 2. *peroptaverint* Port. a m. pr. Vide ad hujus lib. c. 9. § 7.

§ 8 *Quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pœna necessariam civitatem fore*] *Quibus cum legendi, quid mallent* Lov. 2. et Harl. *quibus legenti, quid mallent* Leid. 1. *quibus legendi, qui mallent* Leid. 2. Hinc *prope nā necess. civ. fore* Flor. male disjunctis conjunctisque literis. *Pro pœna necessaria civitatem fore* Lov. 4.

Ob hæc vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri] *Vulgo jactata*, omissis duabus vocibus mediis, Leid. 1. *vulgo consiliis jactata* Flor. *vulgo in consiliis jactata* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 2. 3. 4. Port. Gaertn. Hav. et edd. quædam antiquiores. Sed indicari puto comitia vel conventum populi Æquorum; quem *concilium*, non *consilium*, vocari, docuit Gronovius ad Livii XLIV. 2. § 5. *Vulgo in conciliis jacitata* Klockian. cujus librarius forte *jactitata* dare voluit. Sed *jactata* probum est. Vide ad XXX. 31. § 10. Deinde *populo Romano* Voss. 2. et Lov. 3. *populi Romani* fragm. Hav. a m. pr. Error ortus est ex compendiaria scriptura. Vide ad XXXIX. 47. § 11. Tandem *bellum*

Digitized by Google

Æquis fieri Harl.

§ 9 *Consulesque ambo, ad novum profecti bellum*] Vox *consulesque* deficit in Voss. 2. et Lov. 3. ex quibus prior etiam *ambo novum profecti bellum*. Sed *ambo profecti ad bellum* Lov. 4.

Quatuor millibus a castris hostium consederunt] *Quatuor millia*, vel ambigue *quatuor mil.* tantum non omnes codd. mei, Hearnii Oxon. L. 1. B. C. et edd. vett. usque dum Sigonius *millibus* ederet. Utraque lectio ferri potest. Vide ad IV. 9. § 13. Et quidem *millia*, præter loca ibi laudata, firmant insuper sequentia. II. 39. 'Ad fossas Cluilias quinque ab urbe millia castris positis.' XXXVII. 38. 'Quatuor millia ab hoste posuit castra.' XLV. 12. 'Qui locus quatuor millia ab Alexandria abest.' Et hæc etiam lectio verior videtur.

§ 10 *Permultos annos inbelles egissent*] *Gessissent* Leid. 2. quæ verba infinitis locis commutarunt librarii. Vide ad XXII. 28. § 1. Mox *tumultuario simul*, pro *similis*, idem Leid. 2. et Lov. 1.

§ 11 *Alii exeundum in aciem*] *Alius exeundum in aciem* Voss. 2. Leid. uterque, Lov. 1. 3. 4. et fragm. Hav. *alius alii exeundum*, utraque lectione juncta, Flor. Mox *monet plerosque vastatio*, pro *movet*, Harl. Vide ad XXXV. 35. § 5. *Movetque* edd. Rom. 1472. et Parm. *movet plerosque futura vast. agrorum suorum* Lov. 2.

Urbium relictarum exsidia] Ita hic etiam contra omnium codicum fidem edidit J. Clericus, pro *excidia*. Vide ad V. 15. § 9.

§ 12 *Quæ omissa cura communium ad respectum suarum quemque rerum avertisset*] Pall. 1. ac 3. *quæ omnis ea cura comm. ad resp. suarum quemque rerum vertisset*. Pal. 2. cum Campano quoque *vertisset*. Gebh. Prima vocula *quæ* non adparet in Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. us eco *quæque* præfert Gaertn. *quæ unis se cura communium* Voss. 2. et Lov. 3. ac 4. *quæ obvisæ cura communium* Lov. 2. *quæ omissa cura communium conjugum* Lov. 1. a m. pr. *vertisset* autem præferunt omnes, quibus usus sum, codd. quare recte ita edidit J. F. Gronovius, qui tamen mutationis hujus causssam reddere omisit.

§ 13 *Diversi e castris ad deportanda omnia tuendasque munibus in urbes abierant*] Pal. 2. habet *tuendasque munibus urbes*. Gebh. *Tuendasque munibus urbes* etiam Harl. et Hav. Gronovius, non admonito iterum lectore, vulgari curavit *tuendaque munibus in urbes*; cui consentit Voss. 1. *ad deportanda tuendaque munibus* præfert Klockian. omissa voce media. Tum *abirentur* Lov. 1. Vide ad XXXIX. 29. § 8. *Adiret* Harl. Præterea voces *e castris* exsulant a Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. Mox verbis seqq. *eam cuncti sententiam* alio ordine obferunt Port. Gaertn. et Hav.

§ 14 *In acie consistunt; et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu*] *Signis prolatis in aciem consistunt* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *obvius it* Lov. 4. Hinc *pleno gradu* Voss. 2. et Lov. 3. Male. Vide ad IV. 32. § 10. Paullo ante *Prolatis hostibus Romani per agros primo luce signis prolatis* Lov. 4.

§ 15 *Animadverterunt; insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt*] *Animadvertunt* Port. Gaertn. Hav. Harl. et Hearnii Oxon. B. Vide ad X. 12. § 4. Tum vocabulum *moti* abest a Voss. 2. Lov. 3. 4. Gaertn. et fragm. Hav. a m. pr. quod ob similitudinem sequentis *metu* intercidisse videtur. *Insolito silentio victi* habet Lov. 2. Tum *metu insidiarum subsidunt* fragm. Hav. Interdum hæ voces inter se confunduntur, quod fraudi fuisse videtur loco Rhemnii Fannii de Ponder. vs. 150. 'propensior auri Materies subsidet enim, fortunque docebit:' ubi vulgo editur *subsistet*. Paullo ante *ea ibi* in multis deerat edd. antiqq. quod in omnibus

Digitized by Google

scriptis constanter superest, quamvis alio ordine *ibi postquam* sit in Lov. 2. Tum *nemo stationes in portis, nec quemquam in vallo* Port. et Gaertn. *nec stationes* editi Aldo priores; quomodo librarii dedisse videntur, quia mox *nec* bis sequitur. Sed vide quæ dicta sunt ad IX. 9. § 14.

§ 16 *Sed vestigia, in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim*] Vocula *sed* defuit in Lov. 3. Deinde *in omnes æque frequentia partes* legit Hav. Perperam. Supra I. 7. 'Pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent: quæ ubi omnia foras versa vidit, nec in partem aliam ferre.' Ita et 'via aliquo ferre' dicitur; de qua locutione vide ad XXXIX. 27. § 10. Tum *ut inde lapsis passim* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. 4. et fragm. Hav. a m. pr. *ut inde dilapsis passim* Port. Gaertn. et Hav. *ut in dilapsis passis* Flor.

§ 17 *Ad singulas urbes circumferendo bello*] *Circumf. bella* Lov. 3. *circumf. bellum* Port. Gaertn. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Sed optimi in vulgatum conspirant. Vide ad XL. 49. § 1. Paullo ante *post exploratores*, pro *post per exploratores*, Flor. Voss. 1. Leid. 1. Lov. 2. 4. Harl. et Gaertn. *Postquam per exploratores* ed. Rom. 1472. *postq; per exploratores* Parm.

Unum et quadraginta oppida intra dies sexaginta omnia obpugnando ceperunt] Vet. lib. *dies quinquaginta*: atque ita etiam Diodorus libro vigesimo pag. 785. Ἐχειρώσατο μα πόλεις ἐν ἡμέραις πάσαις ν'. *Sigon.* Sigonius inseruit *dies quinquaginta*. Verum numerus dierum horum plane abest a Pall. 1. et 3. qui *intra paucos dies* habent. Pal. 2. consentit Sigonio. Ceterum vetustissimæ edd. *unum et triginta oppida intra dies quinquaginta omnia oppugnando ceperunt*. Porro hic locus stabilit lectionem cap. 41. 'Vocis impiæ pœnas expetere, qua se urbem Romam oppugnaturos minati sunt:' ubi venit substitutum Sigonius *expugnaturos*, exhibetque Pal. 2. *Gebh.* *Unum et triginta oppida* Flor. Harl. et edd. Aldina priores. Deinde *intra LX. dies* Lov. 2. *intra dies sexaginta* Leid. 1. *intra dies XL.* Lov. 4. *intra dies*, omisso numero, Voss. 2. et Lov. 3. Reliqui codd. non tantum *intra dies quinquaginta*, sed et edd. principes; pro quo Aldus demum *intra dies sexaginta* substituit.

Quorum pleraque diruta atque incensa] *Dirupta* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. fragm. Hav. a m. pr. et Hearnii Oxon. L. 2. C. atque in margine N. Sæpissime ita variant scribæ in codd. vetustis. Vide ad I. 23. § 2. II. 41. § 11. V. 21. § 6. VI. 4. § 9. VII. 27. § 8. VIII. 19. § 4. cap. 20. § 7. c. 23. § 6. XXI. 13. § 6. XXVII. 16. § 9. XXXIV. 17. § 11. c. 22. § 3. XXXVIII. 7. § 5. XXXIX. 33. § 6. c. 37. § 1. ad Epit. Liv. lib. V. lib. CII. et Gebhard. ad Cic. ad Fam. IV. 5. Similiter commutantur 'obrutus' et 'obruptus;' (vide ad X. 29. § 19.) 'prorutus' et 'proruptus;' (vide hoc lib. ad c. 37. § 9.) 'semirutus' et 'semiruptus;' (vide ad X. 4. § 7.) 'subrutus' et 'subruptus;' (vide ad XXXVIII. 7. § 7.)

Nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum] *Nomenque et quorum* Leid. 1. Deinde *internetionem* Flor. *internectionem* Port. et Hav. *internicionem* Lov. 2. 4. *internitionem* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 1. 3. et fragm. Hav. *interemptionem* Gaertn. Vide ad lib. XXXVI. c. 34. § 2.

§ 18 *De Æquis triumphatum: exemploque eorum clades fuit*] *De Æquis triumphatur* Gaertn. Tum. *exemplo eorum clades fuit* Hav. *exemploque eorum clades fuit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *exemploque omnium clades fuit* Hearnii Oxon. L. 1. *exemploque clades fuit* Lov. 4.

Marrucini, Marsi, Peligni, Ferentini] Supra hoc lib. c. 16. § 1. ostendi, legendum esse *Frentani*. Eadem monda est apud Cæsarem de Bello

Digitized by Google

Civili I. 23. 'Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam pervenit.' Diodorus item libro vigesimo p. 785. cum Marrucinis, Marsis, Peignis amicitiam et societatem initam pariter scribit. *Sigon. Frentani* est emendatio Sigonii. Pall. 1. 3. et Campan. *Feretrani*. Pal. 2. *Ferentani*. Andreas *Ferentini*. Gebh. *Marucini* Leid. 2. Harl. et fragm. Hav. *Maruncini* Gaertn. *Marrucini* Lov. 2. *Mannucini* Lov. 3. *Matrucini* Lov. 4. *Maurucini* Port. *Mauricini* Hav. Similibus aliisque modis in hoc nomine aberrarunt scribæ VIII. 29. § 4. Tum *Mansi* Lov. 3. Hinc *Pelligni* Lov. 4. *Petignini* Lov. 1. quod nomen deest in Lov. 2. Deinde *Feretrani* Voss. ambo, Leid. ambo, Lov. 1. 2. 4. et fragm. Hav. *Ferentani* Gaertn. Port. et Hav. *Feretani* Flor. et Lov. 3. Sigonius *Frentani* scribendum conjicit. Eamdem vocem Floro restituendam conjecit Duker. ad ejus lib. I. cap. 18. § 7. Vide etiam Cluver. Ital. Antiq. IV. 9. p. 1205.

Iis populis fœdus petentibus datum] *His fœdus populis pet.* Leid. 2. Gaertn. Hav. et Lov. 1. *hic fœdus populis pet.* Portug. *iis populis pet. fœdus* Lov. 2. Deinde *datur* Lov. 3.

CAP. XLVI. § 1 *Eodem anno C. Flavius Cn. filius scriba*] Quidam etiam *filium Cn.* vocant. Gellius VI. 9. non 'Cnei,' sed 'Annii filium' ait. Et ita Cic. ad Atticum VI. 1. Cæterum quod hic rursus de aureis annulis nobilium Livius tradit, supra contra Plinium esse ostendimus. *Glar.* Pall. duo *Cn. Flavius. signum. scriba.* In Mss. pervetustis vacuum erat relictum spatium, signo notatum, cujus hic meminit exscriptor. *Gebh. Eo anno* Leid. 1. et edd. ante Aldum. Vide ad X. 10. § 6. Vox *anno* deest in Hav. et in contextu Port. cujus margini deinceps adscripta exstat. Tum *M. Flavius Cn. filius* Lov. 1. *M. Flavius Grisil* Leid. 2. *C. Fabius Cn. filius* Gaertn. Vide ad hujus lib. cap. 44. § 15. *Cum Fabius Cn. filius* Voss. 1. additis notis, quibus librarius indicavit, voculam *cum*, quæ prænomini substituta est, delendam esse. *Cum Silvius scriba* Klockian. *C. Flavius scriba* Hearnii Oxon. L. 1. *C. Flavius Signii filius* ejusdem L. 2. et Harl. *C. Flavius signum filius scriba* Voss. 2. *Cn. Flavius signum filius scriba* Leid. 1. *Cn. Flavius signum scriba* Lov. 3. *Cn. Flavius S. filius scriba* Lov. 4. *Cn. Flavius Segimiti filius scriba* Lov. 2. *Gn. Flavius Gn. filius scriba* fragm. Hav. a m. pr. *Cn. Flavius Gn. filius scriba* Flor. *Cn. Flavius Cn. filius scriba* Hearnii Oxon. C. et in margine N. Quam scripturam in contextum recepi. Eo enim prænomine Flavium adpellatum fuisse, plerique codd. partim aperte testantur, partim illorum vestigia, in quibus vel *M.* vel *cum* scriptum est, eodem ferunt. Sæpe enim hoc modo prænomen *Cn.* librarii corruperunt. Vide ad VII. 12. § 1. et ad VIII. 18. § 13. Insuper præter Diodor. Cicer. et Pison. quorum auctoritate Sigon. ad § seq. hic *Cn. Flavius* legendum censet, ita eumdem Flavium vocant etiam Cic. de Orat. I. 41. Orat. pro Mur. c. 11. Valer. Max. II. 5. ex. 2. IX. 3. ex. 3. Plin. XXXIII. 1. et JCtus Pompon. l. 2. § 7. ff. de Orig. Jur. Ceterum, pro *Cn. filius*, Piso a Sigonio laud. et Plinius d. l. Flavium *Annii filium* fuisse tradunt. Et quidem Pighius in Annal. ad a. CDXLIX. p. 377. ac Gronov. ad d. l. Gellii *Cn. filium* dicendum contendunt; quibus, monente Hearnio, in priori editione Plinii adsentitur Harduinus; idem tamen in curis repetitis eum mendose a Livio *Cn. filium*, recte a Plinio *Annii filium* adpellatum contendit; natum enim fuisse patre Annio libertino, matre Fulvia libertina; de more autem ex matris nomine vocitatum esse, quia Flavii nomen nobilius erat. Quæ omnia, quasi ex tripode dicta, nullo

Digitized by Google

testimonio probavit; neque etiam legitime probare potuit: quare iis refellendis nos inmorari necesse non est. Quod autem Corrad. ad Cic. ad Att. VI. 1. pro *Annii filium*, in Msto inveniens *anci filium*, id *ancillæ filium* interpretandum censet, firmari videtur testimonio Diod. Sic. qui lib. XX. p. 751. *υἱὸν ἀπελευθέρου γυναίου Φλαύιον* vocat, eumque filium fuisse dicit *πατρὸς δεδουλευκότος*. Verum partim Mss. ibi Γναῖον pro γυναίου legunt, partim Diodor. linguæ Romanorum imperitia lapsus videtur. Potius enim credo Suetonio, qui auctor est in Claud. c. 24. 'temporibus Appii,' qui ante quinque vel sex annos censuram gessit, 'et deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.' Non itaque ipse Flavius, 'patre libertino, humili fortuna ortus,' sed potius ejus pater, 'filius ancillæ,' id est servæ, sed postea manumissæ, dici potest. Forte conjici posset, recte in Msto Corradi Gelliano scriptum fuisse *Anci filium*, et ita apud Plinium emendandum esse; modo aliunde probari posset Flavios ex Sabinis Romam migrasse. Nam, ut tradit Valer. Max. in Epit. lib. X. 'Ancum pronomen Varro a Sabinis translatum putat. Valerius autem scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Græce vocatur *ἀγκών*.'

Callidus vir et facundus, ædilis curulis fuit] *Calidus vir* Lov. 2. Port. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad Livii XXXV. 32. § 12. Deinde *ædilis urbanus fuit* Lov. 2. *ædilis curulis urbanus fuit*, utraque lectione simul juncta, Hearnii Oxon. C. *C. ædilis curulis academiæ urbis fuit* Voss. 2. *C. edil' curul' sedan cum. R. fuit* Lov. 3. Voces *ædilis curulis* omittuntur in Lov. 4. relicta tamen lacuna, quæ aliquid deesse indicio sit. Paullo ante *cetera callidus vir*, pro *ceterum*, Klockian. quod videri posset eodem modo dictum esse, quo 'cetera egregius' lib. XXXVII. c. 7. § 15. ubi vide. Quum tamen reliqui libri in *ceterum* conspirent, id præferendum censeo. Est autem hoc loco positum pro 'sed;' ut hoc lib. c. 21. 'Non consulibus ab se creatis, ceterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt.'

§ 2 *Invenio in quibusdam annalibus*] Piso in tertio Annali apud Gellium VI. 9. scribit, hæc comitia 'ab ædili' habita fuisse. Sed Gruchius de Comit. II. 3. ostendit, comitia ædilium curulium a consulibus fuisse habita; ob eamque causam in Pisone legit *at ille*, non, ut vulgo, *at ædilis, qui comitia habebat*. Hanc observationem, etsi non indignam quæ consideraretur, præterierunt editores Gellii. Sed perplexum est, quod ibidem scribit Gruchius, 'a Livio Pisonem falsum dicere coargui.' Apertum est Livium magnam partem hujus cap. e Pisone descripsisse, nec tamen quidquam in Livio est, unde intelligi possit id, quod Gruchius putat; nisi quod non expressit, a quo comitia hæc habita fuerint. Verum ex eo non satis firma ratione concludi potest, Pisonem in hoc a Livio falsi argui. Et si hoc voluit facere Livius, non erat, cur verba Pisonis emendarentur. *Duk.*

Quum adpareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem videret] *Pro tribu ædilem fieri*, est 'a prima tribu ædilem renunciari,' ut ait Piso apud Gellium VI. 9. *Sigon.* Piso, quem laudat quoque Brissonius, *eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt*. Pal. 2. *fieri quoque se pro tribu ædilem videret*. Gebh. Muretus tentabat *fierique se a prima tribu*. Amico, homini docto, non satisfaciebant, quæ dixi Observ. IV. 1. neque enim simile illi videbatur, 'Tribus Sergia principium fuit: pro tribu Sex. L. F. Varro primus scivit:' malebat denique *per tribus*, ut Cicero contra Rullum Orat. II. 7. 'Ecquando nisi per XXXV. tribus creati sint?' Mihi vero hoc mul-

Digitized by Google

tum abesse a sensu hujus loci, illa autem similillima videntur. Quid enim, 'pro tribu primus scivit,' aliud est, quam in prærogativa tribu, vel in ea tribu, quæ principium erat, primus suffragium tulit? At ita prorsus hoc loco, 'quum fieri se pro tribu ædilem videret,' est, quum in prærogativa, seu ea, quæ principium esset, tribu se fieri cerneret. Qui 'pro tribu primus scivit' de magistratu, is 'pro tribu' et primus 'facit' eum magistratum. De quo 'pro tribu' suffragium optatum tulit, qui 'primus scivit,' is 'pro tribu factus' est ab eo, qui primus scivit. Ergo qui hæc dissimilia putat, neutrum intelligit. *J. F. Gron.* Dacierius ad Fest. voc. 'Prærogativæ' Scaligerum describere, quam a Gronovio discere, maluit, qui hæc pulchre exposuit. Sed quis primus in tribu prærogativa suffragium ferebat? In comitiis legum ex arbitrio illius qui legem ferebat, lectum fuisse qui primus scisceret, docent Grachius de Comit. II. 4. p. 282. ed. Ven. et Maunt. ad Cic. pro Planc. c. 14. Non improbabile est, hoc quoque locum habuisse in comitiis magistratuum. *Duk.* Ὁ *τῶν* Gronov. in prima ed. notarum neque explicationem Scalig. ad Fest. in voce 'Prærogativa' *τῶν pro tribu*, id est, a prærogativa tribu; neque Sigonii hoc loco propositam probabat, quia hoc genus loquendi, nisi exemplum videret, capere non poterat: sed legendum conjiciebat *a primis tribubus*. Hanc conjecturam postea revocavit Obs. IV. 1. proponens explicationem Scaligeri, quam hoc loco in iterata ed. iterum firmavit. Illud *pro tribu* constanter in omnibus scriptis superest: neque aliter legunt edd. nisi quod in paucissimis sit *pro tribuno*. At insuper *fieri quoque pro tribu ædilem* est in Harl. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. a m. sec. Vide ad V. 27. § 1. *Fieri quoso pro tribu ædilem* in Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 6. *fieri quo sors pro tribu ædilem* in Lov. 4. *fierique ædilem pro tribu* in Lov. 2. Præterea *quum appeteret ædilitas* Port. in contextu, pro quo recte *adpareret* emendatur in margine. Sollemne enim verbum est de ministris magistratuum, inter quos quin etiam scribæ referendi sint, nullus dubitat. Vide Manut. ad Cic. ad Fam. XIII. 54. Alibi etiam hæ voces commutari solent. Vide ad XXXVII. 32. § 14. *Quum appareret ædilis* est in Lov. 4. de quo errore dicam ad XXI. 60. § 7.

Neque ejus accipi nomen] Vox *ejus* non est in vett. libris. Sic Piso apud Gellium VI. 9. de eodem: 'Cn. Flavius, patre libertino natus, scriptum faciebat, isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt: at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, curulem ædilem fieri. Cn. Flavius dicitur tabulas posuisse, scripto esse abdicasse. Isque ædilis curulis factus est.' Factum porro esse cum Q. Anicio Prænestino, scribit Plinius XXXIII. 1. Hic autem non *C. Flavius*, ut vulgo, sed *Cn.* dicitur in veteribus libris, apud Diodorum lib. XX. p. 751. apud Ciceronem in epistolis ad Atticum VI. 1. et apud Pisonem; ex quo perspici potest, etiam hoc loco *Cn. Flavium* esse scribendum. *Sigon.* Pal. 2. *nec nomen ejus accipi.* Gebh. *Nec accipi nomen ejus* Port. Gaertn. et Hav. *neque ejus recipi nomen* Heinsii Oxon. C. Ceterum, quæ Modius ad hunc locum notavit de ejus, qui comitiis præerat, jure circa accipienda vel non accipienda candidatorum nomina, expunxi, quod satis fore existimarem, si legerentur apud Brissonium de Formul. lib. II. p. 186.

Quia scriptum faceret] Ita primus edidit Jac. Gronovius, eique consentiunt omnes, quibus uter, codd. nisi quod Harl. præferat *q; scriptum face-*

ret. 'Sed q;, sive *que*, et *quis* ob similitudinem compendii, quo utrumque vocabulum notari solet, sæpe confunduntur in Mss. Vide ad v. 29. § 3. Priores edd. præferunt *quod scriptum faceret;* quomodo datum a primis editoribus videtur, quoniam *ab quis* cum subjunctivo junctum displiceret: ex quo etiam fonte profluxit, quod in Lov. 4. obvium fuit, *quia scriptum fecerat.* Sed male. Vide ad II. 8. § 5. Hearne, qui, ipse priores edd. secutus, Gronovium *quia faceret* vulgasse monuit, de scriptura Oxoniensium suorum silet, ut hi *quod* legisse debeant. Vix tamen verisimile fit, eos omnes tam constanter a reliquis codd. dissentire. Ceterum *scriptum fuisse* Hearne exponit 'scribendo victum lucrari;' admodum obscure: malim 'munus scribæ gerere' cum Brisson. de Verbor. Signific. hac voce. In verbis seqq. *tabulam petiisse*, pro *posuisse*, perperam legit Flor.

§ 3 *Quem aliquanto antea desisse scriptum fuisse, arguit Macer Licinius*] *Alia quanto* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *aliquando* Lov. 4. Vide ad v. 29. § 5. Tum *ante*, vel, quod tantumdem valet, *ati*, Flor. Leid. ambo, Lov. 1. 2. 3. Port. Gaertn. Hav. et fragm. Hav. Vide ad XL. 12. § 3. *Haud*, pro *ante*, est in Lov. 4. Deinde *dedisset scriptum fuisse* Voss. 2. *desisse scriptum fuisse* Flor. Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 2. 3. Port. Klockian. Hav. fragm. Hav. et omnes edd. usque ad Gruter. qui, incertum quam ob caussam, *desisse* priori subposuit. Sed vetustam scripturam reduxi, partim ob codd. memoratorum auctoritatem, partim ob Livii consuetudinem, qui hac contractione uti gavisus est. Ita IV. 35. 'Desisse postremo præbere ad contumeliam ea.' v. 3. 'Id ego hoc anno desisse dubitari, certum habeo.' XXIII. 12. 'Respondeam igitur Himilconi, non desisse pœnitere me belli.' XXVI. 30. 'Numquam deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum transire.' Insuper *Macer Licinius* Lov. 2.

Tribunatu ante gesto triumviratibusque] Plinius XXXIII. 1. auctor est, propter publicatos fastos ædilem curulem creatum, et ei 'additum' fuisse, 'ut simul et tribunus plebis esset.' De duobus magistratibus eodem anno non gerendis est aliquid apud Livium VII. 42. quod utrum de duobus ordinariis magistratibus, an ordinario et extraordinario, accipiendum sit, mihi non satis liquet. Illud quidem constat, deinde multos eodem anno et ordinarium et extraordinarium gessisse. Sed duorum ordinariorum magistratuum simul gestorum vix ulla, vel Flavii ætate, vel sequentibus temporibus in historia Romana exemplum exstare credo. Nec testis debet addi Plinio Pomponius JCtus. Nam quod hic l. II. § 7. D. de Orig. Jur. scribit, quum Flavius populo legis actiones tradidisset, 'adeo gratum fuisse id munus populo, ut tribunus plebis fieret, et senator, et ædilis curulis,' id, auctore Licinio Macro, ad diversos annos referri potest. *Dub. Tribunato ante gesto* Flor. Vide ad I. 15. § 7. Tum *ati*, pro *ante*, Port. Gaertn. et Hav. Vide ad XXVII. 35. § 7. Hinc Flor. omittit copulativam *que*: quemadmodum etiam mox *altero* semel deficit in Voss. 2. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. Vide ad XXXIII. 27. § 4.

§ 4 *Adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit*] *Nobiles etiam certavit* Pal. 2. *Gobb.* Ita et Harl. Gaertn. et Hav. *nobiles etiam calumniavit* Port. in contextu, et Hearnii Oxon. N. quæ lectio ex barbari interpretis expositione marginali in contextum irrepsisse videtur. Medio enim ævo 'calumniare' et 'calumniari' notabat actionem adversus aliquem intendere, ut docet Du Cange in Gloss. Med. Latin. ea voce.

Digitized by Google

Paullo ante voces *id quod* deficiunt in fragm. Hav.

§ 5 *Civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit, fastosque*] Colerus ad Valer. Max. II. 5. ex. 2. *fastos* ex Pomponio l. 2. § 6. 7. D. de Orig. Jur. interpretatur 'librum, qui jus civile Flavianum postea dictus est.' Hoc non dicit Pomponius. Flavius duo fecit: evulgavit jus civile, et proposuit fastos. Ita hic Livius, Valer. Max. l. d. et Cic. VI. ad Att. ep. 1. Quod Livius et Valer. 'jus civile,' id Cic. ad Att. et de Orat. I. 41. et Pomponius 'Actiones' vocant, et hic etiam 'legis actiones,' et 'librum,' qui has actiones continebat, a Flavio publicatum, 'jus civile Flavianum' appellatum scribit. Has autem actiones, quibus homines inter se disceptarent, 'certas sollemnesque' formulas fuisse, idem docet. Ab his diversi erant 'fasti,' quibus continebantur 'dies, quibus lege agi posset,' ut hic Livius et Cic. pro Muren. c. 11. dicunt, quos 'dies agendi' vocat Cic. ad Att. l. d. et 'dies fastos' Plinius XXXIII. 1. Itaque inter 'jus civile Flavianum' et 'fastos' tantum intererat, quantum inter rationem agendi et tempus agendi. Utrumque horum publicavit Flavius, quum antea eorum scientia penes collegium pontificum fuisset, ad quorum commentarios et ad fastos plebem non admissam fuisse dicit Canuleius apud Livium IV. 3. Sed scriptores veteres tantum alterum eorum memorant. *Duk.* Glareanus ad laud. loc. Valerii Max. miratur, Valerium dicere, 'Cn. Flavium jus civile vulgasse,' quod ante centum annos vulgatum fuit XII. tabulis: ac subdit, se credere, 'fastos' eum vulgasse. Quum vero eadem, quæ Valerius, hic etiam Livius dicat, ego vicissim miror, id mirari potuisse virum doctum Glareanum, qui ipse, integris decem annis ante Valerium, edidit Livium, ut vel admodum fuerit obliviosus, vel in Livio recensendo, ubi ad hæc verba silet, neglegenter versatus sit. Quid inter 'jus civile' et 'fastos' a Flavio evulgatos intersit, et utrumque Flavium publicasse, satis ad h. l. Dukerus docuit. Ex hoc autem Livii loco colligi nequit, utrum Flavius jus civile et fastos evulgarit, antequam ædilis curulis creatus esset, an postquam ad id honoris evectus fuerit. Posterius statuere videtur Valer. Max. l. laud. prius Pompon. d. l. Pomponio autem favet Plinius lib. XXXIII. c. 1. Cicero etiam 'Cn. Flavium,' qui fastos protulit, 'scribam' vocat; id tamen ambiguum est, utrum quia eo tempore adhuc scriba erat, an quia olim fuerat. Vide Bynkershoek. ad d. l. Pomponii. Ceterum *emulgavit* Lov. 2. Contrario errore *provulgare* loco τοῦ *promulgare* sæpe obcurrit. Vide ad III. 9. § 5. Simplex 'vulgare' in hac re usus est Valer. Max. loco supra laud. Deinde verbis seqq. *in albo posuit* Leid. 2. et Lov. 4. Scriptum fuerat *d̄posuit*, unde prius *p* cum addita nota facile excidit, vel a sequenti litera elidi potuit: *p̄posuit* Lov. 1. Hæc verba etiam commutantur IV. 29. § 4. Plura vide hoc lib. ad c. 10. § 7.

Ut, quando lege agi posset, sciretur] *Agi lege posset* Harl. *lege agri poscet* Leid. 1. *lege agri posceret* Voss. 2. et Lov. 3. Tum *scirent* Hav. Vide ad II. 26. § 4.

§ 6 *In area Vulcani summa invidia nobilium dedicavit*] *In ara Vulcani* Lov. 2. 4. Aream Vulcani Livius etiam memorat XXXIX. 46. et XL. 19. *In area Vulcanis* Leid. 1. ultima litera *s* ex initio vocis seq. adhærente. Vide ad XXVIII. 25. § 2. Tum *in summa invidia nobilium* Leid. 2. sed præpositio *in*, sive ejus compendium ī, natum est ex præced. vocis litera finali. Vide ad XXXV. 8. § 9.

Coactusque consensu populi] *Coactus quoque consensu* Lov. 2. Vide ad V. 27. § 1. *Coactusque assensu populi*,

Digitized by Google

teste Hearnio, Oxon. L. 1. Mox *pontus*, pro *pontifex*, est in Lov. 3.

Quum more majorum negaret] Vox *more* deest in Lov. 3. *more malorum* præfert Leid. 1. De hoc errore vide ad II. 23. § 3. *Morem majorum* Leid. 2. ultima litera *m* in voce priori ex sequentis initio adhærente. Vide ad XL. 7. § 8. *Morem aliorum* Voss. 1. in contextu, veriore lectione margini adscripta, quæ contra exstat in contextu Oxon. N. apud Hearnium, quum pro varia lectione in margine habeat *more aliorum*. At, duabus literis in medio vocis abundantibus, *majore majorum* est in Lovel. 1. a m. pr. Mox verbum *dedicare* exsulat a Flor.

Nisi consulem aut imperatorem] De regibus exempla sunt V. 19. et X. 46. de dictatoribus V. 23. de consulibus II. 8. et 27. IV. 29. Sed non puto verum esse, quod prætexebat pontifex Max. Nam Livius II. 27. dedicationem ædis Mercurii primipili centurioni a populo datam, II. 42. ædem Castoris a duumviro ad id creato, et lib. VI. c. 5. a duumviro sacris faciendis dedicatam scribit. *Duk.*

§ 7 *Tribunorum plebei partis majoris*] Ita Jac. Gronovius primus edidit. Consentiunt Flor. Leid. 1. et fragm. Hav. Antea edebatur *tribunorum plebis*, vel *pl. partis majoris*: quomodo est in reliquis scriptis, nisi quod *tribunorum partis plebei majoris* sit in Voss. 1. *tribunorum partis plebeiæ majoris* in Leid. 2. et Lov. 1. Vide ad II. 33. § 2. Paullo ante *ea auctoritate*, pro *ex auctoritate*, Flor. Ejus aberrationis fontem vide ad XL. 59. § 8. Insuper *templum areamve*, pro *aramve*, Lov. 2. quem contra perperam *ara*, pro *area*, dedisse modo vidimus ad § præc.

§ 8 *Haud memorabilem rem per se, nisi documentum sit*] Voces *per se* non adparent in Lov. 2. 4. et Harl. At *per se*, ut XXII. 8. 'Pars non id, quod acciderat, per se æstimare.' XXXVIII. 48. 'Gallos, remota universæ gentis infamia atque invidia, per se ipsos æstimate.' XL. 5. 'Quum se ne ad id quidem satis per se validum crederet.' Sed *rem pertisi* Leid. 1. Lov. 3. et fragm. Hav. a m. pr. *rem pernisi* Voss. 2. *rem per se, ut documentum sit* Hearnii Oxon. C.

Documentum sit adversus superbiam nobilium plebeiæ libertatis] *Adversus superbiam nobilium plebisque libertatem* Lov. 2. *adversus superbiam nobilium plebeium libertatis* Voss. 2. et ita etiam Lov. 3. nisi quod insuper præferat *superbam*. *Plebei*, pro *plebeiæ*, est in Port. *plebe re* in Leid. 1.

§ 9 *Consensuque nobilium adolescentium*] *Consessuque* Lov. 2. quomodo etiam alibi peccarunt scribæ. Vide viros doctos ad Plinii Epist. II, 19. § 2. *Concessuque* Hearnii Oxon. N. Et ita librarios errare solitos fuisse, vidimus hoc lib. cap. 7. § 7. Tum *adulescentium* Flor. Vide ad VI. 34. § 11. Verba autem *consensuque nobilium, &c. ei non esset* desunt in Lov. 4. Paullo ante *Ad consulem*, pro *Ad collegam*, est in Hav.

Sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit] *Sedem honoris sui* Harl. Male. *Sede honoris sui* est de sede honoris sui, in sede illa considens. Tum *anxios in invidia* Port. Hav. et Oxon. N. ac B. apud Hearnium, qui in C. *inimicos suos* se invenisse testatur. Tandem *speravit* Klockian. Vide ad XXXIV. 27. § 4.

§ 10 *Ap. Claudii censura vires nacta, qui senatum primus*] *Ap. Claudii censuræ vires nacta* Flor. Voss. ambo, Leid. ambo, et Lov. 1. 3. ac 4. sine commodo sensu. Tum *primis libertinorum filiis* Leid. 2. *primus libertinorum filius* Lov. 4. et Gaertn. Latinius legendum conjicit *senatum primum libertinorum filiis lectis inquinaverat*. Sed vulgatum mutandi caussam non video. Paullo ante *duxerat ædilem*, pro *dixerat*, Flor. Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. Vide ad XXXVIII. 43. § 1. Præterea *forensis actio*, pro *factio*,

Digitized by Google

Gaertn. Sed litera initialis *f* intercepta est a finali *f* vocis præced. ob ductuum similitudinem. Vide ad XXVII. 50. § 7.

Libertinorum filiis lectis] Id est, quorum avi servitutem servierant: nam his temporibus et deinceps aliquamdiu 'libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos, ex his procreatos,' auctor est Sueton. Claud. c. 24. qua significatione 'libertinos' apud Livium X. 21. accipit Lipsius de Mil. Rom. I. 2. Auctoritatem Suetonii elevare conati sunt Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 6. et Castalio Var. Lectt. cap. 13. Sed non recte adversus eum utuntur testimoniis Cic. Liv. et recentiorum scriptorum, qui 'libertinos' vocant ipsos, qui manumissi sunt. Nam Ciceronis et Livii ætate, id est, plus ducentis annis post Appiam, jam dudum ab usu recessisse hanc significationem vocis 'libertinus,' indicio sunt verba Suetonii 'temporibus Ap. Claudii et deinceps aliquamdiu.' Vide Ald. Manut. de Quæsit. per Epist. I. 7. Torrent. ad Suet. l. d. Mercer. lib. I. Opin. et Obs. X. et Masson. in vit. Horat. pag. 4. et in Add. quamquam ibi frustra adhibentur verba Livii X. 8. 'qui patrem civere avumque possent:' eo quod *avumque* neque in Sigonii, neque, ut videtur, in Gronovii libris scriptis repertum est. Sed eos, qui parentibus e servitute manumissis nati erant, minus honestos habitos fuisse, quam ex ingenuis ortos, ostendit oratio Ap. Claudii apud Liv. VI. 40. 'An hoc, si Claudiæ familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, et vivere in libera civitate sciam, reticere possim?' Ad alterum argumentum Sigonii, quærentis, quo ergo nomine tum appellati fuerint, qui ex servitute manumittebantur? nam 'libertos' non potuisse dici, quia libertus respectum habeat ad patronum, non ad statum et conditionem hominis; aliquanto difficilior est responsio, eo quod de hoc nihil ab antiquis proditum est. Manutius tamen et Masso nus tum 'libertos' dictos scribunt. *Duk.*

§ 11 *Nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas; humilibus, &c.*] Quid sit in curia nancisci opes, scio. Lib. VI. cap. 11. de Manlio, 'Postquam inter Patres non, quantum æquum censebat, excellere suas opes animadvertit.' Apud Sallustium in Jugurth. c. 16. 'Homo clarus et tum in senatu potens Opimius.' Sed quo respectu hæ opes appellentur 'urbanæ,' parum intelligo. Urbanas habeat forsan opes, qui domi multum possit, si contra ponantur opes apud exercitum: quarum hic nulla mentio; nec igitur debet fieri opum urbanarum. Scribe *nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes; urbanis humilibus, &c.* De quo uberius in Nostro de Sestertiis repetitæ editionis de Pecun. Vet. l. IV. c. 9. p. 317. *J. F. Gron.* Perizonius in margine Livii sui vulgatum commode ferri posse existimabat, subintellecta illa objectione, qua Livius supra usus est, de Ap. Claudio locutus, c. 42. 'Rem mansit, ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios esset.' Eo itaque respicientem Livium per 'opes urbanas' intellexisse putabat opes urbanis artibus partas, et objectione opibus belli decore acquisitis. Præterea *et in curia* Voss. 1. in contextu, Port. et Hav. Tum *quam petierat* Leid. 2. et Lov. 1. *quia spreta erat* Lov. 2. *qua spatia erat* Lov. 3. et Voss. 2. *quæ sperarat* Lov. 4. Sed ambæ hæ voces exulant ab Hav. Hinc *militibus per omnes tribus divisis* Lov. 3. Paullo ante *cum electionem*, pro *lectionem*, Port. Gaertn. et Hav. Deinde *memoratam habuit*, pro *nemo ratam*, Leid. 1. Port. et Gaertn. *ratam nemo habuit* Lov. 2.

§ 12 *Plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerunt*] *Plerique nobilissimi* Leid. 2. Tum *aureos an-*

Digitized by Google

nulos editi ante Aldum. Glareanus ad § 1. hujus cap. monet, se supra ostendisse, quæ Livius de annulis aureis nobilium tradit, contra Plinium esse. Innuere videtur illa, quæ notavit hoc lib. cap. 7. § 8. ubi ex Plinio docet, longo tempore ne senatum quidem Romanum habuisse annulos aureos: nam his tantum, qui legati ad exteras gentes ituri erant, annulos publice datos fuisse; neque aliis uti morem fuisse, quam qui ex ea caussa publice accepissent, et annulum in digito triumphantis ferreum fuisse. Verum Livii verba Plinio non adversantur: nam id quidem 'longo tempore' obtinuisse Plinius dicit, ita tamen ut jam tempore Cn. Flavii mos abolitus, et jus annuli aurei etiam aliis ex senatu concessus esse potuerit. Quin et vox *nobilium*, quam Livius adhibet, Glareanum falli ostendit. Plinius enim eodem lib. XXXIII. c. 1. hanc Flavii historiam referens, addit, 'Annules quoque depositos a nobilitate in annales relatum est, non a senatu universo.' Plerique igitur nobilium insignia sui ordinis deposuerunt; et quidem annulos aureos, quibus eos gestandi jus competebat; reliqui, et præsertim equites, phaleras, ut Plinius d. l. narrat. Ceterum post hæc verba in Voss. 2. Leid. utroque, Lov. 1. 2. 3. 4. Harl. Port. Gaertn. Hav. fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. additur, *Appium Claudium sensorem libertinorum filiis senatorum ordinem polluisse, nec tamen ratam ejus electionem fuisse.* Sed ex lemmate marginali nata sunt, et quidem ad § 10. et 11. pertinent. Certe in Voss. 1. tantum ad marginem adscripta comparent. Alia exempla hujus erroris vide ad VII. 40. § 4.

§ 13 *In duas partes discessit civitas*] *Discissit civitas* Flor. et Leid. 1. *disciscit civitas* ed. Rom. 1472. *discedit civitas* Harl. *discessit sitas* Klockian. Paullo post *forensis factio tendebat*, pro *tenebat*, Klockian. idem. Verba hæc sæpius in Mss. commutari, videbimus ad XXIV. 28. § 1.

§ 14 *Et Fabius, simul concordiæ caussa*] Voculam *et*, qua omnes priores edd. carebant, primus addidit Jac. Gronovius. Eam autem servant omnes, quibus utor, Mss. nisi quod in Port. a m. sec. ei additæ sint notæ, quibus, aliquid delendum esse, librarii innuere solent. Contra Hearne, qui copulam illam omisit, memorata Gronovii lectione nihil tamen de Oxoniensium scriptura addit.

Ne humillimorum in manu] Non fuit ergo diuturnum horum regnum in foro et campo: nam Fabii et Decii censura in eumdem annum, quo Flavius ædilis fuit, confertur. Sigonius tamen de Ant. Jur. Civ. Rom. II. 13. non sine ratione suspicatur, humiles deinde a seditiosis ac turbulentis magistratibus rursus per omnes tribus diffusos fuisse, et c. 21. post Appii censuram dissensiones optimatum et popularium maxime emersisse. *Duk.*

Omnem forensem turbam excretam] Pall. duo *excreatam*, Pal. 2. *excitatam*. Legitima lectio est *excretam*. *Excretum* Onomasticum reddit ἀπόκριτον. *Gebh.* *Excreatam* Voss. 1. Leid. ambo, Lov. 1. et fragm. Hav. *excretam* Voss. 2. Lov. 3. Gaertn. et Port. a m. pr. *excerptam* Lov. 2. et Oxoniensis C. apud Hearnium, qui se invenisse testatur *exceptam* in L. 2. *excitatam* in B. quod ultimum etiam præferunt Harl. et Hav. Sed recte vulgatum probat Gebhardus. Vide Gronov. ad Livii XXVIII. 39. § 10.

In quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit] Sic etiam Valer. Max. II. 2. ex. 9. de Fabio, 'Omnem forensem turbam in quatuor tantummodo tribus descripsit, easque urbanas appellavit.' Hoc ita accipit Gruchius de Comitiis II. 1. non longe ab initio, quasi dicat Livius, turba forensi in quatuor tribus urbanas conjecta, ea

Digitized by Google

re simul tribus illas numero civium auxit. Et Perizonius de Magistratib. Græc. et Rom. lib. II. non novum numerum tribuum effectum, sed quatuor, quæ prius erant, auctas fuisse. Sigonius de Ant. Jur. Civ. Rom. I. 3. et II. 14. nihil aliud scribit, quam humillimos et libertinos, qui ex instituto Serv. Tullii in quatuor tribubus urbanis erant, ab Ap. Claudio per omnes tribus dispersos, sed a Fabio iterum in quatuor urbanas redactos fuisse: sed quæ sit sententia verborum, *urbanasque eas appellavit*, non dicit. Si quem hæc juvant ad illa intelligenda, non invideo: me nihil juvant. Omnes veteres scriptores tradunt, jam dudum ante hoc tempus a Serv. Tullio institutas fuisse 'quatuor tribus,' quæ 'urbanæ' dicerentur, in iisque humillimos fuisse. Has autem qua ratione Fabius dicatur 'urbanas appellasse,' quæ jam olim id nomen habuerant; aut quomodo 'appellare tribus' exponi possit 'numero civium augere,' non adsequor. *Duk.*

§ 15 *Quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret*] *Non portat* Voss. 2. et Lov. 3. *non peperat* Gaertn. cujus librarius, quum *peper'at*, vel *peperat*, scriptum invenisset, additam compendiariæ scripturæ notam neglexit. *Non poterat* Leid. 1. Lov. 2. et fragm. Hav. a m. pr. *non potuerat* Lov. 4. Tum *hac ordinum temptatione* Harl. Ita et 'tentare,' sive, ut barbare scribitur, 'temptare' et 'temperare' commutantur v. 24. § 2. et x. 43. § 7. *Hac ordinum reparatione* Hearnii Oxoniensis N. in margine. Deinde *parent* Gaertn. *pateret* Lov. 2. *pararit* Lov. 4. *pararet* Voss. 1. Leid. 2. et Lov. 1. Sed nihil mutandum. Verbum 'parere' hoc sensu inlustrat Cortius ad Sallustii Jug. c. 10. § 4. Id autem cum 'parare' innumeris locis commutatur. Vide ad v. 6. § 1.

Ut equites Idibus Quinctilibus transveherentur] Satis concise hoc tradit, quod Dionys. lib. VI. p. 351. post pugnam ad Regillum lacum copiose narrat. Meminit et Valerius Max. II. 1. 'Trabeatos,' inquiens, 'equites Idibus Julii Q. Fabius transvehi instituit.' Quo in loco etiam tribus IV. a Q. Fabio descriptas memorat, cum paulo ante de equestris ordinis spectaculo disseruisset, sed alio apparatu, quam Idibus Quintilibus. *Glar.* Idem iisdem verbis tradidit Valerius. Ceterum id significare videtur, de quo Plutarchus in Pompeio p. 630. ad sedentes in foro censores unumquemque equitem equum suum adduxisse, et de stipendiis legitimis interrogatos rationem iis reddidisse, ita: *Τότε προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ Γέλλιος καὶ Λέντουλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ἔφθη δὲ Πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορὰν καταρχόμενος, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, Πυνθάνομαί σου, ὦ Πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσας τὰς κατὰ νόμον στρατείας.* Ceterum de censura Ap. Claudii hujus copiose Diodorus lib. XX. p. 750. *Sigon.* De hac re vide Torrent. ad Sueton. Aug. c. 38. et Spanhem. de Præst. et Usu Numism. Dissert. X. p. 99.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

Form 418

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google